D. L. DE AYLLONET.

ELUCUBRATIONES BIBLICÆ.

220.2
A973e
1676

N° 80

ELUCUBRATIONES BIBLICÆ

IN VETUS, AC NOVVM TESTAMENTUM, LITTERALES, MORALES ET TROPOLOGICÆ.

AVTHORE

D. LUDOVICO

DE AYLLON ET QVADROS,

GRANATENSI,

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE,

ET PHYLOSOPHIÆ MAGISTRO,

OLIM MAIORIS SANCTÆ MARIÆ DE IESV, VNIVERSITATIS HISPALENSIS COLLEGII ALVMNO, ET CATHEDRARVM, TVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, TVM SCOLASTICÆ, THEOLOGIÆ PRIMARIO ANTECESSORE; NUNC IN METROPOLITANA, PATRIARCHALI HISPALENSI ECCLESIA CVRAM ANIMARVM GERENTE.

BIBLIOTECA DEL INSTITUTO ESTADO DE ANDALUCIA

SVB AVSPICIJS ILLVSTRISSIMI

D. D. LVPI FRANCISCI

DE LOS RIOS ET GVZMAN,

EIUSDEM COLLEGIJ

MAIORIS VIOLACEA CLAMYDE INSIGNITI, ET POST PENE INNVMERA MERITA, ET MVNERA IN SVPREMO REGALI CASTELLÆ CONSESSV IN VTRIVSQVE, TAM COMMVTATIVÆ, QUAM DISTRIBUTIVÆ IUSTITIÆ CAMERA REGI, ET REIPVBLICÆ FIDELISSIME MINISTRANTIS.

CVM PRIVILEGIO.

HISPALI, EX TYPOGRAPHIA, IOANNIS CAMEZAS.
ANNO DOMINI M. DC. LXXVI.

1676

ELUCUBRATIONES BIBLICÆ

IN VETUS, AC NOVVM TESTAMENTUM, LITTERALES, MORALES ET TROPOLOGICÆ.

AVTHORE

D. LUDOVICO

DE AYLLON ET QVADROS, GRANATENSI,

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE, ET PHILOSOPHIÆ MAGISTRO,

OLIM MAIORIS SANCTÆ MARIÆ DE IESV, VNIVERSITATIS HISPALENSIS COLLEGII ALVMNO, ET CATHEDRARVM, TVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, TVM SCOLASTICÆ THEOLOGIÆ PRIMARIO ANTECESSORE: NUNC IN METROPOLITANA, PATRIARCHALI HISPALENSI ECCLESIA CVRAM ANIMARVM GERENTE.

SVB AVSPICIJS ILLVSTRISSIMI

D. D. LVPI FRANCISCI

DE LOS RIOS ET GVZMAN

EIUSDEM COLLEGIJ

MAIORIS, VIOLACEA CLAMYDE INSIGNITI, ET POST BENE IN NVMERA MERITA, ET MVNERA IN SVPREMO REGALI CASTELLÆ CONSESSV IN VTRIVSQVE TAM COMMVTATIVÆ, QVAM DISTRIBVTIVÆ IVSTITIÆ CAMERA REGI ET REIPVBLICÆ FIDELISSIMÆ MINISTRANTIS.



AD TE (*Illustrissime Princeps, ac domine colendissime*) *peruolant Lucubrationes meæ, vel certius tuæ, cum enim me tibi á prima adolescentia æterno mancipatu deuinxerim, nil tam iure tuum, quam quod quouis titulo meum nuncupari potest, sed quodnam hoc pusillum, pro eximia tua in me benignitate, deuotionis, ac seruitutis obsequium? Si res attendatur, fere nullum, sed si argumenti dignitas, feruidum meæ affectionis studium, nec non tua bonitas, qua affectum potius æstimare soles, quam censum, perpendantur, vere non despiciendum. Certe non solum libens ad tuos prouoluor pedes, sed & confidens. Cur enim mihi soli defuturam verebor piissimam illam æquitatem, qua te omnes non tam ornatum, quam animatum venerantur? Pincianum Areopagum testem aduoco, qui te suæ Nobilitatis, ac iudicialis Fori, assertorem proclamare non cessat. Cantabricam Prouinciam adduco, cuius corda adamantina, ne dicam ferrea, suaui adeô dexteritate demulcsisti, vt in copiosos imbres, erga te affectionis, subsidiorum erga regem effluere cogeres, & quod prædecesores tui ne dum cogitare ausi sunt, opere perfeciſti.*

Quid de Nauarræ dicam regimine, cum ibi, non solum quæ linguam, sed etiam quæ mentem superant, perfeceris.

Sed iam Granatensis Senatus te Præsidem interpellat, ô quam fauste, ô quam feliciter vtrique Palladi deseruisti! Primum, virtutis tuæ, influxusque miraculo Astræam reuixisse omnes gaui sunt: nec propterea minora despexisti, sed ad omnia attendens, regij illius Consessus Basilicam, hinc collapsam, hinc male dispositam reformasti; & antiquo honori splendorem nouum præstitisti. Sed cum immensæ animi tui magnitudini hæc non sufficerent, Martis sceptrum assumens Portugallense bellum, quod auxilia tua supplex esflagitabat mirum in modum promouisti. Quis te, tunc strenui eximias ducis partes adimplentem non mirabatur: omnia regali præsentia tua lustrabas, omnes ex animi tui radiante virtute in Martem accendebas: quot auxiliares militum copias coadunasti! Quot bellicos apparatus in illam Prouinciam transmisisti! Et, quod summopere admirationem auget, coniugati vxores, filios, familiam ex animi tui martiali virtute, quasi quodam æstu incitati, libenter relinquebant: sed quid miserlæ coniugum auxilio destitutæ facerent? Nullum certé detrimentum expertæ sunt, omnia enim incommoda hæc solers tua prouidentia cauit: omnes in tutelam tuam paternali cura suscipiens, cotidianis omnium indigentijs occurrens, pro maritis, vt plurimũ negligentibus, te omniũ parentẽ imo verius diligentẽ, ac solicitũ œconomũ nactæ sunt. Sed proh dolor! Bellũ, quod vel tuis solis auxilijs fœliciter expediri poterat, infœliciter actũ est. Ex quo infando accidenti vitã præ dolore amitteres, nisi ex diuini influxus protegente virtute ad maiora seruareris. Fatalis ille euentus totã illam miserã prouinciã conuulsit, omnia inuertit, omnia confudit, sed ad tantorum occursum malorũ ad te vniclũ, ac necessarium reparatorem appellatum est. Ast hoc negotium togati omnes, omnes politici viro in tãta dignitate constituto minus congruum existimabant. Quid in tot votorum repugnantia faceres. Num excusationem aliquam obiecisti? Minime: sed, admirãdo modestiæ tuæ, ac erga regem tuum obsequij exemplo, iter Pacem Augustam versus statim arripuisti: proferens regibus cæca quadam obedientia obtemperandum esse, nec regales resolutiones discutiendas, sed diligenter exequendas. Tunc obiter apud Italicam, quæ nunc Sanctipontium appellatur, charissima præsentia tua fruitus sum, & per breuissimum diei, noctisque interualum me beasti. At sequenti luce Sol tristis, forte ob tuum discessum, emersit, cælum nubibus terr m opprimens. Hinc desiderijs nostris oportunam occasionem nacti, vt incæpti itineris prosecutionem, saltem per illum diem, intermitteres, ac valetudini tuæ, ex tot laboribus non leuiter contusæ, necessariam requiem impenderes, omnes deprecabamur: sed perperam nostra hæc pietatis officia, ad tui animi constantiam vellicandam, admota sunt, te firmiter, & iterato proferente, salutem publicam priuatæ saluti præferendam nec, reclamantibus nobis, salutem publicam ex tua salute pendere, aures præstitisti, sed lecticam ingrediens iter, per mare potius, quam per terram prosequens Pacem Augustam appulisti. Quæ autem ibi præstiteris non solum calamum, & linguam, sed mentis perceptionem longissimæ excedunt: confu-

sis

sis rebus ordinem, desperatis spem, ex bellico conflictu ægrotantibus medelam, reis pœnas, benemeritis condigna præmia impertitus es: talia demum, ac tanta á te vnice peracta sunt, quod Austriaci principis testimonio incomparabilis vir, ac omniũ regaliũ Ministrorũ primus, ac fidelissimus palã proclamatus fueris. Sed num pro tot, tãtisque exantlatis laboribus aliqualis requies tibi concessa? Vtique: sed non illa otiosa, ac desidiosa, quã alij appeterent; sed operosior, difficilior, ac laboriosior, quã sola animi tui indefessa magnitudo non recusaret. Ad regalibus iuribus, & fisco præpositorũ ministrorũ disquisitionẽ, iam diu incæptã, prosequendã aduocatus es, onus certe giganteis humeris, sed non tuis plusquam Atlanticis, formidandum. Quæ in hoc, omnium maximo, negotio perfeceris breui perstringam: sine personarum acceptione, aut exceptione omnia perscrutatus, immensam rem metitus es, & interminabili terminum imposuisti: sed quid tum infinito hoc nondum terminato, ad illius Consessus fastigium exaltatus, infinitum aliud excreuit? Certe quod plures viros ex præstantissimis obrueret, te incomparabilem virum, nec minimum terruit. Onus igitur, cum omnibus suis honoribus alacer suscepisti: in illo, non sub illo, diu, noctuque laborasti, Antecessorum omnium tuorum tempus transgressus, Fiscales prouentus, absque nouo vllo subditorum grauamine, vsque ad plusquam duplicatum millionem ex crescere fecisti. Sed heu! Quod inuida, vel stupẽte natura, vires aliquas humanas esse, quæ tale onus sustinerent, & ad tantum opus sufficerent, toto impetus sui conamine in valetudinem tuam insurgens, te grauissime compulit decumbere, ac periculosissime ægrotare. Quot ex hoc accidenti solicitudines, quot anxietates in omnibus de republica benemerentibus exortæ sunt! Quot curæ amplissimum Regiæ pectus penetrauerunt, in te vno maximum Regni filij sui, ac regis nostri fulcimentum nutare videntis! Sed Diuina bonitas, quæ res tuas speciali quadam prouidentia curat, hoc medium adhibuit, vt te ex adeó intolerando onere subtraheret, regiumque animum induxit, vt iam tibi quietem priuatam meditanti honorificentissimam reactione omnibus benemerentibus subditis suis prospiciens. En, Illustrissime Domine, quiem concederet, te in summo distributiuæ iustitiæ culmine collocans, eademque breuissime perstricta, quæ singula non epistolares angustias, sed historiales excursus exposcebant. Qui hanc vberrimam prouinciam assumant, & excolant non deerunt, sicut qui tuorum nobilissimorum stemmatum antiquitatem, & excellentiam depromerent, non defuerunt: pio ergo illo fauore, quo omnibus honestis actionibus arrides, huic operi affulge, & exiguas hasce Elucubrationes in tutelam tuam admitte. Sic communem omnium acceptationem consecuturas spero, sic eisdem diuturnam durationem polliceor, sic mihi satis, superque præmij pro impenso labore concessum fatebor. Viue diù, & vale Illustrissime Princeps. Hispali Kalendis Septembris, Anni Domini milleſsimi sexcenteſsimi septuageſsimi quinti.

Illustrissime Princeps.
Dominationis tuæ seruus obsequentissimus.

Doct. D. Ludouicus de Ayllon
& Quadros.

CENSURA REVERENDISSIMI PATRIS Ioannis de Cardenas, Societatis Iesu, Prouinciæ Bæticæ Exprouincialis : nunc domus professorum Hispalensis Præpositi, & Hispalensis Archiepiscopatus Examinatoris generalis.

DE mandato Domini Doctoris D. Gregorij Bastan & Arostigui, Prouisoris, & Vicarij Generalis Diœcesis Hispalensis, pro Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Ambrosio Ignatio Spinula & Guzman, Archiepiscopo Hispalensi, accurate legi *Elucubrationes Biblicas in vetus, ac nouum Testamentum, Litterales, Morales, & Tropologicas*, quas scripsit ingeniosissimus, & sapientissimus Doctor D. Ludouicus Ayllon & Quadros, Collegij Maioris Hispalensis dignissimus collega, ex proprio ingenio, & assidua sacrarum litterarum meditatione omnino depromptas. Cuius ingenij acumen, adhuc in iuuenilibus annis, dum Granatæ meus esset discipulus, plane mirabar: & quam modo video in his *Elucubrationibus* ingeniosam dexteritatem interpretandi Scripturam, tunc quasi prælagienti animo præuidebam. Ne cui tamen videar, ex affectu Præceptoris, munus potius agere Panegyristæ, quam, quæ meæ partes sunt, Censoris, admirationi meæ, eiusque laudationi inuitus parco. Syncero ergo animo profero sententiam meam, asseroque, nihil esse in his *Elucubrationibus*, quod Sacrosanctæ Fidei, nihil quod bonis moribus officiat; sed & nihil esse, quod Theologorum, Concionatorum, & Audientium vtilitati, non sit maxime profuturum. Sic censeo in hac domo Professorum Societatis Iesu Hispalensi die decima quinta Augusti, Anni Domini millesimi sexcentesimi septuagesimi quarti.

Ioannes de Cardenas.

NOS el Doctor D. Gregorio Bastan y Arostigui, Racionero de la Santa Iglesia Metropolitana de esta Ciudad de Seuilla, Prouisor, Iuez Oficial, y Vicario General en ella, y su Arçobispado, por el Illustrissimo, y Reuerendissimo señor D. Ambrosio Ignacio Spinola y Guzman, mi señor, por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica, Arçobispo de esta Ciudad, y Arçobispado, de el Consejo de su Magestad, &c. Por la presente, por lo que á nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir vn libro intitulado : *Elucubrationes Biblicæ in Vetus, ac nouum Testamentum litterales, Morales, & Tropologicæ*, cuyo Autor es, el Doctor D. Luis de Ayllon y Quadros: atento á que por comision nuestra ha sido visto, y examinado: sobre que ha dado su censura la persona á quien lo cometimos, la qual, y esta nuestra licencia mandamos se imprima al principio de cada volumen. Dada en Seuilla en treinta y vno de Agosto, de mil seiscientos y setenta y quatro años.

Doct D. Gregorio Bastan y Arostigui.

Por mandado de el señor Prouisor.

Antonio de Espinosa.

CEN-

CENSVRA REVERENDISSIMI PATRIS

Matthæi de Moia, Societatis Iesu, Mariæ Annæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ à Confessionibus, &c.

EX Supremi Senatus decreto diligenter perlegi, *Elucubrationes Biblicas in vetus, & nouum Testamentum*, à Doctore D. Ludouico de Ayllon & Quadros, Granatensi, olim Maioris Collegij Sanctæ Mariæ de Jesu Vniuersitatis Hispalensis magna Prole, apprimè concinnatas, illustriores sanè, quam nostra mereantur iudicia. Dignissimum opus, quod omnium ora plausibus occupent, & claritatis studium, viuacitatis ingenium, & profunditatis sacramentum applaudant, & in sententijs ex Sacri textus visceribus eruendis maturum iudicium cum breuitate maritatum proclament. De quo dictum videtur illud Vincentij Lyrinensis, aduersus profanas hæresum nouitates cap. 27: *O Sacerdos! O Tractator! O Doctor! Si te Diuinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrina, i, esto spiritualis Tabernaculi Beseleel, pretiosas Diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur, te exponente, illustrius, quod ante obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur.* Sed age iam, nollem me suspectum haberi, rigidasque Censoris leges pro encomijs commutare. Sat sit dicere: hoc opus omnibus Sacræ Scripturæ studiosis, si in lucem prodeat, gratissimum fore. Fruantur omnes, proficiantque, omnia enim Fidei orthodoxæ, & bonis moribus valde consonant. Hoc meum iudicium est. Matriti in hoc nostro Imperiali Collegio Societatis Iesu die 2. Ianuarij. Anno Domini 1675.

Matthæus de Moia.

SUMMA PRIVILEGIJ.

MAria Anna Austriaca, pro Carolo Secundo, Hispaniarum, & Indiarum rege filio suo, Regina regens diplomate suo sanxit, ne quis, præter Doctorem D. Ludouicum de Ayllon & Quadros, aut cui per ipsum licuerit, intra decennium à die finitæ huius excusionis computandum, audeat librum hunc, cui titulus inest: *Elucubrationes Biblicæ in vetus, ac nouum Testamentum Litterales, Morales, & Tropologicæ*, recudere: qui secus faxint grauibus pœnis mulctans: amissione scilicet prælorum, characterum, voluminum, ac reliquorum omnium instrumentorum, nec non quinquaginta millium teruntiorum Regiæ Cameræ, Iudici, ac Denuntiatori æqualiter applicatorum: vt ex ipso regali priuilegio regio nomine, ac manu subscripto latius patet. Quod expeditum fuit Matriti die 31. Ianuarij. Anni Domini 1675.

TASSA.

TASSA.

GAbriel de Aresti, Secretario del Rey nuestro Señor, y su Escrivano de Camara de los q̃ residẽ en el Consejo, certifico, q̃ auiendose visto por los Señores de el vn libro intitulado; *Elucubrationes Biblicæ in vetus, ac nouum Testamentũ Litterales, Morales, & Tropologicæ*, compuesto por el Doctor Don Luis de Ayllon y Quadros, Collegial Maior, y Cura mas antiguo de el Sagrario de la Santa Iglesia de Sevilla, que con licencia de dichos Señores ha sido impresso, tassaron à ocho maravedis cada pliego, y el dicho libro parece tiene ciento y ochenta y seis pliegos, sin principios, ni tablas; què al dicho respecto montan mil quatrocientos y ochenta y ocho maravedis, y al dicho precio, y no mas, mandaron se venda el dicho libro: y que esta certificacion se ponga al principio de cada vno. Y para que conste doy la presente, en Madrid á diez y nueue de Nouiembre, de mil y seiscientos y setenta y cinco años.

Gabriel de Aresti.

MEN-

MENDA SIC EMENDÁ.

FOL. 2. col. 1. dicit numine, dicat Numine. Fol. 2. col. 2. d. 55. dicat 15. fol. 9. col. 2. Nae, dicat Noe. fol. 51. col. 1. & de, dicat Deus. fol. 329. col. 1. ij, dicat ijs. fol. 359. col. 2. contndat, dicat contundat. fol. 380. col. 1. teſis, dicat teſtis. fol. 480. col. 1. lætiam, dicat lætitiam, fol. 491. col. 1. pbilus, dicat ſibilus. fol. 407. col. 1. eſt, dicat &, fol. 528. col. 2. acmixtione, dicat ádmixtione. fol. 542. dol. 2. lepore, dicat lepôre. fol. 559. col. 1. exurrexit, dicat exſurrexit. fol. 561. col. 1. oon, dicat non. fol. 561. col. 2. vita, dicat viſa. fol. 581. col. 1. paſſm, dicat paſsim. fol. 604. col 1. ſanctui, dicat ſancti. fol. 605. col. 1. erat, dicat erant. fol. 614. col. 2. occurus, dicat occiſurus. fol. 621. col. 1. qui, dicat quæ. fol. 624. col. 2. zelaret, dicat zelare. fol. 629. col. 1. 229. dicat 226.

Hic liber inſcriptus: *Elucubrationes Biblicæ in vetus, ac novum Teſtamentum*, demptis hiſce mendis, originali ſuo reſpondet Dat. Matriti die 24. Octobris anni 1675.

Lic. D. Franciſcus Forero de Torres.

PRÆLOQVIVM.



QVÆ ex iterata sæpius Sacrarum Scripturarum lectione, ac diuturna, ad meo muneri adscriptam populi instructionem, meditatione collegeram, ex sapientum virorum consilio, & efficaci impulsu, in lucem prodire decreui. Sed non leue statim occurrit dubium circa scribendi methodum, formamque, ex illo D. Augustini super Psalm. 101. Vbi de litteras proficentium genio loquens, ait: *Laborant homines in discendo, & breuia non valent intelligere, prolixa non amant legere.* Qualiter ergo inter has Syrtes (non inepte scribendi portum appellere cupiens) nauim dirigerem? Media certe via, vtpote tutior, ac securior, & vel solo nomine cõmendabilis, arrisit. Propterea, nec in breuissimas glossarum angustias me constrinxi, nec in ampliſsimas, ac exornatas commentationes effusus sum; sed ea stili breuitate, quæ claritati non officeret, ex propria quidem Minerua, at præuia sanctorum Patrum lectione, ac meditatione exculta, & fœcundata, subiecta Sacræ Scripturæ loca interpretatus sum. Quod opus, si in publicam Ecclesiæ vtilitatem cesserit, & intentum, & præmium nactus sum: sin minus: feruidum hoc affectionis meæ desiderium á pijs Sacræ litteraturæ professoribus, non existimo, despiciendum. Prout autem successus præsentis huius euulgationis indicauerit, non paucas alias *Elucubrationes* quas, dum istæ cuderentur, meditatus sum, & quotidie meditor, vel propalabo, vel silentio premam.

LIBER GENESIS.

CAP. I. NVM. I.

IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS COELUM, ET TERRAM.

AD CAP. 1. N. 1.

Diuina Trinitas tam credendorum, quam agẽdorum auspicatiuum initium.

1. BVRGENSIS hic in glossæ additionibus sic ait: Ex quibus patet manifestè, quod Moses intendit instruere populum, specialiter quantum ad doctos, quod in Deo, qui cælum, & terram creauit, est pluralitas personarũ, in quantum dixit: *Elohim*, similiter, & vnitas secundum essentiam, in quantum dixit: *Creauit*: & hoc notanter insinuat Moses in prima propositione totius sacræ scripturæ, in qua continetur articulus creationis, vt innueret, hoc mysterium in primo exordio fidei esse attendendum. Tanto ergo nomine, & numine invocato in Dei vnius, & Trini aliqualem gloriam, & honorem cedant omnia quæ subsequntur.

IN PRINCIPIO CREAVIT.

In fragilium productione reparatio oportet præueniri.

2. ALiqui legunt: In filio, vt in ipsamet creatione, & rerum productione lapsuri mundi Deus reparationem præveniret.

Consilia diuturna, executiones celerrimæ essedebent.

3. Et notandum, quod in instanti creauit Deus, quod per æternitatem, quasi deliberabundus suspenderat, vt magnum principibus, mundique rectoribus exhiberet documentum: in consilijs scilicet maturos, imo, & diuturnos esse debere, in executionibus veró promptissimos, & celerrimos.

DEVS.

Quidquid Deus non est iudicium Dei subiturum est.

4. IN Hebræo est: Elohim, id est: Iudices, vt denotaretur, quod creaturarum productio, fuit, non solum cum iudicio facta, sed etiam ad iudicium adducenda.

COELVM, ET TERRAM.

A mundi exordio incarnationis futuræ symbola frequenter repetuntur.

5 SUpremũ, & infimũ coniungit, vel vt denotaret Incarnationis mysterium per quod suprema infimis coniungẽda erant.

Ecce in prima ſcripturæ ſacræ periodo præmiū, & ſupplicij propoſita: ingenti curæ eſt Deo homines auertere à malo, & allicere ad bonum.

6 Vel vt innueret, terram, ideſt homines in cœlum aſcenſuros, & cœlum, ideſt Angelos inobedientes, & ſuperbos in ima terræ deturbandos.

CAP. 1. NVM. 3.

Fiat lux.

AD CAP. 1. N. 3.

Virtus inuidiæ malignitatem declinare nequit

7 LVX ait Hugo Carenſis ibi, dicitur à Luendo, quia luit, ideſt purgat tænebras: ſed ego dicerem: Quia luit pœnas, quas illi inuidia ſemper contraria comminiſcitur.

CAP. 1. NVM. 4.

Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona.

AD CAP. 1. N. 4.

Non externo ſplendore; ſed interna bonitate euidenter cognita moueatur voluntas.

8 NON dixit: Et placuit Deo lux, eo quod eſſet bona; ſed: Vidit, quod eſſet bona, vt non videretur procedere ad lucis approbationē ex voluntate ſplendore illius illecta, ſed ex euidenti cognitione bonitatis ipſius.

Dignioris præiij eſt, qui cæteris bonus, & profuus eſt.

9 Sed cur bonitatem lucis, nō verò aliud attributum vidiſſe dicitur? An quia noluit approbare in luce ſplendorem, quo refulget, & in ſe ipſa formoſa apparer; ſed bonitatem, qua ceteris creaturis proficua, & vtilis eſt?

CAP. 1. NVM 5.

Factumque eſt veſpere, & manè dies vnus.

AD CAP. 1. N. 5.

A finali perſeuerantia noſtra pēdet approbatio vitæ.

10 A veſpere incipit, quia ab vltimis operibus omnis vita noſtra, per vnum diem ſignificata, ſigillatur, & excuditur: vide ad Pſal. 89. num. 6.

VEL SIC.

Vnus quiſque à poſſeſſione ſua difficilé expellitur.

11 PER veſperam ſignificatur nox, per mane exprimitur lux, quomodo ergo componunt tænebræ cum luce diem, cum dies lux ſola nominetur: Appellauitque lucem diem? An quia tænebræ, cum in omnimoda poſſeſſione eſſent huius vniuerſi, antequam crearetur lux, noluit eas omnino Deus á ſua poſſeſſione repellere, ſed ius ſuum quodammodo illeſum tænebris conſervare?

VEL SIC.

Ex approximatione ad bonos magnum lucrū.

12 EX approximatione tenebrarum ad lucem nobilius adquirunt nomen, & iam appellantur dies, quæ anteà tenebræ dicebantur?

VEL SIC.

Perfecti viri eſt nobiliori nomen clatura cæteros honorare.

13 EX appropinquatione tenebrarum ad lucem lux fulgentior, & formoſior euaſit, & quia lux creatura nobiliſſima eſt, rependit tenebris hoc obſequium, participando illis nomen ſuum, efficiendoque, quod dignioré, & perfectiore nomenclatura compellentur.

VEL SIC.

Ab hominibus cæteræ creaturæ malefaciēdi deſumūt magiſterium.

14 CUM nondum eſſent homines, nondum didicerant tenebræ deſtruere, & & malefacere, & idcó approximatæ ad lucē, potius ipſam illuſtriorem reddebant, quam denigrabāt deturpabant, & deſtruebant.

VEL SIC.

Malum non ſemper contagioſum.

15 NON ſemper malus ad bonum accedens illū deſtruit, quandoque tam ipſum, quam ſe perficit.

VEL SIC.

Peccata ad Sacramentū proiuoluta tenebricoſam amittunt fæditatem.

16 PER lucem gratia præueniens, cōcomitans, & ſubſequens, Sacramenta, ceteraque media ad iuſtificationem adquirendam allegoricè ſignificari poſſunt; per tenebras verò in eodē ſenſu peccata exprimuntur, cum ergo hæc per contritionem ad illa accedunt propriam turpitudinē, & fæditatem amittunt, cādoremque diei, ſeu lucis adquirunt.

DIES VNVS.

Singularis ſanctitas ſæculo ſuo ſingularitatem cōmunicat.

17 NON primus, ſed vnus, ſine reſpectu, & relatione ad alterū diē, An quia lux in hac

hac die creata communicauit diei creationis ſuæ propriam ſingularitatem?

VEL SIC.

Conceptionis Mariæ Dies inter omnes ſingulariſsimus.

18 PEr hanc lucem intelligit S. Vincentius Ferrerius immaculatam Beatæ Mariæ Virginis conceptionem, quid ergo mirum ſit vnica ſingularis, & non reſpectiua dies inqua vnica ſingulariſsima, & ſine exemplari conceptio adumbrata fuit?

CAP. 1. NVM. 16.

Fecitque Deus duo luminaria magna: Luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt preſſet nocti, & ſtellas.

AD CAP. 1. N. 16.

Primi præſules ab officio bene adimpleto nomen, & honorem deſumunt.

19 SOlem, & Lunam non appellat nomine proprio, ſicut ſtellas, ſed nomine ſui muneris, & officij.

CAP. 1. NVM. 17.

Et poſuit eas in firmamento Cæli, vt lucerent ſuper terram.

AD CAP. 1. N. 17.

Cælorum luminaria non ſolum terrã illuſtrant, ſed etiam ſcrutantur.

20 NON ſolum, vt lucerent terræ, ſed ſuper terram, hoc eſt; non ſolum, vt terram illuſtrarent, ſed etiã ſcrutarentur, & quæ in illa agerentur poteſtativo quodam intuitu recognoſcerent: Videque ad Deuteronomij cap. 11. num. 21. notata ſunt.

CAP. 1. NVM 26. ET 27.

Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c.

AD CAP. 1. N. 26. ET 27.

Hominis prælatura & in Dei obſequio, & in virtutum conſtitit exercitio.

21 NON dixit: *Vt præſit*, ſed: *Et præſit* ad denotandum, finem creationis hominis non fuiſſe ad brutis preſidendum, ſed ad Deo obtemperãdum, & in virtutum exercitio aſsimilandum.

VEL SIC.

Homini non ſolum vitam cõceſit Deus, ſed honorem.

22 PRæferentia, & prefectura hominis reſpectu ceterarum creaturarum concomitanter ſe habet ad ipſius productionem, vtadeó nobilem creaturam in ſuis natalibus Deus condecoraret, & ſublimi prelationis honore nobilitaret.

Homini recens formato Deus modeſtiã docuit, ne præſumptionis morbum incurreret.

23 Sed cur, formato homine, non ait textus: Et vidit Deus, quod eſſet bonum, ſicut in ceterarum productionibus crearurarum iterato dicitur? Hîc communiter ad liberum hominis arbitrium recurritur; ſed ego prędicta verba abſque vllo liberi arbitrij preiudicio pronuntiari potuiſſe exiſtimarem, independenter enim ab illius vſu bonum fuit, hominem à Deo plaſmatum fuiſſe: vnde ad aliam moralitatem videtur *mihi aptius* recurri poſſe: *Hominem* Deus manu ſua, operé, conſilio, affectione, ceteriſque, quæ Tertulianus diſerté congerit, formauit; reliquas verò creaturas iuſſit fieri. Pſal. 148 *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit. & creata ſunt*: Homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei expreſſam formatus eſt; non ſic reliquę creaturæ: noluit ergo Deus ſe in imagine, & ſimilitudine ſua, & in operè á ſe manufacto laudare, vt hominem recens formatum neceſſariam modeſtiæ virtutem doceret, & omnem de ſe, vel rebus ſuis preſumptiuam iactantiam abolendam inſtrueret.

CAP. I. NVM. 28.
Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.

AD CAP. I. N. 28.

Virginitatis prerrogatiua fœcunditatis priuilegia longe excedit.

24 NUptiæ hîc inſtitutæ terram replent; at virginitas, & continentia cœlum.

Naturæ iniuria fit ſi ante ipſius incrementũ procuretur augmentum.

25 Et notandum, quam recto ordine procedit textus: prius enim eſt, ad iuſtum corporis incrementum peruenire, quam multiplicationi incumbere, ſed ex naturæ corruptæ prauitate, peruerſaque iuuenum educatione, hic conuenientiſsimus ordo frequenter inuertitur, vix enim pubertatem attingunt, & iám per omnes luxuriæ ſpecies diffunduntur, & deuachantur.

CAP. I. NVM. 29.
Dixitque Deus: ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemet ipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam.

AD CAP. I. N. 29.

A Deo vſui hominum conceſſus frugaliter, & regulatè vtẽdum.

26 VT ſint vobis in eſcam; non in occaſionem luxuriæ, vel auaritiæ.

CAP. I. NVM. 30.
Et cunctis animantibus terræ.

AD CAP. I. N. 30.

Per alimentorum cum brutis communionem Deus hominem l argitatem, & & modeſtiã docuit.

27 ADuertite, quod non vobis ſolis rationalibus, ſed ceteris etiam animantibus præparaui cibos; nec meæ voluntatis eſt, quod vos ſoli omnia conſumatis.

Vt habeant ad veſcendum.

Moderatio in cibis brutis etiam á Deo intimatur ad rationalium eruditionem.

28 ETiam brutis in vſu ciborum modum, & moderationem Deus impoſuit ad rationalium inſtructionem.

CAP. I. NVM. 31.
Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.

AD CAP. I. N. 31.

Iterata attentione, ipſimine neceſſaria, vtitur Deus, vt hominẽ inſtruat attendere.

29 VIdet Deus ſemel, & iterum, quæ ab eo fiunt, & homo ad ea quæ debet facere, vel ſemel attendere non curat?

CAP. 2. NVM. 1.
Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum.

AD CAP. 2. N. 1.

A Dei actione ad operis perfectionẽ optima conſequentia.

30 OPtima conſequentia: cœlum, & terra, & quę in ipſorum ambitu continentur, ſunt opera Dei, ergo perfecta.

CAP. 2. NVM. 2.
Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.

AD CAP. 2. N. 2.

Deus reparans naturam lapſam ſibimet creanti aſſimilatur.

31 REquieuit etiam Chriſtus die ſeptimo ab vniuerſo operè, quod refecerat; per hunc enim ſolum integrum diem quieuit in ſepulchro, antecedente, & ſubſequente diebus tantummodo inchoatis.

Præfertur hominis reparatio ad ipſius formationem.

32 Et notandum, quod quid perfectius ſignificat vox: *Conſummatum eſt*, quam protulit Chriſtus perficiens in Cruce redemptionem, quam vox: *Compleuit*, quæ hîc apponitur, vt ſic denotaretur præferentia reparationis naturæ lapſæ reſpectu primitiuæ ipſius formationis, & productionis.

VEL SIC.

Amoris vmbra bona hominum opera ſpectatorem accipiũt.

33 PErtinet quodammodo ad complementum operis, quod operans artifex quieſcat, imo quod requieſcat: poſt mor-

mortem enim artificis opera ipſius æſtimabiliora ſunt, & celebriora.

CAP. 2. NUM. 3.

Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret.

AD CAP. 2. N. 3.

Deus ſemel benefaciēs á benefaciendo non ceſſat.

34 QVod creauit Deus vt faceret, ideſt, vt continuo motu ſuæ protectionis, & virtutis conſervaret.

VEL SIC.

Deus à fragilium conditione ad reparationem pignoratur: vnde fecit Deus in homine quem ſemper reficeret

35 SI opus Dei creatum ſupponitur, quid amplius faciendum reſtare poterat, niſi lapſum, & confractum reficere, & reparare?

CAP. 2. NVM. 16. ET 17.

Præcepit que ei dicens: ex omni ligno paradiſi comede. De ligno verò ſcientiæ boni, & mali, ne comedas.

AD CAP. 2. N. 16. ET 17.

Deus præſulū norma, vt perfectam obtineat obedientiam nullam permittit ſubditis indigentiam.

36 VT Deus Adamum lege prohibitiua coerceat, ne de vna ſingulari arbore comederet, eum abundantiſsimè paſcit reliquas omnes arbores permittens: Advertant ſuperiores, & communitatum rectores, in legibus prohibitiuis, non eſſe nimios, & in permiſsivis parciſsimos: de inde, quod, vt ſubditos fræno regulasis obſervantiæ benè regant, eos oportet abundanter paſcere, & omnia ad vitæ, quam profitentur, neceſſaria ſubminiſtrare.

IN QVACVMQVE ENIM DIE comederis ex eo morte morieris.

Peccatum tam animæ quam corpori inducit mortem.

37 VTranque mortem comminatur Deus Adamo inobedienti: animæ ſcilicet, & corporis.

VEL SIC.

Timor mortis, & vitam componit, & mortem euitat.

38 METum mortis injcit Deus, vt efficaciſsimum medium tam ad legem implendam, quam ad mortem euitandam.

CAP. 2. NUM. 22.

Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.

AD CAP. 2. N. 22.

Formatio mulieris ædificatio dicitur, vt mundum modeſtiæ ſuæ ædificaret; non vt ſe exceſſiuo impenato, & mundo muliebri ædificaret.

39 EX parte illa ſolida, quam Deus, non de capite, non de pedibus, ſed de latere Adam ſumpſerat, ob rationem, quam bene Hugo Carenſis ibi aduertit, dicitur Heuam non formaſſe; ſed ædificauiſſe, vt femina in ipſamet ſui compoſitione, & compaginatione ædificationem, & modeſtiam implicitam eſſe intelligeret; ſed hoc documentum ex humana malitia ad contrarium finem communiter detorquetur: ſicut enim ad ædificij ſtructuram multa requiruntur, ſic femina exiſtimat, plurima ſibi neceſſaria eſſe ad ſuæ vanitatis faſtuſque oſtentationem: *cui;* cum totus *mundus* deſerviat; propriſsimè mundi muliebris nomenclaturam vſurpauit.

CAP. 2. NVM. 23.

Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.

AD CAP. 2. N. 23.

Formatio mulieris fecit illam viri ſociam, culpa ancillam.

40 FOrmatio mulieris fecit illam à viro dependentem: culpa tranſtulit in ſubditam, & ancillam, ideó cap. 3. ſequenti numero 16. dicitur: *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.*

CAP. 2. NVM. 24.

Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.

AD CAP. 2. N. 24.

Hic agere videtur Adamus hiſtoriographum nō præceptorem.

41 HOC videtur loqui Adamus, non præceptiué; ſed relatiué, propheticé, & hiſtorialiter.

CAP. 3. NUM. 1.

Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi?

AD CAP. 3. N. 1.

Legis examinator, & legi fragus non differunt.

42 EFficaciſsimum medium ad legis fractionem, & præuaricationem inducendam, eſt inductio ſubditi ad hoc, vt motiuum legislatoris, & in qua ratione fundetur lex, examinare vellit, & conetur.

CAP. 3. NUM. 3.

De fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

AD CAP. 3. N. 3.

A piiſsima Dei conditione pœna etiam abſolute comminata conditionate expectari poteſt.

43 CUM Deus mortem abſolutè comminatus fuerit, cur Heua ſerpenti aſſerit, mortem à Deo ſub contingētia comminatam? An quia ex dono ſcientiæ naturæ integræ conceſſo, noſcebat piiſsimum Dei ingenium adeò ad parcendum procliué, vt cum ſupplicium abſolutè, & aſſertiuè comminatur, vix ſub contingentia debeat expectari?

VEL SIC.

Morte nihil certius; noſtræ autem apprehēſionis reſpectu nihil contingentius.

44 NIhil fatalius certiuſque nobis eſt, quam mors, noſtra autem inconſideratio nihil contingentius apprehendit.

Mulier non dubitat præcepto ad ſe non directo ſubijci, vt omnibus ſe immiſceat.

45 Sed cur ait, præcepit nobis, cum præceptum Adamo ſoli fuerit impoſitum? An quia id eſt ingenium feminarum, vt omnibus ſe immiſceant?

Mulieris, vel ſolus tactus, periculoſus.

46 Sed cur aſſerit, tactum etiam fuiſſe à Deo prohibitum, cum guſtum ſolum prohibuerit? An quia guſtus ſpecies quædam tactus eſt, vt nonnulli phyloſophi autumant?

Notitiæ ab vno ad alium fluentes diſtiuunt.

47 An quia hoc præceptum à Deo ad Adamum, ab Adamo ad Heuam intimatum tranſijt, & cum res ab vno ad alium fluunt, notitiæ ve dimanant, nunquam finceriter, vt ſunt, ſed cum aliqua mutatione, & variatione pertranſeunt?

VEL SIC.

Subditus, quo debilior, fortiore precepti indiget intimatione.

48 ADamus muliebrem fragilitatem intimé recognoſcens prudenter, & cautè in præcepti illius intimatione Heuæ facta teduplicaris, & vrgentioribus verbis vſus fuit, ne adeo facilé ad præcepti trāſgreſſionem prolaberetur.

VEL SIC.

Efrons hominum temeritas præcepta intendit vt tranſgreſſiones extendat.

49 TAlis hominum audacia eſt, & ad præcepta frangenda anxia temeritas, vt præceptum exagerare non dubitet, ad hoc, vt grauior enormiorque ſit præcepti tranſgreſsio.

CAP. 3. NUM. 4.

Dixit autem ſerpens ad mulierem, nequaquam morte moriemini.

AD CAP. 3. N. 4.

Morcis deſpectus vel immortalitatem ipſam mortalem efficit.

50 DEſpectū mortis diabolus in hominem introducere ſatagit, vt eum de immortalitate, ad mortalitatem transferat.

A primo, & pernicioſiori mēdacio diabolus mendacij pater nuncupatur.

51 Et notandum, hoc fuiſſe primum, pernicioſiuſque mendacium, quod in vniuerſo terrarum orbe vnquam prolatum eſt: vnde diabo-

diabolus legitima compellatione mendacij pater nuncupatur.

CAP. 3. NUM. 5.

Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum.

AD CAP. 3. N. 5.

Vix formatã hominem diabolus circa fidem ſatagit decipere

52 VIX exorto mundo iam diabolus fidem euertere conabatur, & per deorum pluralitatem, vel atheiſmum, vel idololatriam inducere molie batur.

CAP. 3. NUM. 6.

Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile.

AD CAP. 3. N. 6.

Peccatrix Heuæ petulantia oris guſtum ad oculos tranſtulit, vt celerius præceptum frangeret.

53 POterant quidem oculi, arboris, fructuſque pulchritudinem percipere; ſed non, quod bonus eſſet ad veſcendum, diſcernere, donec guſtus iudicium acceſſiſſet; ſed ea fuit Heuę ad infringendum præceptum accelerata anxietas, vt ſenſu promptiori ad operandum illud frangeret, & ipſis oculis præuiolaret.

CAP. 3. NUM. 14.

Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

AD CAP. 3. N. 14.

Hîc à Deo in vtramque hominis portionem dæmoni videtur conceſſa facultas.

54 HVgo Carenſis hîc: in hebræo pro Terra, habetur: Aſphar, id eſt fauillam vel puluerem: per fauillam intelligi poteſt anima rationalis, quæ ignis diuini participatio eſt, per puluerem, corpus humanum ex terra compactum, vnde hîc dæmoni videtur conceſſa poteſtas in corpus, & animam damnandorũ, vel ad homines in vita degentes interius, exteriuſque perſequendos, permiſſa facultas.

CAP. 3. NUM. 16.

Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.

AD CAP. 3. N. 16.

Nimia fæcunditas quæ naturæ integræ præmium foret, eiuſdem lapſæ in ſupplicium verſa.

55 NImia fæcunditas videtur eſſe vna x pænis à Deo pro originali peccato mulieri inflictis.

SVB VIRI POTESTATE ERIS, & ipſe dominabitur tui.

Heuæ ſubiectio ad virum reduplicatiuè intimatur ipſo inſtio, vt pote tunc tali honore indigno.

56 HIC eadem ſubiectio dupliciter exprimitur: primo paſsiuè ex parte mulieris: *ſub viri poteſtate eris*: ſecundo actiuè ex parte viri: *Et ipſe dominabitur tui.* Cur ergo vtroque modo Heuę tantum intimatur, cũ hîc ſecundus ad Adamum pertineat, cui oportebat intimari, & manifeſtum fieri? An quia illa fœminæ ſubiectio, magna erat viri exaltatio, & tunc Adamus ob culpam erat exaltatione, tantoque honore indignus?

VEL SIC.

Homo adeò ex ſe ſuperbus, vt ad imperandum nec inſtructione nec notitiæ indigeat.

57 IMperare, alioſque ſubijcere eſt quid ambitioſæ naturæ humanæ valdé conſentaneum: ſubijci, violentum, & repugnans naturæ eidem: hoc ergo ſemel, & iterum Heuæ ſubiectæ intimatur: illud verò, quod ad Adamum imperaturum ſpectat, intimatione vel certioratione non indiget.

Deus puniens verba multiplicat non verbera.

58 Sed iterum inquires, cur addatur hæc ſecunda clauſula, ſcilicet: Et ipſe dominabitur tui, cum totum, quod per illam ſignificatur claré, & manifeſtè in prima clauſula, nempe: *Sub viri poteſtate eris*, ſit expreſſum? An quia Deus puniens verba multiplicat, non verbera?

Mulier ſubiecta fuit Deo primario, & principaliter; viro ſecundario, & inſtrumentaliter.

59 Sed in hoc maius, & altius myſterium latere exiſtimo: mulier enim non fuit ſubiecta viro abſolutè,

luè, & vtcumque, ſed viri poteſtati, & cum omnis poteſtas á Deo ſit, vt ait Paulus ad Romanos cap. 3. num. 1. Mulier Deo, primo, & principaliter ſubiecta per illa verba remanſit; viro, ſecundariò tantum, & inſtrumentaliter: ſed cum hoc piè, congruè, & prouidenter diſpoſitum á Deo, futurum eſſet, quod vitio naturæ lapſę non ita obſervaretur, additur ſecũda clauſula propheticè aſſertiua, & prænuntiatiua illius, quod opere exæquendum erat. Vnde ſic paraphraſticè præſens textus exponi poteſt: Ipſe dominabitur tui abſolutè, deſpoticè, & principaliter, cum ego te ei ſubiecerim limitatiuè ſubordinatè, & inſtrumentaliter.

CAP. 4. NUM. 7.

Nonne ſi bene egeris recipies: ſinautem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit.

AD CAP. 4. N. 7.

Peccatum, & ſi internum, venenum eſt foras erumpens.

60 IN foribus, id eſt, in facie, & ſenſibus externis, qui ſunt animæ fores, quę enim aliæ fores erant, cum hæc verba prolata ſunt?

CAP. 4. NUM. 9.

Et ait Dominus ad Cain: vbi eſt Abel frater tuus?

AD CAP. 4. N. 9.

Vbicatio ſubditi oculis, vel mentê prælati ſemper obverſari debet.

61 HÆC quęſtio proponitur omnibus prælatis, ait Hugo Carenſis ibi.

CAP. 4. NUM. 15.

Dixitque Dominus: Nequaquam ita fiet: ſed omnis, qui occiderit Cain ſeptuplum punietur.

AD CAP. 4. N. 15.

Adeo irregulariter grauis morbus peccatũ eſt, vt Deo non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè medico indigeat.

62 DEus ſe gerit tamquam anceps, & anxius medicus omnia tentans, etiam contraria, vt peccatorum morbos depellat, & homines à peccando abſterreat, ideoque Adamo mortem; Caino inſligit vitam, tanquam peccati ſupplicium.

CAP. 4. NUM. 20.

Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum.

AD CAP. 4. N. 20.

Olim Pater, & Magiſter nomina vniſona; nunc autem diſona valde ſunt.

63 PAter pro magiſtro, & propriſsima nec non doctrinali locutione, nam in illo aureo ſæculo filij exercebant munera parentum ſuorum, nunc filij parentum ſuorum munera deſpiciunt, & dedignantur, &, quod turpius eſt, parentes ipſi erubeſcunt, filios exercere eadem munia, & officia, quę ipſi exercent, & conantur ſeduló eos ad altiorem gradum prouehere.

CAP. 4. NUM. 24.

Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties.

AD CAP. 4. N. 24.

Ad propriam vitam tuendam quiſque induſtrius.

64 LAmech ſeptuagies ſeptuagies punitus fuit in ſeptuaginta filijs ſuis diluuio peremptis ait Hugo Carenſis ibi. Sed ego exiſtimarem, Lamechum hęc verba ad defenſionem, & ſecuritatem propriæ vitæ tuendam, vel ex diuino impulſu, vel ex tui ipſius induſtria pronuntiaſſe.

CAP. 4. NUM. 26.

Sed, & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cæpit invocare nomẽn Domini.

AD CAP. 4. N. 26.

Qui Dei auxilium, & miſericordiam implorat ipſum præcæteris laudat.

65 NOnne Adam, Heua, Abel, & alij nomen Domini inuocauerunt, cur ergo dicitur, quod Enos invocare cæpe-

cœperit? Fortè quia illi inuocauerunt laudando ſolum, & magnitudinem Dei extollendo; iſte verò implorando Dei auxilium, & miſericordiam poſtulando.

CAP. 5. NUM. 1.

Hic eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum.

AD CAP. 5. N. 1.

Immortali hominis philoſophia generatio eſt generantis corruptio.

66 LIber generationis Adã dicitur ille, in quo ipſius mors refertur, quia in morali, & mortali hominũ philoſophia, generatio vnius, non eſt alterius, ſed ipſius met generantis corruptio.

Homo omnia Deo; cur non Deus omnia homini?

67 Sed cur non dicitur: Hic eſt liber generationis Cœli cum Angelis, & aſtris ſuis, & terræ cum animantibus, herbis, & plantis eius; ſed *Hic eſt liber generationis Adam*? An quia ſolus Adam, ideſt humanum genus cæteris omnibus creaturis in Dei æſtimatione præſtat?

Deo placet non ſolum omnibus modis hominis author eſſe, ſed etiam gloriari.

68 Et notandum tres actiuæ productionis modos; Generationem ſcilicet, Creationem, & Efficientiam in hac vna ſimul clauſula recenſeri, vt ſe Deus humani generis omnimode authorem oſtenderet, ne dicam, oſtentaret.

CAP. 6. NUM. 7.

Delebo, inquit, hominẽ, quem creaui, à facie terræ.

AD CAP. 6. N. 7.

Cum Deus in hominem ſententiam mortis pronuntiat magnã ſui erga hominẽ affectionem explicat.

69 CVR, Delebo, & non, Deſtruam? Quia homo erat in mente, & corde Dei ſcriptus. Ideò Canticorum, cap. 8. num. 6 anima ſancta dicebat: *Poneme vt ſignaculum ſuper cor tuum*, &c.

VEL SIC.

Homo terræ vt ſcriptura papyro, ad hæret.

70 CUR: *Delebo à facie terræ*? Quia homo operibus carneis adeò erat terræ affixus, vt ſcriptura papyro, & notandum quod ipſa etiam terra pœnę ſubijcitur, non enim deleri poteſt ſcriptura, quim papyrus, in qua delineata eſt, ſtilo hinc inde tranſuerſo fædetur, & conſpurcetur: nec ab hac vniuerſali ſententia videtur Nae cum filijs ſuis, & nuribus excluſus, non enim remanſit in facie, ſeu ſuperficie terræ, rigoroſe loquendo, dum ira diuina deſæuijt, & per vniuerſum mundum graſata fuit: vide 4. Reg. cap. 21. num. 13.

CAP. 6. NUM. 8.

Noe verò inuenit gratiam coram Domino.

AD CAP. 6. N. 8.

Gratia à filijs Adã dicitur inuenta quoniam ab illo deperdita.

71 HOC ſtilo frequenter loquitur ſacra ſcriptura de gratia Dei, vt innuat illam ab Adamo deperditam.

CAP. 6. NUM. 13.

Finis vniuerſæ carnis venit coram me.

AD CAP. 6. N. 13.

Ipſa vitiorum corruptio in ſui properat interitum.

72 NON vado ad vltimũ ſupplicium vniuerſę carni, id eſt omni humano generi inferendum; ſed ipſum met genus humanũ ad me venit vltimo ſupplicio afficiendum, nam ipſamet vitiorum corruptio ſuimet ruina, & peremptio eſt.

CAP. 6. NUM. 14.

Fac tibi arcam de lignis læuigatis.

AD CAP. 6. N. 14.

Iuſtus non ſibi ſoli ſed ſuis etiã meretur.

73 ARca ſoli Noe ſaluando iuſſa fuit fabricari, vt denotaretur, cæteros ipſius familiares ob eiuſdem merita fuiſſe libe-

liberatos, vt colligitur ex cap. 7. ſequenti num. 1,

CAP. 7. NUM. 12.

Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

AD CAP. 7. N. 12.

74 SI in nomine *Dies* includitur nox vt patet ſupra cap. 1. cur hîc addit textus: *Noctibus?* An quia adeó fuſcum, tenebroſumque erat cœlum, vt potius nocte, quam dies apparerent? Ac ſi diceret: Quadraginta diebus, qui potius quadraginta noctes dici poſſent.

Flagellante Deo dies in noctes deturpatur, & nigreſcunt.

CAP. 8. NUM. 1.

Recordatus autem Dominus Noe.

AD CAP. 8. N. 1.

75 ERgo oblitus fuerat Deus Noe? Vtique tamquam oblitum ſe geſerat, niſi enim Deus meritorum Noe quaſi obliuiſcens ſe geſiſſet, nullum viuentium deleuiſſet, imo potius omnibus propter ipſũ peperciſſet.

Niſi Deus meritorum inſti, quaſi obliuiſcens ſe gerat nequit in ſontes vindicem agere.

CAP. 8. NUM. 8.

Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret, ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ.

AD CAP. 8. N. 8.

76 EMiſit Noe columbam poſt coruum, non vt columba coruum ſequeretur ſeu imitaretur, ſed potius, vt ipſum regeret, ac ad bene operandum dirigeret.

Iuſtus debet peccatorem ſubſequi, non vt illũ imitetur, ſed vt dirigat.

CAP. 8. NUM. 9.

Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam.

AD CAP. 8. N. 9.

77 INuenit quidem vbi cõſiſteret, ſed non inuenit, vbi libenter requieſceret pes mundiſsimæ volueris.

Mundus in immundis nequit quieſcere.

78 Sed cur loquitur de pede in ſingulari, cum columba non ſoleat, vno tantum pede conquieſcere? Sed illa myſtica columba minimo, quo poteſt, terram attingit, quia ſemper in cœlum contendit.

Leuiſsime terram attingit, qui ferme in cœlum contendit.

CAP. 8. NVM. 14.

Menſe ſecundo, ſeptimo, & vigeſsimo die menſis arefacta eſt terra.

AD CAP. 8. N. 14.

79 NOluit Noe calcare ſuper terram aquis punitiuis humectatam, ſed expectauit vſque dum nullum præcedentis iræ ſignum appareret.

Iræ Diuinæ veſtigia, etiam præteritæ pertimeſcenda.

VEL SIC.

80 NOluit calcare ſuper terram vſque dum ad ſuam naturalem ariditatem fuiſſet reſtituta, de illaque poſſet enuntiari illud, quod ſupra cap. 1. num. 10. ſcilicet: *Vocauit Deus aridam terram.*

Terra nondum ſibi reſtituta humanis greſsibus inepta.

CAP. 8. NUM. 22.

Cunctis diebus terræ, ſementis & meſsis, frigus, & æſtus æſtas & hiems, nox & dies non requieſcent.

AD CAP. 8. N. 22.

81 NON ait Dominus: Non ceſſabunt; ſed Non requieſcent, forté ad denotandum, quod propter hominum peccata hoc cœleſtium ac terreſtrium creaturarum munus, & exercitium graue, ac laborioſum ipſis redditum fuerit.

Homini poſt peccatum creaturarũ miniſterium graue ac laborioſum.

CAP. 9. NUM. 1. ET 2.

Benedixit Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram: Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli.

AD

AD CAP. 9. N. 1. ET 2.

Homini poſt peccatum creaturarum dominium à naturali in violentum conuerſum.

82 CUR non dixit Deus: *Dominamini piſcibus maris, &c.* vt ſupra cap. 1. num. 28 primis parentibus dixerat? An quia propter peccatum originale perdidit homo verum, & naturale dominium in animantia, & eius loco ſucceſit terrificum, violentum, & tyrannicum? Quod ſatis claré inſinuat textus dicens: *Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ?*

CAP. 9. NUM. 2. ET 3.

Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.

AD CAP. 9. N. 2. ET 3.

Propter Deiparæ immunitatem multæ leges vniuerſales cum variis exceptionibus in ſacra pagina leguntur

83 A Duerte vniuerſalem propoſitionem, non obſtantibus exceptionibus cap. 11. Leuitici, quod pro immaculata Deiparę conceptione notari poteſt.

CAP. 9. NVM. 4. ET 5.

Excepto, quod carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis.

AD CAP. 9. N. 4. ET 5.

In humanum ſanguinem nec bruta ipſa impuné Deus audere permittit.

84 VIolentam humani ſanguinis effuſionem de brutis vindicat Deus, quid ni de rationalibus vlciſcetur?

CAP. 9. NVM. 9.

Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos.

AD CAP. 9. N. 9.

Mulctato orbe Deus antea terrificus miteſcit.

85 IAm incipit Deus mitius ageré cum hominibus, paciſcens cum illis, cum quibus antea terrificis pręceptis agebat.

CAP. 9. NVM. 12.

Dixitque Deus: Hoc ſignum fœderis, quod do interme & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas.

AD CAP. 9. N. 12.

Sempiternum pro diuturno quãdoque ponitur.

86 HIC ſempiternum pro diuturno, longoque tempore duraturo ponitur.

CAP. 9. NUM. 24. ET 25.

Euigilans autem Noe ex vino: cum didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis.

AD CAP. 9. N. 24. ET 25.

Peccatum Adami in omnes; Chami verò in ſuos quaſi originaliter, poſteros derivatum.

87 PEccarum Cham fuit quaſi originale in poſteros deriuatum: Adamicum generícum, & vniuerſale fuit; hoc quaſi ſpecificum, ad vnam tantum progeniem limitatum: illud ſeruitute dęmonis punitum fuit; hoc humana ſervitute mulctatum, quę pœna fortê grauior nonnullis videri poteſt.

VEL SIC.

Dominatio & ſeruitus naturæ humanæ promiſcuè conueniunt.

88 HInc fundamẽtum ſumeré poteſt politicum illud quorundam dicterium: Homines quoſdam natura ſua dominos, quoſdam ſeruos.

CAP. 11. NVM. 1.

Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.

AD CAP. 11. N. 1.

Magnum terræ bonum vocum mentiumque cõſenſus.

89 PER labium lingua, hoc eſt idioma intelligitur: per illa verba: Sermonum eorundem, conformitas in mentis conceptibus explicatur.

CAP. 11. NUM. 5.

Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam.

AD

AD CAP. 11. N. 5.

Homo quo altius ſe attolli curat, profundius demergitur.

90 ADuertenter dicitur: *Deſcendit Dominus*, ad denotandum, quod etiam ſi turris illa iuxta fabricantium intentionem perficeretur, non ſolũ cœlum non contactura erat, ſed adeò demiſſa, & humilis remanſura fuiſſet, quod neceſſum eſſet de cœlo deſcendere ad hoc vt videretur.

Vide ſup. n. 90.

91 Vel ad innuendum, quod quantò homo, peccando, altius aſcenderè conatur, tanto inferius deſcẽdit, profundiuſque deijcitur.

Qui vitiá maiorum imitantur ab ipſis denominari debent.

92 Sed cur audaces iſti ædificatores non filij Noe, ſed filij Adã compellantur? An quia Adamicę elationis; non verò Noemicæ modeſtiæ *imitatores* erant?

CAP. 12. NUM. 1.

Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi.

AD CAP. 12. N. 1.

Non relinquũt mundum qui mente, & corde non relinquunt.

93 QUomodo poterat Abrã de terra, ſeu prouintia ſua egrediquin etiam á cognatione, & domo paterna egrederetur. Cur ergo iſtam egreſsionem ſuperaddit textus, & ſpecificatiuè, & ſignatè exprimit? An ad ſugillandum multos viros, preſertim religioſos, qui terrena, & peritura deſpiceré præſumunt, & relinquentes mundum corpore, cor, mentemque in mundo relinquũt?

Mariana terræ ſitus ſolus Deus demonſtrare poteſt.

94 Sed ad quam terram vocaris, ó Abram? Terram ſcilicet, quã ex hac terra, quam calcas, non potes illatinè cognoſcere: eſt enim terra ſingularisſima, & huic valde diſsimilis, terra nempe Mariana, quam ego ſolus monſtrare, & manifeſtare poſſum.

CAP. 12. NUM. 11. ET 12.

Cumque prope eſſet, vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori ſuæ: Noui, quod pulchra ſis mulier: & quod cum viderint te Ægyptij: dicturi ſunt. Vxor ipſius eſt.

AD CAP. 12. N. 11. ET 12.

Mariani ſymboli pulchritudo non corporis, ſed mentis oculis contemplanda.

95 CUR non dixit: Videó, vel conſpicio; ſed: *Noui*, quod ad intellectum pertinet? An quia Abram non oculis corporeis, ſeu ſenſualiter concupiſcentibus, ſicut Ægyptij infra num. 14. ſed ſpirituali, & mentali conſideratione Sarai pulchritudinem contemplabatur?

In Sara pulchritudo ſexui præponitur vt Deiparã gratia præuentam præfiguret.

96 Sed notandus loquendi modus. non ait Abrã; Noui quod mulier pulchra ſis, ſed: *Noui quod pulchra ſis mulier*; prius pulchram, quam mulierem appellans, vt Mariæ pulchritudinem adumbraret.

Etiam in Mariæ ſymbolo gratiæ pulchritudo non tamquam accidens ſed tãquam ſubſtantiæ ſignificatur.

97 Notandum inſuper, hanc pulchritudinem non ſolum Sarai vmbratæ hæceitatem præcedere, ſed etiam verbum: *Sis*, quod: Eſſe, ſeu: Eſſentiam ſignificat.

CAP. 13. NUM. 5. ET 6.

Sed, & Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos caperè terra.

AD CAP. 13. N. 5. ET 6.

In ea terræ portione, quæ vix duos caperè poteſt, Ieſus plurimos, & pæne innumeros aſſociare valet.

98 TErra, quæ nunc duos caperè non poteſt, poſt aliquot ſæcula duodecim tribus, cum feré innumeris contribulibus capiet: An quia Abram meruit quidem habere Deum benedicentem, & promiſſorem; at illi nacti ſunt Ieſum ſortitorem, & diuiſorem? Vide Joſue cap. 1.

CAP.

CAP. 13. NUM. 8. ET 9.

Dixit ergo Abram ad Lot: Ne, quæſo, ſit iurgium interme, & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos: fratres enim ſumus: Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede á me obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo, &c.

AD CAP. 13. N. 8. & 9.

Quandoque abſentiâ non diſoluitur, ſed potius fouetur amicitia.

99 QUandoque oportet ſeparari, & ad inuicem recedere, vt amicitia non ſoluatur, ſed conſeruetur, & creſcat.

CAP. 14. NVM. 9.

Quattuor reges aduerſus quinque.

AD CAP. 14. N. 9.

Quattuor virtutes cardinales aduerſus quinque ſenſus valent, & præualent.

100 QUattuor virtutes cardinales aduerſus quinque ſenſus corporis, moraliter intelligi poſſunt.

CAP. 14. A NUM. 22.

Qui reſpondit ei: Leuo manus meas ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ, quod à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abram, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum Aner, Eſcol, & Mambre, iſti accipient partes ſuas.

AD CAP. 14. A N. 22.

Liberalitas non de alienis; ſed de proprijs laudabiliter exercetur.

101 HIC Abram ſpecimen eximiæ liberalitatis exhibuit: ea, quæ ad ſe iure belli pertinebant, non admittens; & quæ ad alios eodem iure ſpectabant, non remittens.

Manus melius ex miſericordia, vel liberalitate vacuæ, quam ex auaritia onuſtæ ad Deum leuari poſſunt.

102 Sed quid ſibi vult Abram hæc verba pronuntians: Leuo manus meas ad Dominum Deum excelſum? Ac ſi diceret, ſi manus onuſtas ſpolijs, etiam licitè, & iuſtè partis, haberem, eas ad Deum leuare non poſſem.

Cum cœleſtibus bonis terrena coniungi non debent.

103 Cur autem præcauet Abram, ne vnquam dici poſsit, ſe à Sodomorũ rege diuitem factum? Ne cum diuinis promiſsionibus humanas coniungeret remunerationes.

VEL SIC.

Cœleſtia bona vel ſemel fruenti, terrena omninò vileſcunt.

104 CVI ſpiritualibus bonis frui conceſſum eſt, omnia bona terrena deſpiciat neceſſe eſt.

VEL SIC.

Solus Deus ditat, & non improperat.

105 DEus Abramum ſpiritualitér, & corporalitèr ditans, nunquam dixit: Ego ditaui Abram, at veró ſi â Sodomorum rege munera, etiam iure belli debita, acciperet, ſtatim ab eo audiret: Ego ditaui Abram. Deus enim dat omnibus affluentèr, & non improperat; ſed terreni reges dant aliquibus parcè, at improperijs, & perpetuis ſugillationibus non parcunt.

CAP. 15. NUM. 1.

Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.

AD CAP. 15. N. 1.

Qui bona terrena generoſè deſpicit, cœleſtibus vſque ad nimietatẽ abundat.

106 DEus ſpiritualium bonorum vſque ad nimietatem liberalis cum homine terrena, & caduca bona generoſé deſpiciente.

Proſperitas humana ex multiplici motiuo timenda.

107 Sed notandum, quod antequam Deus Abramum nimia hac mercede remuneraretur, ipſum confortat, & omnem timorem ſua protectione depellit, â nulla enim re magis trepidare debent iuſti, quam á beneficijs à Deo receptis: tum ob difficultatem benè eis vtendi, tum propter obligationem, de ipſis exactam rationem reddendi.

VEL SIC.

Qui de ſpe-cie ra præſumit di-uinum fauorem experitur.

108 ABramum de ſua gratitudine ex iniqua naturæ humanę conditione trepidantem Deus confortare, & ſecurum redere dignatur.

CAP. 15. NUM. 4.

Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum dicens: Non erit hic heres tuus: ſed, qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis heredem.

AD CAP. 15. N. 4.

Matrimonij vinculum non ſolum ſocietatē cauſat, ſed etiā vnitatem.

109 VVlua Sarai dicitur Abrami vterus; tanta eſt matrimonij ſocietas, imo vnitas. Hinc ad litteram explicari poteſt illud Pſal. 131. num. 15. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*

CAP. 15. NVM. 10.

Qui tollens vniuerſa hæc diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit: aues autem non diuiſit.

AD CAP. 15. N. 10.

Terreſtria diuiſionē cauſant; at cœleſtia vnitatem fouent.

110 IN terreſtribus datur diuiſio, & vnum contra vnum; in cœleſtibus verò, per aues ſignificatis, non diuiſio, ſed vnitas fouetur, & conſeruatur.

VEL SIC.

Cœleſtibus bonis cum terreſtribus nullum commercium.

111 INauibus contemplatio cœleſtium deſignatur, quæ non debet cum caducis, & terreſtribus diſtrahi in diuiſionem.

CAP. 16. NUM. 3.

Tulit Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro ſuo vxorem.

AD CAP. 16. N. 3.

Ex diuturna bonorum ſocietate praua indoles in bonam cōuerti ſolet.

112 DEcenniū expectauit, Sarai ad ancillā viro ſuo in vxorium pellicatum tradēdam, vt ex diuturna mora in terra Chanaanitide prauam indolem amitteret ex patrio origine, & regione contractam.

CAP. 16. NVM. 4.

Qui ingreſſus eſt ad eam: At illa, concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam.

AD CAP. 16. N. 4.

De felicitate concepta ſuperbire ſolēt homines, ac ſi foret parturita.

113 PRævaluit Ægyptiæ vilis ſeruiliſque conditio in tam nupera, & immatura in dominam intumeſcentia: non expectaret Agar quod ſaltem in lucem conceptus prodiret, qui per aborſum poterat euaneſcere?

Mens in ſuis conceptibus mulierem in ſuis imitari ſolet præſumptionem.

114 Et notandum, idem inter homines in conceptibus mentis euenire, quod inter mulieres in conceptibus corporis ſolet accidere.

VEL SIC.

Qui carnalibus abundant, veros diuites hoc eſt ſpirituales ſolent deſpicere.

115 QVI carnalibus bonis abundare ſolent, viros ſpirituales frequenter deſpiciunt, & contemnunt.

CAP. 16. NUM. 5.

Dixitque Sarai ad Abraham: iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum.

AD CAP. 16. N. 5.

Sinum feminæ concedere, & cordis dominium reſeruare eſt moraliter impoſſibile.

116 IN ſinum tuum tātum, quæ pars externa pectoris eſt, non vt intra partem pectoris internā ancillam reciperes, & in intima cordis immitteres: hîc ex zelotypia de exceſu amoris in ancillam Abramum carpit Heroina Sarai, non aduertens, eſſe moralitèr impoſſibile in ſinum recipi, & in præcordia non intrare.

CAP. 16. NUM. 8.

Agar ancilla Sarai vnde venis? Et quo vadis? Quæ reſpondit: à facie Sarai dominæ meæ ego fugio.

AD CAP. 16. N. 8.

Ancilla extra domum diuagatrix de furto ſuo venit inquirenda.

117 HIC agit angelus cum Agar tanquam miniſter iuſtitiæ, qui inuentam errātem ancillam, & ſui furtum committentē de malefacto ſuo diſquirit, & ad dominiū, ex quo fugerat, reducere procurat.

Sed

Qui ſe exaltat humiliatur.

118 Sed cur non vocat eam, vxorem Abram, vel ſaltem concubinam, ſed Sarai ancillam? An quia quo ipſa ex Abrami cõcubitu intumuerat, eo in æſtimatione diuina depreſſior, & deſpicabilior euaſerat?

Amara ſuperioris facie nil amarius.

119 Sed audiatur Agar rationem facti ſui reddens: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio: à facie fugit, non á verberibus, non à conuitijs, quia facies amara dominantis ſolet eſſe intollerabilior vtroque.

Qui ſcit dominari, ſubditorum non experitur deſpectum.

120 Sed aduerte, quomodo Sarai adeó matronali authoritate pollebat, quod etiam ab ancilla rebelli, abſente, & fugitiua ſe face ret reuereri, & dominam nuncupari.

Seruus bene moratus in dominum nunquã, & ſi prouocatus recalcitrat.

121 Sed nihilo minus bona indolis Agar aliqualem laudem meretur, ſiquidem ad huc fugiens, & quaſi deſperata, Sarai in ipſam dominium recognoſcebat, & de ipſa modeſté loquebatur: vide ad Iob, cap. 16. num. 10.

CAP. 16. NVM. 9.

Dixitque ei Angelus Domini: reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.

AD CAP. 16. N. 9.

Humiliatus ſub corrigentis manu eſſe non ſub pedibus cadere debet.

122 SVB manu illius, non ſub pedibus, hoc enim, præterquamquod exceſsiuum, & inhumanum eſſet, debebat modeſtiùs, & moderatiùs tractari, quæ ex Abramo, accedẽte Sarai conſenſu, grauidata fuerat.

CAP. 16. NVM. 14.

Propterea appellauit puteum illud, puteum viuentis, & videntis me.

AD CAP. 16. N. 14.

Cui ſine applauſu ac remunerationis ſpe

123 HÆC putei denominatio fuit quædam trophæi erectio in memoriam rei in mundo inuſitatæ, & rariſsimæ, ſubleuatio nempé alienæ miſeriæ, abſque remunerationis ſpé, nec ſpectantium theatro. *beneſacit triumphaus erigendus.*

CAP. 17. NVM. 1.

Poſtquam verò nonaginta, & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus, &c.

AD CAP. 17. N. 1.

Noua viuendi rationi nouum nomen aptari debet.

124 HInc quaſi nouam vitam inchoat Abramus, & ideo nouum ei nomen imponitur.

CAP. 17. NUM. 5. ET 6.

Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaueris Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te, faciamque te creſcere vehementiſsimè.

AD CAP. 17. N. 5. ET 6.

Deus, & litteras, & litteris honorare ſolet.

125 ADditione vnius litteræ Deus Abrahamum ampliſsimo diplomate remuneratus fuit, ſimulque litteras honorauit.

Deus ſpiritualia bona ſpirituali charactere ſignat.

126 Sed cur illa littera ſuperaddita, non propriè littera, ſed nota ſpirationis fuit? An quia bona per illam immutationem promiſſa potius ſpiritualia, quam corporea futura erant?

CAP. 17. A NUM. 26.

Eàdem die circunciſus eſt Abraham, & Iſmael filius eius, & omnes viri domus illius tam vernaculi, quam emptitij, & alienigenæ pariter circumciſi ſunt.

AD CAP. 17. A N. 26.

Actiones arduaſque ſuperior inchoat nullus ſubditorum aggredi recuſſat.

127 CVR nullus ſeruorũ Abraham, nec vernaculus, nec emptitius, nec alienigena circumciſionis vehemẽtiſsimo dolore peragendæ reſtitit? Quia primus omnium circumciſus fuit Abraham, & Iſmael filius eius.

CAP. 18. NUM. 2.

Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum.

AD CAP. 18. N. 2.

Deus ſemper ad nobis opitulandum promptus.

128 VIX oculos ad Deum leuamus cum iam Deus propé, & iuxtà nos eſt, vt neceſsitatibus noſtris opituletur.

Quos, cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit interram, &c.

Boni motus noſtri erga Deū, & ſi minimi, ſuperlatiuè creſcunt.

129 SI Deus propé Abrahamum erat, cur dicitur, illum ad Deum cucurriſſe? An quia, quæ ad noſtram ſalutem operamur adeó à Deo æſtimantur, & extolluntur, vt vna oculorū leuatio, & *leuis* pedum motio *velocioris* curſus nomine ſignificentur?

VEL SIC.

Ad Deum alacriter currēdum, quia á nobis infinite diſtat.

130 A Deò diſtat Dei infinitudo à creaturæ limitatione, vt quamuis propé appareat Deus, &, vt aiebat Apoſtolus actuum Apoſ. cap. 17. n. 27. Non longe ſit ab vno quoque noſtrum, ad huc inter ipſum, & creaturam infinita diſtantia remanet, per *illum* curſum ſignificata.

VEL SIC.

Et ſi Deus prope nos ſit, indeuotio noſtra eum longe diſtare facit.

131 ET ſi Deus propè nos ſit, cauſa noſtræ indeuotionis, & imperfectionis adeò diſtans repreſentatur, quod neceſſum ſit curſu ad ipſum contendere.

VEL SIC.

Miris modis Deus merita noſtra augere procurat.

132 ET ſi Deus propé nos ſit, ſe ipſum quaſi diſtantem repreſentat, vt meritum actionis, qua ad ipſum contendimus augeatur, & creſcat.

VEL SIC.

Vide ſupra, num. 132.

133 COgnoſcens Deus hominum ingenium, quod ad difficilius, remotiúſque acriús incitatur, vt affectui ſuo ſatisfaciat propè nos eſt, deliciæ enim ſuæ ſunt eſſe cum filijs hominum: & vt genio noſtro ſe accōmodet, & nos alacriter ad ipſum tendamus, tamquam diſtātem ſe nobis proponit.

CAP. 18. NUM. 5.

Ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum.

AD CAP. 18. N. 5.

Verè liberalis ſub exiguo nomine multa, & magna donat.

134 BUccella panis ab Abrahamo hoſpitaliter liberali oblata, lautum conuiuium eſt, vt patet infra à num. 6.

VEL SIC.

Euchariſtia in ſigno exigua, re, & proſectu maxima, & infinita.

135 BUccella panis exigua portio panis eſt, cur ergo per eam ſolam vult Abrahamus corda hoſpitum de longinquo aduenientium cōfortari? An quia Euchariſtiæ ſymbolum erat, & hæc, & ſi minima in quantitate, magnæ in ſe virtutis eſt ad animæ cordiſque refectionem.

VEL SIC.

Si Deus confortatione indigere poſſet, hunc Euchariſtia præſtaret effectum.

136 PER Euchariſtiæ ſymbolum, vel Deus ipſe humanitús agens, & ſub humana ſpecie latens confortari, & lauto excipi obſequio poteſt.

CAP. 18. NUM. 11.

Erant autem ambo ſenes, prouectæque ætatis.

AD CAP. 18. N. 11.

Nulla ætas obſequijs diuinis minus apta.

137 PRouecta Abrahami ætas, imo nec ſenectus impedimento fuit, quominus in Dei obſequium, tum ad tres viros, tum etiam ad armentum curreret, nec non in tabernaculum ad Saram promyſticis panibus conficiendis feſtinaret: vide ſupra num. 2. 6, & 7. huius capitis.

CAP.

CAP. 18. NUM. 12.

Quæriſit occultè dicens: Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?

AD CAP. 18. N. 12.

Nulli malo diligentius fœmina ſolamen quærit quam ſenectutis.

138 NON ait Sara: Poſtquam ſenui; ſed Poſtquam conſenui, ideſt, ſimul cum viro meo ſenectutem cõtraxi, quaſi inuiſæ ſibi ſenectuti ex mariti conſortio ſolatium quærens.

Eaquæ ad rem non facinnt deſpici ſolent.

139 Sed cur proſequens non dicit: Et dominus meus ſenex eſt, locutionis tenore ſeruato; ſed potius ait: Et dominus meus vetulus eſt? An de viro ad generationem inepto deſpectiuè loquitur?

Coniugatos prouectæ ætatis licitis voluptatibus renuntiare laudabile eſt, & honeſtum.

140 Et notandum, Saram non dicere: Generationi, ſed voluptati operam dabo? In illa enim prouectiori ætate exiſtimabat ægrè ſolum voluptati, non veró generationi operam impendi poſſe.

CAP. 18. NVM. 16.

Cum ergo ſurrexiſſent inde viri direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur, deducens eos.

AD CAP. 18. N. 16.

Via ad homines puniendos oculos diuinos omnium luſtratores ſubter fugere ſolet.

141 HÆC actio Abrahami non ſolum videtur fuiſſe comes, & vrbana hoſpitum comitatio, ſed etiam itineris ad Sodomam pergẽtis, Deo ignoti, demonſtratio, & ſi enim Deus contra hominum peccata oculos dirigat, quoniam ipſum nihil lateré poteſt, viæ tamen, qua ad illa punienda itur, tamquam ignarus ſe gerit.

VEL SIC.

Deus ad puniendum duci, imo, & manuduci neceſſe habet.

142 DEus ad punienda hominum peccata non ſolet irè, ſed duci, imo aliquando manuduci neceſſe eſt.

CAP. 18. NUM. 17.

Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?

AD CAP. 18. N. 17.

Qui interpellãdi anſam præbet potius parcere quam caſtigare intendit.

143 HÆC ſunt verba recuſantis Sodomorum punitionẽ, ſiquidem Abrahamo anſam præbent interpellandi.

VEL SIC.

Cui Deus pœnæ præmijque arcana reuelat in ſublimiorem gradum exaltat

144 PER hæc verba Abrahamus inconſiliariũ ſtatus á Deo exaltatur, rem enim arcaniſſimam, & ſoli Deo reſeruatam, pœnarum nempè, & præmiorum in homines diſpenſationem ipſi manifeſtat, & de illa conſultationem facit.

CAP. 18. NUM. 18.

Cum futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ.

AD CAP. 18. N. 18.

Quem Deus maximè ſublimare intendit in ſuum conſiliariũ eligit.

145 AD maximum Abrahami, & à ſe deſcendentium in futurũ incremẽtum, & exaltationẽ, vt medium efficaciſſimum eligit Deus illum conſiliarium ipſius facere, & conſtituere.

Et benedicendæ ſint in ipſo omnes nationes terræ.

Abraham præter noſtræ fidei, vel ipſis obſtinatiſſimis, & recutitis hebræis inuitis.

146 CUR ergo cæci, & obſtinatiſſimi hebræi benedictiones ab Abrahamo promeritas, & à Deo liberaliſſimè, & generaliſſimè impenſas, ad ſolam ſuam nationem reſtringere, & limitare volunt, & mordicús contendunt?

CAP. 18. NVM. 20. ET 21.

Dexit itaque Dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere, compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.

AD CAP. 18. N. 20. ET 21.

Deus quandoque de ſolio ſuo ad ocularem inſpectionem deſcendit ad prælatorum exemplũ.

147 DIſcant prælati, è ſoljs ſuis quandoque deſcendere, & opera, moreſque ſubdi-

ditorum diligẽter perſemet ipſos inueſtigare, examinare, & perſpicere.

VEL SIC.

Quorundam enormitas peccatorum velá diuina ſcientia incomprehenſibilis per exageratiõnem dicipoteſt.

148 ADeó grauiter, & enormiter homines peccare ſolent, vt Deus infinitæ ſcientiæ ſuæ, cui omnia patent, diffiderè videatur, & clariorem, ſeu oculatiorem notitiam adquirere conetur.

VEL SIC.

Rumori non non ſemper credendum.

149 VT aduertant homines, præſertim principes, & ſuperiores, magnam ſoleré eſſe differentiam inter rei veritatem, & illius famam, & rumorem: nec enim clamoribus hominum ſemper credẽdum eſt, ſolent enim frequenter vano ſtrepitu, & inani clamore omnia implere.

CAP. 18. NVM. 26.

Dixitque Dominus ad eum. ſi inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis; dimittam omni loco propter eos.

AD CAP. 18. N. 26.

Iuſtus ſemper medius, & ad Dei placationẽ, & ad malorum correptionem.

150 SI fuiſſent quinquaginta iuſti in illa ciuitate, in illius medio deberent eſſe, vt eorum exemplo corruptiſsimi cęterorum mores corrigerentur, & emmendarentur.

CAP. 18. NVM. 33.

Abijtque Dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham.

AD CAP. 18. N. 33.

Denec iuſtus orare, & interpellare ſiniat Deus ſontes caſtigare non incipit.

151 SIergo Abraham non ceſſaſſet loqui interpellans pro peccatoribus, nec abiret Dominus ad exequendũ ſupplicium, nec ab nuiſſet fortê parcere illis, etiam propter vnum ſolum hominem iuſtum ſcilicet Lot.

CAP. 19. NVM. 1.

Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere, & ſedente Lot in foribus ciuitatis, qui cum vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, &c.

AD CAP. 19. N. 1.

Ex inæquali ad Deum tendentia inæqualitas virtutum legitime menſuratur.

152 HIc differentia, & exceſſus virtutis Abraham reſpectu Lot innui videtur: Lot in virili, & robuſta ad huc ętate ad venientem Deum it, ſeu occurrit; Abraham veró in ſenili, & prouecta ætate ad Deum accedentem curſu contendit: nec non ex vtriuſque loquendi modo clare dignoſcitur, multo altius, & profundius Abrahamum, quâm Lot de indiuiduæ myſterio Trinitatis percalluiſſe.

Senex religioſé, & inter bonos viuens diligentius tuuene inter malos cõmoraute in Deũ contendit.

153 Notandum etiam, Lot inter peſsimos degens peccatores, ſummum quod præſtitit fuiſſe ad Deum lento inceſu approximare: At verô Abraham in campeſtri ſuo tabernaculo ſolitariã, vel quaſi cænobiticam inter ſuos, & cum ſuis ſubditis vitam agens, vel iam ſenex, vetuluſque valuit ad Deum agili, expedito, ac veloci curſu contendere.

CAP. 19. NVM. 14.

Egreſſus itaque Lot locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperat filias eius, & dixit: Surgite; egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc.

AD CAP. 19. N. 14.

Vbi enormiſsima graſatur luxuria non ſolum multa mala cauſat, ſed multis etiam bonis priuat.

154 FEminas nubiles conceptuique maturas, vt ſubſequens effectus comprobauit, ſponſalibus iam celebratis, accipere in vxores generi Lot vel recuſſabant, vel de die in diem differebant ex vitio luxuriæ contranaturalis, quo ſine dubio infecti erant, & propterea communi ſupplicio ignis diuini conſumpti:

Quod

Quod vitium in miſeris illis Prouintijs in quibus graſſatum fuerit, præter innumera damna, & mala, quæ ex hac corruptiſsima radice pullulant, matrimoniorum contractioni, quæ magnum reipublicæ bonum eſt, maximè obſtat.

Et viſus eſt eis, quaſi ludens loqui.

Prauus auditor ſeuerum declamatorẽ illuſorem reputat.

155 SIC accidit non paucis fidelium cum audiũt Euangelicos declamatores enormia illorum vitia, & peccata corripientes.

CAP. 19. NVM. 20.

Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea.

A communi ſupplicio ſæpe Deus aliquem liberat ob immunitatis Mariæ ſymbolum ſtabiliendum.

AD CAP. 19. N. 20.

156 SIC ab incendio originalis culpæ ſeruauit Dominus liberam illam ſui ancillam, quæ de ſe ait: *Quia, cum eſſem paruula, placui Altiſsimo.*

CAP. 19. NVM. 33.

Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa: & ingreſſa eſt maior, dormiuitque cum patre.

Forte filiæ Lot nũc patri proſtitutæ, quia ante à patre fuerant proſtitutæ.

AD CAP. 19. N. 33.

157 FOrtè hoc permiſit Deus in pœnam proſtitutionis filiarum à patre facta, quæ ſupra num. 8. refertur.

CAP. 20. NUM. 16.

Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes, qui tecum ſunt, quocumque perrexeris.

Vxori nil inſcio, vel non accipiente marito donandum.

AD CAP. 20. N. 16.

158 ET ſi Saræ facta donatio fuerit, pecunia, non fuit ipſi tradita, ſed marito ſuo.

Mementoque te deprehenſam.

Femina nobilis ſemel in mẽdacio deprehenſa debet ſemper velo ruboris occludi.

159 SCilicet in mendacio: Femina ergo nobilis ſemel in mendacio deprehenſa, tanto rubore debet ſemper ſuffuſa permanerè, vt faciem ſuam velare, neceſſè habeat, ne ab vllo vmquam, etiam ex domeſticis ſuis videri poſsit.

CAP. 21. NVM. 1.

Viſitauit autem Dominus Saram, ſicut promiſerat; & impleuit quæ locutus eſt.

Diuini oculi ſemper benefici.

AN CAP. 21. N. 1.

160 IDem eſt, Deum aliquẽ viſitare, ac illi magnũ aliquod beneficium conferre.

CAP. 21. NUM. 3.

Vocauitque Abraham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac.

Promiſſionis filius vtrique parenti delectabilis ac iucundus.

AD CAP. 21. N. 3.

161 NOmen vtrinque cõgruum: fuit enim Iſaac riſus patris ſupra cap. 17. num. 17. & riſus etiam matris: ſupra cap. 18. num. 10.

CAP. 21. NUM. 10.

Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac.

Res exequi difficiles cautè, & rethoricè proponendæ.

AD CAP. 21. N. 10.

162 NON dixit Sara: Ancillam abſoluté, ſed: *Ancillam hanc*, ne de ancilla eijcienda dubitaret Abrahamus, & ſimul aduerteret, alias ipſi ancillas remaneré, quæ vicem illius eijciendæ ſuppleré poſſent.

VEL SIC.

Ancillari non dubitat, quæ ancillam ſimilem eliminat.

163 EIjce ancillam hanc, & ego tibi deinceps tamquam ancilla deſeruiam.

164 Et notandum, cautè non di-

Filius nomioari n. q it quin cer- paternum affectione pulsetur.

dixisse Saram: Filium tuum Sed: *Filium eius*, ne paternum Abrahami affectum excitaret.

Mores filij á paternis moribus disidentes eum filiatione spoliāt

165 Vel forte ad denotandū mores Ismaelis ab Abrahami moribus disidere, & maternis prauisque moribus conformari.

VEL SIC TROPOLOGICE.

Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.

166 Eijce ancillam idest, carnem cum suis passionibus, & propriatatibus spiritui, & suis actibus ex maligna indole sua sæpè sæpius repugnantibus.

CAP. 21. NUM. 16.

Et abijt, seditque e regione ptocul quantum potest arcus iacere.

AD CAP. 21. N. 16.

Materna compassio semper intraspheram calamitatis filiorum versatur.

167 NON sedit vltra, sed intra iactum arcus, noluit enim secedere, ex maternali affectu, quantum sufficeret, ne à sagitta doloris de presenti dilecti filij calamitate, & necessarió subsecutura morte, confoderetur.

CAP. 21. NUM. 19.

Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ abijt, & impleuit vtrē, deditque puero bibere.

AD CAP. 21. N. 19.

Ad sacræ scripturæ profunditatum perceptionē solus Deus, & per se ipsum illuminat.

168 MIrandum quomodo Agar non viderit præsentem puteum donec Deus oculos eius aperuit, sed hoc non sine mysterio accidit: ad denotandum scilicet, quod puteus mysteriorum Dei, & sacræ scripturæ profunditatum, nisi Deus ipse oculos mentis aperuerit, etiam si præsens, & in conspectu sit, percipi non poterit: Et nota, quod Deus ipse dicitur oculos Agar aperuisse, non Angelus, qui cum ea tunc colloquebatur.

VEL SIC.

Misericordiæ operum Deus author est & magister.

169 ILla putei ostensio fuit magnus misericordiæ actus, quem noluit Deus per ministrum, sed per se ipsum ad exemplum nostrum exercere.

CAP. 22, NVM. 3.

Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum.

AD CAP. 22. N. 3.

Anxia solicitudo somnusque incompatibiles.

170 DE nocte consurgit, vt denotaretur, anxiam solicitudinem de morte dilectissimi filij non permisisse Abrahamo somnum caperê.

VEL SIC.

Pronta obedientia debet esse antelucana.

171 IN hoc Abrahamicæ promptitudo obediētiæ elucet: cum non expectaret, quod oriretur Sol, vel saltem illucesceret.

VEL SIC.

Expressa Dei mādata omnem excludunt somnolentiam.

172 QUI expressum Dei mandatum habet exequendum non dormire debet, non dormitare.

In Isaac sacrificio sucrificium Crucis ad amussim expressum.

173 Sed vt quid illi duo iuuenes à sumuntur? An ne in illa typica Christi in Cruce morientis representatione, qui personam illorum duorum, qui cum eo crucifixi sunt, agerent, deficeret?

CAP. 22. NUM. 4.

Die autem tertio, eleuatis oculis vidit locum procùl.

AD CAP. 22. N. 4.

Perfectus obediens sensu prōpciore obedire incipit, & contendit.

174 NON poterat Abrahamus, si quidem diuino ducatu agebatur, saltem oculos demisos habere donec in sacrificij loco cōstitisset? Sed tanta erat Abrami ad obediendum Deo alacritas, & promptitudo, quod non solum oculos frequen-

ter

ter eleuaret; ſed, & ſi deſignatus locus proximus, & vicinus eſſet, ipſius feruori deuotionis diſtans, & procul appareret.

VEL SIC.

Trinitatis vmbra fideles oculos illuminat ac leuare facit.

175 DIE tertio Abramus oculos præcipuè mentales eleuat ob myſticam Ternarij ſignificationem.

Chriſtus in Cruce pendens antiquis patribus in illorum fauorem, & ſui ſolatium præmonſtratus.

176 Sed in quo ſigno cognouit Abramus, illum montem eſſe locum á Deo ad ſacrificium filij ſui deſtinatum? An Chriſtus in Cruce pendens ei præmonſtratus fuit, ideoque illa terra á Deo nuncupata terra viſionis fuerat, ex eo ſcilicet, quod in ea aliquid valdè notandum, & ſingulare viſurus erat?

CAP. 22. NUM. 5.

Dixitque ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino: Ego, & puer illuc uſque properantes, poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos.

AD CAP. 22. N. 5.

Cum mens in Deum eleuatur ſenſualem ſarcinam relinquat.

177 PArs animalis, & ſeruilis, in aſino, puerique ſignificata, relinquenda eſt, cũ mens noſtra ad Deũ eleuatur.

Retrocedit qui virtutis iter aggreſſus, ad culmen non progreditur.

178 Sed cur nunc pueri dicuntur, qui pauló ante ab Abrahamo iuuenes appellantur? Quia virtutis iter aggreſſi, in radice montis ſteterunt, ad culmenque non peruenerunt.

Qui ob peccata necem ſubit Chriſti typo non aſſociandus.

179 Sed cur vnus ſaltem, boni ſcilicet latronis typus montem non conſcendit? Quia ille non, ſicut Chriſtus, innocens immolatus fuit, ſed ob propria commiſſa ſcelera punitus.

CAP. 22. NUM. 7.

Dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis fili?

AD CAP. 22. N. 7.

Quæ Deo deſtinata ſunt, non iam noſtri, ſed diuini iuris reputanda.

180 NON reſpondit Abrahamus: Fili mi, conſentaneé ad filij interrogationem, denotans per hoc: Iſaacum, iam non ad ſe, ſed ad Deum pertinere, vt pote victima Deo deſtinata, & mactanda. Et notandum, quod quando pauló inferius dicit: *Filimi*, iam de victima á Deo ſibi procuranda mentionem fecerat.

CAP. 23. NUM. 4.

Aduena ſum, & peregrinus apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum.

AD CAP. 23. N. 4.

Iuſtus corpore moritur, non anima.

181 QUare non mortuam appellat Saram; ſed mortuum? Vel quia Sara non habebat mortuam animam, ſed ſolum corpus.

Amor facit amantem commori cum re amata.

182 Aut quia, vel ex amoris idemtitate, & magnitudine, vel ex propriæ mortalitatis proficua cõſideratione Abraham ſe ipſum in Sara mortuum exſtimabat.

In mortem dominatur qui frequenter mortem meditatur.

183 Sed quodnam iſtud ſepulchri ius, quod Abraham obſtinatè, & ambitioſè quærit? An qui frequentes de morte concipit meditationes iuſquoddam, & dominium in mortem ipſam acquirit?

VEL SIC.

Meditator mortis Dei typus eſſe meretur.

184 HIC Abraham Dei typum gerere videtur, qui propriſsimé ius ſepulchri habet, iſt eſt: tam in viuentes, quam ſepultos pleniſsimam iuriſdictionem.

CAP. 23. NUM. 19.

Atque ita ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca duplici, quæ reſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in terra Chanaan.

AD CAP. 23. N. 19.

Os ſepulchri rethorica, & cõtinuata mortis elocutio.

185 QUare non ſimplicem ſpeluncam, ſed duplicem, & contiguam Quæſiuit Abraham in vxoris ſuæ ſepulchrum?

chrum? Certè, vt clauſo vno ſpeluncæ ore quod Saræ corpus receptarum erat, alterum maneret apertum, quod Abrahamum continuó de ſua mortalitate commoneret.

CAP. 24. NUM. 15. ET 16.

Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua: puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.

AD CAP. 24. N. 15. ET 16.

Virginitas non minus animæ quam corporis virtus: ideò pulcherrima Rebecca dicitur, vt poté duplicato flore venuſtá.

186 VIrgoque pulcherrima, & incognita viro: Vt quid ſemel, & iterum Rebeccæ virginitas exprimitur? Fortè ad denotandum, quod erat incorrupta, non ſolum corpore, ſed etiam mente.

Matrimonium initurus omnia ſingillatim ſcrutetur.

187 Vt quid etiam Rebeccæ progenies ſingillatim declaratur? An quia, cum ad matrimonium contrahendum quæreretur, non ſolum ſponſæ dotes, perſonales ſed etiam origo debebat explicitè referri?

CAP. 24. NVM. 17.

Occurritque ei ſeruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

AD CAP. 24. N. 17.

Animi mediocritas ſeruilem infert conditionem.

188 QUarè ſeruus, & non legatus Abrahæ, ſeu alio honeſtiori titulo compellatur? An quia pauxillum, & ſibi ſoli petit?

CAP. 24. NUM. 18. ET 19.

Quæ reſpondit: Bibe domine mi, celeriterque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum, cumque ille bibiſſet, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant.

AD CAP. 24. N. 18. ET 19.

Matronalis cura omnia curat, omnibus prouidet.

189 REſponſio Heroina, & matronalis, pauxillum aquæ petenti largè largitur Rebecca, & de omnibus curam gerit, & non ſolum rationalibus prouidet, ſed etiam brutis.

CAP. 24. NVM. 33.

Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam donec loquar ſermones meos.

AD CAP. 24. N. 33.

Seruus diligēs, & fidelis infidelem proficit conditionem.

190 SEruus verè dignus, qui heres ab Abrahamo, defectu filiorum deſtinaretur, negotia enim domini ſui vrgentioribus proprijs neceſsitatibus, etiam naturalibus, præferebat.

CAP. 24. NUM. 34. & 35.

At ille: ſeruus, inquit, Abraham ſum, & Dominus benedixit domino meo valde, magnificatuſque eſt, &c.

AD CAP. 24. N. 34. ET 35.

Serui decens, & decorus habitus dominum honorat ac decorat.

191 NOnne iam iſtum, vt Abrahami ſeruum cognoſcebant, quid neceſſe erat ſic præfari? Imo potius valdè rethoricè orſus fuit: Ac ſi diceret: Si ego, cum ſeruus Abrahami ſim tantam opulentiam præferò, quāta erit opulentia, magnificentiaque Domini mei.

CAP. 24. NVM. 62.

Eo autem tempore ambulabat Iſaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt viuentis, & videntis: habitabat enim in terra auſtrali: & egreſſus fuerat ad meditandum in agro.

AD CAP. 24. N. 62.

Salubris meſtitia recepta ad meditandum diſpoſitio.

192 ISaac ob matris mortem mœſtus, & de ſerui ſucceſſu expectabundus optimè diſpoſitus erat ad meditationem, & contemplationem, tam rerum ſupernaturalium, quam naturaliū, ad humanam præcipuè fragilitatem ſpectantium.

CAP.

* *CAP. 25. NVM. 5. ET 6.*

Deditque Abraham cũcta, quæ poſſederat Iſaac: filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo.

AD CAP. 25. N. 5. ET 6.

Deus fidelibus ſuis hæreditatem æternam; reliquis lagata largitur temporalia.

193 ISaac, & eius progenies Allegoricé ſunt Eccleſia, ſeu fidelium congregatio: concubinarum filij ſunt diuerſi in fidelium cœtus, quibus Deus, in Abrahamo, ſignificatus, munera, hoc eſt bona temporalia tantum largitur: fidelibus verò hereditatem ideſt æterna bona communicat.

Bonos à malis ſeparari vtriſque proficuum.

194 Sed ad quid Iſaacum ab illis tam longe ſeparat? Certé non ſolum vt illi non inuiderent, & ex inuidia officere conarentur, ſed etiam ne Iſaacum prauis ipſorum moribus corrumperẽt: ipſis etiam hoc facto piè, & miſericorditèr proſpexit, cauit enim, ne ex viſa fratris opulentia contriſtarentur.

CAP. 25. NUM. 34.

Et ſic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt: parui pendens, quod primogenita vendidiſſet.

AD CAP. 25. N. 34.

Peccator ſpiritualium bonorũ vilipenſor.

195 NON pretij vilitatẽ, ſed primogenituræ deſpectum taxare videtur textus: Sic omnibus accidit peccatoribus cœleſtem æternamque primogenituram parui, aut nihili pendentibus.

CAP. 26. ANUM. 17.

Et ille diſcedens, vt veniret ad torrẽtem Geraræ, habitaret que ibi: rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham. & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant Philiſtiim.

AD CAP. 26. AN. 17.

Filij parentum memoriæ negligentes.

196 SI putei illi erant ijdẽ, quos ſerui Abraham efoderant, & Philiſtiim ex inuidia, vel alio motiuo obſtruxerãt, quomodo in textu dicuntur alij, iidem met putei? An quia pertinebant ad Abraham, & filij nil minus cũrant, quam res memoriamque patentum conſeruare?

VEL SIC.

Re vel conſideratione mortuus alius idemque velut fœnix reſurgit.

197 QUod in puteo præcipuum eſt, aqua eſt, hæc patens, & diſco operta repreſentat hominem hac vita, ſeu luce fruentem; at oppleta humo, eundem ſignificat, vel re, vel efficaci cõſideratione mortuum, qui ſi iterum ad ſe redeat, aut reuiuiſcat adeô emmendatus, & immutatus reſurget, vt æquo iure alius de inceps dici poſsit, licet re veta non alius, ſed idem ſit: Quod autem aquæ creaturas rationales, ſecundum ſcripturæ phraſim ſignificent pater ex Ezechiele, & Apocalypſi cap. 17. num. 15.

CAP. 27. NUM. 1.

Senuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius.

AD CAP. 27. N. 1.

Melius eſt ante, quam poſt ſenectutem ad mũdi euanida caligare.

198 PRius ſenuit Iſaac, quam oculi eius caligarent: melius eſt, quod ad hæc tranſitoria vanaque oculi noſtri caligent ante quam ſeneſcamus.

Et videre non poterat.

Qui clariſſimè non videt, ne in mille errores prolabatur, tamquã omninò cæcum ſegerat.

199 OCuli caligantes non ſunt omninò cæci, cur ergo dicit, quod videre non poterat? An quia, qui non clarè, & perfectè videt, debet ſe exiſtimare omni carentem potentia viſus, & vt omninó cæcum ſe gerere, ne ex caliginoſi viſus fallaci informatione, in graues, & frequentes prolabatur errores?

Patriarcharum honori Deus diligenter præcauet.

200 Sed cur potius in hac quam in alia occaſione de Iſaac caliginoſo intuitu facer textus men-

mentionem facit? Certé vt ob tanti reuerētiam Patriarchæ erroris, & ſi myſtici, ſtatim committēdi excuſſationem præmitteret.

Vocauitque Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui reſpondit: Adſum.

In teſtamentorum conditione æqualitas abeſſe ſolet, quia adeſt, & præualet affectio.

201 ISaac teſtaturus ſolum filium maiorem vocat, æquiùs eſſet vtrunque filium, imo & Rebeccam aduocare.

Ad temporalia bona diligentèr currimus ad æterna vix pigrè mouemur.

202 Et notanda venit Eſau reſipiſcentia, qui enim paulò ante primogenita vilipenderat, nunc à patre non diſcedit, vt illa, & ſi iam indebita, adipiſcatur, vt patet ex prompta reſponſione ad primam parentis vocationem: Hinc carpenda hominum frequēs, & inordinata cupiditas, qui ad temporalia bona vocati promptiſsimè audiunt, & accurrunt; & cum ad ſupernaturalia, & æterna continuò à Deo inuitentur vel omninò ſurdeſcunt, vel vix pigrè mouentur.

CAP. 27. NVM. 2.

Cui pater: Vides, inquit, quod ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ.

AD CAP. 27. N. 2.

Incertitudo mortis alios ſolicitos, alios negligentes efficit.

203 HÆc ignorantia, quæ alios pigros, & deſides facit, fecit Iſaacum ſolicitum, & diligentem ad teſtamenti conditionem.

Sancti, & iuſti dominos ſuos occultare ſatagunt.

204 Sed cur non dixit: Vides, quod ſenuerim, & non poſsit non eſſe valdè proximus dies mortis meæ? Sed: Vides, quod ſenuerim, & ignorem diem mortis meæ? Forté ex humilitate, & animi modeſtia diem præſcitum, & à Deo reuelatum occultabat.

VEL SIC.

Cui teſtamentum præmaturè curat, mortem

205 ILli, qui ex prouidenti, certaque humanæ mortalitatis cognitione vniuerſa ad vltimum finem, poſtremumque vitæ diem neceſſaria parare curat, licitū quodammodo eſt, de morte ſua non nimium angi, ſed ad Deum, eiuſque prouidentiam, hanc curam iactare. *trāſcurare licet.*

CAP. 27. NVM. 4.

Fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer, vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequā moriar.

AD CAP. 27. N. 4.

Senex benè moratus non ſolum ſe moribundum, ſed iam mortuum contemplari ſolet.

206 BOnus ſenex ſemper mortem preſentem habebat ideoque de illa frequentèr mentionem faciebat, imo hic de anima quaſi iam à corpore ſeparatā loquitur.

Senibus facilimæ digeſtionis cibus congruentior.

207 Et nota, pulmentum petere, quod eſt genus cibi ad ignem colliquati, qui ſenibus alendis cōgruentior eſt.

CAP. 27. NVM. 22.

Acceſsit ille ad patrem, & palpato eo dixit Iſaac: Vox quidem vox Iacob eſt; ſed manus manus ſunt Eſau.

AD CAP. 27. AN. 22.

Eximiè liberalis præter receptricem manum nihil curat.

208 HIC Iſaac ſpecimen eximiæ liberalitatis oſtendit: volens enim donare, inſtrumenta ſolum ad recipiendū apta, & proportionata examinauit; de cæteris nil curans.

Eximiè liberalis gratulabūdam vocem ab accipiente manu vult eſſe diuerſā

209 Imo diſonantia vocis hanc virtutem ſummoperè extollit, cum enim vox ſit, quæ pro acceptis gratiam beneficijs ſoleat rependere, quærat Iſaac vocem Iacob, quando manus accipientes ſunt manus Eſau.

VEL SIC.

Etiam in Euchariſtiæ typo vult Deus omnes falli ſenſus præter auditum.

210 CUM in iſta donatione, & benedictione typus Euchariſtiæ reſplenderet voluit Deus omnes ſenſus falli præter auditū, qui eſt ſenſus fidei.

CAP.

CAP. 27. NVM. 28.

Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.

AD CAP. 27. N. 28.

Boni ſpiritualia bona corporeis, mali ſpiritualibus corporalia præferunt.

211 EX ipſamet benedictionis forma infertur Iacob iuſtum eſſe â Deoque dilectum; Eſau iniquum, & odio habitum: illi enim præferuntur bona ſpiritualia in rore cœli ſignificata, bonis temporalibus, in pinguedine terræ ſub intellectis: E contrario verò in perfunctoria, & extorta Eſau benedictione infra nu. 39. & 40. Bona terræ bonis cœleſtibus præponuntur.

CAP. 27. NVM. 36.

At ille ſubiunxit: Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplantauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam.

AD CAP. 27. N. 36.

Calumnioſus agricola ex exiguo ſemine alũdantem colligit ſegetem.

212 EX vna actione licita Iacob duplicem calumniam eruit Eſau.

CAP. 27. NUM. 40.

Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies, tempuſque erit, cum excutias, & ſoluas iugũ eius de ceruicibus tuis.

AD CAP. 27. N. 40.

Hebraicum iugum in Chriſtianam libertatem commutandum Iſaac cæcutiens clarè vidit hebræi obſtinatiſsimè cæci videre noluit.

213 HOC impletum videtur vaticinium, cũ repudiata Synagoga Gentilitas per baptimi gratiam iugum Moſaycæ legis excuſit: lege actuum Apoſtolorum, cap. 13 per totum, nam gemelli iſti ab vtero materno, duo contrarij luctanteſque inter ſe populi fuerunt, vnus gentilis, iudaicus alter.

CAP. 27. NVM. 46.

Dixitque Rebecca ad Iſaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.

AD CAP. 27. N. 46.

Connubia fidelium cum infidelibus ſemper debent eſſe ſuſpecta.

214 EN connubia fidelium cum infidelibus reprobata, & damnata vide ſupra cap. 26. num. 35.

CAP. 28. NVM. 22.

Et lapis iſte, quam erexi in titulum vocabitur domus Dei.

AD CAP. 28. N. 22.

Nullam adeò lapideum cor, quod Spiritus Sãcti oleũ emollire non valeat

215 COr hominis in lapide iſto ſignificatum, ſi oleo diuinæ gratiæ perfundatur, vocabitur, & fiet Templum Spiritus Sancti.

CAP. 31. NVM. 1.

Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus factus eſt inclytus.

AD CAP. 31. N. 1.

Nemo inclytus donec ditatus.

216 NON declaratur inclytus donec recognoſcitur ditatus.

CAP. 31. NUM. 28.

Non es paſſus, vt oſculer filios meos, & filias.

AD CAP. 31. N. 28.

Senes à ſenectute retrocedere, licet perperã, non deſiſtunt.

217 LABAN non ſolum filijs Iacob blandiri intendebat, ſed etiam ſibi, nepotes ipſius appellans filios, ne adeò provectæ videretur ætatis.

Beneuolentiæ ſigna à maleuolo exhibita potius patimur, quã fruimur.

218 Sed cur non dicitur: Non permiſiſti, ſed, Non es paſſus, vt oſculater filios meos, & filias? Quia ſigna benevolentiæ ab homine auaro, & in ſubditos malè morato, & affecto potius exercitia patientiæ ſunt quam oblectationis ſubditorum.

Hoſpites recedentes gratiores ſunt quam aduentantes.

219 Cur autem non legitur Labanum voluiſſe oſculari nepotes ſuos in alia occaſione, ſed ſolum in illa? An quia Iacob in Labani domo quaſi hoſpes erat,

& extraneus, & tales cum omnimodis lætitiæ ſignis ſolent tractari, & proſequi cum recedunt?

EODEM NUM. ET SEQVENTI.

Et nũc quidẽ valet manus mea reddere tibi mala ũ: Sed Deus patris veſtri heri dixit mihi: Caue, ne loquaris contra Iacob quidquam durius.

AD EVNDEM NUM. & ſequentem.

Iuſtas Deus inter homines quærelas non prohibet, ſed moaificat.

220 NON prohibuit Dominus Labano, ne iuſtas quærimonias ſuas de furtiuo Iacob diſceſſu propalaret, ſed moderationem in illis proferẽdis, & obijciendis impoſuit.

CAP. 31. NUM. 32.

Quod autem furtiue me arguis: apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur corã fratribus noſtris, &c.

Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata eſſet idola.

AD CAP. 31. N. 32.

Quì vel Mariæ typum ſub communi maledicto comprehendere putatur, de ignorantia taxatur.

221 SI enim ciret, nullatenus Rachelem ſub generali, & communi maledicto comprehenderet ob typicam Mariæ repræſentationem.

CAP. 31. NUM. 35.

Ne iraſcatur dominus meus, quod coram te aſſurgere nequeo, quia iuxta conſuetudinem feminarum nũc accidit mihi: Sic de luſa ſolicitudo quærentis eſt.

AD CAP. 31. N. 35.

Non minus feminæus imos fraus, quam cruor.

222 NON ſolum eſt feminarum mos meſtruo cruore fluere, ſed etiam multa ſtratagemata, vt homines capiãt, & eludant, moliri.

CAP. 31. NUM. 37.

Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus tuis, & iudicent inter me, & te.

AD CAP. 31. N. 37.

Blandimenta oris animos demulcere ſolent.

223 SOcios Labani vocat fratres, vt hac blanda adulatoriaque appellatione corũ animos demulceret, ne quid durius contra eum Socero ſugillarent.

VEL SIC.

Serui patronorum vocali honore infide firmãtur, & ſtrenuè roborantur.

224 NON ſolum ſeruos ſocioſque Labani bocat Iacob fratres, ſed ſuos etiã ſeruos hac appellatione, condecorat, vt ſic promptiores illos, & alacriores redderet ad ipſius reique ſuæ defenſionem, ſi fortè Labanus damni quidquam ipſis inferre tentaret.

CAP. 33. NUM. 1.

Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: diuiſitque filios Liæ, & Rachel, ambarumque famularum, &c.

AD CAP. 33. N. 1.

Qui â Deo confortatur ad humana pericula non expaueſcit.

225 IAcob â Deo luctamine confortatus, & ad Angelum prævalens iam homines non timet, ideó non apparent illi fratris comites plures, quam re ipſa erant, ideó etiam intellectus ipſius, metu non interceptus, aptus remanſit ad illas congruas diſpoſitiones, ad quamcumque formam.

CAP. 33. NUM. 3.

Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater eius.

AD CAP. 33. N. 3.

Adoratio indebita adorantem cadere facit.

226 FOrté illa in terram proſtratio, & adoratio indebita fuit, & â moderamine rectæ rationis aliquantulum deuians, ideó Prouerbiorũ, cap. 24. num. 16. dicitur: Septies in die cadit iuſtus.

CAP.

CAP. 33. NVM. 5.

Leuatiſque oculis vidit mulieres, & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volunt iſti?

AD CAP. 33. N. 5.

Appetentia in pueris, femineſque regnat.

227 MUlieres, & paruuli ſemper aliquid ſibi volunt, ſeu appetunt.

CAP. 33. NUM. 9.

At ille ait: Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi.

AD CAP. 33. N. 9.

Propter iuſtorum merita, & ſecuritatem peccatoribus ſolet Deus temporalia bona largiri.

228 EX efficaci influxu benedictionis Iſaac, & meritis Iacob ditatus à Deo fuerat Eſau, ne in fratrem ex inuidia, vel indigentia aliquod damnum moliretur: cum enim bona Iacob tanto labore, & tollerantia æſtus, & gelu acquiſita, & parta eſſent, non permiſit illa Deus nocumẽtis, & periculis externis patere.

CAP. 33. NUM. 13.

Dixitque Iacob: Noſti domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

AD CAP. 33. N. 13.

Subditis aduersum proportionem onera imponenda.

229 HOC imprimis curare debent præſules, & ſupetiores: præſertim regulares: vires ſcilicet ſubditorum benè perſpectas, ponderatas, & conſideratas habere, ne plus oneris ipſis imponant, quam quod tolerare poſſunt.

CAP. 34. NVM. 5.

Quod cum audiſſet Iacob abſentibus filijs, & in paſtu pecorum occupatis ſiluit donec rediret.

AD CAP. 34. N. 5.

Princeps qui diſſimulare neſcit neſcit ſe vindicare.

230 SIC ſolent multi Principes politicopruden-tes in damnis, & iniurijs ab alijs illatis, diſſimulare offenſam, donec media ſuppetant ad vindictam. Vide infra num. 15. & 25.

CAP. 34. NVM. 19.

Nec diſtulit adoleſcens (ſcilicet Sichem) quin ſtatim, quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde.

AD CAP. 34. N. 19.

Adoleſcentiæ vitium incautæ celeritas.

231 ADoleſcentia exprimitur, vt accelerationis incautæ ratio pateret: Si enim Sichem canutus, & ſenior eſſet, aſſenſum non ſtatim præberet, ſed cautè differret, donec prẽmaturé conſideraret, quid facto opus eſſet, & conuenientius tam ſibi, quam ſuis foret.

Religinis actiua prauo fine elicitus religionẽ profanat.

232 Et notandum, quod, qui vel ex terreno amore, vel alio quouis mundano, & inordinato affectu aliquos religionis actus exercent, male eis ſemper cedunt, per tales enim actus, non religionem colunt, ſed profanant.

CAP. 34. NUM. 22. ET 23.

Vnum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circuncidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes. Et ſubſtantia eorũ, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt.

AD CAP 34. N. 22. ET 23.

Ardens amor rethoricißimus perſuaſor.

233 VIS ardentiſsimi erga Dinam amoris Sichem eiuſque parentem ſolertes cautosimo, & efficaciter rethoricos fecit, grauamen enim circunciſsionis inter duo generalia populi commoda, vnum prius, aliudque poſteriùs relatum occultant, ne aduerteretur, vel ſaltem leuius appareret.

CAP. 34. NVM. 30.

Illi congregati percutient me: & delebor ego, & domus mea.

AD CAP. 34. N. 30.

Fundamento ablato adificium ruit.

234 DEleto capite, quod fundamentum familiæ eſt, tota domus corruat eſt neceſſe.

CAP. 35. NVM. 1.

Interea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi.

AD CAP. 35. N. 1.

Qui in tribulatione orare non deſiſtit ſerenitatem nanciſcitur.

235 IAcob in illo turbatiſſimo domus ſuæ ſtatu ob filiæ corruptionem, filiorũque eferatam vindictam, nequaquam orationis, & frequentiſsimæ eleuationis mentis in Deum exercitium intermiſsit, ideó meruit, & Dei loquelam, & de congruo tantis remedio damnis prouidentiam.

CAP. 35. ANVM. 2.

Abijcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mũdamini, &c. Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant.

AD CAP. 35. AN. 2.

Peccata etiam indiuidua generaliter á declamatore Euangelico corripienda.

236 FOrté Rachel ſola, quæ fuit Eccleſiæ, ante Chriſti aduentum idolatrantis typus hæc idola habebat, vt potè, quæ illa â patre furata fuerat ſupra cap. 31. num. 19 ſed, vt honori eius caueretur, ingenerali, de hac materia ſermo fit: ſcilicet: Abijcite deos alienos, &c. Dederunt ergo ei, &c.

CAP. 35. NVM. 4.

Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea ſubter terebinthum.

AD CAP. 35. N. 4.

Idololatria nõ ſepellienda ſolum, ſed etiam comburenda.

237 TErebinthus arbor eſt emittens gumi, ſeu liquorem valde tenacem, & viſcoſum, ibi ergo idola infodit Iacob, vt á nemine poſtea auellerentur, ad eum etiam finem, vt cũ arbor illa infructifera, & ſolum aptà ad fouendum ignem, ad effectum iſtum eradicaretur, idola ſimul cum illa conglutinata, & coniuncta in cineres redigerẽtur.

VEL SIC.

Ex idololatria nil boni, etiam temporalis, expectandum.

238 SUB arbore infructifera idola infodit ſepelitque Iacob, vt inſinuaret ex idolatria nullum emolumentum, aut fructum eriam terrenum, & temporalem oriri vel expectari poſſe.

CAP. 35. NVM. 5.

Cumque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.

AD CAP. 35. N. 5.

Veræ Zelus religionis, etiam inermis, inuincibilis.

239 ZElus veræ religionis facit populum, etiã inermem, terribilem, inuictum, & impugnabilem.

CAP. 35. NVM. 8.

Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum.

AD CAP. 35. N. 8.

Sepulchri qualitas ſepulti qualitatem propolare ſolet.

240 SVbter quercum Debora ſepnlta fuit ad denotandum, quam fructifera, & in qualibet fortuna conſtans ipſius vita fuerit.

Vocatumque eſt nomen loci illius, Quercus fletus.

Celeriús mortui â terra anihilamur, quam lachrymæ in terram cadunt.

241 CVR non â ſepulto corpore, ſed â ſepelientium lachrymis quercus denominatur? An quia corpora noſtra caduca, & emortua adeó celerrimè in anihilationẽ tendunt, quod comparata lachrymis in terram decidentibus, ſtatimque diſparentibus, iſtæ potius quã illa diutiús manere, & durare dici poſsint?

VEL SIC.

Virtuoſi mors ſemper deplorabilis.

242 AFletu denominatur illud ſepulchrum, quia mors virtuoſæ feminæ ſemper plorabilis eſt, & lachrymabilis.

VEL

VEL SIC.

Nil eſt tam durum, quod virtuoſi mors in lachrymas non emolliat.

243 MOrs honeſtæ, & virtuoſæ feminæ, vel duriſsimam quercum plorare, & eiulare faciet.

VEL SIC.

Perfecta gratitudo æterno monumento debet conſignari.

244 LAchrymæ illæ fuerunt veri amoris, perfectæque ſigna gratitudinis, quæ res adeó in mundo raræ ſunt, vt oporteat monumento ad æternam memoriam conſignari.

CAP. 35. NUM. 10.

Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſrael.

AD CAP. 35. N. 10.

Diuitiarũ admiranda vis in ſpiritualibus etiã prævalere ſolet.

245 COnſentanea fuit ditationi Iacob nominis immutatio, diuitijs enim quædam eſt occulta vis homines immutandi, talitérque prouehendi, vt de ſupplantatoribus, Dei ſcrutatores, imo prævalentiores efficere ſoleat.

CAP. 35. NUM. 11.

Dixitque ei: Ego Deus omnipotens, creſce, & multiplicare.

AD CAP. 35. N. 11.

Hominibus Deus adeò liberalis, vt fides fulcimento indigeat.

246 TOT, tanta, taliaque promittit Deus diligentibus ſe, vt neceſſum videatur omnipotentiam ſuam præmittere, & ſtabilire, ne fides circa largitionem, & promiſſorum implet ionem nutabunda hæreat.

VEL SIC.

Qui poteſt benefacere omnia poſſe videtur facere.

247 PRædicet ſe Deus omnipotentem, quando beneficia adeó largiter effundit, qui enim benefacere poteſt omnia poſſe dicendus eſt.

CAP. 35. NUM. 13.

Et receſſit ab eo.

AD CAP. 35. N. 13.

Eximiæ liberalitati tam gratitudo quam ingratitudo nocet.

248 POſt eximiam beneficentiam ſtatim recedit Deus, ne vel gratitudinem humanam, quæ ſuam liberalitatem aliqualitér minuat; vel ingratitudinem, quæ ſuam patiẽtiam exerceat, experiatur. Vide ſupra cap. 16. num. 13.

VEL SIC.

Cum bonis tẽporalibus Deus ferè incompatibilis.

249 MUnera, quæ Deus Iacob hic conceſſit, temporalia bona erant, recedat ergo Deus, vtpotè cum illis vel incompoſibilis, vel difficilimè ſociabilis.

VEL SIC.

Diuitiæ deitate prædita hominibus apparere ſolent.

250 AD ó potentes hominibus apparent temporales diuitiæ, vt cũ illæ adſunt, videatur mortalibus, Deo non indigere vel deitatem in diuitijs collocatam eſſe, ideoque recedit.

VEL SIC.

Ad Dei præſentiam omne mundiale contemptibile.

251 RECedit Deus, vt munera illa, & bona temporalia Iacob conceſſa videãtur ipſi æſtimatione digna, ad præſentiam enim Dei quidquid mundiale eſt, contemptibile, deſpicabile, & abiectum eſt.

CAP. 35. NUM. 22.

Cumque habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui.

AD CAP. 35. N. 22.

Luxuria, & petulantia de maioratu certãt.

252 CErtat cum Balæ luxuria Rubenitica petulantia, vtraque grauiſsima, quæ autem deformior fuerit non facilè diſcerni poteſt.

Enormiſsimus incæſtus hominẽ in brutum conuertit.

253 Sed á quo, & ad quod Abijt Ruben? Abijt certè à modeſto, & rationali dictamine ad pluſquam brutalem audaciam, & flagitium perpetrandum.

Quod illum minimé latuit.

Quædam adeò enormia delicta ſunt quæ deceat magis impunita ſepelire, quam iuſto ſupplicio propalare.

254 CVr ergo non ſtatim puniuit? Quia aliqua delicta adeó fœda, & enormia ſunt, quod magis deceat, illa prudenti ſilentio impunita ſepellire, quam ex iuſta vindicta, & ſupplicio in peſsimum aliorum exemplum propalare.

Zelotipia vulnus

255 Et notandum, hoc vul-

nus in corde Iacob vſque ad extremum vitæ diem, & apertum, & clauſum, ſeu occultum, permanſiſſe, vide infra cap. 49. num. 4.

Vera in corde recipientis claudi ſolent, ſanari non ſolent.

CAP. 35. NUM. 28.

Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum.

AD CAP. 35. N. 28.

256 VIta & ſi centioctogenaria fuerit, diaria dicitur, quia fortè Iacob tamquã centum octaginta dierum viſa fuit.

Vitæ proceſſus, & ſi centioctogenarius, diarius apparere ſolet.

VEL SIC.

257 PEriodus vitæ Iacob per dies explicatur ob claritatem operum in ea á tanto Pattiarcha factorum.

Clarorum virorum vita per dies explicanda.

CAP. 35. NUM. 29.

Conſumptuſque ætate mortuus eſt.

AD CAP. 35. N. 29.

258 ÆTas hominis non ne vita ipſius? Si ergo ætas conſumit hominem, ipſamet vita conſumit illum: vnde apté, & optimè dixit moralis philoſophus: Morieris, non quia ægrotas, ſed quia viuis.

Viuere ac conſummi idẽ ſunt.

Et appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & plenus dierum.

259 PLenus dierum dicitur, quia Iuſto non pereunt dies qui tranſeunt cæteris, ſed ſimul permanent, & computãtur tam ad honorem temporalem, quam ad gloriam ſempiternam.

Iuſti vitæ dies nõ dilabuntur, ſed cumulantur.

CAP. 37. ANUM. 1.

Habitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt. Et hæ ſunt generationes eius: Ioſeph, &c.

AD CAP. 37. A N. 1.

260 MOres filiorum dicũtur generationes parentum, quia ab ipſis, velut á ſuis fontibus, & radicibus dimanant.

Filij á parentibus non ſolum vitam, ſed mores etiam haurire ſolent.

CAP. 37. NUM. 2.

Ioſeph cum ſedecim eſſet annorum paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer.

AD CAP. 37. N. 2.

261 IOſeph, & ſi iam adoleſcentiam fuiſſet ingreſſus pueritiæ innocentiam cõſeruabat, ideó ſedecenarius, dicitur adhuc puer.

Virtuoſus, & ſi grandæuus, puerilem ſimplicitatem conſeruare ſolet.

Et erat cum filijs Balæ, & Zelphæ vxorum patris ſui: accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.

262 VT accuſatio fratrum à turpitudine, quam ſecum affert excuſaretur, ſummã criminis malitiam textus inſinuat.

Accuſſatio fratrum à turpitudine difficilẽ excuſſabilis.

VEL SIC.

263 Crimen, quod expreſsio nominum Patris, fratrumque non minorauit, grauiſsimum abſque dubio fuit: Littera hebræa ſic ait: Et retulit patri rixam eorum peſsimam: Quod ergo patri detulit, fuit rixa, & diſcordia fratrum, quę æquo iure crimen peſsimã appellatur, nam, ſicut fratrum concordia ponderante Dauide Pſal. 132. num. 1. quid optimum eſt, ſic eius contraria diſcordia crimen peſsimum appellari debet.

Fratrum concordia optima; eorundem diſcordia peſsima.

264 Nec ſine aduertentia prætereundum filios malos vitioſos, & peſsimos Iacob fuiſſe ancillarum Balæ, & Zelphæ filios; Non Liæ, Racheliſque, vxorum legitimarum, & feminarum ingenuarum, & nobilium.

Concubinatus, etiam quando à naturæ lege tollerabatur filios de generes procreabat.

CAP. 37. NUM. 3.

Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitam.

AD CAP. 37. N. 3.

265 NON dicit: Diligebat magis, aut plus, ſed: Super, quod æquiuocum eſt in

Dilectior filius, qui magis gratiæ debetur, quam naturæ.

in ordine ad ſignificandum comparatiuum amoris exceſſum Ioſephi reſpectu aliorum filiorum,& textus ad poſitiuum inclinare videtur: Diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, quia ſuper omnes feré filios eum genuerat, & in ſenectute,in qua minimum pollet natura, & ſic ille filius plus ad gratiam, quam ad naturam pertinebat, in cuius ſignificationem, tunicam polymitam, ſeu varijs coloribus, floſculiſque variegatam ei fecit, quæ gratiam cum cæteris virtutibus, quæ ex ipſa tamquam ex radice, pullulant, ſignificat.

In ſinceriore ſæculo exceſſiuus amor parui conſtabat in politiore verò exiguus amor magni conſtat.

266 Et notandum, quòd in illa temporum frugalitate, intenſus, & ſi mauis, exceſſiuus parentis amor per vnius veſtis donationem ſignificabatur; nunc, niſi Maioratus fiant,& magni cenſus, copioſique redditus imponantur, talis amor non ſatis explicatur.

CAP.37. NVM.4.

Videntes autem fratres eius, quod à patre pluſcunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificé loqui.

AD CAP. 37. N.4.

Inuidiæ oculi penetrant quo viſiua potentia non pertingit.

267 QUod textus claré non exprimit iſti euidenter vident, quia Lynceis inuidiæ oculis actiones Iacob erga Ioſephum intuebantur.

Inuidia ſemper deteriora ſibi præſumit.

268 Et forté interſe frendentes murmurabant, quod pater Ioſephum amaret plus cunctis filijs non ſolum diuiſiué compoſitum, ſed etiam omnibus collectiué comparatum.

Odium ex inuidia non ſolum amoris actum, ſed etiam potẽtiam tollit ad amandum.

269 Et notandum, quod odiũ ex inuidia ortum, non ſolum actũ amoris, ſed etiam potentiam tollit ad amandum, ideò dicitur; Nec poterant ei quidquam pacificè loqui.

CAP.37. NVM.5.

Accidit quoque, vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis.

AD CAP. 37. N.5.

Multi quæ ſomniant videre credũt, cum hæc prærogatiua propheticis ſolũ ſomnijs conueniat.

270 SI ſomnium quomodo viſum? Certè non pauci ſunt, qui ea, quæ ſomniant, exiſtimant veré, & realiter ſe videre: Sed rectè illud Ioſephi ſomnium viſum ſeu viſio dicitur, quia fuit ſomnium propheticũ ab Spiritu ſancto ipſi immiſſum, & per veram mentalem repreſentationẽ quieſcenti oſtenſum.

Quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit.

Inuidiæ occaſio ſeminarium dicitur, quia vberrimè damna germinat.

271 SEminarium dicitur, quia in abundantem, copioſam, & nimiam ſegetem tribulationum, & perſecutionum aduerſus Ioſephum germinaturum erat.

CAP.37. NUM.6. & 7.

Dixitque ad eos: Audite ſomnium meum, quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, &c.

AD CAP.37. N.6.ET 7.

Qui aliorum damna præuidet ſua prius experiri ſolet.

272 VIdiſti, ô Ioſeph, aliorum humilitationes, damna, & detrimenta, ſed priùs patieris, & experieris tua.

Et quaſi conſurgere manipulum meũ, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

Vel ſolum apparens dignitas veram, & realem adorationẽ ambit.

273 ADoratio abſoluta: dignitas non ſolum ſomniata, & ſymbolica, ſed & in iſta linea etiam impropria, ideó abſoluté non ait textus: Conſurgere, ſed: Quaſi conſurgere.

Mundus ijſdẽ medijs alios attollit, & alios deprimit.

274 Sed, cùm omnes ſimul ſurgant, hoc enim verbum conſurgere ſignificat, cur vnus ſurgit, vt adoretur, cæteri, vt adorent? Talis eſt hominum conditio, vt eadem

eâdem actione alij ſublimentur, & alij deprimantur.

CAP. 37. NUM. 9. ET 10.

Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium quaſi Solem. & Lunam, & ſtellas vndecim, adorare me. Quod cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus.

AD CAP. 37. N. 9. ET 10.

Ab amore, & inuidia idem effectus ex diuerſis motuis prouenire ſolent.

275 PAtrem Solem, matrē Lunam, fratres ſtellas faciebat iſtud Ioſephi ſomniū ſe ipſo in ſua ſublunari, & terrena natura relicto, & nihilominus â patre increpatur, & â fratribus inuidetur, ſed hæc patris increpatio myſterium ſub odorantis ab amore prouenie bat, ne ſcilicet Ioſeph dilectus cæteris fratribus odioſus fieret.

CAP. 37. NVM. 14.

Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora.

AD CAP. 37. N. 14.

Prima parentum cura proſperitates filiorū.

276 PRincipalitèr, & primarió de filiorum proſperitate curat Iacob; ſecundarió, & quaſi per accidens de pecoribus.

Et renuntia mihi quid agatur.

Præſulgentia ſubditorum per calleat, vt eos præficiat.

277 HUnc potius elegit Iacob ad inquiſitionem, & informationem de filijs faciendam, quem ſciebat pronum eſſe ad eorum ſcelera ipſi aperienda, & manifeſtanda.

CAP. 37. NUM. 18.

Qui cum vidiſſent eum procul, ante quam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere.

AD CAP. 37. N. 18.

Prauorum oculi lyncæi ſunt ad nocendum.

278 ECce quam â longé vident, vt noceant, quem propé videre non poterant.

279 Hæc etiam elorgata viſio, ſen inuiſio, ad occiſionem ordinata referri poteſt ad Chriſtum in Ioſepho typicé ſignificatum.

Ante plura ſecula Iudæi Chriſto venture necem moliebantur.

280 Dignum etiam animaduerſione eſt, peſsimam Ioſephum occidendi cogitationem in omnium ſimul fratrum mentibus inſediſſe.

Mali in eo indiſcrepantèr cōueniunt nempè vt iuſto neçāt.

CAP. 37. NUM. 19. ET 20.

Et mutuò loquebantur: Ecce ſomniator venit: Venite, occidamus eum.

AD CAP. 37. N. 19. ET 20.

Qui politice ſe vindicare intendunt, verum motiuum celant, aliudque prætextum obijciūt.

281 NON dicunt: Ecce accuſator fratrum, ſed: *Ecce ſomniator venit*, vt diuerſo honeſtoque prætextu vindicatiuū animum obtegerent.

Et tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua.

Malos plus vrgere ſolet ad nocendum inuidia quam appetitus vindictæ.

282 EX his verbis infertur, illos, non ex vindicta ob accuſationem ſupra num. 2 memoratam, ſed ex inuidia ex dilectione paterna, & præſago fortunæ fauore orta, in fratris occiſionem conſpiraſſe.

Dicemuſque: Fera peſsima deuorauit eum.

Nulla fera inuidiâ peior.

283 FEra peſsima, hoc eſt, qua peior inueniri nequit, nempè inuidia.

CAP. 37 NUM. 21.

Audiens autem hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum.

AD CAP. 37. N. 21.

Non nulli externam oſtentant bonitatem qui interné mali ſunt.

284 RUben ſimul cum cæteris fratribus de Ioſepho occidendo cogitauit, ſed cum de fratricidio perpetrando iam palā, & exteriús inter ſe agerent, â reliquis fratribus diſſenſit, faciliús enim eſt rem iniquam cogitare, quam exequi,

UEL

VEL SIC.

Illè iniurioſus laudandus eſt. qui ſatisfactionem in quantũ poteſt procurat.

285 HOc æſtimabile obſequium volebat Ruben parenti ſuo impendere, ad aliqualem grauiſsimæ ſatisfactionem iniuriæ, quam ipſi ad Balan ingrediens irrogauerat.

CAP. 38. NUM. 18.

Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes.

AD CAP. 38. A N. 18.

Qui cum ſcorto turpitèr ſe commiſcet omnia bona tam animæ quam corporis amittit, & prodigit.

286 IN annulo nobilitas ſignificatur: in armilla, domeſtica ſupellex: in baculo, totius domus, & familiæ ſubſtantia, & ſuſtentatio: omnia hæc amittit, qui cum ſcorto turpitér ſe commiſcet.

CAP. 38. NUM. 24.

Ecce autem poſt tres menſes nuntiauerunt Iudæ, dicentes: fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumeſcere.

AD CAP. 38. N. 24.

Detractori indicium ſatis eſt, & ad calumniæ aſſeuerationem.

287 DElictum Thamar vt certum enuntiatur indicium vnicum illius, vt incertum.

VEL SIC.

288 DElictum Thamar aſſertiuè, pronuntiatur, indicium illius ſuſpitatiué ſolum, & apparentér; talis eſt omnium ferè detrahentium genius, & ingenium.

CAP. 39. NVM. 2.

Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens.

AD CAP. 39. N. 2.

Ob Ioſephi contubernium Verbũ diuinum præmaturo incarnationis flagrabat deſiderio.

289 HÆC phraſis pluriès de Ioſepho repetitur, quaſi deſiderans Deus, aduentare iam temporis plenitudinem, quo cum Ioſepho Mariæ ſponſo degeret. Vide infra num. 23.

CAP. 39. NUM. 7.

Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph.

AD CAP. 39. N. 7.

Qui impudicè reſpicit, & cæcus, & ſeruus remanet.

290 DOmina ſua, ſed non domina ſui.

291 Quid mirum quod cæca remaneret, quæ oculos ſuos â ſe in alterum â biecerat: ſic omnibus impudicé reſpicientibus accidit.

Et ait: Dormi mecum.

Luxuriæ delectatio res euanida et ſomniata.

292 PRopriſsimè actum luxuriæ per dormitionem explicat, eſt enim delectatio quædam euanida, & quaſi ſomniata.

Nullus adeò procax, qui non modeſtius loquatur, quam operetur.

293 Sed cur hæc procax femina terminum adeó modeſtum vſurpat ad ſuam libidinem exprimendam? An quia ferè ſemper modeſtiùs loquuntur, quam operantur homines?

VEL SIC.

Cum caſto cõuerſando caſtimonia ſaltem verbalis acquiritur.

294 EX colloquutione cum iuuene virgine, & caſtiſsimo Ioſepho modeſtiam, & honeſtatem, ſaltem verbalem laciua illa, & adultera femina acquiſiuit.

CAP. 39. NVM. 9.

Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meũ?

AD CAP. 39. N. 9.

Ad ſanctum matrimonij ius violandum facilitas nõ ſolum negari debet, ſed etiam facultas.

295 NON dixit: Quomodo faciam, ſed: Quomodo poſſum facere, ad tantum enim facinus, & flagitium perpetrandum, nec potentiam ſe habere exiſtimabat caſtiſsimus iuuenis, & ſeruus fideliſsimus, nec ſolum difficile credebat, ſed nec factibile.

Et

Et peccare in Deum meum.

Quandoque magis videtur placere Deo hominem exercere actum fidelitatis humanæ, quam fidei diuinæ.

296 PRius obijcit motiuũ fidelitatis humanæ quã diuinæ: illa enim virtus adeó placet Deo, vt vel ipsius præceptis naturalibus aliquando præferri permittat.

CAP. 39. NVM. 10.

Mulier molesta erat adolescenti.

AD CAP. 39. N. 10.

Nulli non molesta lasciuiens femina.

297 SI mulier adolescenti molesta est, quid viro, quid seni?

Et ille recusabat stuprum.

Stuprum quãdoque pro viride-floratione accipitur.

298 STuprum sui ipsius, erat enim ad huc Iosephus non solum castimoniæ rubore conspicuus, sed etiam virginitatis flore suaue redolens.

Qui matrimonium euitatus init naturæ illusor apellandus.

299 Et si æquiuocé ad feminam referatur: stuprum enim propriús, & significantiús ad istum sexum pertinet, dicendum, quod forté ipsa virginitatis signaculum nondum amiserat, eius enim maritus erat eunuchus, & verisimile est quod isti naturæ illusores, tum vitandæ ignominiæ, tum solatij causa vxores ducebãt nominales.

CAP. 39. NVM. 11.

Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret.

AD CAP. 39. N. 11.

Rationis Deo reddõdæ memor, & vitæ rationẽ, & sui muneris rationes bene institutas habet.

300 CHaldeus Paraphrastes hæc verba sic exponit: Et factum est quadam die, & ingressus est domũ, vt inuestigaret scripturas rationis suæ. Otiosa, & inutilis videri potest hęc Iosephi calculatrix inuestigatio, dominus enim eius nil aliud nouerat, nisi panem, quo vescebatur, vt patet supra num 6. nec hoc Iosephum latebat, ait enim num. 8. sequenti: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua, vt quid ergo fidelissimus iste laborat æconomus? Non certé, vt terreno domino satisfaciat, sed ex optima propriæ conscientiæ indole tamquam rationem villicationis suæ supremo rerum Domino Deo aliquando redditurus.

Qui nouissima sua memoratur in æternum non peccabit.

301 Ecce quod inter tot pericula, & peccandi occasiones incolumem, innocentem, & purum Iosephum tam â molestis dominæ suggestionibus, quam â cæteris in domiuum commissionibus conseruauit, qui enim nouissima sua memoratur, & frequenter meditatur moraliter impossibile est, quod peccet.

VEL SIC LITTERALITER.

Qui bonam villicacionis suæ rationem habet arbitros nõ quærit, sed vitat.

302 BOnas rationes æconomiæ suæ habebat Ioseph, si quidem arbitros non quærebat, sed potius vitabat, & fugiebat.

CAP. 39 A NUM. 12. AD 15.

Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras.

AD CAP. 39. A N. 12. AD 15.

Malefactor, etiam cum alterum accussat, se ipsum prodit.

303 HÆC impudica femina se ipsam prodit accusatque: nam obijciens Iosepho se ab illo comprimi, & teneri, ait, se tenere: *Reliquit pallium, quod tenebam*: propterea forté in textu infra nu. 19. nimia viri credulitas notantèr exprimitur.

Lasciuiæ venenum, vel leuitactu, inficere valet.

304 Sed cur cum solum, ê lacinia, quæ est extrema vestimenti ora seu pars Iosephus â delicata, & debili femina teneretur, non aliquam ad hibuit diligentiam, vt pallium suum, ê manu eius eripe-

ret?

ret? Noluit caſtiſsimus iuuenis pallium â procaci, & laſciua fœmina, vel leuiter tactum, ne dicam apprehenſum apud ſe retinere, & illo vlterius indui, rationem dat Diuus Ambroſius lib de Ioſeph Patriarcha: Ne ſcilicet per manus adulteræ libidinis incentiuæ flammæ tranſirent.

VEL SIC ALLEGORICE.

Patriarcha Ioſeph in omnibus Chriſto præluſit.

305 HÆC Ioſephi actio fuit Chriſti ſymbolum ad inferos deſcendentis relicto corporis pallio in manu perfidæ, & adulteræ Synagogæ.

CAP. 39. NVM. 19.

His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis.

AD CAP. 39. N. 19.

Qui audita accuſſantis verba non perpendit iudex cenſura dignus euadet.

306 NOtantèr dicitur nimium credulus, nam talia verba plus vxorem, quã Ioſephum accuſabant.

CAP. 40. NUM. 14.

Tantum memento mei, cum benè tibi fuerit.

AD CAP. 40. N. 14.

In principum aulis, etiam cum res benè ſuccedunt aulicis malè eſt.

307 AN quia illi non fuit benè in palatio, etiã ſi proſpera ſucceſerint, oblitus eſt interpretis ſui. Vide infra nu. 23.

Et facias mecum miſericordiam: Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere.

Prudentes viri miniſtros principum non plus deferunt, quam par eſt.

308 ETſi cognoſceret Ioſeph, illum ſomniatorem miniſtrum eſſe potentem, & regi proximum, & in regis gratiam reſtituendum, nõ illum adulatoriè liberationis ſuæ arbitrum facit, ne regiæ authoritati, & dignitati detraheret, ideó non dicit: Vt educas me. Sed: *Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me.*

In carcere diù detineri vel grauiſsimo ſupplicio moleſtius.

309 Et notandum, quod, & ſi Ioſeph ſuam cognoſcat, & obijciat innocentiam, abſolutionem à delicto falsó ipſi imputato, & obiecto non petit, ſed cauſæ legalem per ſententiam determinationem, & concluſionem, vt ê carcere, vel in ſupplicium exiret.

VEL SIC ALLEGORICE.

A Purgatorij carcere diuina ſolum potentia, per ſanctorum interceſſionem liberat.

310 IN illo carcere purgatorij carcer, in quo iuſti detenti ſunt, ſignificatur, aquo ſolum ſuprema Dei poteſtas, in rege ſignata, per interceſſiones Sanctorum, & ſuffragia Fidelium liberare poteſt.

CAP. 40 NUM. 15.

Quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum.

AD CAP. 40. N. 15.

Prudens ac perfectus vir ſibi abſque aliorum proſpicit deturpatione.

311 SE furto ſublatũ dicit, ſed fures non manifeſtat, nec deturpat, nec de illorũ iniqua actione ſaltem conquæritur: eâdemque modeſtia, & moderatione loquitur de iniuſta ipſius incarceratione.

CAP. 40. NUM. 23.

Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

AD CAP. 40. N. 23.

Proſpera ſemper ſuccidere, aduerſa ſtare ſolent.

312 PRoſpera ſemper ſuccedunt, nunquam ſtant, ſecus in aduerſis philoſophia moralis experitur.

CAP. 41. A NUM. 1.

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, &c.

Iuſtorum Deus labores non tranſcurat.

313 SIgnatè, & expreſſé numeratur tẽpus propter Ioſephum in probationis carcere detentum, tum, vt aduertamus,

mus, Deum labores iuſtorum non negligere, & tranſcurare.

Regni regimini præficiendus in patiendi arte præexercendus.

314 Tum etiam, vt Ioſephus omni Ægypto ſtatim præficiẽdus, prius in arte patiendi, & ſufferendi ad amuſim inſtrueretur.

Cui alimentationis aliorum cura incumbit prognoſticandi ſcientia adornari oportet.

315 Sed cur ſigna prognoſtica fertilitatis, & ſterilitatis Ægypti de flumine aſcendebant? Quia ab illo omnis fructificatio tam abundans, quam inops illius Prouintiæ pendebat.

CAP. 41. NVM. 4. ET 5.

Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit.

AD CAP. 41. N. 4. ET 5.

Regibus nil ad publicã ſpectans vtilitatẽ, & ſi ſomniatũ, ſpernendum.

316 REgem quæuis repreſentatio ad publicã rem ſpectans, etiam ſi ſomniata ſit, & euanida, debet expergefacere, ſed in hoc foret Pharao reprehenſibilis, quod rurſum dormiuit, niſi myſterium in ſecundo ſomnio lateret.

CAP. 41. ANVM. 7.

Euigilans Pharao poſt quietem, & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctoſque ſapientes.

AD CAP. 41. A N. 7.

Boni reges manicare debẽt; non vſque ad meridiẽ ſtertere.

317 EX his verbis colligitur regem illum non fuiſſe valdè ſomno deditum, ſiquidem poſt ipſius quietem, & euigilationem tranſactam, cæpit dies illuceſcere, & mane fieri.

Ad rerum naturalium cognitionem rectè per gradus aſcenditur.

318 Et notandum quod prius coniectores, poſtea ſapientes vocari iuſſit, vel quia ad capiendam veram illorum ſomniorum interpretationem, per gradus volebat aſcendere, è coniectoribus ſcilicet ad ſapientes.

Aulici ſapientibus coniectores præferre ſolent.

319 Vel quia coniectores ſapientibus præferebat, quod prudentiæ humanæ, præſertim aulicæ, ſolemne eſt.

CAP. 41. NVM. 16.

Reſpondit Ioſeph: Abſque me Deus reſpondebit proſperа Pharaoni.

AD CAP. 41. N. 16.

Eximia humilitatis eſt, ſe inſtrumentum Deo indignum exiſtimare.

320 EXimia Ioſephi humilitas, & modeſtia põderanda venit, qua ſe exiſtimauit indignum, per quem, vt inſtrumẽtum Deus loqueretur.

CAP. 41. ANVM. 20.

Quæ deuoratis, & conſumptis prioribus, nullum ſaturitatis dedere veſtigium.

AD CAP. 41. A N. 20.

Auarus cuncta deuorans macreſcit.

321 AUarus, & ſi cuncta deuoret, nunquam impinguatur ſemper macreſcit.

Saturitas à cœlo auertere, & ad terram ſolet deprimere.

322 Notanda etiam phraſis, qua textus de ſaturitate loquitur, veſtigium ſcilicet, quod eſt character terræ impreſſum, ad innuẽdum, ſaturitatem ſemper ad terrã deprimere.

CAP. 41. NVM. 32.

Quod autem vidiſti ſecundo ad eandẽ rem pertinens ſomnium: firmitatis indicium eſt.

AD CAP. 41. N. 32.

Repetita aſſertio aſſertum valdè confirmat.

323 HIC textus ponderari poteſt pro repetitione, & reualidatione alicuius voti ſeu iuramenti publicé vel priuatim facti.

CAP. 41. NVM. 33.

Nunc ergo prouideat rex virum ſapientem, & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti.

AD CAP. 41. N. 33.

Speculatio ſine praxi inutilis ad bonam reipublicæ adminiſtrationem.

324 SCientifica ſpeculatio ſine praxi inutilis eſt ad bonam reipublicæ adminiſtrationem, propterea addidit Ioſeph: *Induſtrium*, nam homines omninó dediti ſtudio, & ſcientiarum contemplationi plerũque ſolent eſſe deſides, negligentes, & incurij, ac propterea inutiles, & inepti ad prouidam, & conuenientem reipublicæ gubernationem.

CAP.

CAP. 41. NUM. 40.

Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni ſolio te præcedam.

AD CAP. 41. N. 40.

Reges qui ſe totos vni cõmittunt formale ſolij â ſe dimittunt materiale tantũ ſibi reſeruant.

325 SOlio, quod materiale eſt, non poteſtate, quæ formale conſtitutiuum imperij eſt, vult Pharao Ioſephum præcedere, ſic accidit omnibus regibus qui negotiorum omnium ſummam alicui miniſtrorum vni, & ſoli deferunt.

CAP. 41. NVM. 44.

Dixit quoque rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

AD CAP. 41. N. 44.

Rex non regens nominalis tantum rex eſt.

326 EGO ſum Pharao, abſque tuo imperio, &c. ideſt ego ſum rex nomine tantum, tu re, & veritate.

VEL SIC.

Rex per alium regens niſi frequentèr ſe præconizet, vt talis non adorabitur.

327 EGO ſum Pharao: Quis dubitat? Vt quid ergo recordatio hæc? Non quidèm inutilis, & ſuperflua eſt: Rex enim qui omnem in ſubditum poteſtatem transfert, neceſſe habet, vt continuó ſuggerat omnibus ſe eſſe regem, vt talis tam â ſubditis, quam ab alijs regibus exiſtimetur.

VEL SIC.

Rex quantò de preſtius Deo ſubijcitur, tantó excellẽtius regnat.

328 EGO ſum Pharao: Imo non eſt, quando quidem omnem ſuam poteſtatem in ſeruum tranſtulit; ſed veré, nunquàm certiús, & fimiús rex dici, & eſſe debuit, quàm cum omnem ſuam authoritatem in ſaluatorem mundi, & Chriſti typum depoſuit. Vide numerum 45. ſequentem.

CAP. 41. ANVM. 45.

Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti.

AD CAP. 41. A N. 45.

Primum perfecti præfecti munus Prouintiã oculis luſtrare, & cõprehendere.

329 PRimum quod fecit, poſt aſſumptionem ſuam Ioſeph fuit luſtrare terram, quam gubernandam ſuſceperat.

Conſideratio ætatis in præficiendo non deſiderata.

330 Nec ex preſsio annorum Ioſephi myſterio caret propter typicam Chriſti ſignificationem, qui illamet ætate cæpit clariore luce Euangelica mundum illuminare, & paſcere: Lucæ cap 3. num. 23. *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta.*

CAP. 41. NUM. 47.

Venitque fertilitas ſeptem annorum: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Ægypti.

AD CAP 41. N. 47.

Rurale exercitium regnum conſeruat aitat, & exhilarat.

331 CUR in manipulos redactæ ſegetes, & non in aceruos excuſæ, & triturate, congregatæ fuerunt? Primo, vt triticum in ſuis ſpicarum folliculis conſeruaretur, alitér â tineis corrumpendum: ſecundò, vt tam palleæ quam grana ad vſum publicum deſeruirent: Tertio, ne illud rurale, & valdè reipublicæ neceſſarium exercitium excuſsionis, & congregationis tritici, per deſuetudinem ſeptem annorum ſterilitatis, oblivioni traderetur, & periret. Tandem, ne hilaritas dierum meſsis deficeret, quæ totam illam Prouintiam lætabundam redderet, qua ceſſante mærore, & deſidiâ triſtiſsimâ remaneret immerſa.

CAP. 41. NVM. 51.

Vocauitque nomen primogeniti Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.

AD CAP 41. N. 51.

Acceptæ iniuriæ oblibiſci debemus ad vindictam; recordari ad remiſſionem.

332 SI oblitus, quomodo dicit fratribus ſuis infra cap. 45. num. 5. *Neque vobis durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus*? Fuit quidem Ioſeph, & recordatus, & oblitus: recordatus ad remiſsionem, oblitus ad vindictam, ideóque attribuit Deo illam obliuionem, dicens: Obliuiſci me fecit Deus, &c.

CAP. 42. NVM. 6.

Et Ioſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutũ frumenta populo vendebantur. Cumque adoraſſent eum fratres ſui, &c.

AD CAP. 42. N. 6.

Curat Deus quod prophetícas ſanctorum ſuorum prædictiones omnibus cõſtet adimpleri.

333 AD quid Ioſephi principatus, iam ſtabilitus, hîc recolitur? An vt ſomniũ præcedens ſupra cap. 37. num. de manipulis adorantibus Ioſephi manipulum impletum fuiſſe omnibus palám fieret?

CAP. 42. NVM. 8.

Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis.

AD CAP. 42. N. 8.

Quod in ſublime exaltatus cognoſcat humiles, quin ab illis cognoſcatur mirabile eſt.

334 NOtatu dignum, quod aulicus, & â fortuna nimium ſublimatus agnoſcat humiles, priuatos, & conſanguineos, & quod ab iſtis non cognoſcatur: rationem veram, & litteralem diuerſitatis huius dat Lyranus, ſcilicèt ex immutatione oris, & habitus Ioſephi, quæ ratio vera, & cõmunis eſt, licet â nonnullo repellatur ex eo quod eadem immutatio in fratribus reſpectu Ioſephi intercedebat, ſed hæc conſideratio inefficax, & incerta eſt, nam reliqui fratres, nec habitum corporis, nec oris mutauerant; at Ioſephus in vtroque non exiguam mutationem ſubierat, nam cum imberbis ab eis diſceſiſſet, ab ijſdem ſatis barbatus conſpicatus fuit; & cum vili veſte, & Chanaanitico more indutum Iſmaelitis negotiatoribus tradidiſſent, cum habitu alterius Prouintiæ, & hoc prætioſo, & aulico ornatum repererunt.

VEL SIC.

Vita præſens fortunæ ludus.

335 FRatres omnes reſpectu Ioſephi eandem fortunæ, & muneris ſortem conſeruabant; at fortuna cum Ioſepho, plurimis, non ſolum varijs, ſed etiam contrarijs ſortibus luſerat: â filio enim ingenuo, & libero in ſeruum, â ſeruo in æconomum, ab æconomo in reum, & carceratum, â reo in coniectorem, & ſomniorum interpretem, â coniectore in regium conſiliarium, â conſiliario in principem, â principe in mundi ſalvatorem translatus fuerat, quid mirum, quod fratres ipſe cognoſcens, non fuerit cognitus ab eis?

CAP. 42. NVM. 13.

At illi: Duodecim, inquiunt, ſeruì tui, fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper.

AD CAP. 42. N. 13.

Qui malè agũt ſuiſmet verbis implicantur.

336 SI alius non eſt ſuper, id eſt mortuus, quomodo ſe eſſe duodecim aſſertiuè, & claré pronuntiant? An quia ille, ſcilicet Ioſeph, de quo loquebantur, & viuebat, & mortuus erat: Viuebat in parentis pectore, & affectu, ſed in fratrum odioſo deſiderio mortuus erat.

Sed

Inuidus nil ſolicitiùs curat quam riualis de preſsionem.

337 Sed quid hoc inuſitato dicendi modo indicare volunt? Forté ex inuidia adhuc permanẽte non tam Ioſepho fratri negare intendunt vitam ſeu exiſtentiam, quam præuiſum ſomnijs principatum, & ſuperexcellentiam.

CAP. 42. NVM. 36.

Dixit pater Iacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin aufertis.

AD CAP. 42. N. 36.

Filiorum abſentia parentibus mortalem incutit dolorem.

338 ABſentia filiorum â patre carentiæ, & priuationi illorum quoad dolorẽ comparabilis eſt, cum ergo omnes filij â Iacob abirent, ideò eiulans dixit: *Abſque liberis me eſſe feciſtis.*

Inuidiæ liuor, nec ſtrictius natura vinculum ſolet excipere.

339 Et notandum præſumptam Ioſephi mortem hic, & ſupra n. 13. per tetminum de preſsionis, & ſubiectionis æquiuocè ſignificatiuum exprimi, ſcilicet: *Non eſt ſuper*, vel ad innuẽdam Ægyptiacam ipſius ſeruitutẽ, vel ad ipſius ſomniatam exaltationem cõtradicendam: vide ſupra num. 13.

Aliquibus idem eſt rem ferre, ac auferre.

340 Sed cur de Beniamino loquens non dicit: Et Beniamin fertis; ſed: *Et Beniamin aufertis*? An ad innuẽdum, quod aliquibus idem eſt ferre, ac auferre.

CAP. 43. NUM. 1.

Interim fames omnem terram vehementer premebat.

AD CAP. 43. N. 1.

Terram ex materno affectu nil grauius premit quam â filiorum alimẽtis non premi.

341 QUomodo fames terram premit, potiús dicendum videtur illam premere abundantiam, & pondus fructuũ: Sed cum terra mater communis, & pia ſit, quod illam premit, & opprimit eſt carentia fructuum, quibus filios ſuos alat.

CAP. 43. NVM. 11.

Igitur Iſrael pater eorũ dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite, quod vultis.

AD CAP. 43. N. 11.

Prudentes, & canuti de neceſſitate virtutem faciunt ſeu elliciunt.

342 CUM alitér fieri non poteſt, tunc operatur neceſsi tas, non voluntas, cur ergo dicit Iacob: *Facite quod vultis*? An ex ſenili cautaque prudentia, in negotio, quod aliomodo fieri nequit intẽdit Iacob filios ſuos demereri, & ipſorum voluntati condeſcendere?

VEL SIC.

Paterna authoritas quãdoque deponenda.

343 VOluntati filiorum, niſi in caſu magnæ neceſsitatis â parentibus non cõdeſcendendum.

Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, & ſtactes, & terebinthi, & amigdalarum.

Typo Chriſti non quævis munera; ſed myſticé ſignificatiua deferenda.

344 MYſticas munerum ſpecies typo Chriſti Ioſepho iubet Iacob â filijs ſuis deferri.

CAP. 43. NUM. 14.

Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcũ fratrẽ veſtrũ, quem tenet.

AD CAP. 43. N. 14.

Dum abundantia durat, etiam de obſtrictiſsimis calamitatem patientibus obliuiſci ſolemus.

345 MIrãdum quod quãdiú durauit triticũ ex Ægypto prima vice delatum, nec Iacob pater, nec vllus ex fratribus de Simeone corã iſtis ligato, & in carcerem detruſo, liberãdo, aliquam fecerit mentionem! Et quod vſq; ad ſtuporem grauiús eſt: nec Simeonis vxores, nec aliquis ex ſex liberis quos iam habebat, vt patet infra cap. 46. num. 10. hoc ſuper negotio verbũ aliquod protulerunt. Hinc reprehendendi veniunt qui de proximorum, imo, & parentum fratrũque animabus in Purgatorij carcere detentis, cũ terrenis bonis fruantur, & abũdent, omninó obliuiſcuntur.

CAP. 43. NVM. 23.

Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris, nam pecuniam, quam dediſtis mihi probatam ego habeo.

AD CAP. 43. N. 23.

Quæ aconomus bene expendit ratio, & rationes probant.

346 PRobatam, hoc eſt approbatam, & in rationibus meis admiſſam.

Bonus Miniſter ære ſuo non regio conſanguineos ditat.

347 Vel dicendum eſt, Ioſephum ex ære ſuo dediſſe pro fratribus illam pecuniæ quantitatem regis theſaurario, ne ex ſubſtantia publica, & ærario regio ſuos ditaret conſanguineos.

VEL SIC.

Metalla in pecuniam excuſa ab extraneis prouintijs aduecta, vt ſuſpecta habenda.

348 Pecunia â negotiatoribus exteris aliarũ prouintiarum ſub diuerſo dominio degentium allata, ſemper pro ſuſpecta habenda, ideóque recognoſci, & examinari debet ad hoc vt approbetur.

CAP. 43. NUM. 34.

Maiorque pars venit Beniamin, itaut quinque partibus excederet.

AD CAP. 43. N. 34.

Amicis ſatis, dilectiſſimis ſuperque dandum eſt.

349 RElíquis fratribus miniſtrari iuſit Ioſeph, quod ſufficiens erat ad hoc vt lautè ederent; Beniamino verò ſuper abundantér iuſit miniſtrari, ad hoc vt aulicos circunſtantes, & obſequioſé aſsiſtentes demereretur, & in eos genialitér liberalis foret.

VEL SIC.

Frugalitas antiqua modernam lauticiem reprehẽdit.

350 FRugalitas illorum temporum tanta erat, vt in regali, & ſplendido conuiuio ſolum quinta pars, vel certiùs ſexta eorum, quæ ab vnoquoque inſumi poterant, apponeretur.

CAP. 44. NVM. 1.

Præcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere.

AD CAP. 44. N. 1.

Primi regum miniſtri conſanguineos ſuos non vltra metam dirent.

351 PRimus regis miniſter non debet tam conſanguineos, quam aſeclas ſuos replere vltra id quod capere poſſũt.

Nec de regali horreo, ſed proprio, & peculiari penu ipſis prouidenr.

352 Et notandum, non de frumento regio, ſed de peculiari ad Ioſephum pertinente, ſaccos Iſraelitarum fratrum fuiſſe impletos, vt patet ex præcepto, non miniſtro publico, ſed particulari domus Ioſephi diſpenſatori impoſito.

CAP. 44. NUM. 2.

Scyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici, pone in ore ſacci iuniores.

AD CAP. 44. N. 2.

Non ſolum diuitibus, ſed ipſis etiam emortuis diuitijs honor, & reuerentia exhiberi ſolet.

353 CUR in ore ſacci, & non in fundo hæc reponi præcipiuntur? An ne res adeò æſtimabiles, vt argentea pecunia, & ſcyphus in infimo, & minus decenti loco collocarentur?

CAP. 44. NVM. 4.

Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono.

AD CAP. 44. N. 4.

Aulicus miniſter non ſolum quos odio habet, ſed etiam quos amore proſequitur ſolet perſequi.

354 SI principes aulici terreni quos diligunt iubent perſequi, quid facient ijs, quos odio proſequuntur.

Commiſſa in vita præſenti punire, & in alia parcere magnæ Dei miſericordiæ eſt.

355 Sed cum Ioſeph, non ex malignitate, ſed ex ſana, & pia mentis intentione hæc molitetur, dicendum eſt maluiſſe, fratres, peccatum iniquæ ſuæ venditionis, & alia commiſſa in

in præſenti vita inere, quam in alia grauiùs, & duriùs ſoluenda relinqui.

Vices Dei gerens diuinos moreſimitetur.

356 Vel quia munus ſaluatoris mundi, & vices Dei gerebat, quos diligebat corripiebat, & tãquam pater in filijs ſibi complacebat. Prouerbiorum, cap. 3. nu. 12.

CAP. 44. NUM. 15.

Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?

AD CAP. 44. N. 15.

Dotes animi, præſertim ſupernaturales modeſtè occultandæ.

357 SUB hac metaphora Ioſeph de prophetica ſomniorum intelligentia, ac prerrogatiua â Deo ſibi infuſa loqui videtur ex quadam politicomodeſta ratione ductus.

CAP. 44. NUM. 20.

Et ipſum ſolum habet mater ſua.

AD CAP. 44. N. 20.

In bonorum pectore filiorum parentes vitâ functi vita funguntur.

358 QUÆ mater cum Rachel ex Beniamini partu deceſerit? Fortè adhuc Rachel in Ioſephi pectore viuebat

VEL SIC.

Mater vita naturali priuari poteſt, dilectis filijs priuari non poteſt.

359 MAter, etiam mortua â filiorum poſſeſsione non repellitur, ideó non dicitur. Et ipſum ſolum habuit, ſed: Et ipſũ ſolũ habet mater ſua.

VEL SIC.

Triumphantis Eccleſiæ typo æternitas attributa.

360 ALlegorice. Per hunc dicendi modum innuitur Rachelem fuiſſe typum Eccleſiæ, quæ immortalis eſt, non quidem in militantis ſtatu, ſed in ſtatu triumphanris.

Lactans non minus propriè quam parens mater appellatur.

361 Sed ad litteram de Bala Rachelis ancilla hæc verba intelligipoſſunt, quam, & Beniaminũ lactaſſe, & in maternam curam ſuſcepiſſe veriſimilius eſt.

CAP. 45. NUM. 1.

Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph multis coram aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interęſſet alienus agnitioni mutuæ.

AD CAP. 45. N. 1.

Etiũpens amor nullis regulis aut cautelis ſubijcibilis.

362 ANtequam ad mutuã agnitionem procederet Ioſeph præcauit, & prudenti vtique cautela, extraneorum vitauit aſsiſtentiam ne aliquid dignitati, & gradui ſuo minus decorũ notari poſſet: Sed poſt in ipſo agnitionis reciprocæ actu conſtitutus de circunſpectione præterita nil curat, & ſic vocem cum fletu iucunditatis tantum eleuat, vt vniuerſa domus Pharaonis, & remotiores Ægyptij audirent,

Verus amor aliquandiù cohiberi, & reprimi poteſt; ſemper non poteſt.

363 Et notandum, noluiſſe Deum in toto illo Ioſephi cum frattibus experimentali tractu, & apparatu, latere illum cohibitum, & violẽtum operatum fuiſſe, ideó ait textus: Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph, &c.

CAP. 45. NUM. 4.

Ad quos ille clementèr: Accedite, inquit, ad me.

AD CAP. 45. N. 4.

Verus amor foras mittit timorem.

364 MAluit Ioſeph fratres ad ipſum accedere, quam ipſum eos verſus ambulare, vt ſic metum amitterent, & maiorem cõfidentiam acquirerent, ſi enim Ioſeph aduerſus fratres moueretur, eos ſine dubio exterreri faceret.

CAP. 45. NUM. 5.

Neque vobis durum videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.

AD CAP. 45. N. 5.

Quæ nobis videntur mala, quatenùs â Diuina prouidentia ordinata nobis bona ſunt.

365 ÆQuo animo tollerabat Ioſeph fratrũ in ipſum commiſſa, quia omnia illa accidentia ſpeciali Dei prouidentiæ tribuebat; ſed more humano dicere poſſemus, quod res prout malè aut proſpere cedunt, ſic vel probantur, vel reprehenduntur.

Ioſephus pro paucorũ, Chriſtus pro omnium ſalute venditus, &c.

366 Et nota Ioſephum hic typum geſſiſſe illius, qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cœlis.

Damnum inroganti, quam ei, in quem irrogatur, durius.

367 Sed cur ait Ioſeph: Neque vobis durum eſſe videatur; & non potius: Neque mihi durum eſſe videtur quod vendidiſtis me in his regionibus? Certé quoniam ſcœlus, & peccatum, poſt quam patratum ac peractum eſt, non tam illi inquẽ commiſſum, quam ipſimet committenti durum, ac intollerabile apparet.

CAP. 45. NVM. 9.

Hæc mandat filius tuus Ioſeph.

AD CAP. 45. N. 9.

Filius parentem alens, ipſum parére facit.

368 AN filius, qui patrem alit dominium quodammodo in illum acquirit, & authoritatem præceptiuam?

CAP. 45. NVM. 15.

Oſculatuſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos.

AD CAP. 45. N. 15.

Superioris cum ſubditis æqualitas inuidiã omnem repellit.

369 FLeuit cum omnibus, ne inuiderent Beniamino, quod cum eo ſolo hanc feciſſet demonſtrationem, & amoris, pietatis, quę ſignificationem.

VEL SIC.

Chriſti lachrymæ Ioſephi lacrimis adumbratæ.

370 HIC allegoricé præfiguratus videtur fletus Chriſti Domini ſuper Ciuitatem Ieruſalem Lucæ, cap. 19. num. 41.

CAP. 45. NVM. 16.

Auditumque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioſeph.

AD CAP. 45. N. 16.

Quod in prauis regum miniſtris odioſum, in bonis plauſibile eſt.

371 CElebri ſermone vulgatum, id eſt: Plauſibilitèr receptum ob generalem imo vniuerſalem populi erga Ioſephum beneuolentiam, propter quam Hæc conſaguineorum aduentatio non fuit murmurata, neq; in malam partem accepta.

CAP. 45. NVM. 18.

Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ.

AD CAP. 45. N. 18.

Cognati amicorum principum cur pinguescunt? Quia medullam prouintiarũ comedunt.

372 NOtandum, quam perantiquũ in mũdo ſit, quod cognati amicorum principum deuorent medullam Prouintiarum, nec prudẽti ſolertia æconomopolitica caruit hoc Pharaonis pronuntiatum, oſtentans ſe liberalem eorum largitorẽ bonorum, quæ vel ipſo inſcio, aut nolente credebat abſque dubio in poteſtatem Ioſephi fratrum deuẽtura fore.

CAP. 45. NVM. 20.

Nec dimittatis quidquã de ſupellectili veſtra; quia omnes opes Ægypti veſtræ erunt.

AD CAP. 45. N. 20.

Spes nouæ adquiſitionis, antiquæ intendit cupiditatem.

373 VT ad cupidam auaramque retentionẽ poſſeſſorum bonorum incitaret, ſpe poſſidendorum allicit.

CAP. 45. NVM. 24.

Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via.

AD CAP. 45. N. 24.

Qui præ aliis remuneratur inuidiæ exponitur.

374 CAuit prudentèr pro Beniamino, ne illi propter donorũ exceſſum aliquid ex inuidia nocumenti inferrent.

CAP. 45. NVM. 27.

Cumque vidiſſet plauſtra, & vniuerſa quæ miſerat reuixit ſpiritus eius.

AD CAP. 45. N. 27.

Damna filiorum mors ciuilis, imo naturalis ſolet eſſe parentum.

375 ERgo antea mortuus erat ſpiritus Iacob ex apprehenſione, licet falſa, mortis Ioſeph. Damna etiam incerta, & falſa filiorum ſolent eſſe mors ciuilis, & quandoque naturalis parentum.

CAP.

CAP.46. NVM. 4.

Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertẽtem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.

AD CAP.46. N. 4.

Mundialium gaudiorũ recordatio mortis tẽperamentum optimum.

376 SUperabundantem lętitiam Iacob de Ioſepho ſuperſtitę conceptam, & inenarrabile gaudium, quo ad illum videndum properabat, temperare voluit Deus memoriâ mortis ipſius Iacob.

Incapite totum morale corpus includitur.

377 Et notandum, quod in perſona ſolius Iacob de egreſſione totius populi Iſraelitici ex Ægypto loquitur Deus.

CAP.46. NUM.34.

Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in Terra Geſſen: quia deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouiũ.

AD CAP.46.N.34.

Populare odiũ vt vitetur, ne in primis deſiderabili nos priuare oportet.

378 CAuté prouidens diſpoſuit Ioſeph, ne conſanguinei ſui intra Curiã manerent, ne odium populi in ſe concitaret, quod malum eximio bono gaudioque fruendi continuó tam patre dilectiſsimo, quam amatis fratribus præferebat.

Paſtorale exercitium ex ea ratione, qua regibus charum, eſt populo odioſum.

379 Sed cur paſtorale exercitium, reipublicæ in primis neceſſarium Ægyptij deteſtabantur? An quia ex illo reges diſcebant ſubditos mulgere, tondere, & tandem occidere?

VEL SIC ALLEGORICE.

Dæmonis imitatores nullos magis odio habent, quam veros populi paſtores.

380 PER Ægyptios dæmones ſignificari poſſunt, qui nullos intẽſiore odio & abominatione proſequuntur, quam eos, qui vera, & ſana doctrina populos paſcunt.

CAP.47. NVM.5.

Dixit itaque rex ad Ioſeph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te.

AD CAP 47. N.5.

Homines ad nullum alium attendunt, niſi ad illum â quo ſibi ſperãt emolumentum.

381 VEnerunt ad te, quaſi diceret, non ad me, quia â te potius, quam â me ditari; & exaltari expectant.

382 Sed num ignorare poterat Ioſeph patris, fratrumque aduentationem, cur de ea â rege certioratur? An quia videbat Ioſephum adeò ſuo, & publico muneri intentum, ac ſi nullus ad eum conſanguineorum aduentaſſet? Adeò nihil de ſua obligatione detraxerat, ac ſi de aduentu ſuorum omninó oblitus fuiſſet.

Qui publicã obeunt munera cum conſanguineis taliter ſe gerant ac ſi illos omnino non haberent.

CAP.47. NVM.6.

Terra Ægypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terram Geſſen. Quod ſi noſti, in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.

AD CAP.47. N.6.

Conſanguinitas præficientis non eſt meritum aſſumẽdi ad præfecturam ſi ſufficientia deſit.

383 QUaſi diceret: Aduerte, quod ſi induſtrij non fuerint, eos nullatenus pecoribus meis præficias, non ergo attendas ad ſanguinis affectum, ſed ad induſtriæ illorum meritũ, vt pecorum meorum curam committas: Si autem hæc erga bruta animantia cura â regibus exhibetur, quæ erga rationalia ſolicitudo exhiberi debet?

Reges plus greges hominum curare debent, quam armentorum.

384 Et notandum, non dicere regem, quod illos conſtitueret pecorum ſuorum duces, aut cuſtodes, ſed, magiſtros, forté vt aduerteret. quod ſub gregum metaphora, de ſubditis rationalibus loquebatur.

CAP. 47. NUM. 12.

Et alebat eos, omnemque domum patris ſui, prebens cibaria ſingulis.

AD CAP.47.N.12.

Annonæ diſtributio ſingillatim exercita rixas vitat.

385 SIngulis ſeorſin, non omnibus collectiué cibaria præbebat Ioſeph, vt omnis diſcordiarum euitaretur occaſio, & vt poſſet etiam cum Iacob, & Beniamino liberaliús agere.

CAP.

CAP.48. NUM.7.

Mihi enim, quãdo veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere.

AD CAP.48.N.7.

Fere omnes in ipso vitæ itinere mors intercipit.

386 FErè omnes in ipso vitæ itinere mors intercipit; rari sunt, qui in tuto collocati illam expectant, & venientem vident, vt de eodem Iacob dicitur supra cap.47.num.29.

Pauci sunt qui deiuuenilis floris marcescentia sibi prospiciant.

387 Sed cur dicit sibi tantum Rachelem mortuam fuisse? Forté ad denotandum, quam pauci sunt, qui de pulchritudine, in ipsomet florescentiæ suæ splendore, marcescente, & interempta, exemplũ capiant, & sibi prospiciant.

Eratque vernum tempus.

In illa anni statione, qua flores naturales vernant, flos rationalis solet marcescere.

388 TAm respectu stationis anni, quã ipsius Rachel: & notandum, quod in illa anni statione qua vel flores caducæ viuunt, flos rationalis deuixit.

Et sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

Iuxta viam, feminarum pulcherrima sepellitur, vt transeuntes cautiús incedant.

389 IUxta viam iuuenis, & pulcherrima femina sepellitur, vt viatores, & stupefacti sisterent, & cautiús de inceps incederent.

Mortis memoria quotidie tam quam panis masticari debet.

390 Sed cur aliud nomen Ephratæ in hac tristi relatione nõ subticetur? An quia illud est Bethlehem, quod domum panis significat, & per hoc innuitur, quod memoria mortis quotidie tamquã panis masticari debet.

CAP.48. NVM.20.

Constituitque Ephaim ante Manassen.

AD CAP.48.N.20.

In mundiali conditione prius est crescere, & abundare, ad quod subsequitur omnium præteritorum obliuisci.

391 VOlebat Ioseph, quod primus esset Manasses, idest obliuio, cui subsequeretur Ephraim, idest frugifer, & crescens, sed Iacob vt potè mundialis expertior conditionis, illos cõmutat, prius enim in mundo est, crescere, & abũdare ad quod subsequitur omnium præteritorum obliuisci.

CAP.49. NUM.2.

Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum.

AD CAP.49. N.2.

De diuinis diuiné, de humanis humanitus loquendum est.

392 QVando loquitur spiritu humano vsurpat nomen Iacob; idest supplantatoris: quãdo spiritu diuino loquitur, vtitur nomine Israel id est videntis Deum.

Mors humani partes compositi discernit, & secernit.

393 Sed cur in articulo mortis vtroque nomine diuisiué vtitur? An ad innuendam animæ â corpore separationẽ? Iacob enim partem corpoream, Israel spiritualem portionem aptè significat.

In mortis articulo nemo vult esse qui erat.

394 Cur veró non dicit: Audite me, sed: Audite Iacob, Audite Israel, quasi de tertia persona loqueretur? An quia in articulo mortis constitutus, se quasi mortuum, & quasi iam non esset reputabat?

CAP.49. NUM.4.

Effusus es sicut aqua, non crescas.

AD CAP.49. N.4.

In mysticæ benedictionis priuatione inẽnarrabile malũ includitur.

395 NON crescas in hereditate, hoc est, careas illa duplici portione, quæ tibi, vt primogenito obtingebat, nam quo ad filiorum procreationem non minus fæcunda, & abũdans fuit tribus Ruben, quam reliquæ, vt patet ex libro Numeri.

CAP.49. NVM.22.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens.

AD CAP.49. N.22.

Qui re, & nomine augetur dupliciter crescit.

396 ACcrescens dupliciter ponitur ad significandum duplicem Iosephi augmentum: aliud nominale, nam Ioseph augmentum significat, aliud reale, nam auctus fuit in illa primogenitali portione â Rubeno iustis-

iuſtiſsimè detracta. Vide lib. 1. Paralip. cap. 5. num. 1.

CAP. 49. NVM. 31.

Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi, & Lia condita iacet.

AD CAP. 49. N. 31.

Eccleſia nullum cum Synagoga commercium.

397 CVR Rachel etiam non illuc deducta fuit? An quia fuit Eccleſiæ ſymbolum, cui nullum cum Synagoga conſortium, & eontubernium?

CAP. 49. NVM. 32.

Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt.

AD CAP. 49. N. 32.

Præſuli munere, & vita fungi pro eodem ſunt.

398 PRæſul magis viuit vitâ ſui muneris, quã naturali vitâ, illâ ergo finitâ, hanc extingui neceſſé eſt: vnde: munere, & vitâ functus, eodem verbo ſignificantur.

CAp. 50. NVM. 7.

Quo aſcendente ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti.

AD CAP. 50. N. 7.

Senectus pro morte reputãda.

399 QVI Ioſephum comitati ſunt ad officium funerale parentis fuerunt ſenes, & maiores natu tam aulæ Pharaonis, quã Prouintiæ Ægypti, qui omnes, vt pote in ſtatu decrepito, & cadenti quaſi mortui reputari poterãt: An propter hoc dixit Chriſtus Dominus Lucæ cap. 9. num. 60. *Sine, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos?*

Nil minus iuuenes quam funeralia curant, quia nil magis obliuiſcuntur.

400 Et notandum, quod nullus iuuenis cum Ioſepho dicitur aſcendiſſe; iſti enim, cum nullius rei magis obliuiſcantur, quã mortis, nil minus quam parentationes, & officia funeralia curant.

401 Sed litteraliùs textum exponẽdo dicere poſſumus, quod in illa bene morata, & ordinata Ægyptiorum republica præcipua nobilitas in canitie conſiſtebat, & ideó ad honorariam illam actionem, excluſis iuuenibus, ſenes tantum admiſsi fuerunt.

Præcipua benemoratæ reipublicæ nobilitas in canitie conſiſtit.

CAP. 50. NVM. 15.

Quo mortuo (ſcilicet Iacob) *timẽtes fratres eius, & mutuò colloquentes, &c.*

AD CAP. 50. N. 15.

Cadauer, dum inhumatum retinetur, quoddã ſuis vitæ ſolamen impertitur.

402 VIdentur fratres Ioſeph non exiſtimaſſe mortuum eorum parentem toto illo temporis ſpatio, & interuallo, quo cadauer manſerat inſepultum.

CAP. 50. ANVM. 19.

Quibus ille reſpondit: Nolite timere: Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, &c.

AD CAP. 50. AN. 19.

Vir bonus irrõgati ipſimalã malitiã minuit.

403 ACtum conſumatum iniuſtiſsimæ venditionis cogitationem vocat Ioſeph, vt ſic eius malitiam minuat.

VEL SIC.

Malignis cogitatio mali, & executio pro eodem ſunt.

404 CVM agitur de malignis, cogitatio mali, & executio minimè diſtinguntur.

VEL SIC.

Iuſtis proximorum peccata minora apparent, quam re ipſa ſunt.

405 IVſtis minora apparent peccata proximorum, quam re ipſa ſunt, ideó vocat Ioſeph malum, ſolummodo cogitatum, enorme fratricidium re ipſa intentatum, & iniquiſimam venditionem executam.

VEL SIC.

In timentem Deum quæ vera ſapientia eſt, nõ cadit iniuria.

406 IN ſapientem, & timentem Deum non cadit iniuria, nec aliud quod cunque detrimentum, ideò Ioſeph malum illum

illum ſolum cogitatum, ſeu infectum, & imperfectum vocat,

VEL SIC.

Quandoquè ex proprij muneris decore irrogata mala opo;tet deſpicere, & nihili pendere.

407 HOC loquendi modo Ioſeph dignitati ſuæ proſpicere voluit, non enim decorum eſſet dicere, in hominem ad tale faſtigium ſublimatum aliquem vnquam auſum fuiſſe.

VEL SIC.

Quæ homini ad hominis depreſsionem, Deo ſolent eſſe media ad hominis exaltationem.

408 PER illamet media, & inſtrumenta, quibus homines peruerſi intendunt iuſtũ deprimere, diſponit Deus illius exaltationem, ideò ſubſequitur: *Sed Deus virtit illud in bonum, vt exaltaret me, &c.*

VEL SIC.

Cogitationes hominum penetrare diuina virtus eſt, vel propria, vel participata.

409 COgitationes fratrum manifeſtat Ioſeph, vt propriſsimè typum Chriſti gerat.

VEL SIC.

Verè bonus ſemper ſe malũ exiſtimat.

410 HÆC dicens modeſtè, & humilitér ſe ipſum deprimit Ioſeph, ſic enim poſſunt eius verba paraphraſticé exponi: Vos cogitaſti deme malum, quod certè in me eſt, ideóque in mei venditione eſtis excuſabiles, ſed Deus proptèr miſericordiam ſuam, & pœnitentiam meam vertit illud in bonum.

CAP. 50. NVM. 25.

Mortuus eſt (Ioſeph) *expletis centum decem vitæ ſuæ annis.*

AD CAP. 50. N. 25.

Aulicæ ſolicitudines non ſolum naturã debilitant, ſed vitam decurtant.

411 CRedibile eſt, curas graues, & aulica negotia Ioſepho non ſolum fæcunditatem abſtuliſſe, duos enim tantum filios habuiſſe legimus; ſed etiam vitæ ſpatium minoraſſe, ne ad iuſtam æui illius ætatem peruenifſet.

Et conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

Ioſeph cum aromatibus ſepelitur Chriſtũ imitans vel repreſentans.

412 IOſeph cum aromatibus ſepelitur, ne in hoc actu typica ei Chriſti repreſentatio deeſſet.

VEL SIC.

Iuſtus ſemper cum virtutum, ſuarum aromatibus ſepelitur.

413 PRæcipua Ioſephi aromata fuerunt ipſius virtutes, optimæ famæ odorem poſt vitam longé latéque difuſum ſpirantes.

Qui viuens multas magnaſque prouincias complere ſolet; moriens exiguã vix loculum implet.

414 Et nota ſepulchrum Ioſephi loculum appellari, quod diminutiuum loci eſt, vt videas quantillum loci ocupat mortuus, qui viuens omnem illam peramplam Prouintiam animi ſui magnitudine prouidentiaque complebat.

LIBER EXODVS.

CAP. PRIMUM A NVM. IV.

Erant igitur omnes animæ eorum, qui egreſſi ſunt de femore Iacob ſeptuaginta.

AD CAP. I. A N. IV.

Vxores filiorum, etiam filiæ reputantur.

1 VXORES filiorum ac ſi ortæ eſſent ex Iacob reputantur. Vide Geneſis cap. 15. num. 4.

CAP. 1. NUM. 5.

Ioſeph autem in Ægypto erat.

Demundialibus nil niſi erant remanet.

2 ERat quondàm ſecundus â rege, ſaluator mundi, totius Prouintiæ pater, populi refector, paternæ domus ſuſtentator, &c. ſed nunc iam nihil eſt, nec prætér oſſa arida aliquid illius remanet, quia omnes illæ relatæ excellentiæ temporales fuerunt mũdanæ, non ſpirituales, & æternę.

CAP. 1. NVM. 6. ET 7.

Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omnique cognatione illa, filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt.

Indefectu optimi, bonus pro optimo habetur.

3 AN neceſſum fuit per mortem abeſſe omnes viros illos præſtantiſsimos, & Patriarchas celeberrimos, vt ceterorum ab illis deſcendentium incrementum clareſceret, nec in oblibionis tænebris ſepultũ maneret?

CAP. 1. NVM. 8.

Surrexit interea rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph.

Magna prouidentia Ioſeph fuit in cauſa vt Ægypti principatus extolleretur.

4 POſtquam Ioſeph regiam Ægypti dignitatem exaltauit, & quinta fructuum omnium portione, alijſque regalijs dotauit, & ditauit, de regibus Ægypti dicitur; quod ſurrexerint, anteá enim, vt poté pauperes, & depreſsi caput non atollebant.

INTEREA.

Ex felicitate humana gignitur miſera fortuna.

5 HOC eſt, ex interiobus, & ipſiſmet viſceribus proſperitatis, & fæcunditatis Hebræorum exorta fuit calamitas ipſorum, ſic enim in hac miſera vita comparatum eſt, vt aduerſa ex ſecundis naſcantur.

REX NOVVS.

Rex nouus dicitur qui ad merita ſuorum non aduertit.

6 ET ſi ex antiquiſsima Pharaonum proſapia recto naturæ, & originis tramite deſ-

descendens, rex nouus dicitur, quia ignorabat quanta emolumẽta, & commoda, tàm regiæ ipsius dignitati, quám vniuerso Ægypti regno ex Ioseph o prouenissent.

Supér Ægyptum.

Supér Regnã regnatur, cum Regna opprimũtur.

7 NON in Ægypto, sed *supér Ægyptum*, vt illud florentissimum regnum prauis moribus, malignis artibus, & iniquis iussionibus conculcaret; non vt antiquis, & iustissimis legibus regeret, & gubernaret.

Qui ignorabat Ioseph.

Verè Rex ignorans qui augmentũ sui Regni nõ percipit mẽte.

8 HOC est, non cognoscebat augmentum populi sui, nec veram, & legitimam status rationem: Ioseph enim augmentum significat.

CAP. 1. NVM. 9.

Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est.

Regnum validum, regnum multitudine floreus.

9 FOrtitudo populi Israelitici infertur ex multitudine: si volunt principes populos fortes, & formidabiles possidere eorum multiplicationi incumbant.

CAP. 1. NVM. 10.

Venite sapienter opprimamus eum.

Sapientia tyrannorum, scire opprimere.

10 HÆC precipua tyrannorum sapientia est, subditorum calida oppressio: Sed falsam stultissimam huius regis politicam quis non videat: Subditis Hebræis diffidentiam ingerit, subditis Ægyptijs timorem incutit Hebræorum.

Ne forte Multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.

Rex tyrannus malus dialecticus.

11 NON bene in ferre videtur iste rex: expugnatio enim potiùs ad possidendam terram ordinatur, quam ad eam relinquendam; nisi fortè ex prophetica Hebræorum notitia sciebat, quod in illa Prouintia non erant perpetuò, nec diutiùs permansuri.

CAP. 1. NVM. 11.

Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus.

Reges, suos opprimunt per ministros.

12 REgalis gubernatio per se ipsam nunquam opprimit: præpositi solent esse onera Prouintiarum, vide infra cap. 3. num. 7.

CAP. 1. NUM. 12.

Quãtóque opprimebat eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant.

Signatur Ecclesia in populo Hebræo ab Egyptijs afflicto.

13 HÆC videtur fuisse figura persecutionum nascentis Ecclesiæ.

CAP. 1. NUM. 14.

Atque ad amaritudinem per ducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo terræ operibus premebantur.

Iustus terrenis impeditus affligitur.

14 QUám amarum est iustis, & cœlestia sempèr meditari cupientibus, infimis, & terrenis violentér detineri, & immorari.

CAP. 1. NUM. 17.

Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares.

Virtutes ad augmẽtum producendæ.

15 IN his obstetricibus, ministri signantur Euangelici, qui masculos idest virtutes nunquam interficiunt, sed ad iustum incrementum perducunt.

CAP. 1. NUM. 21,

Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos.

Dum minister Deũ curat Deus curam aget de ministro.

16 CUret Euãgelicus minister exactè munus suum perficere, & adimplere, & Deus ipse curabit ædificare illi domum commoditatis temporalis, & perpetui honoris.

CAP. 2. NVM. 2.

Quæ concepit, & peperit filium; & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus.

Pulchritudo eloquẽs persuasio, vnde pulchritudo elegans dicitur.

17 PUlchritudo est quædã elegans persuasio, & apologia pro se rethoricè conuincens,

cens, propterea Hispana quædam Heroina dicebat: pulchram faciē commendatitias epistolas secum quocumquè deferre.

VEL SIC.

Vide supra nō 17.

18 Pulchritudo naturam perficit, sicut rethorica locutionem ideó admiranda proprietate ab hac arte metaphora desumpta fuit ad Moysis speciositatē exprimendam.

VEL SIC.

Persuadet pulchritudo in filijs; quod suadere nequit filiatio.

19 Quod ratio filiationis non persuasit, elegantia formæ conuicit.

CAP. 2. NVM. 3.

Cumque iam celare non posset.

Hebraismus inter catholicos nequit celari.

20 QUI tribus mensibus latuerat cur amplius celari non potuit? Est ne Mosayca proprietas se ipsum prodere, & manifestare? Hinc miserè falluntur Hebræi in christianis ditionibus sub nostræ religionis larua, lucratiui quæstus causa, degentes, qui perperàm existimant, Moysem in ipsis latentem diutiús occultari posse, quin permille signa, & foramina cornuta ipsius facies erumpat.

CAP. 2. NUM. 9.

Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuā. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis.

Matres debent filios non solum enutrire, sed bonis moribus instruere.

21 NON restituit puerum filiæ Pharaonis statim ac ablactauit, sed vsque ad adolescentiam retinuit, vt posset illum de genere suo certiorē facere, & Hebræorum religionem edocere, nec non ex maternali affectu elegantiâ pueri ad summum gradum accenso, vt diutius, quam fieri posset, filio potiretur.

Hebræis innata cautela est.

22 Sed cur ait textus: *Suscepit mulier, & nutriuit puerum*, & non ait: suscepit mater, & nutriuit filium suum, quem pepererat? An textus de Hebræis, quibus quasi naturalis, & innata cautela est, agens, cautè etiam loquitur?

VEL SIC.

Pro materno lacte in decoriū stipendiū amor enim sua efficia non vendit.

Matris nomen nō auditur, quia mercedem pro pueri nutritione acceptura erat. Pietatem enim maternam cum stipendiaria nutricis auaritia coniungere, & indecorū, & honestis auribus disonum foret.

CAP. 2. NVM. 10.

Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quià de aqua tuli eum.

Moysis nomen ab eductione ex aqua desumptum in figuram Baptismi.

23 MOysi nomen, non in ipso pariendi actu, quod apud Hebræos solemne erat, non in circunci sione, octauo die peracta, vt aliqui asolebant, sed ab aquæ extractione fuit impositum, vt aduertant Hebræi, omnem ipsorum legis perfectionem, & complementum, non à partu naturali, non à cæremonijs legalibus, sed à partu spirituali, Christi nempè baptismate, dependere.

BIBLIOTECA DEL INSTITUTO DE CIENCIAS ESTADO DE AGUASCALIENTES

CAP. 2. NVM. 11.

In diebus illis, postquam creuerat Moyses egressus est ad fratres suos.

Moyses palatiū relinquit, vt suos visitet.

24 ADfratres Moyses egressus, vel ex materna instructione, vel ex innata ductus affectione.

CAP. 2. NUM. 13.

Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei, qui faciebat iniuriam: quare percutis proximum tuum?

Qui reprehēdit sciat prius quæ sint reprehensione digna.

25 NON processit ad fratris correctionem Moyses; absque prævia quadam causæ cognitione; & quis esset iniuriam faciens; quis

recipiens ſummaria informatione: ideo ab iniurioſo lædente audiuit: *Quis te conſtituit principem, & iudicem ſuper nos?*

CAp.2. NVM.14.

Qui reſpondit: Quis te coſtituit principem, & iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis, ſicut herì occidiſti Ægyptium?

Liberatus à Moyſe; eum cõtinuò impetit; ſolent ita homines gratificari.

26 VEriſimilé eſt hunc Hebræum iniuriam alteri Hebræo facientem, & Moyſi necem Ægyptij obijcientem, fuiſſe ipſum met Hebræum ab iniuſta Ægyptij, & contumelioſa percuſione nupér à Moyſe liberatum, vt ſupra ex num. 12. mihi manifeſtè apparet.

CAP.2. NUM.21.

Iurauit ergò Moyſes, quod habitaret cum eo.

Poteſtas diſpẽſandi in votis ex hoc textu conuincitur.

27 IVrauit quidem Moyſes, ſed ſub intellecta conditione, ſcilicet, niſi Deus aliud præceperit, vt re ipſa præcepit capite ſequenti.

Fauet hic textus diſpenſationibus iuramẽtorum ab ijs, qui vicaria pro Deo prælatione funguntur.

CAP.2. NVM.22.

Quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens: Aduena fui in terra aliena.

Nuptijs acquiritur domicilũ,

28 CVR non dixit Moyſes: Aduena ſum, ſed: Aduena fui in terra aliena? An ex quo vxorem accepit terram illam pro patria habere cæpit?

CAP.2. NVM.23.

Aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum.

Gemitus, melius quam voces, à Deo exaudiuntur.

29 CLamor Hebræorum ad Deum aſcendit, ſed gemitus tantum eorum dicitur auditus, quia, etſi actus remiſſior, & minus vocalis ſit, cordis tamen contriſtati, & præ afflictione & anguſtia deficientis indiciũ eſt.

VEL SIC.

Clamorem hominum afflictorum Deus audit, ſed gemitum exaudit.

CAP.3. NVM.2.

Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.

Deus interpres apparet quaſi hominibus in hærens.

30 DEus in virgulto ſenticoſo, hamatoque apparere dignatur, vt diutiús inter homines hæreat.

Attrahit Deus ad ſe homines prodigijs; volens ſe attemperare ipſorum genio.

31 Sed cum Deus ipſe Moyſi ſe conſpiciendũm permittat, cúr non ſtatim ad eum videndum, & proximiús inſpiciendum greſſum accelerare nititur, ſed prodigium ignis non comburentis, eſt, quod Moyſis deſiderium allicit? An creaturæ præſertím raræ, & ſingulares, nos potius attrahunt, quam ipſemet creator?

VEL SIC.

Rarum in mũdo, aliquem illuſtrare, & non cõſumere.

32 Erat ibi ignis, qui creatura deſtructiua ex ſua natura eſt, erat tamen ibi adeó cohibitus, & innatam paſſionem, & propietatem ſuam comprimens, quod non ſolúm non deſtrueret, ſed potiús materiam accenſam viridem conſervaret, illuſtraretque, quod adeò rarum, & portentoſum in mundo eſt, vt etiàm cum ipſamet Dei præſentia comparatum, pluſquam illa, humanam excitet, & moueat attentionem: ideò non dixit Moyſes: vadam, & videbo Deum, ſed: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnã quare non comburatur rubus.*

CAP.3. NVM.5.

Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas terra ſancta eſt.

Accedens ad Deum calceos abijciat; nõenim eis indiget quia vltra progreſſurus non eſt.

33 SOlue calceamentum de pedibus tuis; cum enim ad Deum in Maria ſempér viventi, numquám combuſta, ardentem charitate tâm ergà ipſã, quã ergà totũ hominũ genus propter ipſam perventum fuerit, ibi ſiſtendũ eſt; non

non enim est, quo vltrà progredi possit, ac propterea calceorum vsus, vt inutilis abijciendus.

CAP. 3. NUM. 14.

Sic dices filijs Israel; qui est misit me ad vos, dixitque iterum Deus ad Moysem: Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus Patrum vestrorum: Deus Abraham, Deus Isaac: & Deus Iacob misit me ad vos.

Deus vult innotescere creaturis humano modo.

34 IAM se Deus per essentialia sua, quoad captum nostrum in prima propositione definierat: vt quid ergo quasi pronuntiata reformans ait: *Hæc dices filius Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos.* An mauult Deus per creaturas rationales humanas; quàm per essentialia sua prædicata innotescere? Ideoquè subdit: *Hoc nomen mihi est in æternum; & hoc memoriale meum in generationem, & generationem?*

VEL SIC.

Deus omni tempore idem.

35 Ita se gessit Deus, vt & Patriarcharum fidem commendaret, & vt nepotes ipsorum ad veram credulitatem attraheret; quod pro hæreticis, & nouatoribus cõuincendis obseruari potest.

VEL SIC.

Deus antiquitus ambibat esse homo.

36 Hoc dicendi modo quodam Incarnationis desideriũ Deus insinuare videtur.

CAP. 3. NUM. 7.

Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui.

Et si Deus nostras videat afflictiones ob patientiæ augmentum consolationem cunctatur.

37 VIdi, & audiui; & tamen non statim auxiliatus sum, quia oportebat, & populi mei patientiam examinari, & probari, & Ægyptiorum malitiam ad culmum pervenire.

Propter duritiam eorum, qui præsunt operibus.

Inseruitute cõtumeliæ sentiũtur; non labores

38 CLamabant Hebræi ad Deum non propter opera grauissima, & excessiuum laborem personalem, sed propter præpositorum, & exactorum iniquam violentiam, & durissimam coactionem, nec non, & probrosam verbalem incusationem, quæ omni labore corporali ponderosior est.

CAP. 4. NUM. 1.

Respondens Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

Pluris habetur homo apud extraneos, quam apud suos.

39 DE re difficiliori non dubitat Moyses, nẽpé in gressu ad Pharaonem; sed de re quæ facillima, & certa videbatur, nempe credulitate Hebræorum, cum ad eorum leuamen, vitamque tuendam hæc ordinarentur, quia eorum duritiem cognoscebat, & in fidei negotijs sempér suspectos habebat.

VEL SIC.

Incredulus pessimus surdus.

40 Mali, & peccatores in ijs, quæ ad eorum salutem concernunt, non solum increduli sunt, sed etiam surdi.

CAP. 4. NUM. 2.

Dixitque ad eum: Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: Virga.

Nescit homo frequenter quæ sui muneris sunt

41 NVM ignorare poterat Deus, quid Moyses in manu haberet? Non certè. Cur ergo dicit: Quid est, quod tenes in manu tua? An quia illa Virga erat signum, & instrumentum pastoralis exercitij Moysis, & nil magis solent homines transcurare, quàm quæ sui muneris, & officij sunt? Quærat ergo Deus, vt probet: An Moyses, quæ sui muneris, & obligationis sunt, animadvertat.

VEL SIC.

Iustitia, inter homines adulterata.

42 Illa virga virtutem iustitiæ symbolice significat, quæ virtus adeò in hominum manibus deformata esse solet, atque immutata, vt vel ab ipso Deo non solum nõ cognosci, sed omninô ignorari dici possit.

VEL SIC.

Opera sua vix agnoscit homo; & abstrusa alium penetrare præsumit.

43 Interrogat Dominus ad denotandum, quod solent homines, ea quæ præ manibus habent, ignorare, & secretiora occultioraque proximorum præsumunt per callere.

CAP. 4. NVM. 3.

Dixitque Dominus: Proijce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses.

Virga coluber; Prudens regimẽ.

44 PER hanc actionem videtur Deus transtulisse, & euexisse Moysem à pastore in regem populi sui, & in possessionis significationem, iussit, virgam proijcere in terrã populi ab Abrahamo descendentis significatiuã, vt patet Genesis cap. 13. num. 16. Per conversionem verô virgæ in colubrum significare voluit Deus: Regale munus ad pastorale addere solummodo prudentiam in colubro significatam.

VEL SIC.

45 Habere honorem, & signum ducatus in manu, & recusare onus ipsius facit converti ducatũ ipsum in colubrum contra ducẽ suum.

VEL SIC.

Qui te non indigent, non tibi submittentur.

46 Virga, è manu abiecta in colubrum vertitur, quia in creaturis, quæ sub manu nostra sunt, tantùm flexibilis summissio, quãtum dependentia durat.

VEL SIC.

Despectus rem etiam insensibilem inferam cõuertit.

47 Illa proiectio fuit actio quædam apparentèr despectiua, & contemptiua, & talis est despectionis, & contemptus vis, vt vel insensibile lignum in colubrum valeat convertere.

VEL SIC.

Nemo quantumuis vilis despiciendus.

48 Nulla creatura quantumvîs vilissima despicienda est, potest enim in colubrum converti, & in contemptorem insurgere.

VEL SIC.

Non nulli honorem solùm præfecturæ ambiunt, onera recusant.

49 Proijce eam, ac si deceret Deus: Ostentas manu præfecturæ signum, quo summissionem, & reuerentiam captas subditorum, & tamén ipsius laborem recussas: proijce ergó à te signum.

CAP. 4. NVM. 6.

Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam, cum misisset in sinum, protulit leprosam instár niuis.

Potestas ad benefaciendum, & ad mulctandum esse debet.

50 Bonus Prælatus debet habere in pectore bonum, & malum: manum leprosam, & sanam, vt cognoscant subditi, quod & bené potest, & malé facere.

CAP. 4. NVM. 8.

Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

Christus in Moysis manu leprosa figuratus: Et quasi leprosum reputabimus eum, &c.

51 PRimum signum erat potentiæ ostentativũ: Secundum humanæ fragilitatis, & miseriæ nempé plagæ lepræ immundissimæ manifestatiuum: Si ergó te, ait Deus, non crediderint potentem, credent certé miserum, & infirmitátibus obnoxium: ideô forté se Christus virum dolorum, & scientem infirmitatem appellari voluit, sed nihilominus; *Mundus eum non cognovit.* Ioan. cap. 1.

CAP.

CAP. 4. NUM. 9.

Quod si nèc duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquã fluminis, & effunde eam superaridam, & quid quid hauseris de flumine vertetur in sanguinem.

Humana proteruia vix Deo credibilis.

52 IGnorabat Deus: An Hebræi crediturí essent, vel non? Non vtique. Cur ergo Deus cõditionalitér, & dubitatiuè segerit? Auderem dicere, causam huius non solum fuisse, quia cum Moyse humano more agebat; sed etiam manifestare voluisse: Talem esse Hebræorũ in rebus fidei proteruiam, vt vel ipse Deus nil certó affirmare vellit, & se gerere quasi præscientiæ suæ non satis fidens.

CAP. 4. NVM. 11.

Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? Nonnè ego? Perge igitur, &c.

Deus amator perfectionis.

53 CUR non dixit Moysi Deus: Quis fecit Cœlum, & terram, Angelos, & homines? Sed: Quis fabricatus est surdum? Efficacissimum certè est argumentum istud: nam quid difficiliùs Deo est rem imperfectam efficere, quam in suo genere perfectissimam.

CAP. 4. NVM. 15.

Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius.

Spiritus Dei relucet in conformitate ministrorum.

54 VT in duplici ore vnus, & idem sonet spiritus alioquí enìm nihil fiet quod proficiat.

CAP. 4. NVM. 24.

Cumque esset in itinere in diuersorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.

Pergens ad Deum, ne diucrtat.

55 QUI iter virtutis arripiens in mundi diuersorijs detinetur iustissimã Dei incurrere meretur indignationem.

CAP. 4. NUM. 26.

Et dimisit eum postquám dixerat: Sponsus sanguinũ, ob circuncisionẽ.

In circuncisione filij Moysis desiuit lex naturalis.

56 HIC dimitti videtur Lex naturæ in Sephora significata, & scripta Lex incipere sanguineo colore exarata, & rubricata.

CAP. 4. A NUM. 29.

Veneruntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorũ Israel. Locutusque est Aaron omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coràm populo.

Moyses ad senes loquitur, ad populum signis vtitur.

57 CORám senioribus verba Dei profert: coràm populo signa facit, nam, vt viri senes, prudentes, & experti credant, hominis iusti, & sensati verba sufficiunt; vt autèm populus indiscretaque, & imprudens multitudo fidem præstet, vix signa, & portenta oculis obiecta satis erũt.

CAP. 5. NUM. 1.

Post hæc ingressi sunt Moyses, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto.

Virorum iustorum ad admissionem munerum pauere; sed admissa iam, sine pauore obire.

58 ECce nunc vides Moysen corám Pharaone loquentem, & diserentem, quem paulò antè videras, se corám Deo semél, & iterúm excusãtem: Hæc est proprietas, quasi mætaphysica strenuorum virorum, cum aliquod graue munus eis committitur exercendum: fortitèr se excusare, & resistere, cùm veró excusatio, & resistentia non prodest, impigrè aggredí, & exequi.

CAP. 6. NUM. 26.

Iste est Aaron, & Moyses, quibus præcepit Dominus, vt educerent filios Israel de terra Ægypti.

Moyses, & Aaron adeò conformes; vt non duo, sed vnus videantur.

59 NON dicit: Isti sunt Aaron, & Moyses, ad denotandam indiuersitate personarum vnitatem dictaminum,

in cuius confirmationem pauló inferiús num. 28. nomina, sed non phrasim inuertit, dicens: *Iste est Moyses, & Aaron, &c.*

CAP. 7. NVM. 7.

Dixitque Dominus ad Moysen: Eccè constitui te Deum Pharaonis.

Moyses; quia supra Regem: Deus Pharaonis dicitur: solus enim Deus supra principes.

60 CVR non constituit Moysen Dominus principem Pharaonis aut regem, sed Deum? Ad denotandum regię supremum dignitatis gradum, quæ solúm Deum suprà se recognoscit.

Deus dum punit nō nominatur Deus; sed dum largitur veniam.

61 Sed si Moyses deitatem induit, illam exuat Deus necesse est, nam si Deus vnus non est, iam Deus non est, vt aiebat Tertullianus, & omnes catholici fatemur: Exuit quidem apparentèr Dominus deitatis purpuram eâdemque famulum suum, & fidelem ministrum Moysen condecorauit ad nostram eruditionem, & infinitæ suæ pietatis ostensionem, nam in illo euentu Deus erat multimodis plagarum flagellis Ægyptios feriturus, Moyses verò pro eisdem interpellaturus, & impetraturus veniam, vt ex contextu vsqué ad caput 11. videre est, toto ergo illo temporis interuallo, quo durauit in Deo punitiuus rigor, & in Moyse benigna pietas, voluit se ipsum Dominus nomine Deitatis spoliare, & augustissima hac nomenclatura Moysen condecorare.

CAP. 7. NVM. 11.

Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos.

Qui dæmonē præceptorem habet scitet solum male facere.

62 CVR sapientes illi dicuntur malefici, & nō alio honestiori titulo professorum sapientiæ, intér Ægyptios licitæ, & appretiatæ, digno compellantur? Quià omnis illorum scientia erat ars præstigiosa, & diabolica dæmonemque habebat præceptorem, qui nullum sui discipulum docet benè, sed malè facere.

Et fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similitér.

Opera dæmonis apparenter miraculosa.

63 FEcerunt quidem similitèr seu apparentèr sed non æqualitér, & realitèr vt Moyses coràm Pharaone fecerat.

CAP. 7. NVM. 12.

Proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: Sed deuorauit virga Aaron virgas eorū.

Peccatoris cōuersio sine perseuerantia quasi non conuersio reputanda.

64 ISta conuersio virgæ Aaron secundū probabiliorem sententiam, non fuit phantastica, & illusoria, sicut conuersiones Ægyptiorum, sed vera physica, & realis, vt actio deuoratiua manifestè conuincit, cúr ergò adhuc post conuersionem virga appellatur? Nam quod in aliud conuertitur, desinit esse quod antea erat, & cum essentia amissa debet etiam nomen amittere. An quia illa conuersio parum erat duratura, & exiguo temporis interuallo ad antiquam virgæ naturam reuersura, conuersio autem quæ ad breue tempus fit, quasi non cōuersio reputari debet?

VEL SIC.

Conuersio ad Deum, & conuersio ad mundum contrariæ cōuersiones sunt

65 ILla fuit conuersio ope auxilioque diuino facta, & in similibus conuersionibus semper durat priorum memoria, & recordatio ad confusionem; in mundialibus autem conuersionibus, nil magis quam præteritorum prævalet obliuio, sine qua certé vanitas, & ambitio non subsisterent.

VEL SIC.

Mundialis potentia, etiam transformata, aliena ambire non cessat.

66 VIrga symbolum dominij, & potentiæ mundialis est, cui adeó naturale, & intrinsecum est aliena ambire, vt vel in aliam naturam conuersa antiquam propensionem, & inclinationem non amittat.

VEL SIC.

Iniustitia pessima ferarum.

67 In virga denotatur potestas humana, in dracone crudelitas ferina,

ferina, ſed quia hæc ſummo exceſſu ab illa ſuperatur, cum draco in alios vult deſæuire, & illos deuorare, nomen proprium draconis abijcit, & nomen appellatiuum virgæ poteſtatiuæ aſſumit.

CAP. 7. NUM. 20.

Et eleuans virgam percuſsit aquam fluminis coràm Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in ſanguinem.

Sanguinem multum elicit Dei flagellum.

68 EN quantum ſanguinis ab vnico Dei flagello elicitur!

Semper per homines grauius Deus flagellat: quàm per ſe ipſum.

69 Sed cúr virgam eleuauit, cum ſine eleuatione virgæ poſſet aquam fluminis percutere, & percuſionem tantum Deus ipſi præceperit? Deus fortè leuem præceperat percuſionem, ſed præcepti executor virgam eleuauit, vt grauior percuſio fieret.

VEL SIC.

Dei miniſter cunctanter exerceat ſuppliciũ; vt ſit locus pœnitentiæ.

70 VIrgam coràm Pharaone eleuauit, vt illa terrifica actione ipſum ad reſipiſcentiam moueret, & ſic innocentis fluminis percuſsio non fieret.

CAP. 7. NUM. 24.

Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent, non enim poterant bibere aquam fluminis.

Subterra vindicatio ſepulta.

71 ILla aqua, quam ex defoſis fluuij ripis bibebant Ægyptij erat ipſamet aqua fluminis, quæ per terram percolata, & violentâ quadam compreſsione, & ad ſtrictione aflicta omnem ſãguineum liborem amiſit, quod licet ex cauſa naturali fiat, ad mores tamen hominum formandos anſam præbet; erat enim illa aqua non ſolum compreſſa, ſed etiam infra terram latens ſeu ſepulta, & qui ſe in tali ſtatu conſiderat, omnem in proximum ſanguineum, & vindicatiuum liborem amittat neceſſum eſt.

CAP. 8. NUM. 3.

Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingredientur domum tuã, & cubiculum lecti tui, & ſuper ſtratum tuum.

Supplitium Deus imponit in eis quibus homo ſolatium quarit.

72 IN cubiculum lecti, & in ipſum ſtratum ſeu lectum, vt non ſinant te quieſcere, nec ſomnũ capere: Et nota quod prima plaga fuit quædam diſpoſitio naturalis ad hanc ſecũdam, ex aqua enim corrupta in terra calida, hæc, & ſimilia in ſecta generari, naturæ conſentaneum eſt.

Et in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum.

Nil habet impius, quod Dei poſsit ſubter fugere iram.

73 IN furnos, & in reliquias ciborum, vt non ſolum panes integros, ſed etiám fragmẽta, reliquaque comeſtibilia vel exedant vel conſpurcent.

CAP. 8. NUM. 13.

Qui fecit iuxta verbum illius, & abſtulit muſcas á Pharaone, & á ſeruis ſuis, & â populo eius: non ſuperfuit, ne vna quidem.

Inutilibus hominibus Reſpublica laborat.

74 NE vna quidem muſca ſuperfuit, nam vel vna ſolum grauem moleſtiam inferret, & plagæ perſeuerantiam cauſaret. O quot muſcis, ideſt inutilibus, ineptis, inſipidis, & moleſtis hominibus magnæ reſpublicæ, & preſertim aulæ principum laborant!

CAP. 9. NUM. 2.

Quod ſi adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit ſuper agros tuos, &c.

Vbi agrauatur culpa Dei, ſupplitium agrauatur.

75 IAM non digitum ſolũ, ſed totam manum exerit, & vibrat Deus contrá Pharaonem, & Ægyptum.

CAP. 9. NUM. 5.

Conſtituitque Dominus tempus dicens: Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra.

Deus ſupplicium; differt vt homo veniam exoret.

76 CVR non ſtatim? An vt concederetur Deo ſolamen differendi ſupplicium, cum

cum aliquali ſpe totalis ſuſpenſionis, ſi nimirúm Pharao in ſanam mentem veniret, & tanti mali imminentis proficua conſideratione animum emolliret, & duritiem cordis deponeret?

Deus, & eius miniſter ſub vno nomine veniunt nuncupandi.

77 Et notandum: quod vox *Dominus*, promiſcue hîc tam de Deo, quam de Moyſe enunciatur, quia iſte, Deus Pharaonis conſtitutus fuerat, ſup. cap. 7. n. 1.

CAP. 9. NVM. 6.

Mortuaque ſunt omnia animantia Ægyptiorum.

Omne idem ac ferè omne.

78 OMnia animantia, id eſt, ferè omnia animãtia, nam aliqua relicta ſunt, quæ vlceribus ferirentur, vt patet infra num. decimo: Sic non paucæ propoſitiones vniverſales Sacræ Scripturæ intelligendæ ſunt.

CAP. 9. NVM. 19.

Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia, quæ habes in agro: Homines enim, & iumenta, & vniuerſa, quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderit que ſuper ea grando, morientur.

Iratus Deus miſericordiæ ſuæ non obliniſcitur

79 PVnitur quidem Pharaonis inobedientia, ſed cum diuina generoſitate, & miſericordia: *Num oblibiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Pſal. 76 n. 10.*

CAP. 9. NVM. 27.

Dominus iuſtus: ego & populus meus, impij: Orate Dominum, vt deſinant tonitrua Dei.

Peccator neſcit Dominum, niſi per flagela.

80 IAM flagellatus, ſemél & iterúm cognoſcit Dominum, qui temerario, & ambitioſo auſu antea iactabat: *Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam.*

Vt dimittam vos, & nequaquam hìc vltra maneatis.

Nec cum Domino impius Rex abſque pignoris retentione paciſci vult.

81 NON dicit: Et dimittam, ſed: *Vt dimittam*, in quo oſtenditur, non ſolum fuiſſe regem iſtum Tyrannum, illiberalem, & obſtinatum; ſed nulla omninó regali generoſitate præditũ: cum Deo enim, Moyſis, & Aaronis interuentione, paciſci vult retento ſibi ad pacti ad impletionem Hebræorum pignore.

CAP. 9. NVM. 13.

Linum ergò, & hordeum læſum eſt, eo quod hordeum eſſet virens, & linum iam folliculos germinaret.

Incipientes; viã virtutis facilius quam veterani deviant.

82 NOtanda conſequentiæ, & illationis nota: Quæ virent, & floreſcunt lædũntur, ſunt enim magis læſioni, & interirui obnoxia; nec minus in moralibus, quàm in phyſicis valet cõſequentia.

CAP. 9. NVM. 33.

Egreſſuſque Moyſes à Pharaone ex vrbe.

Regnum ſtat per Regem, & in rege imbibitur.

83 EXire à Pharaone, & vrbe idemiticé dicuntur, tota enim vrbs in rege includitur, & recapitulatur. Vel ſic ad litteram.

Regum palatia in ipſo limine, vrbium congruè cõſtruuntur.

84 Per hæc verba ſignificatur, Pharaonis palatium in extrema vrbis parte, quam fluvius alluebat, ædificatum eſſe, quod feré omnibus principibus ſolemne eſt ob multas cauſas tam phyſicas, & naturales, quàm morales, & politicas. Uide lib. 3. Regum cap. 14. num. 17.

Tetendit manus ad Deum: & ceſſauerunt tonitrua, & grando, nec vltra ſtillauit pluuia ſuper terram.

Deus ægrè puniens, facilè dans veniam.

85 Non expectauit Deus vocem Moyſis deprecatiuam, ſed ad primum leuem, & mutum motum manuum illius, omnem iram ſtatim compeſcuit: Ex quo patet, quám ægrè puniat Deus, & quam promptus paratusque, ſit ad parcendum peccatoribus, etiam obſtinatiſsimis.

CAP. 10. NVM. 1

Et dixit Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauì

durauit cor eius, & seruorum illius.

Deus multo ante incarnationem humanitatis candidatum agebat.

86 ILla cordis durities fuit Pharaoni libera, alitér enim, non peccaret in populi Israelitici detentione: quomodó ergó dicit Deus: *Ego indurauí*? An ex tunc discebat Deus peccata hominum in se recipere, & super se portare?

CAP. 10. NVM 7.

Dixerunt autèm serui Pharaonis ad eum: vsque quò patiemur hoc scandalum.

Adulatores magna regni mala coràm Regibus minuunt.

87 GRauissima totius reipublicæ imô, & vniuersi regni mala serui isti adulatores scandalum vocant, quod vulgari existimatione leue damnum reputatur.

VEL SIC.

Scandalũ magni mali significatiuum.

88 Tám graue malum est scandalum, vt per nullam aliam vocem omnia illá grauissima, & inenarrabilia damna, & mala significantiús enuntiari, & explicari possent. Vel sic.

Sicut mali mores hominem sic naturæ mala corrumpunt naturam.

89 Scandalum hìc translatè sumitur à materia morali ad physicam significandam?

CAP. 10. NVM. 10.

Et respondit Pharao: sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & parvulos vestros.

Pharao post flagella mitior, sed imprudens.

90 IAM incipit Pharao saltem verbaliter mitius agere, sed inepta, & indiscreta vtitur imprecatione, ignorare enim non poterat, Deum, & cum Hebræis esse, & valdè propitium esse; ab Ægyptijs verò auersum, & aduersum: sed cur de feminis mentionem, non facit? Fortè illas sub parvulorum nomine includebat. *Cui dubium est, quod pessimè cogitetis.*

Politici non facile credunt sinceræ veritati.

91 INtentio, quam Dei nomine Moyses Aaronque propalauerant erat, ire ad sacrificium Deo offerendum; sed cacopolitici semper existimant esse in mente aliorum contrarium omninó eius, quod ore proferunt, & hoc pro certo, & indubitato affirmare audent.

CAP. 10. NUM. 19.

Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum.

Deus homines punire, non solet quin præmoneat

92 PRæsaga hæc admonitio videtur fuisse, Ægyptiorum in eodem rubro mari suffocandorum.

CAP. 12. NVM, 4.

Sin autém minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni.

Eucharistia cõuiuium animæ nõ corporis: itaq; nihil corporale secum trahat.

93 AD Eucharistiæ symbolum inuitatur anima, non corpus: quid ad rei, & Sacramenti veritatem inuitare oportet? Animam quidem, sed adeó á terrenis imperfectionibus defæcatam, ac si á corpore separata foret.

Sic autêm comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase [ideſt transitus] Domini.

Eucharistiæ sacrificium mortis memoriâ conficiendum: vt sumenti prosit.

94 SIC Eucharistiam suscipere oportet, tamquã ex hoc mundo statim migraturi, est enim transitus Dei in nos, & nostri in Deum ideó, Ioannis cap. 6. dicitur: *In me manet, & ego in illo.*

CAP. 12. NVM. 31.

Vocatisque Pharao Moyse, & Aaron nocte, ait: Surgite, & egredimini á populo meo, &c.

Deus iustorum promissoria verba adimplere vult.

95 VT ad impleretur decretũ vtrinqué pronuntiatum supra cap. 10. num. 28, & 29. de non videnda facie Pharao-

raonis, propterea advertit textus, illos intempesta nocte accersitos fuisse.

CAP. 13. NUM. 13.

Primogenitum asini mutabis oue.

Simplex, non stolidus Deo placet.

96 NON vult sibi Deus stoliditatem asini, sed humilem ouis simplicitatem.

VEL SIC.

Vide supra nu. 96.

97 Simplicitas semper Deo placet, sed hæc ouis debet esse, non asini, ista enim stoliditas potius, quam simplicitas est.

CAP. 13. NUM. 17.

Igitur cùm emisisset Pharao populũ, non eos duxit per viam terræ Philisthijm, quæ vicina est: reputans, ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum.

Populo non tã displicet seruitutem pati, quã mala belli sustinere.

98 A Deó ab horret populus bellum, vt illi vilissimam, & abiectissimam præferat seruitutem, quod principum mentibus semper præsentari debet, ne facilé in consilia bellica declinent.

CAP. 13. NVM. 19.

Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum, eo quod adiurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.

Reliquiæ sanctorum præsidia populorum.

99 QVod populo arma ad sui securitatem, & incolumitatem præstare poterant, hoc Moysi ossa Ioseph, secum asportata præstiterunt: Er notandũ, quanta cura, & diligentia vltima morientium voluntas, etiàm in rebus arduis, & difficilibus ad implẽda sit.

CAP. 13. NUM. 21.

Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.

Fides, spes & Charitas à Deo datæ & ad Deũ ordinatæ.

100 IN columna nubis Fides, intendentia ad terram promissionis spes, & in columna ignis Charitas relucet; & nota hæc â Deo immediatè præstita, sunt enim Theologicæ virtutes á Deo exortæ, & ad Deum ordinatæ.

Vt dux esset itineris vtroque tempore.

Deus iustos tã fauorum concessione, quam subtractione ducere solet, & conducere.

101 Siuè cum Deus contemplantium mentes obnubilat, siué cum illustrat sempér fideles suos spìrituales in cælestem promissam patriam ducit, & conducit.

CAP. 13. NVM. 22.

Numquam defuit columna nubis per diem: nec columna ignis per noctẽ corám populo.

Beneficia Diuina non deficiunt.

102 CVM hæc nubis; ignisque columna Dei beneficium fuerit, numquam defuit: defuturam certè quandoquè; si hominum beneficium fuisset.

Imò auderem dicere; hanc prodigiosam nubem sub vtroque munere Hebræis adhuc inuisibilitér permanere; obstinatis, perfidis, & incredulis in quantum vmbratilem, & tenebrosam; at fidelibus, & verè credentibus in quantùm lucidam, & splendidam.

CAP. 14. NVM. 4.

Et indurabo cor eius; ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone; & in omni exercitu eius.

Consilia in rẽ bellica oportet esse secretissima.

103 NEC Moysi ipsi declarat Deus quid Pharaoni, & exercitui eius facere intendebat, ad principes erudiendos: supremi ducis consilia, præsertim in re bellica debere esse secretissima, & omnibus occulta: hinc celebre Mettelli dictum ponderandum venit.

CAP. 14. NUM. 12.

Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptijs: multò enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine.

Abiectissimo hominis est turpem vitam certã appetere; quã decoram mortẽ in certam.

104 VIlissimi, & abiectissimi Hebræi turpem vitam certam pluris æstimant, quam

quam decoram, & honestam mortem incertam.

CAP. 14. NVM. 20.

Et erát nubes tenebrosa, & illuminans noctem.

Eisdem Deus fauet suis quibus flagelat inimicos,

105 TENebrosa versus Ægiptios, & illuminans vèrsus Hebræos.

CAP. 14. NUM. 21.

Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.

Deus non vtitur miraculis cũ res fieri possunt naturaliter.

106 POterat quidem Deus, qui mare diuiserat, fundum statìm absquè vrenti vento siccum reddere, sed quod Deus per media naturalia potest facere, miraculosè non facit.

CAP. 14. NUM. 31.

Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contrà eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo eius.

Iudæi valdè in ereduli.

107 VIderunt, & crediderunt, quia Hebræi, nisi dum signa, & prodigia præsentia videbant, non credebant.

Timenda Dei beneficia; sicis non correspondeamus.

108 Et notandum illam clausulam: Et manum magnam, quam exercuerat Dominus contrá eos, ad Hebræos ipsos æquiuoce referri posse cum enim Deus in homines immeritos magna beneficia confert, & cumulat, manum quodammodo contra eos exerit, eorum in gratitudinem occasionaliter augens grauiori quidem pœna mulctandam.

CAP. 15. NUM. 18.

Dominus regnauit in æternum, & vltra.

Æternum creatura rationalis obsequium Deo gratissimum.

109 REgnabit Deus inæterna temporis duratione, & in æterno creaturæ rationalis obsequio, quod *vltrà*, hoc est, plús, & maius, & Deo æstimabilius est.

CAP. 15. NUM. 20.

Sumpsit ergo Maria prophetissa Soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam, cum tympanis, & choris.

Videant fœminæ principaliores quæ pub.icè faciunt; nam hoc reliquæ imitabuntur.

110 QUando aliqua ex primis, & nobilioribus feminis aliquem religionis vel alterius virtutis actum publicé exercet, nulla istius sexus est, quæ ipsam non imitetur.

CAP. 15. NUM. 27.

Venerunt autèm in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ.

Apostoli, & discipuli Christi in lege veteri præfigurati.

111 HIC duodecim Apostoli, & septuaginta Domini discipuli præsignati videntur.

CAP. 16. NVM. 15.

Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Hic est sermo, quem præcepit Dominus: Colligat vnusquisque ex eo, quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita.

Dei est, omnigena bona in communi largiri: boni superioris, singillatim iustè diuidere.

112 DEI est, bona, & beneficia, tàm quæ ad vitam spiritualem, quàm quæ ad temporalem vitam sustentandam necessaria sunt, communitér, & generaliter impertiri; boni verò principis sæcularis, & Ecclesiastici prælati est, quidcuique conueniat, in nomine Domini, vt vices ipsius gerens, designare.

CAP. 16. NVM. 23.

Hoc est, quod locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino crás, quodcumque operandum est facite, & quæ coquenda sunt, coquite.

Hebræi in deserto non solum cæleſti pane, sed etiam terreno pasti.

113 HInc infertur, filios Israel in deserto comedisse non solum Manhu, sed carnibus pecorum suorũ alijsque comestibilibus vsos fuisse.

CAP.

CAP. 16. NVM. 24.

Fecerunt que ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est in eo.

Opera quæ ad Dei seruitũ ordinantur, permanent.

114 OPera quæ ordinantur ad sabbatũ, hoc est requiem beatitudinis, non putrescunt sed illa quæ ad dies laborioſos huius temporalis, & ærumnoſæ vitæ. Vide supra num. 20.

CAP. 16. NVM. 27.

Venitque septima dies: & egressi de populo, vt colligerent, non inuenerunt.

Iudæi semper incredeli.

115 HInc notanda venit innata Hebræorum incredulitas.

CAP. 16. NVM. 29.

Maneat vnusquisque apud semetipsum.

Intra nos simus, vt in Deo simus.

116 IN interna, scilicet, cõtemplatione, ac meditatione rerum diuinarum.

CAP. 17. NVM. 6.

En ego stabo tibi corám te supra petram Horeb: percutiesque petrã, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus.

Superior subditos castigans Deũ spectatorem considereret.

117 STat Deus supra percutiendam petram, vt aduertat Moyses qualitér, & quomodó illam ferit, ne etiám Deum percutiat peccando per excessum in vapulatione petræ.

VEL SIC.

Deus comitatur subditos vt patiẽter sufferãt iram prælatorum.

118 Stat Deus supra petram, illam confortans ad ictum sustinendum: subditus enim, etsi petra sit, Deo tamen indiget adiutore ad quorundam prælatorum ictus sufferendos.

Peccatores petra obstinatiores.

VEL SIC.

119 Petra ad primum ictum emollescit, & liquescit in latices; at peccator, petrà durior, obstinatiorque pluriés percussus, vel vnã lachrymam non emittit.

CAP. 17. NVM. 12.

Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem posuerunt subtér eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte; & factum est, vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis.

Vnus prælatus nisi â bonis ministris adiuuetur, nequit omnibus malis occurrere.

120 NON sufficiunt manus supremi Pastoris, & principis ad hostes præsertim spirituales debellandos, nisi á bonis, & fidelibus Ministris coadiutoribus adiuuentur.

VEL SIC.

Nusquam Prælatus parcit curæ subditorum, absque illorum detrimento.

121 Nunquam prælatus, manus, ideſt curam sui populi, etiám ex aliqua excusabili; imó, & naturali necessitate remittit, quin populus damnum aliquod detrimentumque patiatur.

CAP. 17. NVM. 14.

Delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.

Prophetiæ semper fideliter ad implentur.

122 HOC implétum fuit tempore Samuelis, & Saulis. 1. Reg. 1. cap. 15.

CAP. 17. NVM. 16.

Quia manus soly Domini, & bellum Domini erit contra Amalec á generatione in generationem.

Bullæ priuilegium concessum Regibus Hispaniæ in damnum infidelium demonstratur.

123 NOtanda clausula hæc pro bulla cruciata Hispaniarum Regnis concessa, à solio Summi Pontificis cõtrà Infideles dimanante.

VEL SIC.

Subditi vincuntur ab inimicis spiritualibus negligentia prælatorum.

124 Hoc bellum est, quo semper exercemur, quod scilicet, cum Dæmone, Mundo, & Carne continuó gerimus; illa autém actio manuum eleuatarum, & remissarum Moysis, quæ suprà num. 11. refertur, denotat, quod quandó superior habet manus eleuatas supér subditos solicitam, & diligentem illorum curã gerens prædicti inimici vincuntur, & cedunt; cum verò habet superior manus remissas, & negligentes, tũc ab illis

ab illis hostibus, subditi vincuntur & superantur.

CAP. 18. NUM. 6. Et. 7.

Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea; qui egressus in occursum cognati sui adorauit, & osculatus est eum, salutauerunt que se mutuó verbis pacificis.

Charorum affectus expressione non indiget.

125 OCcursus, & salutatio Moysis ad vxorem, & filios non refertur, sed supponitur.

VEL SIC.

Qui Deo inseruit ad humana non attendit.

126 Vxori, & filijs nulla signa comitatis, & beneuolentiæ á Moyse indicantur ostensa, qui enim familiaritèr cum Deo agit, de carne, & sanguine nihil curat, solúmque cum Sacerdotibus, & Dei Ministris, qualis erat socer ipsius, libentèr conversatur.

CAP. 18. NUM. 13.

Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret Populum.

Minister Dei non abstrahat tẽpus á regimine; vt curæ suorum vacet.

127 VNVM solummodo diem insumpsit Moyses in aduentu Soceri, vxoris, filiorumque suorum celebrando, sequenti verò die statim se populi regimini, curæque restituit.

CAP. 18. NUM. 14.

Quod cum vidisset cognatus eius omnia; quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc, quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis Populus præstolatur de manè, vsquè ad vesperam?

Subditi nõ expectant suorum prælatorum in regimine morã sine magna molestia.

128 EXpectatio vnius diei prodecisione, & expẽditione causarum populi, visa fuit grauis Iethro, quid de diuturna imò, & æterna videretur?

CAP. 18. NVM. 18.

At ille: Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris.

Dominationem & iudicaturam quam tanti habent homines; solet Deus parui pendere.

129 STultus labor iudicare? Imó res summé ab omnibus ambita? sed quod homines communitèr summè appretiãt, solet Deus summè despicere; ideò ait D. Paulus 1. Ad Corinth. cap. 6. num. 4. *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum.*

CAP. 18. NUM. 21.

Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.

Perfecti iudicij proprietates.

130 HÆC est descriptio, imo potius definitio boni, & perfecti iudicis.

CAP. 19. NUM. 1.

Mense tertio egressionis Israel dè terra Ægypti, in die hac venerũt in solitudinem Sinai.

Trinitas vnæ.

131 IN die, hac scilicet tertia: sed cur tertiam non repetit? Ne duplex Trinitas exprimeretur quæ vnica, & singularissima est.

CAP. 19. NVM. 4.

Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptijs; quomodò portauerim vos supèr alas aquilarum.

Post Incarnationem maiori affectu Deus hominibus prouidet

132 DEus nondúm homo portabat filios suos super alas aquilarum supernè volantium, & propterea á casibus, & alijs periculis expositos; sed iam factus homo mitiús securiús, & materniús cum eis se gerit; nõ super alas ponens, sed sub alis, & tãquàm gallina pullos suos protegens. Matth. cap. 23. n. 37.

CAP. 19. NUM. 7 ET 8.

Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi exposuit omnes sermones quos mandauerat dominus. Respondit que omnis populus simul: cuncta, qnæ locutus est Dominus, faciemus.

Populi responsio ad seniorum refertur responsionem.

133 IN responsione seniorum, quos Moyses cõuocauerat intelligitur expressa vniuersi populi responsio.

VEL SIC.

A multitudine consilium non petendum.

134 Cur non dicitur Retuliſſe, ſed *Expoſuiſſe?* Quia qui rem ali quam multis proponit periculo diſſenſionis, & altercationis exponit.

CAP. 19. NVM. 24.

Aſcendeſque tu, & Aaron tecum, Sacerdotes autém, & populus, ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne forté interficiat illos.

Sacerdotes sūpti proſenioribus.

135 ANtequám deſtinata foret tribus Leui ad munera tabernaculi, & ſacrificiorum erant Sacerdotes in populo, fortè promiſcui ex omnibus tribubus, vel per hanc vocem ſeniores populi ſignificantur. Et nota, quod illa tranſgreſsio congruentèr fuit ſub graui pœna prohibita, quam pœnam, non dubito inobedientes, ſiqui fuiſſent, ſtatim incurſuros, vt ſic authoritati legis promulgandæ proſpiceretur.

CAP. 20. NUM. 2. ET 3.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me, &c.

Lex charitatis in vno omnes amplectitur.

136 LEX, etſi omnibus promulgata, tamen loquitur in ſingulari, vel vt charitatem intimaret, loquens omnibus tanquàm vni: Vel vt omnes in ſingulari ſe obligatos recognoſcerent.

CAP. 20. NUM. 12.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrā, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Qui Patrem honorat ſuper terrā viuet; & diu viuet.

137 VT ſis longæuus non ſolum in terra, ſed ſuper terram, per hoc vitam non ſolum diuturnam, ſed etiám honoribus, ac virtutibus adornatam promittens. Vel ſic.

Supèr terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi: hoc eſt: Supèr terram, non ſolum promiſsionis, ſed etiám repromiſsionis, ſeu cæleſtem patriam in illa terra ſubintellectam.

Conſtat ipſamet ratione parēti ius deberi honorem.

138 Et notandum, quod alia præcepta Deus rationibus corroborat, hoc præmijs expreſsis tantúm, nam rationibus ab ipſamet natura ſulcitur, & roboratur.

CAP. 20. NVM. 18.

Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ.

Res fidei certiores quam quæ oculis videntur.

139 HIC terminus *videbat*, ad voces relatus non eſt improprius, ſed rethoricé translatus ad euidentiam facti exprimendam.

CAP. 20. NUM. 20.

Et ait Moyſes ad populum: nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.

Deus non timendus à nobis ſeruiliter, ſed filialiter.

140 SI vt terror Dei eſſet in Hebræis venit Deus, cur illos hortatur Moyſes vt non timeant? Et quidem religiosè prudens: voluit enim excludere ſeruilem timorem, & filialem inducere.

Deus omnibus vtitur vt homines á peccando auertat.

141 Et nota quod nihil intētatum relinquit Deus, vt homines à peccatis auertat: beneficijs allicit; terroribus minatur, & ſe ipsū, quod ei difficilimum eſt, terribilē oſtentat.

CAP. 20. NVM. 24.

Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſupèr eo holocauſta, & pacifica veſtra.

Fit altare de terra; vt Deus terræ conſocietur.

142 ALtare de terra iubetur fieri ad denotandum, aliquando Deum ex terra humanæ carnis induendum. Et nota quod de ſimplici, & non mixto elemento ad denotandam ſimpliciſsimā puritatē illius generationis. Supér quo altari non quælibet hoſtia mactanda, ſed veſtra ideſt, non vſurpata, & aliena, ſed veré propria, & legitimé acquiſita

CAP.

CAP. 20. NVM. 25.

Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus; si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur,

Immaculata Dei paræ conceptio in altaris fabrica præsignata.

143 SI leuatio cultri tantũ pollnit altare Dei: quid percusio? Quod notandum pro immaculata Dei paræ cõceptione.

CAP. 20. NVM. 26.

Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Ad Deum non per elationẽ ascenditur.

144 AD Deum nõ per elationem, seu eleuationem, sed per animi demissionẽ ascenditur.

VEL SIC.

Legis gratiæ sacerdotes ab omni turpitudine immunes esse debẽt.

145 In lege veteri Sacerdotes per naturalem propagationem fiebant, ideó nec lapides altaris dolabantur, nec per gradus ad altare ascendebatur: in lege verò gratię cum Sacerdotes non nascantur, sed selectione fiant, & creentur, necessum est, vt per multos gradus virtutum, & perfectionũ nec non, & per dolationem scientiæ morumque ad altare ascendant.

VEL SIC.

Legis gratia Sacerdotio, vtpotè ampliori, & perfectiori, graduum ascensio non prohibetur.

146 In illis Sacerdotibus, cũ essent carnales, & coniugati, supponitur turpitudo, quæ in graduũ ascensu reuelari posset: At verò legis gratiæ Sacerdotes, cum sint spirituales, & ob castitatem participes angelicę naturæ, nullam habent turpitudinem, quæ reuelari possit, ideó illis graduum ascensio non prohibetur.

CAP. 21. NVM. 2.

Si emeris seruum Hebræum sex annis seruiet tibi, & in septimo egredietur liber gratis.

Serui fidelitas, & amor vltra septenium progredi posse non videtur.

147 HOC forté legislator decreuit ex exẽplo & in memoriam illius seruitutis qua se Iacob, pro Rachel obstrinxerat Genesis cap. 29. num. 18.

CAP. 21. NVM. 14.

Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

Insidiatorius occisor altare Dei non protegatur.

148 SIC fecit Salomon cũ Ioab vt patet ex 3. Reg. cap. 2. num. 30. & 31.

CAP. 21. NVM. 18. ET 19.

Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, &c. Innocens erit qui percusserit, ita tamẽn vt operas eius, & impensas in Medicos restituat.

Medici nusquã gratis curam infirmorum egere.

149 MEdici feré semper stipendiarij impendiosi, & auari vide, Marci cap. 5. n. 26.

CAP. 21. NVM. 26.

Si percusserit quispiam oculum serui sui, aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit.

Vix totius indidui libertate vnius oculi eruitio compensari potest.

150 ERutio vnius oculi, vix libertate totius indiuidui compensatur iuxtà legẽ Dei, sed ij Principes qui potius politicas, dominandi artes, quám Christianam legem profitentur, subditis subdolè cautéque oculos eruũt vt in seruitutem redigãt, sic facere intẽdebat Naas Ammonites 1. Reg. cap. 11.

CAP. 22. NVM. 31.

Viri sancti eritis mihi: carnem, quæ ab eſtijs fuerit prægustata non comedetis, sed proijcietis canibus.

Deiparæ immunitas præsignata.

151 HÆC clausula. Immaculatæ Beatæ Mariæ Conceptioni per accomodationem aptari potest.

CAP. 23. NVM. 1.

Non suscipies vocem mendacij.

Mendacium solum vox est mẽte carens.

152 OPtimé appellatur mendaciũ meravox non enim illi correspondet mẽtis conceptus.

CAP. 23. NVM. 2.

Non sequeris turbam ad faciendum malũ, nec in iudicio, plurimorũ acquiesces sententiæ, vtá vero deuies.

Quidquid de causæ successu sit coniudex suam sententiam proferat.

153 NEc etiam si propter plura coniudicum suffragia causa, iam sit determinata desinas tuum dictamen contrarium proferre, dummodo solidis fundamentis tibi videatur innixum.

CAP. 23. NVM. 3.

Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

Lites multam substantiam insumunt.

154 NON adeó facilé est inueniri iudicium diuitum, seu intèr diuites litigiũ, nam, etsi diuites, & pecuniosi ad litem veniant, lis eos expoliat, & egenos reddit.

CAP. 23. NVM. 14.

Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

Trinitas per triplicem festum celebrandum, adũbrata in lege veteri.

155 IN reuerentiam meæ individuæ Trinitatis,

CAP. 24 NVM. 18.

Ingressusque Moyses medium nebulæ ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Deus non magis punit quam miseretur.

156 QVót dies insumpsit diuina iustitia in vniuersali humani generis punitione Genes. 7. Tòt impendit diuina misericordia in eorundem directione, conseruatione, & quasi educatione.

CAP. 25. NVM. 3. ET 4.

Hæc sunt autêm, quæ accipere debetis, aurum, & argentum, & æs: hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas.

Deus etiam cõemptibilia suscipit vt paupertas nobis in pretio sit.

157 ÆS præfertur hyacintho, & purpurę, quia magis solidum, etsi minùs formosum.

Nullus adeó vilis esse potest vt ad Deum accidere non valeat.

158 Sed cùr ad tabernaculi ornatum exigit Deus pilos caprarum despicabiles, & abiectos, & ad nullum ferè vsum humanum deseruientes? Quia quæ contemptibilia sunt mundi eligit Deus, vt æstimabilia, & pretiosiora confundat.

VEL SIC.

Vide supra n. 158.

159 Nullus est adeó vilis conditionis, qui non possit Deo deservire, & ad æternam beatitudinem aspirare.

VEL SIC.

Deus amator rectitudinis.

160 Pilos caprarum exigit Deus, non arietum, quià isti intorti & implicati sunt, illi explicati & recti.

CAP. 25. NVM. 10.

Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos, & semis cubitos: latitudo, cubitum, & dimidium: altitudo, cubitum simiter ac semissem.

Misteria Dei vsque ad legem gratia in cõpleta extitere.

161 CVR noluit Deus, quod arcæ longitudo tribus cubitis cõstaret, in quibus, & mysterium Trinitatis innueretur, & compositio euaderet perfectior, vtpotè mensuris integris constans: Sed voluit Deus, quôd non in ista solum, sed in reliquis etiam dimensionibus, incompletio in mensura subsisteret? Fortè hoc fecit Deus ad denotandum, quod in illa lege, nihil ad perfectum deducebat, & quód expressa notitia mysteriorum Dei, vsquë ad legem gratiæ, cum velum Templi à summo vsque deorsum scinderetur, non erat completè, & perfectè propalanda.

CAP. 25. NVM. 11.

Et de aurabis eam (scilicet arcam) *auro mundissimo intus, & foris.*

Deus non sinit nos virtute externa splendere, quin intus virtus præfulgeat.

162 PRIús *Intùs* postéa *Foris* de aurari iubetur arca; sic arca nostri pectoris compingenda est, vt dignum Deo referat obsequium: interiora primùm, virtutibus deaurẽtur,

tur, postmodùm exteriora correspondeant; adeó enim Deus hypocrisim abominatur, vt nec per breuissimum tempus vellit, exteriora nostra specie virtutum resplendere, quin interiora earundē exercitio fulgeant.

CAP. 25. NVM. 13. 14. ET 15.

Facies quoquè vectes de lignis setim, & operies eos auro. Inducesque circulos, qui sunt in arcæ lateribus vt portetur in eis, qui semper erūt in circulis, nec vnquàm extrahentur ab eis.

Ab homine à Deo recedente recedit.

163 DEus sempér paratus ad recedendum, si ab homine relinquatur, ideó fortè vectes á circulis nunquàm extrahi præcipitur.

VEL SIC.

Exarcæ vectibus colligebatur illam legem non permansuram.

164 Hoc præceptum fuit ad denotandum. Veram Religionem, & sempiternum cultum in illa lege non per mansuros.

CAP. 26. NVM. 1.

Tabernaculum verò tu á facies: decem cortinas de byssо retorta, ac hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, &c.

Pœnitentia expellit à nobis peccata, & in nostris cordibus virtutes inserit.

165 SEcundùm hanc dispositionē tabernaculi, in parte interiore erant cortinæ de byssо retorta, & variegata; in exteriore, de pellibus rubricatis, & hyantinis, in medio verò erant cortinæ de sagis silicinis: per quas significatur pœnitentia, quæ foràs emittit peccata in pellibus significata, interiùs vero animam varijs virtutibus, in byssо variegata expressis, condecorat.

CAP. 28. NVM. 1.

Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem, & loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

Plus desiderat Deus Sacerdotē ornatum virtutibus: quàm templa ornata margaritis.

166 AMplior cura á Deo videtur impensa circá vestes summi Sacerdotis, quam circâ reliqua ad sanctuarium pertinentia, forte quia significabant, non solúm synagogam, sed etiam Ecclesiam illi succesiuam, ideó ait Salomon, quod *in veste poderis, quam habebat totus erat orbis terrarum.* Sapi cap. 18. n. 24.

CAP. 28. NVM. 2 ET 3.

Applica quoque ad tè fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel vt Sacerdotio fungatur mihi.

Prælati; nō intromittant consanguineos in Ecclesiā nisi inspiratione diuina.

167 MOyses, & ceteri superiores vere Dei amici diuino præcepto necesse habent, vt consanguineos aliosque naturali; vel ciuili iure coniunctos ad se applicent: propterea Deus non solúm Aaronem nominat, sed etiam de fraternitate mētionem facit; ne alium, é populo præfato nomine insignitum ministerijs sacris, ac honorificētissimis addiceret: nihil enim à sancto Moyse magis alienum, ac obliuioni traditum; quàm carnis, & sanguinis cura, & solicitudo.

CAP. 28. NVM. 10.

Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

Prælatus omnibus æqualis esse debet.

168 OPtima ordinatio, vt disceret Sacerdos æqualitér omnem populum sustinere; & tolerctur occasio acceptionis personarum, ex qua in populo disturbia pullularent.

CAP. 28. NVM. 12.

Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino supèr vtrumque humerum ob recordationem.

Si Episcopus supra se ferat populos semper eorum recordabitur,

169 AD recordationem oportunior locus videri poterat pectus Aaronis, vel quód collocarentur isti lapides in brachio iuxtá manum, hæc enim ante oculos sempèr obuersantur; sed optimè á Deo ordinatum est, nil enim efficacius memoriam excitat, & conseruat quám quod aggrauat.

CAP. 28. NUM. 21.

Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus cælabunt, &c.

In diuis Petro, & Paulo omniũ merita Apostolorum videntur inclusa.

170 IN duodecim lapidibus pectoralis significatos Apostolos, ait D. Gregorius Mag. lib. 28. Moralium, sed non incongruè in duobus lapidibus superhumeralis, quorum quilibet sex nomina habebat intelligi possunt signati Petrus, & Paulus, qui vìrtutes, & merita reliquorum Apostolorum in se continent.

CAP. 28. NUM. 28.

Et stringatur rationale annulis suis cum annullis superhumeralis, vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabre facta, & à se inuicèm rationale, & superhumerale nequeãt separari.

Amor, & patientia boni prælatis cõstitutiua.

171 IN rationali seu pectorali signatur amor, in super humerali, tolerantia, quæ strictè connecti iubentur addenotandum, quod in bono Prælato amor, & tolerantia nunquam separari debent.

CAP. 28. NUM. 29.

Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum.

Magna nomina magna obligatio ad virtutem.

172 NOmen, quid leuissimum, & inane est: quare ergo vtitur textus verbo *Portabit*, significante actionem põderis gestatiuam? Quià nomina illa non erant vacua, sed valdé plena, & grauida, in illis enim omnia Patriarcharum facinora virtualitèr inclusa latebant.

CAP. 28. NUM. 30.

Pones autèm in rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem.

Sine doctrina, & veritate rationale iudiciũ non subsistit.

173 SIne veritate facti, & exacta iudicis, tám facti, quám dispositionum legalium cognitione nullum erit rationale iudicium.

Et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini sempér.

Iudicium piè, & secretè exercendum.

174 IVdicium in pectore gestatur ad denotandum quod iudicium cum arcano secreto, & benigna pietate exerceri debet.

Voluntate potius quam intellectu plurimi iudicant.

175 Vel ad innuendum, quod communitér accidit, nempè homines plerunque affectu potiùs voluntatis, quàm recto rationis, & intellectus dictamine iudicare.

VEL SIC.

Ad Deum, & adveritatẽ iudex attendat.

176 Iudicium cum pietate quidem exercendum, sed attenta solum rei veritate, & Deo.

CAP. 28. NUM. 31.

Facies, & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erit capitium, & ora per girum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur.

Ruptio vestiũ pontificaliũ antiquitùs Caypha causà prohibita.

177 PRæueniebat iam Deus & prẽcauebat, iniquissimam illam huius vestis dilacerationem à Caipha perpetrandam. Matthæi cap. 26. num. 65.

CAP. 28. NUM. 33.

Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulũ sit aureum, & malum punicum rursumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum.

Qua-

Verba Pontificis ponderosa esse debent.

178 QUarè tintinnabula ex auro iusa sunt fieri, quod est omniū metallorúm gráuissimum? Quia verba Sacerdotis pontificali præsertim munere fungentis, debent esse grauissimá, & omni ponderē plena, imó etiam efficacia, & fructifera ideó mala punica ad hoc denotandum iusa sunt intermisceri.

VEL SIC.

Omnis clamor ambitiosus ad pedes suos abijciat Sacerdos.

179 Tintinnabula ad pedes Pontificis abijciuntur, vt omnis ambitiosi fastus clamor proteratur. Vel, ad denotandum, quòd finito illo Sacerdotio, tintinnabula Apostolorum per totum orbem resonatura erant.

Lex antigua non deducebat cultores suos ad perfectum.

180 Uel ad significandum, Legem illam ad perfectum non deducere, tintinnabulum enim nō emittit vocem pérfectam, & articulatam, sed inarticulatam, imperfectam, & confusam.

CAP. 28. NUM. 36.

Facies, & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris sanctum Domino.

Nomē Iesu cordibus nostris debet inscribi non solum, sed insculpi.

181 SAnctissimum nomē Iehouah, vel Iesu, quod illi correspondet, non vult Deus superficialitér scribi; sed in lamina cordis nostri intimé, & penetratiué insculpi.

CAP. 28. NUM. 37.

Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram imminens fronti Pontificis.

Deus scrutator cogitationum Sacerdotis adest.

182 *IMminens fronti*: Ideſt respiciens, & attendens, quid mens Pontificis intra se vertat, & quibus curis, & cogitationibus distrahatur, an ijs, quæ ad sui gregis custodiam, & conseruationem spectant; an ijs, quæ ad propria ipsius lucra, & emolumenta concernunt.

VEL SIC.

Deus ex Sacerdote attendit ad animum offerētium; & ad deuotionem suo nomine munera accipientis.

183 IN illa positione, segerit Deus vt attentissimus inspector munerum à filijs Israel oblatorum: an mente debota, & simplici, & secundum præscripta legis offerrētur; vel, vt manus Aaron inspiceret, an cum debita circunspectione; & ceteris requisitis in munerum, & sacrificiorum oblatione procederent.

CAP. 29. Num. 1. ET 2.

Tolle Uitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panesque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, laganaque azyma oleo lita, de simila triticea cuncta facies.

Sacrificiū cruentum Christi in Cruce, incruentum in Eucharistia in lege veteri adumbratur.

184 IN canistro cum panibus, crusta, & laganis ex materia triticea Eucharistia præfiguratur: Uitulus immolatus Christus Crucifixus: duo Arietes, duo Latrones, qui simùl crucifixi sunt, cum eo. En cruentum, & incruentum Christi Domini sacrificium clare adumbratum.

CAP. 29 NUM. 9. ET 10.

Postquàm initiaueris manus eorum, applicabis, & vitulum corám tabernaculo testimonij imponentque Aaron, & filij eius manus supér caput illius.

Sacerdotes dū consecrantur initiati dicuntur; quia aliam vitā denobo inchoant

185 COngruentèr ponitur Uerbum *Initiare* ad significandam Sacerdotum consecrationem, vt sic advèrtant, vitam priorem abolendam, & nouam inchoandam: & nota quod per manus, opera secundum communem Sacræ Scripturæ intelligentiam, significantur.

CAP. 29. NUM. 13.

Sumes, & adipem totum, qui operit intestina, & reticulum iecoris, & duos renes, & adipem; qui super eos est, & offeres incensum super altare.

In-

Nil de interioribus nostris Deo occultari potest.

186 INterna animalium,& operimenta eorũ Deo incenduntur, & consecrantur ad significandum, quod nihil illũ latet,& occultum est.

CAP.29. NVM.29.

Vestem autem sanctam, qua vtetur Aaron habebunt filij eius post eum,vt vngantur in ea.

In lege veteri vnctio Sacerdotis quasi externa videbatur.

187 VNctio Sacerdotum veteris legis tuitquasi extrinseca, & feré tota in externa veste consistens.

CAP.31. NVM.7. ET 8.

Tabernaculum fœderis,& arcam testimonij, & propiciatorium, quod sup ér eam est, & cuncta vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis.

Prædicator; purissimus vt puritatem infundat in audientes.

188 CEtera simplicitèr,& sine adiectiuo referuntur; at verò candelabro superadditur. *Purissimum*, ad denotandum, quales debeant esse mores prædicantium, & illuminantium alios.

CAP.31. NUM.18.

Deditque Dominus Moysi, completis huiusce modi sermonibus, in monte Sinai,duas tabulas testimonij lapideas,scriptas digito Dei.

Quæ ad se expectant Deus homini facienda committit, quæ ad salutem nostram per se ipsum curare dignatur.

189 QUÆ ad Dei cultũ, & ipsius tabernaculum spectant, diligentiæ Moysis,nec non, & Beseleel, & Oliab committuntur; quæ verò nostra interfunt, tam vt benè viuamus, quã vt æternam vitam consequamur,ipsius digito Dei exarata traduntur.

CAP.32. NUM.1.

Videns autem populus, quòd moram faceret descendẽdi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron dixit: Surge,fac nobis Deos qui nos præcedant.

Populus gubernatur ex his quæ solum videt non ex iis quæ debet attendere.

190 IN modo significandi innuitur Populi tumultuaria, & accelerata temeritas, idcò dicit textus: *Videns*, scilicèt corporalitér; idest non mente cõsiderans legitimas causas detentionis Moysis.

Moysi enim huic viro, qui eduxit nos de terra Ægypti ignoramus,quid acciderit ei.

Bona quæ adeò accepimus hominibus tribuimus

191 GLoriamillius prodigiosæ eductionis, & liberationis de Ægyptiaca seruitute, non quidèm Deo; sed Moysi attribuunt; ideò iam hinc dedignatur Deus appellare illum Populum *suum*; sed Populum Moysis vide num.7. huius cap. nu.1. cap. 33. sequentis,& pluriès alibi.

Cum Deo nihil mali nobis potest accidere.

192 Sed aduerte vlteriús, dubitationem sacrilegam: scilicét *Ignoramus,quid acciderit ei.* Quid enim mali accidere poterat Moysi cum Deo commoranti?

Sacerdos dèbet esse sine genealogia.

193 Sed, vt quid circumloquuntur,& quasi de extraneo verba congeminant: *Moysi enim huic viro, &c.* Nonné clariús,& faciliús dicerent: Moysi enim fratri tuo, &c? Illa actione Aaronẽ in summum Sacerdotem, etsi sacrilegi cultus, inaugurabant, & propteréa corám illo fratres aut consanguineos, vel saltem nominare nefas putabant.

VEL SIC.

Nequit dici frater qui cõtra fratrem agit.

194 Illam loquendi formulam cautopoliticè vsurparunt, intendentes enim Aaronem inducere, vt contra Moysem ageret,ne naturali sanguinis vinculo impediretur, ab omni nomenclatura vinculi illius expressiua abstinent, & subdola circumlocutione vtũtur.

VEL SIC.

Magnum genus ingratitudinis benefactorẽ recognoscere,& contemnere.

195 Uerba illa despectiua Moysis sunt: sic ergo loquendo Hebræi ad summum ingratitudinis fastigium peruenerunt,eisdem enim met vocibus quibus beneficium exprimunt benefactorem contemnunt.

CAP.

CAP. 23. NVM. 2.

Dixitque eis Aaron: tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.

Femina violentiam sibi inferunt cum diuino culti offerũt; quæ ad suum ornatũ spectant.

196 Tollite, ac si diceret: violenter arripite: nulla enim femina sponte dabit, quæ ad sui cultum spectant, etiam vt diuino cultui deseruiant.

CAP. 32. NVM. 4.

Dixeruntque: hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Idelo latra nomine indignus.

197 Dixeruntque, vel omnes simul, & certatim ex nimia ad idolatrandum propensione, vel indeterminatè absque nominum expressione, indigni enim nomine erant, qui primum hanc sacrilegam vocem pronunciarunt.

Cupiditas etiã alienas opes adorare non dubitat.

198 Sed cur vnum singularẽ vitulum, & in multorum, opinione non completum, & integrum deos appellant? An vnusquisque suum, & aliorum aurum adorabat?

Deitatis pluri-ficatio impotentiæ argumentũ.

199 Vel existimabant forté tam futilem deitatem pluribus prodesse non posse, nisi plurificatam.

Idolatra infidelitatis hydropisi laborat.

200 Vel ex nimia ad idolatrandũ propensione in vno vitulo omnia idola colere studebant.

CAP. 32. NVM. 5.

Quod cum vidisset Aaron ædificauit altare coràm eo.

Sacerdos ad exemplar populi peccat.

201 Ad hoc altare sacrilegum erigendum, & abominabile sacrificium in illo peragendum, non fuit Aaron à populo coactus, sed à suamet malitia determinatus.

CAP. 32. NVM. 5. Et 6.

Et præconis voce clamauit dicens: crâs solemnitas domini est. Surgentesque manè obtulerunt holocausta, & hostias pacificas.

202 Præco solummodo solemnitatem idoli in crastinum proclamauit, sed illi, & diluculò surgentes euigilant, & plurima sacrificia offerunt; vtinam eàdem alacritate qua homines dæmoni litant, verò Deo deservirent!

Minori curâ bona quam mala exercentur.

Et sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere,

Mala nunquã satiant.

203 Saturatio de idolotytis, cum non satisfaciat, nullam dat animæ quietem, sed potiùs oppositam inquietudinem, ideò post edulium, ad ludendum, & illudendum surgunt.

VEL SIC.

Illudit Deo; qui peccatum, vice dolendi, ludit.

204 Post peccatum commissum, non solum non dolere, sed potiùs lætari, & tripudia agere, est res adeó intolerabilis, vt vel diuinam patientiam superare, per exagerationem dici valeat.

CAP. 32. NVM. 7.

Vade descende: peccauit populus tuus.

Peccata quæ absente ministro fiunt sunt culpabilia quid erit si eo tolerante fiant?

205 Populus peccat, & Moyses auertitur à colloquio, & conspectu Dei: Si Princeps legitimé absens peccata populi supér se portat, & propterèa indignabundũ experitur Deũ, quid quando eo presente, & tolerante flagitia committuntur, fiet?

VEL SIC.

Relinquat superior orationem ad tempus; vt peccata puniat, & impediat.

206 Vel ab ipso Dei conspectu, & fruitione debet Princeps, & quilibet alius superior auelli, vt subditorũ peccata euitet, & commissa puniat.

Peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

Deus dedignatur gentem peccatricem populũ suum appellare.

207 Ex plurimis reatibus, & malis quæ fontes peccando incurrunt hoc maximè dolendum, quod Deus illos, populum suum appellare dedignatur.

VEL

VEL SIC.

Qui alium á seruitute liberat solus iure suum potest appellare.

208 Cum Deus munus liberatoris populi ab Ægyptiaca catena à se abijcit, & in Moysem abiegat, nomen claturam *Populi mei*, sibi non reservat, sed Moysi accõmodat, qui enim aliquem à seruitute liberat, ille solus æquo iure suum appellare potest.

CAP. 32. NVM. 8.

Recesserunt citó de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem.

Celeritas ad peccandum grauius ofendit quã ipsum scelus.

209 GRauiús de celeritate, quám de ipso scelere videtur Deus conquæri quando quidém illam priùs commemorat.

CAP. 32. NVM. 9.

Rursumque ait Dominus ad Moysem: cerno quod populus iste duræ ceruicis sit.

Benignitas diuina; quæ defectui naturæ quã malitiæ vertit peccata.

210 INter tót peccata, quæ tunc populus committebat, nempé idolo latriam, guiã, ingratitudinem, & alia innumera, solummodo cernebat Deus ceruicis duritiem, quæ vt plurimum solet esse defectus potius naturalis huiu, vel illius nationis, quam defectus malignæ, & malitiosę intentionis? Hoc forté fecit benignissimus Deus; vt Moysi ansam præberet ad commissorum excusationem, & suam pro populo interpellationem ad Deum.

VEL SIC.

Voluntas rebellis officina peccandi.

211 In ceruicosa, praua, & dura voluntate omnia scelera includuntur, & sic per illam explicantur.

CAP. 32. NVM. 10.

Dimitte me.

Deus vult rogari, ne puniat.

212 NOndum Moysespro populo orauerat, vel mediatorem egerat, vt quid ergo dicit Deus: *Dimitte me*? An vt audaciam præberet Moysi fortasis hæsitabundo, vt pro populo interpellaret?

VEL SIC.

Ostẽdit se Deus impeditum ad puniendum vt veniam præcinat

213 Ad inferenda hominibus supplicia, etsi iustissima, quasi impeditus fegerit, & ostentat Deus.

UEL SIC.

Sæpè Deus propter bonum principem mitescit in populum.

214 Attendit Deus ad merita Principis, vt cum populo, vel misericorditèr, vel seuetè agat, & idcò sontem illam, imó flagitiosissimam plebem, sub bono, & iusto Principe degentem, nisi de istius beneplacito castigare non vult.

UEL SIC.

Deus exanshorare non solet quem semel sublimauit.

215 Quis erat Moyses, vt detinere posset Deum, vel cûr Deus á mero homine permissum expectat? Erat quidem Moyses á Deo ipso Dux illius populi constitutus, & noluit priuilegio à se concesso, vel minimúm, derogare.

Ut irascatur furor meus.

Indignatio diuina ratione regulatur; non sic humana.

216 Quid deest furori ad iram, cum non solum eam supponat, sed etiam superet, & excedat? Si furor diuinus est, iram non excedit, est enim regulatissimus, imó necessé habet in iram accendi, vt fontes puniat.

VEL SIC.

Ue nobis miseris furori diuino in infinitum irascibili expositis.

217 Quid de nobis miseris fiet, cum diuinus furor adhuc sit irascibilis!

VEL SIC.

Deus quasi frænum sibi imponit, ne homines efrenè puniat.

218 Iustitiam suam punitiuã Deus ipse furorem appellare dignatur, vt hoc quasi fræno cohibeatur, ne frequentér illam in homines exerceat.

VEL SIC.

Sanctis primã magnitudinis inenarrabilem quandam authoritatem, vel in se ipsum Deus concedere dignatur.

219 Irascibilitas est actus internus; vindicta actus externus est, & vt talis, capax vt ab interpositione mediatoris cohibeatur. cur ergó dicit Deus: *Dimitte me, vt irascar: non vt vindicer*? An tantum cum Deo pollebat Moyses, vt etiâm in actus internos illius authoritatem, & potestatem exercere posset?

UEL

VEL SIC.

Vide supra nu. 219.

220 Iusti insignes, & primæ magnitudinis, non solum impediunt Deum, ne de peccatoribus, etiam sceleratissimis, vlciscatur, sed etiam, ne in externos, vel internos iræ actus prorrumpat.

Faciamque te in gentem magnam.

In humanis alij decrescunt, vt crescant alteri.

221 NON poterat Moyses à Deo in gentē magnam absque Hebræorum deletione sublimari? Poterat quidèm, sed tunc more humano procedebat, secundùm quem nemo crescit absque aliorum diminutione, & detrimento.

CAP. 32. NVM. 12.

Ne quæso dicant Ægyptij : calidè eduxit eos, vt interficeret in montibus.

Censuram hominum, etiam iniustam, solet vitare Deus ob nostrum exemplum.

222 VT censuram hominum, etsi iniustam, euitet Deus grauissimum crimen impunitum relinquit; at homo, vt iustissimam Dei hominumque censuram euitet, ab actione fœda, iniqua, & peccaminosa non abstinet.

CAP. 32. NVM. 13.

Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum.

Congrua deprecatione vtendum ad misericordiam diuinam consequendam.

223 CVR non dicit Iacob, sed Israel? Quia Iacob significat idem, quod supplantator, cum ergó conaretur Moyses mouere Deum ad misericordiam, & peccati illius condonationem ex illa ratione politica numero immediato memorata, incongruè tunc vocem supplantatoris exprimeret.

CAP. 32. NVM. 19.

Proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.

Lex violata, lex fracta.

224 CVR tabulas fregit Moyses? Minimé hoc vt quid extraneum mirandū est, siquidém animaduertit, primum, & principale earum præceptum iam à rebelli Populo fractū.

VEL SIC.

In rebellione, ad pacem populi stabiliendam prius, quam ad obseruationem legum, attendēdum.

225 In magnis reipublicæ alterationibus, non in legibus cōdendis, & promulgandis incumbendum est, sed in sedandis motibus, & rebus in pristinum statum rectumque ordinem restituendis; quarè Moyses prudentér leges tunc proijcit, vt scilicét commodiùs, & oportuniùs posteá stabiliret, ideoqué propter hanc fractionem â Deo nunquàm reprehensus legitur.

CAP. 32. NVM. 20.

Arripiensque vitulum, quem fecerāt, combussit.

Peccata Principum populos commaculant.

226 CVR ait : *Fecerant*, cum Aaron solus vitulum conflauerit? An quia, vt suprá dictum est, sicut pecca ta populi in Principem confluunt, sic è conuerso peccata Principum in populum refluunt?

CAP. 32. NVM. 24.

Quibus ego dixi : Quis vestrū habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus.

Millè artibus superiores actiones suas turpes excusare conantur.

227 NON sic accidit, vt ex textu patet, sed opere, & arte fusoria illum vitulum Aaron formauit; vndè mentita prodigiosa, & præternaturali vituli cofiguratione Aaron suum male factum occultare conabatur.

Turpiùs quodāmodo est in faciē honesti viri mendacium obijcere quam sacrilegiū.

228 Sed cum hoc mendaciū, Moysi, vt moralitèr certum est, non latuerit; cur non illud Aaron in faciem obiecit? An quia turpiùs Moysi visum fuit in faciem tanti viri, & indignitate ecclesiastica constituti, mendacium, quam idolo latriam obijcere?

CAP. 32. NVM. 25.

Videns ergò Moyses populum quod esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.)

Maxi-

Populus religionem spernens hostium inuasioni exponitur.

229 MAximum imminet populis periculum ab hostibus suis ex neglectu veræ religionis, & peccatorum perpetratione.

CAP. 32. NVM. 26. ET 27.

Et stans in porta castrorum ait: Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui, quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum, ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum, &c.

Idololatria pestis omnes deuastãs.

230 BEne dubitat Moyses, an Deo aliquis relictus sit, idololatria enim venenũ est adeó mortiferum, vt statim, & instantaneé vniuersum reipublicæ corpus inficiat, & corrumpat.

Ex hominum innata feritate appeti solet vindicta.

231 Sed quare tãta ira, atroxque Moysis in populum vindicatio, cum paulò ante adeó obnixe pro eo egerit, vt Deum ad placationem, criminisque condonationem cogeret? An volebat, ex naturæ humanæ innata feritate, quod ipsi soli vindicatrix punitio reseruaretur?

VEL SIC.

Aliter apparẽt delicta visa à iudice, quam relata ad ipsum.

232 Tunc vidit Moyses idolo latriam à populo commissam, anteá illam ex Dei reuelatione, & relatione cognouerat, & mouet adeó efficaciusdelictum visum ad iracundiam, & iustam punitionẽ, quam ipsummet ex relatione, etiã ipsius Dei cognitum, vt qui anteâ egerat aduocatum, nunc iudicem agat summè rigidum.

VEL SIC.

Condonatio culpæ non est cõdonatio pœnæ.

233 Delicto iam á Deo condonato, & remisso manet adhuc, pœna temporalis luenda, quâ purgetur. Nota pro differentia reatuũ culpæ, & pœnæ à peccatoribus contractorum.

CAP. 32. NVM. 29.

Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio.

Ministri est animaduertere delicta; ne grauius à superiore puniantur.

234 MOyses placat iram Dei, ne populum puniat, quem ipse statim seueriss imé castigat; hæc videtur fuisse sacra quædam Moysis ambitio vlciscendi crimen hæreticale in Deum commissum.

VEL SIC.

Deus iratus mitior adhuc homine propitio.

235 Deus iratus nullum occidit Moyses homo mitissimus, & apud Deum, aduocatum agens viginti tria millia hominum perire facit: quantò potior nobis est Deus iratus, quam homo propitius.

VEL SIC.

Gratum sacrificium Deo sentium supplicia.

236 Qui hæreticos necat Deo litat, & quoddammodo se sacerdotem creat, ideò ait: *Consecrastis, &c.*

CAP. 32. NVM. 30.

Peccastis peccatum maximum ascendam ad Dominũ, si quomodo, quiuero eum deprecari pro scelere vestro.

Ministrorũ esse solet gratiã Regum dificilẽ reddere; nõ sic iusti, & boni ministri faciunt.

237 CVR segerit Moyses de diuina clementia dubitabundus, quam iam ipse impetrauerat? An quia est proprietas quasi metaphysica; & innata naturalisque propensio primorũ omnium Ministrorum, quicunque illi sint, vt gratias fauoresque suorum Principum difficultent, & ad quandam impossibilitatem reducant? Sed etsi hoc de ceteris cõcedi possit, de Moyse tamen negandum est, qui summa prudentia vtens, noluit ostendere populo, Deum non solum placatum, sed nec facilé placabilẽ, ne in idololatrię crimen, ad quod maximé propendebat relaberetur.

CAP.

CAP. 32. NUM. 31.

Reuerſuſque ad Dominum ait: Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerunt que ſibi deos aureos.

Minora oculis diuinis, quam humanis ſuperiorũ oculis delicta apparere ſolent.

238 DE eodem idololatriæ crimine Deus, & Moyſes diuerſimodé valdè loquuntur: Deus dicit *Peccauit populus tuus*: Moyſes verò ait: *Peccauit populus iſte peccatum maximum*: Moyſes loquitur: *Fecerunt ſibi deos aureos*: Deus dicit: *Feceruntque ſibi vitulum conflatilem*, hinc videre eſt quanto minora oculis diuinis appareant peccata noſtra, quam humanis: ſed aduerte, quomodo bis Moyſes negat deitatem in hac clauſula idolo Hebræorum. Primo in voce illa plurali *deos*, Secundó in voce ſingulari: *Sibi*. Qui enim vnus, & omnium Deus non eſt, deus eſſe non poteſt.

CAP. 32. NVM. 31. ET 32.

Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.

Orare pro inimicis, ſignũ prædeſtinationis.

239 EX quo argumento adeò euidentér cognouit Moyſes ſe in libro vitæ conſcriptum? Ex hoc ſcilicèt, quod pro inimicis orabat, & illis veniã impetrare ſatagebat. Uide Matth. cap. 5. à num. 44.

CAP. 32. NVM. 33. ET 34.

Cui reſpondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi. Angelus meus præcedet te.

Peccato comiſſo nuſquam de diuina miſericordia deſperandum.

240 QVare nunc Deus ſeueriùs cũ Moyſe, quam paulò antè agit, & quaſi indignabundus ſegerit? An vt ſignificaret Moyſem nimiùm exceſsiſſe in punitione Hebræorum occidendo viginti tria milia pro reatu vituli? Sed veriſimilius exiſtimo hoc accidiſſe propter dubitationem illam de diuina miſericordia impetranda, quam corã populo ante oſtenderat dicens: *Aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro.*

Deus quærit motiuũ benefaciendi hominibus etiã immeritis.

241 Sed quid datur intelligi per illa verba: *Angelus meus præcedet te*? Quarè non ait; Præcedet populum? Exiſtimo hoc factum fuiſſe, vt ſimul, & ſuo honori, & naturali ſuæ beneficentiæ Deus ſatisfaceret.

CAP. 33. A NUM. 1.

Uade, aſcende de loco iſto tu, & populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti in terram, quam iurauí Abraham, Iſaac, & Iacob.

Deus in ſe ipſo motiuum hominibus benefaciẽdi quærit.

242 POpulus tuus, ideſt non iam meus; ſed cur de iuramento mentionem facit? Vt ſcilicèt Deus ſuo honori conſuleret, quærit in ſemetipſo motiuum benefaciendi ingratiſsimis Hebræis, quem in illis nullo modo poſſet inuenire.

Dicens: Semini tuo dabo eam, & mittam præcurſorem tui Angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, &c.

Solus Deus plus largitur, quàm promittit.

243 DEus Abrahæ terrã tantũ Chanaan promiſerat, non angelum Chananæi baſtatorem: Sed ideſt diuinæ liberalitatis ingenium, in promiſsione moderatum, in adimpletione effuſiſsimum ſegerere.

Ab hominibus nusquâm sine labore promissa assequuntur.

244 Sed etiam animaduersione dignum est, quam sine labore, & impensis promissiones Dei obtineantur; cum sponsiones hominum, vix curis magnis, anxietatibusque consequamur.

CAP. 33. NVM. 3.

Non enim ascendam tecum quia populus duræ ceruicis es: ne forte dispendam te in via.

Deus etiamabsens propter nostra scelera, fauere non desinit.

245 MIrum liberalissimæ diuinæ misericordiæ ingenium: non minùs benefícus solet Deus esse cum abesse videtur, quâm cum adesse.

CAP. 33. NUM. 5.

Populus duræ ceruicis es, semél ascẽdam in medio tui, & delebote.

Peccata hominis, quasi identificata cum homine.

246 SCilicét, quando Golgotha ascendam, & tunc delebo peccata tua, quæ tecum quasi connaturalia, & identificata sunt.

Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi.

Vanitas humana, metamorphosis.

247 AN ex ornatu, & indumentorum vanitate talem patimur metamorphosim, vt vel ipse Deus, & nos, & quid nobis fieri debeat ignorare videatur?

VEL SIC.

Nusquam homo vanitate abundè denudatur.

248 Quomodo iubet Deus quod ornatum deponant cum numero immediate antecedente dicat textus: *Audiensque populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo?* An quia nunquam taliter ornamentorum vanitatem exuimus, vt non adhúc plurimum deponendum remaneat?

VEL SIC.

Etiam in vili pœnitentiæ veste mundanus luxus ostentari solet.

249 Cultum lætitiæ exuerãt, ornatum mœroris induentes, ad hoc vt Dei iracundiam temperarent: Sed in hoc ornatu talem ostentatiui luxus pompam explicabant, quæ potiûs in iram incitaret Deum, quam leniret, & ideò misericorditér iusit Deus, quod funebrem illum ornatum deponerent, ne ad ipsorum internecionem ex vestimentorum luxuria irritaretur.

VEL SIC.

Mœrore peccatoris interno, non externo vestium ciulatu mouetur Deus ad misericordiam.

250 Vult Dominus, quod illis proficiat luctus, & mœror ad salutem, & misericordiam consequendam; proptér quod iubet, quod interiús doleant; non exteriori vestium demonstratione fleant, quoniam dolor proficuus solummodo ille est, qui præcordia pungit, non qui exterius prorrũpit, & visitur, qui enim publicationem ambit ille dolor non est, sed ostentatio doloris.

CAP. 33. NUM. 7.

Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procùl.

Ab hominum consortio fugiat, qui Dei colloquium appetit.

251 TAbernaculum illud erat in quo Moyses cum Deo colloquebatur, & ex quo ius populo dicebat, quod vtrumque, vt rectè fiat, ab hominum consortio, & conuersatione, quantum fieri potest procul abscedendum est.

CAP. 33. NVM. 8.

Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi.

Pro

Subditi superiorum clanculariij speculatores.

252 PRO comperto habeant cuncti Principes, omnes illos quibus iustitiã administrant, iusquè pronuntiant, esse actionum suarum clancularios speculatores.

CAP. 33. NVM. 10.

Cernentibus vniuersis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi: Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.

Nubem proximi, omnes, lumẽ, non omnes vident.

253 SI columna illa foret ignis lucidi, & refulgentis, & non densæ, & sub obscuræ nubis fortasè ab omnibus non videretur. Sed ait textus quod *adorabant*, ad quod possumus subnectere, quod etiam odorabãtur, seu curiositate clãdestina scrutabantur.

CAP. 33. NUM. 12. ET 13.

Et non indicas mihi, quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me, si ergo inueni gratiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuam, vt sciam te.

Qui gratiã Dei inuenit, ius ad faciem ipsius videndam adquirit.

254 LEgitima consequentia, qui enim gratiam Dei inuenit, ius ad faciem ipsius videndam acquirit; sed si Deus loquebatur Moysi facie ad faciẽ, vt patet supra num. 11. quomodo faciem Dei videre desiderat? An quia Moyses adeó sũmisẽ, & modestè cum Deo colloquebatur, vt ad ipsum oculos leuare nunquam auderet, nec nisi de expressa Dei licentia ausus fuisset?

VEL SIC.

Nusquam Deus in hac vita mortalibus satis se manifestat.

255 Gaudia supernaturalia, etsi ex se summè satisfaciant, dum tamen in hac mortalitate degimus, nunquàm satiant, & ideò desiderium eorum semper anxiè viuidum perseuerat, propter quod Dauid Psal. 16. num. 15. cecinit: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

Ostende mihi faciem tuam vt sciam te.

Solus Deus quod in se est in facie manifestat.

256 DEus se totum in facie demonstrat, non sic homo sub dolus, & versi pellis, cui frequentèr cor à facie discors, ideó tanquam magnum, propriũ, & speciale attributum Dei ponit Dauid, humani cordis scrutationem Psal. 7. num. 10. *Scrutans corda, & renes Deus.*

CAP. 33. NVM. 16.

In quo enim scire poterimus ego, & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis.

In segregatione à populi cõmertio humana gloria consistit.

257 IN Biblijs Parisijs á Roberto Stephano excusis anno 1534. pro verbo: *Glorificemur*, ponitur verbum: *Segregemur*: quod, & proprietati Hebraicæ, & morali eruditioni congruit, nam quô quis ab alio segregatur, & distat, eó glorioſior, & laudabilior apparet, ideó de Regibus, & Consulibus, ait Iob cap. 3. num. 14. ædificare sibi solitudines,

CAP. 33. NUM. 18. ET 19.

Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi.

Invisione diuina omne bonum.

258 AD petitionem visiónis faciei diuinæ sic respondet Deus, vel ad denotandum, quod in visione Dei consistat beatitudo, quæ est omnium bonorum agregatio, & quam Deus tunc Moysi promisit.

Vtde supra n. 258.

259 Vel moralitér: Ad significandum, quod Deus omne bonum promptum, & in facie habet, secus homines.

CAP. 33. NVM. 22. ET 23.

Cumque transibit gloria mea ponam te in foramine petræ, & protegam dexterâ meâ donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea faciem autem meam videre non poteris.

Legis Mosayeæ professores, nisi per Christi fidem non beãdi.

260 LEgem gratiæ, vel Deum humanatum (quæ tunc Dei *posteriora* erant) videre potest lex Mosayca, sed gloriam viderere non potest nisi transiens ad Christum, & per ipsum.

CAP. 34. NVM. 1.

Ac dic inceps: Præcide, ait, tibi duas tabulas lapidas instár priorum.

Damnum reparet ipse qui intulit.

261 AN quia Moyses priores tabulas fregerat mulctauit illum Deus labore dolandi secundas?

Leges Diuinæ primos in primis obligant.

262 Sed cur addit: *Tibi.* Vel ad denotandum, quod Principes populorum sunt primó, & principalitèr legibus diuinis subiecti, vel ne Reges, & Principes existimarent se ipsos à legibus exemptos.

Sint leges integræ, vt integrè obseruentur.

263 Sed cur nouæ tabulæ præcidi iubentur, cum priores possent deseruire, fracturâ earum per aliquod gluten reparata, vel miraculosè â Deo ad pristinam integritatem restituta? Certè non ita oportebat fieri, ne fractura, quam tabulæ ipsæ expertæ, & passæ fuerant, Israelicis, vel occasionem, vel excusationem ad leges in eis scriptas infringendas exhiberet,

VEL SIC.

In Mariano symbolo nil fractum, nil corruptum reponendum.

264 Tabulæ istæ in arca testamenti, symbolo Mariæ collocandæ erant, in qua indecens foret reponi aliquid vnquam vel vitiatum, vel corruptum.

CAP. 34. NVM. 29.

Cumque descenderet Moyses de Monte Sinai tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.

Minister bonus propij sit splendoris ignarus.

265 OPtimum signum optimi Ministri proprium sui ipsius splendorẽ ignorare.

CAP. 34. NVM. 30.

Videns autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem timuerũt propè accedere.

iudicialis potestas optimè in luce expressa, ne sit error exposita.

266 HÆC cornua sunt radij ignis significabant potestatem super populum à Deo Moysi collatam; ideò vt significaret Christus, Patrem non iudicare quemquam, sed omne iudicium in Filium transtuliſſe, esse se mundi lucem per Ioannem cap. 8. num. 12. aiebat.

Mali in timoris obiecto semper errant.

267 Sed quid timẽt Hebræi? Moysis faciem splendidé cornutam timent; & faciem vituli duré & denè cornutam non timent?

CAP. 34. NVM. 35.

Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

Qui cum Deo frequentèr loquitur, rarò cum creaturis conuersetur.

268 EX hoc textu patet, quod non solebat Moyses frequentér loqui ad populum, non tám, vt suam authoritatem tueretur, quam ad ostendendum, quod qui cum Deo frequentèr agit raró cum creaturis conuersari debet.

CAP. 35. NVM. 3.

Non succẽdetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati.

Non

In festis Deum materialis ignis extinguēdus, spiritualis accēdendus.

269 NON *accendetis ignem* scilicét, materialem ad nutrienda corpora, sed accendetis ignem spiritualem in pectoribus vestris ad gratiam Dei comparandam, & spiritum fouendum, ad quod inuendum exprimitur illud : *In omnibus habitaculis vestris.*

CAP. 35. NVM. 25.

Sed, & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum purpuram, & vermiculum, ac byssum.

Muliebris sapientia ad munia domestica deuoluta.

270 CUR *doctæ* mulieres nentes appellantur? Ad denotandum, quod omnis sapientia, muliebrisque doctrina ad colum, fusumque deuoluitur. Et aduerte, quod nō meretur appellari docta, nisi femina benè occupata.

CAP. 35. NVM. 27.

Principes verò obtulerunt lapides Onychinos, & gemmas ad superhumerale, & rationale.

Gemmæ principum supellex.

271 PROprietas Principū est gemmas posidere & æstimare.

CAP. 35. NVM. 35.

Ambos (scilicét Beseleel, & Ooliab) *eruditit sapientia, vt faciant opera abietarij, polimitarij ac plumarij, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.*

Inueniendi ars plusquam naturalis existimanda.

272 NOUA quæque in qualibet arte inuenire, est quædam prærogatiua diuinitùs infussa, ideò fortasé antiquitas rerum inuentoribus honores diuinos exhibuit.

CAP. 36. NVM. 3. ET 4.

Tradidit eis vniuersa donaria filiorū Israel, qui cum instarent operi, quotidiè manè vota populus offerebat: Vndè artifices venire compulsi dixerunt Moysi : Plus offert populus, quàm necessarium est.

Tributa benè expensa populus lubentér tribuit.

273 CUM res ad quas tributa populi destinantur, instantér fiunt, populus, nō solum libentér, sed etiam, redundantér tribuit, & impendit.

CAP. 36. NVM. 6.

Iussit ergò Moyses præconis voce cantari: Nec vir, nec mulier, quidquā offerat vltra in opere sanctuarij.

Atributis cessatio populo semper arridet.

274 CUR non clamari, quæ videbatur prior loquendi modus, sed cantari, ait textus? Quia cessatio á tributis, etiam ad rem honestissimā populoque gratissimam impensis, est res populis adeó læta, vt rauca, & inconcinna præconis vox, tanquā suauissima audiatur cantilena.

CAP. 38. NVM. 8.

Fecit, & labrum æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.

Fœminæ ad Deum spe culandum destinata speculis non indigent.

275 HOnestæ fœminę, quę Deo dicantur, non indigent speculis, nec mundo muliebri.

Ex nostris inutilibus Deo possumus vtilitèr deseruire.

276 Et nota, quomodo inutilia nostra, Deo vtilia imo, & necessaria fieri possunt.

CAP. 38. NVM. 19.

Columnæ autem in ingressu fuerunt quattuor cum basibus æneis.

Euangelia, & virtutes columnæ Ecclesiæ.

277 PER has quattuor columnas virtutes cardinales, vel quattuor euangelia significari possunt.

CAP. 38. NVM. 29.

Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli.

Nil quod in Dei obsequium impēditur, perit, despicitur, vel trāsi curatur.

278 NOta, quam exactè appensa, & numerata sunt, vt ex toto hoc capite constat, quę in Dei cultum fabricata sunt ex donarijs filiorum Israel, tam vt adamusim omnia à Deo remunerentur, quam vt aduertamus, nil exijs, quæ in Dei obsequium impendimus perite, despici, aut transcurari.

CAP. 39. NVM. 1.

De hyacintho verò, & purpura vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron, quandò miniſtrabat in ſanctis.

Sacerdotalia ornamenta ex Eccleſia ne exeant.

279 NE exiſtimaret Aarõ poſſe illa veſte vti extrà tabernaculum, & alio tempore, quam ſacrificiorum, & adolitionis incenſi, ideó deſignat tẽpus, & occaſionem.

Dignitas Eccleſiaſtica, etſi ſuprema, miniſterialis eſt.

280 Sed cur vtitur textus voce: *Miniſtrabat*, quæ ſeruile munus ſignificat? Cur non ponitur alius terminus tantæ, ac tam præfulgentis dignitatis expreſſiuus? An vt ſic poſſet eſſe typus illius, qui, cum eſſet dominus omnium, non venit ſibi miniſtrari, ſed miniſtrare, vt patet Lucæ cap. 22. num. 27.

CAP. 39. NVM. 2.

Fecit igitur ſuper humerale de auro hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

Sacerdos multiplici virtute adornandus.

281 PLuribus coloribus erant intertextæ veſtes Sacerdotales ad denotandũ illos, non ſimplici aliqua virtute, ſed multiplici adornandos.

CAP. 39. A NVM. 10.

Et poſuit in eo gemmarum ordines quattuor. In primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus: in ſecundo, carbunculus, ſaphirus, & iaſpis, &c.

Ut diuina fideles Cantilenæ ſint, conſonam inter ſe charitatem obſeruent.

282 CUR illæ lineæ lapidum ordinatorum appellantur verſus? An quia ſignificabant, omnes filios Iſrael in capitibus duodecim Patriarcharum comprehenſos, & per hoc admonebantur, de mutua interſe conſonantia, hoc eſt charitate, ſeruanda?

CAP. 39. NVM. 43.

Quæ poſtquàm Moyſes cuncta vidit completa benedixit eis.

Deſtinata Deo, ſi imperfecta ſint, non ſunt benedictione digna.

183 NON benedicturus Moyſes, ſi aliquid, vel minimum deficeret, nám, quæ ad Deum pertinent, ſi non ſint omnino completa, omnibuſque numeris, & perfectionibus abſoluta, non ſunt benedictione digna.



LIBER LEVITICI.

CAP. 1. NUM 4.

Ponetque manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens.

AD CAP. 1. NUM. 4.

Legis Mosaycæ sacrificia proficientia fuerunt ad salutem, non perficientia.

1 IN expiationē offerentis *proficiens*; sed nō, sicut legis gratiæ sacrificiū in hoc scriptę legis sacrificio præfiguratum, expiationem *perficiens*

CAP. 1. NUM. 7.

Et subijcient in altari ignem struem lignorum ante compositam, & membra, quæ sunt cæsa desuper ordinātes.

In sacrificijs, præsertim legis gratiæ, leuis etiā defectus, grauis censura dignus.

2 MEmbra victimæ Deo sacrificandæ iubentur ordinari, & igna ignem conceptura apté componi: Quia omne tumultuarium, & inordinatum sacrificium Deo displicet: quod aduersus sacerdotes acceleratè, negligentèr, & spretis passim cæremonijs ad altare litantes, notandum est.

CAP. 1. A NVM. 9.

Intestinis, & pedibus lotis aqua. Intestina verò, & pedes lauabunt aqua.

Quæ Deo offerenda, omnia munda esse debent.

3 IMmunditiæ nostræ, & terreni affectus, tam interni, vt sunt illi, qui intestinis adhærent, quam externi, i. est illi qui adhærent pedibus, non sunt Deo offerendi, ideó membra hæc á sordibus mundari iubentur.

VEL SIC ALLEGORICE.

Pœnitentiæ lacrymæ animæ sordes abluunt.

4 In hoc typice adumbratur pœnitentiæ Sacramentū, per quod sordes tam internę, quam externæ lacrymis labari debent.

CAP. 2. NVM. 11.

Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet: nec quidquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.

Quæuis corruptio, ac mundialis delectatio á sacrificio Domini arcenda.

5 FErmentum à sacrificio Domini omninó excluditur; quia initium, radixque corruptionis est: mel: quia mundialem

lem significat delectationem.

CAP. 3. NUM. 16.

Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris, nec sanguinẽ, nec adipem omnino comedetis.

Sinẽ dispendio temporaliũ vult Deus quod eius obsequia fiant.

6 VVlt Deus, quam minimo dispendio nostro, quod ipsi deseruiamus: ideo ea potissimum sibi offerri præcipiebat, & cremari, quæ sunt pessimi nutrimenti, & inepta ad comestionem, qualia sunt sanguis, & adeps.

CAP. 4. NUM. 2.

Anima quæ pecauerit per ignorantiam &c.

Lex neminem ex malitia peccare regulariter præsumit.

7 IN omnibus ferè transgressionibus apponitur: *Per ignorantiam*: Per obliuionẽ: Per errorem cum magno certè prudentique consilio: lex enim, & legislator non debent præsumere quemquam ex malitia peccaturũ, & legem transgressurum.

CAP. 4. NUM. 3.

Si Sacerdos, qui vnctus est, peccauerit, delinquere faciens populum: offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.

Sacerdos nunquam cadit quin alios cadere faciat.

8 SAcerdos nunquam sine cadit, quin alios cadere faciat, & ideò pro ipsius peccato offerri iubetur eadem expiatio, quæ pro peccato populi in communi, vt patet infra num. 13. & 14.

CAP 4. A NUM. 22.

Si peccauerit princeps, & fecerit vnũ é pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, & posteà intellexerit peccatum suum.

Rarus princeps se peccasse intelligit.

9 ADuertenter clausula hæc: *Et postea intellexerit peccatum suum*, adijcitur: Rarus enim princeps est, qui peccatum se commisisse intelligat.

Rarus princeps peccatum cognitum fatetur cõmissum.

10 Vel saltem cognitum cõfiteri vellit, vel á subditorum aliquo fugerente excipere.

CAP. 5. A NUM. 4.

Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel male quid faceret, vel bene, & id ipsum iuramento, & sermone firmauerit, obliitaque posteá intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam, siue capram.

Peccata leuia leuiter expiãtur.

11 PEccatum imperfectionis, defectusque memoriæ imperfecta victimâ, animali nempé debilis ætatis, femineique sexus expiari præcipitur.

CAP. 6. A NUM. 25.

Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum immolabitur coram Domino. Sanctum Sanctorũ est. Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi.

Aduertant Ecclesiastici se ã laicis omnimodè notari, & obseruari.

12 IN atrio comedi à Sacerdote præcipitur, in loco scilicet patenti, & aperto, vt ab omnibus videri possit, notarique, an cum debita deuotione, & reuerentia comedat: Aduertant ex hoc ministri Ecclesiæ ab omnibus laicis notari, qualiter, & quomodo Ecclesiastici prouentus ab eis expendantur; & multo diligentiùs, qualiter suo quisque munere fungatur.

CAP. 7. NUM. 18.

Si quis de carnibus victimæ pacificorũ die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti.

Dilatio gratitudinis ingratitudini æquiparatur.

13 QVia cum pro gratiarum actione sit, vt patet supra num. 12. & 13. foret contra bonos mores, quod vsque in diem tertium differretur.

CAP. 7. NUM. 34.

Pectusculũ enim elcuationis, & armũ separationis tuli à filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron Sacerdoti, & filijs eius lege perpetua ab omni populo Israel.

In

patientia, & amor præcipuæ præsulū virtutes.

14 IN pectusculo amor, in armo patientia designātur, quæ maximé in Sacerdotibus, præsertim primis, idest Episcopis, alijsque curam animarum gerentibus erga populum requiruntur.

CAP. 8. NVM. 2.

Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, &c.

Sacerdotij Mosayci sublatio in ipsa illius institutione innuitur.

15 EX modo significandi innuitur Sacerdotium illud tollendum, seu auferendum per aliud amplius, & perfectius sacerdotium, quod Paulus in epistola ad Hebræos per ferè totam cōmemorat.

CAP. 8. NUM. 26.

Tollens autem de canistro azymorū, quod erat coram Domino, panem absque fermento, & collyridam conspersā oleo.... adoleuit super altare holocausti eo quod consecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificijs Domino.

Deus, & Sacerdos se ad inuicē componunt, & quasi constituunt

16 IN Sacerdotis consecratione pars illius Domino cedit, vt Deus sit Sacerdotis pars: vnde in Psal 15. num, 5. dicitur: *Dominus pars hereditatis meæ*, &c.

CAP. 10. NUM. 1.

Arreptisque Nadab, & Abiú filij Aaron thuribulis posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat.

In Missæ sacrificio, vel leuis defectus est grauí censurá dignus.

17 EX modo significandi non videtur, istos Aaronis filios contra præceptū operatos fuisse, sed solum præter præceptum, & ex quadam inconsideratione, vel certiús præcipitatione, vt dictio: *Arreptis*, clarè insinuat: nihilominus experti sunt Deum enormiter offensum, & grauissimè vltorem. Caueant ergó purioris, & sanctioris sacrificij mystæ absque debita circunspectione ad altare accedere, & cum aliquo etiam leuissimo defectu litare.

CAP. 10. NUM. 17.

Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta Sanctorum est, & data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis.

Pauciſsimi superiores plus subditos quam se ipsos diligunt.

18 PAuciſsimi superiores ministri sunt, qui peccata populi deuorare vellint.

CAP. 10. NVM. 20.

Quod cum audisset Moyses recepit satisfactisuem.

Ante humanā assumptam fragilitatem humanæ Deus condescendit fragilitati.

19 EN quā benigné Deus humanæ condescendit fragilitati, & ob accidentales animi perturbationes, suo quandoque iuri diuino cedit.

CAP. 11. A NUM. 7.

Et sus, qui cum vngulam diuidat, non ruminat, horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.

Hebræorum arbitrium constringens, Christianā Deus præ oculis habuit libertatē.

20 IMmunda sunt vobis Hebræis, non alijs, nempè Christicolis, ab his, & alijs oneribus, ac seruiliter puerilibus obseruantijs eximendis, & absoluendis.

CAP. 11. NVM. 24.

Et quicumque mortuina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vesperum.

Cui peccatum contigit mortem contingit.

21 MOrticinum tangere tropologicè peccato inquinari significat.

Tandiù mortis possessio durat vsque dum á mortis triumphatore Christo deuicta fuit.

Sed cur tantum *vsque ad vesperum*? Forté quia in hac diei statione Christus munditiem nostrā consummaturus erat, & redemptionem.

CAP. 11. NUM. 18.

Et qui portauit huiusce modi cadauera lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum.

Hebræorum immunditia eximia inhærentia tardè, ac difficilè defæcabilis.

22 OMnis immunditia Hebræorum vsque ad vesperum idest vitæ finem durat ideó Dauid eorum proteruam pigritiam reprehendens Psal. 29. num.

num. 6. ait: *Ad vesperum demorabitur fletus.*

CAP. 11. NUM. 36.

Fontes verò, & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit.

Maria etiam typice adumbrata, ab omni labe libera.

23 ERgó illa quæ est fons signatus, puteus aquarum viuentium, cisterna Bethlehem inter inimicos incotrupta, in regione hostili incontaminata, & Dauidi reseruata, ab omni inquinamento peccati semper fuit mũdissima.

CAP. 13. NVM. 12.

Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit, considerabit eum Sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit.

Hæresis fædius malum, quam purus gentilissimus.

24 PER hunc leprosum exprimi videtur Ethnicus, qui nihil veræ Religionis habet ceteri partim sani, & partim leprosi hæretici videntur significari cumquibus Ecclesiæ Ministris negotium est, vel sanos declarare, si resipiscant, & in mentem sanam redeant, vel á recté credentibus separare, si in erroribus suis pertinacitér perseuerent.

CAP. 13. NVM. 44.

Qui cumque ergo maculatus fuerit leprà, & separatus est ad arbitriũ Sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum, ac sordidũ se clamauit, &c.

Saccus pænitẽtialis non est noua in Ecclesiam introductio.

25 LEprosus declaratus, dest hæreticus habitu pænitentiali induitur ad designationem, & propriam confussionem, donec conualescat, ac sanus declarari mereatur.

CAP. 14. A NVM. 34.

Si fuerit plaga lepræ in ædibus ibit cuius est domus nuntians Sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea.

26 SI plaga lepræ supponitur esse in domo, quare dominus illius non iubetur dicere Sacerdoti; plaga lepræ est in domo mea, sed *Quasi plaga lepræ?* An quia valdedurum foret aliquẽ obligare, vt rem propriam clarè, & assertiuè condemnaret?

Ua est se suam & iud famam.

VEL SIC.

Nemo se alieni fori iudicem fa

27 Veriús, & litteraliús: Quia nondum acceserat iudicium Sacerdotis, ad quem de iure spectabat plagam lepræ discutere, & declarare.

CAP. 17. NVM. 8.

Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum, siue victimam, &c.

In actibus publicis veræ religionis nemo audeat vel minimũ scandalum exhibere.

28 EX hoc textu colligitur quam bene, & politicochristianè cautũ est ab Ecclesia, quod Æthnici, & Sectarij inter nos de gentes, nullum actum externum veræ Religioni contrarium exerceant, sed se nobis exteriús conforment.

CAP. 19 NVM. 27.

Nec in rotundum attondebitis comam: nec radetis barbam.

Homo debet cogitationes suas ad propriam corporis, & spiritus compaginationẽ temperare.

29 CApilli frequentér in scriptura pro cogitationibus vsurpantur, quæ non debent esse æquales, sed inæquales; aliæ longiores, breuiores aliæ, vt á natura pili generantur, aliç enim cogitationes vsque ad cælum debent extendi; aliç ad terrena licitè quçrenda possunt decurtari.

CAP. 21. A NVM. 10.

Pontifex idest Sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, &c. Ad omnem mortuum non ingredietur omninô, super patre quoque suo, & matre non contaminabitur.

Sum-

Sacerdos ita viuat ac si inopinato esset moriturus.

30 SVmmus Sacerdos, vt notat Augustinus, non solebat ægrotare ne iuge incensum, & lucernarum concinnatio intermitteretur, sed subito mori, statimque filium consecrari, qui suo muneri incumbens parentis recens emortui pia officia iusté, & religiosé alijs curanda relinquebat.

CAP. 22. NVM. 23.

Bouem, & auem, aure, & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solui non potest.

Vota exactissimè adimplenda.

31 NOtandum est quam exactissimè vota Deo facta ad impleri debent: hinc non paucæ resolutiones in materia de voto veniunt dirigendæ, & decidendæ.

CAP. 22. NVM. 24.

Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis, ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne facietis.

Minister Ecclesiæ spiritualitèr fœcundus esse debet.

32 MInister præsertim Ecclesiasticus, spado, id est, qui sibi soli proficiens alios Deo generare nescit, & inutilis est, Deo displicet, quod, & fieri circa animalia omnino prohibetur, vt occasio illa Deo vnquam consecrandi radicitus tolleretur.

CAP. 24. A NVM. 2.

Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, Ponetque eas Aaron á vespere vsque ad mane coram Domino.

Coram Deo nil tenebricosū, omnia enim ipsi patent.

33 HÆ lucernæ accendebantur ante Solis occasum, & lucebant vsque ad post solis ortum, ad denotandum, quod nil tenebricosum, hoc est etiam leuiter peccaminosum coram Deo decet apparere, vel ad denotandum, quod diuinis oculis omnia semper clarissimé patent.

CAP. 24. A NVM. 10.

Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem peperat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelita. Cumque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysem (vocabatur autem mater eius Salumith; filia Dabri de tribu Dan.)

Hæreticali vnius indiuidui crimine, natio tota, si non infici, de honestari, & in honorari solet.

34 ÆGressus, scilicet à seipso, vel à sanamente: & aduerte, non casu notare textum patrem huius blasphemi fuisse Ægyptium, sed magno cōsilio ne adeó enormi, & sacrilego crimine vniuersa gens, & natio Hebræorum infamaretur.

Cum nomine delinquentis delictum quandoque aboleri solet.

35 Sed cur nomen blasphemi subticetur, cum matris nomen nō sileatur? An vt simul cum nomine blasphemantis, tanti piaculi memoria deperiret?

Uni delicto duplex pœna non correspondeat.

36 An ne simul sustineret pœnam præsentem, & ignominiam futuram?

Prauæ filiorum educatrix mater æternam meretur incurrere ignominiam.

37 Non verò, sic cum matre procedere oportebat, digna enim fuit æternam infamiam incurrere, quæ, & maritum Ægyptiacæ in dolis elegerat, & pessima educatione filium instituerat.

CAP. 25. A NVM. 29.

Qui vendiderit domum intra vrbis muros habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus, si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum & redimi non poterit etiam in iubileo.

Domorum conseruationi attendere curæ publicæ munus est.

38 HÆC legalis dispositio optimè consulit domorum conseruationi, aliter enim ruinis, & mille alijs incommodis, & damnis expositæ remanerent,

CAP.

CAP.26. NVM.12.

Ambulo inter vos, & ero Deus vester.

Deus in creaturarum cura, & prouidentia non cessat; & de humanitate assumenda frequentêr agit.

39 AMbulo, nõ quiescam, Deus enim nunquam quiescit in prouidentia, & cura creaturarum, vt patet ex illo Ioan. cap.5.num.17. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Et notandũ, Deum de sua carnis dispensatione, & cũ Hebræis cõuersatione loqui clariũs nõ potuisse.

CAP.26. NVM.14.

Quod si non auderitis me, nec feceritis omnia mandata mea, &c.

De malis mala potiùs historialitêr, quam prophetizê enuntiari possunt.

40 NON videtur loqui solum comminatorié, sed historialitér & propheticè, vt ex contextu apparet presertim ex n.44.



LI-

LIBER NVMERI.

CAP. I. NVM. I.

Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto.

AD CAP. 1. N. 1.

Tempus quo, & religio intimatur, & forma reipublicæ stabilitur cum nullo alio conferendum.

1 ANNO ALTERO: Cur nõ ait textus: *Anno secundo*? Ne referri videretur ad annum priorem, in quo fuerat decalogus á Deo ipso pronuntiatus, & promulgatus, tabernaculum erectum, testamenti arca collocata, sacrificiorum forma præscripta: ad quem nullus alius annus æquo iure referendus erat, & comparandus.

CAP. 1. NUM. 53.

Porrò leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel.

Ministrorũ Ecclesiæ præcipuum munus est inter Deum, & homines esse mediatores.

2 HÆC conuenientissima dispositio non solùm tendebat ad hoc, vt Leuitæ à Deo non discederent, sed ad illud maximè, nempè quod aduerterent, præcipuum eorum munus esse mediatorũ munus inter Deũ, & populum.

CAP. 4. A NVM. 5.

Ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum, quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursum velamine ianthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes.

Res ad modicũ tempus ablata, tanquam nõ ablata existimanda.

3 CVR ait textus, quod inducant vectes, cum supra Exodi cap. 25. num. 15. dixerit, vectes ab arcâ nunquám auferendos? Forté ad breuissimũ tempus auferebantur, vt commodiús arca inuolueretur, & modicum illud tempus pro nihilo re-

Putabatur, statim enim post arcam inuolutam inducebantur.

CAP. 5. A NUM. 12.

Vir cuius vxor erraverit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, &c.

Coniugata femina respectu omnium præter virum suum, tãquam virgo suspicienda.

4 CVR *In stupro* dicitur, quod est defloratio virginis, & non in adulterio, cum de femina nupta sermo sit? An quia coniugata femina respectu reliquorum præter virum suum, tanquam virgo intacta existimari debet, & sic qui illam violauerit, ac si virginem corruperit, coercendus est, ac puniendus?

VEL SIC.

Adulteriũ omnium luxuriæ specierũ compendiũ.

5 Adulterium dicitur stuprũ fortè quia malitiam in se aliarum omnium luxuriæ specierum in morali existimatione eminentér continet.

Ad perpetrandum adulterium præcèdat, necessê est, coiugis contemptus.

6 Et notandum mariti contemptum præmitti, vxor enim, quæ maritum reuerenti æstimatione prosequitur, moralitér impossibile est, quod honestissimum coniugij torum commaculare, & conspurcare audeat.

CAP. 6. NVM. 3.

A vino, & omni, quod inebriare potest abstinebunt, acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vba exprimitur non bibent, vbas recentes siccasque non comedent.

Quæ interpretationi patet lex, fractioni obnoxia est.

7 CVR in vini prohibitione etiam acetum includitur? Ne forté daretur occasio ad præcepti fractionẽ, possent enim vinum saltèm deterius nomine accti bibere.

Non semper lex prohibitiua strictam admittit interpretationem.

8 Sed cur etiam vba recens, siccaque interdicitur? Quia cum vino habent originariam, & naturalem dependentiam, & coniunctionem: nota pro lacticinijs simúl cum esu carnium iure prohibitis.

CAP. 7. NVM. 89.

Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin, vnde, & loquebatur ei.

Cessationis Mosayca fidei euidens argumentũ.

9 ERgo fides Moysis fuit etiam ex auditu vocis ex propitiatorio, ex cuius silentio, & cessatione euidentér ab Apostolo ad Hebræos, cessatio illius fidei arguitur, ideó forté inter alas Cherubin resonabat illa vox, quasi indé migratura.

CAP. 8. A NVM. 24.

Hæc est lex leuitarum, à viginti quinque annis, & suprá ingredientur, vt ministrent in tabernaculo fœderis: Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint seruire cessabunt, eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata.

Virilis ætas ad operandũ aptior; senilis ad custodiendum.

10 IVnior, & virilis ætas aptior ad operandum; senior, & decrepita ad custodiendum; nam quó decrescunt vires eo ampliús cupiditas, & auaritia naturalitèr crescunt, & augentur.

CAP 9. NVM. 23.

Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur.

Hoc

Deum ipſis velatè locutũ fuiſſe Hebræi negare ne queunt.

11 HOC *Uerbum Domini* erat nubes iamprogrediens, iam conſiſtens, vt patet ex hoc cap. á num. 17. Unde ergó negare poterunt Hebræi Deũ ad ipſos velatè locutum fuiſſe?

CAP. 10. *NUM.* 8.

Filij autem Aaron ſacerdotes clangent tubis, eritque hoc legitimum ſempiternum in generationibus veſtris.

Tubã prædicationis clangere ſacerdoti incũbit

12 TUbis clangere prædicationis ad ſolos ſemper ſacerdotes ſpectat, & ſpectare debet.

CAP. 10. *NVM.* 31.

Noli, inquit, nos relinquere: tu enim noſti, in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter.

Etſi ſupernaturalia ſuppetãt, naturalia media non ſunt deſpicienda.

13 ETſi Moyſes haberet Deum ductorem, & caſtrametatorem populi, comitatum, & ducatum Hobab non negligit, ſed procurat, vtpotè in illa ſolitudine verſati, & expertis media enim naturalia deſpicienda non ſunt, etſi ſupernaturalia ſuppetant.

CAP. 10. *NVM.* 32.

Cumque nobiſcum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis daturus eſt Dominus dabimus tibi.

Vide ad Geneſis num. 370.

14 VIde quæ ad Geneſis caput 45. num. 18. notata ſunt.

CAP. 11. *NUM.* 5.

In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique, & cepæ, & allia.

Carnalibus carnalia non ſolum in corpus, ſed etiã in mentem continuo adueniunt.

15 IN mentẽ veniunt imo potius in os, vtpoté eſculenta crudiora, indigeſta, & flatulenta, quæ grauando ventriculum, illud cogunt in turpes ructus hiare? Sed hominibus adeó carnalibus carnalia non ſolum in corpus, ſed in mentem etiam ſemper adueniunt.

CAP. 11. *NVM.* 10.

Audiuit ergo Moyſes, flentem populũ per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratusque eſt furor Domini valde: ſed, & Moyſi intollerandas res viſa eſt.

Uniuerſalis cõmunitatis fletus resomninò intolerabilis.

16 GEneralis cuiuſuis cõmunitatis fletus intollerabilis eſt homini rigido, quanto magis viro omnium mitiſsimo, qui tunc morabantur in terra, nempe Moyſi.

CAP. 11. *NVM.* 16.

Et dixit Dominus ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciesque ibi ſtare tecum, vt deſcendam, & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.

Non quilibet ætatè prouecti ſenes, & maturi ſunt.

17 NON quilibet ſenes iubentur congregari, & eligi, ſed noti á Moyſe, & experti in prudẽtia, ceterisque virtutibus ad bonum regimen ſpectãtibus.

Spiritus regiminis res Deo pretioſa.

18 Sed cur non de omnipotentiæ pęnu, ſed de Moſayco cẽſu vult illos Dominus ſpiritu regiminis ditare? An talis ſpiritus res adeó pretioſa eſt vt nollit illã Deus paſim expendere, ne dicam prodigere?

Principis á Deo electi virtutes ad alios ditãdos ſufficiunt.

19 Vero ſimilius eſt hoc feciſſe vel ad denotandum culmum virtutum Moyſi, quod non ſibi ſoli, ſed ad plures ditandos ſufficeret.

Vt plures benè plurimos regant, plures eundem ſpiritum habere debent.

20 Vel ad oſtendendũ, quod, vt benè regatur populus à pluribus, neceſſum eſt vt in omnibus ſit vnus, & idem ſpiritus.

CAP. 11. NVM. 24.

Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circà tabernaculum, &c.

Communitas semper integra, etsi pauci deficiant.

21 NVmerus septuaginta virorum tanquam omninò integer refertur, etiam si duo illi viri scilicet Eldad, & Medad defuerint, vt patet ex n. 26. sequenti.

CAP. 11. NVM. 29.

At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?

Legis gratiæ mysteria prævidens desiderauit Moyses.

22 ADuentum Spiritus Sancti videtur hîc Moyses in spiritu desiderasse.

CAP. 11. NVM. 34.

Vocatusque est ille locus, Sepulcra concupiscentiæ, ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat.

Inordinata concupiscentia non solũ inducit mortem sed etiã corruptionem.

23 CVR non mortes, sed *sepulcra concupiscentiæ*? Quia inordinata concupiscẽtia non solum inducit mortem, sed etiam corruptionem.

VEL SIC.

Inordinati appetitus vltra vitæ metam durare solent.

24 Concupiscentia, & reliqui appetitus inordinati, etiam in sepulchro durare videntur.

CAP. 12. NVM. 2.

Et dixerunt: Num per solum Moysem locutus est Dominus? Nonne, & nobis similiter est locutus?

Non omnibus se Deus æqualiter communicat.

25 LOcutus quidem Aaroni, & Mariæ Dominus, qui Moysi locutus est; sed non similiter, vt patet ex num. 6. 7. & 8. huius capitis.

Quod cum audisset Dominus.

Is, qui calumniam non audit, auditor ẽ profitetur Deum, & vindicem.

26 CVM Moyses detractione impetitus, nec illam audit, nec de illa aliquam curam seu solicitudinem habet, tunc illam auribus percipit Deus, ad illamque maximé attendit, vt insontem desontibus vlciscatur.

CAP. 12. NVM. 4.

Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis.

Cum Ecclesia in lege veteri adumbratur, mysterium Trinitatis expiimitur.

27 IN tribus istis Trinitatis mysterium allegoricé innuitur, cum ad tabernaculum fœderis, Ecclesiæ typum, exire iubeantur.

CAP. 12. A NVM. 15.

Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: Et populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

Etsi Dei ducatus adsit, Mariæ adiutorium necessarium est.

28 CVM ablatio nubis à tabernaculo præcisum, ac necessarium signum profectionis fuerit, vt patet supra cap. 9. à num. 17. & nubes hæc á tabernaculo septem ante dies receserit, vt supra num. 10. huius capitis manifestè liquet, cur populus Domini per tot dies immotus perstitit? An quia, etsi Dei ducatus adsit, sine Maria comite, & adiutrice, per huius vitæ desertum incedi nequit?

Dei genitrix matrem esse peccatorum nõ dedignatur.

29 Sed cur tantus, & tam expressus Mariæ Immaculatæ typus peccatrice leprâ inuritur? Certè, vt aduerteremus Dei genitricem, esse etiam Peccatorum matrem non dedignari.

CAP. 13. A NVM. 2.

Ibique locutus est Dominus ad Moysen dicens: Mitte viros, qui cõsiderent terram Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus: Fecitque Moyses, quod Dominus imperauerat.

Moy-

Christi præ Moyse missionalis præcellentia exprimitur.

30 MOyses iusu Dei misit duodecim viros qui considerarent terram, vnam scilicet, vberem quidem, sed per exiguam Prouinciam; Christus verò alios duodecim viros misit, qui vniuersum mundum lustrarent, eique cæli cognitionem infunderent, & ius in illud cæleste, & æternum Regnum impertirentur: accepta potestate filios Dei efficiendi.

CAP. 13. NUM. 33.

Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Israel dicentes: Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos.

Nonnulli ex munere lustratores potius deturpant, & obscurant, quàm illustrant.

31 NUlla terra est, quæ habitatores suos deuoret, sed potiús ab illis, in fructibus, & ceteris ab ea procedentibus deuoratur; etsi aliquando deuorare videtur, est quando iam habitatores non sunt, cum scilicèt moriuntur, & tunc potius eos in sinũ maternum benigné excipit, quã deglutit: sed sunt multi lustratores, qui potiùs lustrant ad vituperandum, quam ad illustrandum. Et nota, res etiam insensibiles iniquorum detractioni patere, & murmurationi obnoxias esse.

CAP. 13. NVM. 34.

Ibi vidimus monstra quædam filiorũ Enac de genere gigantco.

Metus monstra solet confingere.

32 METus Exploratorum fecit staturam Amorrhæorum de procera in monstrosam supercrescere.

CAP. 14. NVM. 44.

At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis.

Qui contenebratus ascendit præcipitandus ascẽdit.

33 QVI Contenebratus ascendit, necessé est, quod præcipitatus cadat, non descendat.

Arca autem testamenti Domini, & Moyses non recesserunt de castris.

34 CAstra hic appellantur; non vbi contra supremi ducis Moysis decretum militabatur, sed vbi iuxta ipsius ordinem, & obedientiam feriabatur.

Honestum militiæ nomen non meretur, qui cõtra supremi ducis præceptũ bellum aggreditur.

CAP. 15. NVM. 38.

Loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum.

Cogitationes humanæ limitibus nouissimorũ nostrorum coercendæ.

35 PER fimbrias, quæ sunt limites vestium indicantur limites, quos debemus ponere, & constituere cogitationibus, & desiderijs nostris.

CAP. 16. NVM. 3.

Cumque stetissent aduersus Moysen, & Aaron dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est & in ipsis est Dominus.

Nil á bonis præsulibus remotius quam ambitio.

36 AMbitionẽ vtriusque taxare intẽdunt, quod vitium tam á Moyse quam ab Aarone remotissimum.

Invna communitate, multi stulti, & præsumptuosi pauorum virtutes sibi arrogant.

37 Sed nota stultæ loquelæ arrogantiam: omnem multitudinem *Sanctorum* dicunt, cum modestius, vel saltem tollerabilius *Omnem multitudinem sanctam* dicerent. Hos imitanturacatholici, & communitèr omnes hæretici effucientes, omnes baptizatos per omnem vitæ cursum esse sanctos imo, & sacerdotales Ecclesiæ ministros.

CAP. 16. NVM. 30.

Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, &c.

Nouitates in materia religionis tanquã portentum abhorrẽdas.

38 REM portentosam, & terribilẽ nomine *Nouitatis*, significat, nota quantum Deo displiceant nouitates: quid ni Nouatiani, & Nouatores, & reliqui huius fæcis nebulones?

CAP. 18. NVM. 8.

Locutusque est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum.

Reddituum Ecclesiasticorũ nõ sunt prælati domini; sed Domini administratores, & æconomi.

39 NON vocatur Aaron Dominus primitiarũ; sed custos nomine Dei, vt illas auarè non reconderet, sed de illis eleemosynas largè, & liberalitèr distribueret.

CAP. 18. NVM. 13.

Uniuersa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos.

Reddituũ Ecclesiasticorũ retentio non vsus, sed abusus dici debet.

40 CEdere iubẽtur in vsus non in anxiã accumulationem, & auaran retentionem; hæc enim potiús abusus, quam vsus appellari debet.

CAP. 18. NVM. 29.

Omnia, quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima, & electa erunt.

Dolosæ decimãtiũ fraudes præmaturê à Deo taxatæ.

41 NOta quam præmaturé, & quanta diligentia præcauebat Deus malã, & dolosam decimationem tam in quantitate, quàm in qualitate fructuum Deo soluendorum.

CAP. 19. NVM. 12.

Aspergetur ex hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur.

Fides incompleta, & imperfecta non sufficit ad salutem.

42 NON satis est credere mysterium Trinitatis ad salutem, sed etiam redemptionis mysteria, septemque sacramenta, & quæ in illis includuntur,

CAP. 20. NUM. 1. ET 2.

Et mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumque indigeret aquà populus conuenerunt aduersum Moysen, & Aaron.

Vbi vel solum typicé Maria deest, penuria adest

43 EN vbi deest Maria, etsi solum nominalitèr representata, incipit populi penuria, & indigentia.

CAP. 20. NUM. 8.

Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.

Non iubet Deus dominij virgam ad feriendũ assumi.

44 NON iussit Dominus Moysi virgam arripere, vt petram feriret, sed vt illam manutenens, insignum diuinę potestatis, ad petram loqueretur, ideoque proptér inobedientem contrauentionem, & voluntatem Dei malé, ob negligentiam, perceptam, & executam iratus fuit Moysi Dominus.

CAP. 20. NUM. 12.

Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corám filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.

Qui Dei potestate tanquam propia vtitur potestate abutitur.

45 NON santificauerunt Moyses, & Aaron Dominum, quia quasi propria ipsorum, & non Dei virtute myraculum aggressi fuerunt, dicentes: *Num de petra hac, &c.*

CAP. 21. NUM. 6.

Quam obrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.

Qui Dei ministros momorderit à Dei ministris serpentibus mordebitur.

49 ÆQua, & iusta punitio: mordeat serpens ignitus, idest diabolus illos, qui mordere Deum, & Vicarium ipsius Moysem ausi sunt.

CAP. 21. A NVM. 7.

Orauitque Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet.

Diabelicas suggestiones nõ vult Deus á nobis abigere; sed aduersus illas optimè munire.

47 SIcut olim noluit Dominus ignitos serpentes abigere, vel destruere; sed remedium ad eorumdem morsus exhibere: Sic non vult Deus á nobis diabolicas repellere suggestiones; sed aduersus illas signo crucis fortitèr, & efficacitér armare.

CAP. 21. NUM. 22.

Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas exputeis, via regia gradiemur donec trãseamus terminos tuos.

In-

Crux via regia perquàm inter omnes hostes secure, & innoxiè incediur.

48 INter inimicos visibiles, & inuisibiles est via regia Crucis, per quam securè, & innoxiè gradiri possumus.

CAP. 22. NVM. 7.

Perrexerunt que seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus.

Cacopolitici honesta nomenclatura, & propriis muneribus malas artes honorare non dubitant.

49 DIuinationis sacro, & reuerenti nomine honestare conantur maledictionem expetitam, & notandum est quã promptum paratumque habebant iniquitatis stipendium.

CAP. 22. NVM. 12.

Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo.

A maledictione ineffica ci, & inualida timendũ, quid ab efficaci, & iusta.

50 A Maledictionibus, etiã inefficacibus præcauet Deus, & curat populum suũ eximere; vt discamus, quantum maledicta iustorum timenda sint, ea præsertim, quę authoritate publica vel priuata Ecclesiæ euibrãtur, vt sunt Ecclesiasticæ censuræ.

CAP. 22. A NVM. 13.

Qui manè consurgens dixit ad Principes: Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. Reuersi Principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum.

Iniquis mendacijs aulici ministri solẽt apud principem bonos subditos diffamare.

51 BAlaam dixit: *prohibuit me Dominus*, legati vêrò Balac retulerunt: *Noluit Balaam venire*, sic solent plures aulici suis Principibus adulatoriê mentiri, & bene moratos subditos alios que externos, cum quibus negotium est, iniquè diffamare.

CAP. 22. A NUM. 15.

Rursum ille multo plures, & nobiliores, quam antè miserat, misit. Qui, cum venissent ad Balaam dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cunctẽris venire ad me, paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi.

Ministri potẽtiores non rogare solent, sed violentèr imperare.

52 ISti, vt plures, & nobiliores, non demissè rogant, sed superbé imperant, & honores regios ceteris emolumentis præferunt.

CAP. 22. NUM. 18.

Respondit Balaam: si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei.

Quem diuitiarũ copia non mouet nulli alteri motiuo succumbet.

53 BAlaam de honoribus oblatis nihil curat, & solum de emolumentis, & pecunioso quæstu mentionem facit, quæ, cum non mouent ad operandum, reliqua omnia inefficacia sunt.

CAP. 22. NUM. 20.

Uenit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines isti, surge, & vade cum eis.

Regalis repetitio non petitio, sed coactio est.

54 REpetitio regalis instãtiæ, non petitio, sed coactio est, & ideô iubet illi Dominus, quod non resistat, vide notata ad num. 4. cap. 9. Lucæ.

CAP. 22. A NVM. 21.

Surrexit Balaam manè, & strata asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Deus.

Qui violentiã patitur, in nullo debet spontaneitatem ostendere.

55 IVstissimé irascitur Deus, quia perrexit Balaam in asina sua, cum ire deberet in vectaculo Nuntiorum Regis Balac, vt sic daretur in telligi, trahi violenter; non ire spontaneé, & voluntarié.

Instrumento, quo Deus ad benedicendum aliquando vsurus est nemini ad maledicendũ vti licet.

56 Vel quia disposuit ire ad maledicendum in illo vectaculi genere, in quo Christus iturus erat ad Ierusalem suo triumphali ingressu sanctificandam, & benedicendam.

CAP. 22. NVM. 23.

Cernens asina angelum stantem in via euaginato gladio auertit se deitinere, &c.

Discant homines â brutis se iræ diuinæ subtrahere.

57 COgnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, &c. Isaiæ 1. 3,

CAP.

CAP. 22. A NUM. 28.

Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertio? Respondit Balaam, quia commeruisti, & illusisti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem.

Censuris, & maledictionibus Ecclesiasticis parcè vtendum.

58 NOnne poterat asinam percutere anathematè maledictionis, quæ erat potentior, & formidabilior percussio Balaam? Sed maluit vti potius, fuste, & gladio, si illum haberet, quàm maledictione: videquam cautè, & raró censuris Ecclesiasticis in populum, in illo animali significatum, vtendum est.

Personæ Ecclesiasticæ, nec ad itinerandum armis vti debent.

59 Sed cur, iter acturus Balaam non se gladio instruit, & munit? Ad denotandum quod Ecclesiasticæ personæ, nec ad itinerandum debent se gladio, alijs ve armorum generibus præmunire.

VEL SIC.

Omnia armorũ genera supersũt cui maledictiones eubrandæ suppetunt.

60 Cui maledictionibus vti licet, nulla armorum genera necessaria sunt.

CAP. 22. A NVM. 32.

Cui angelus: Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam? ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihique contraria: & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret.

Corporis ægritudinibus solet Deus salutè animæ conseruare.

61 PER attritionem pedis seruauit asina vitã Balaam: sic solet Deus per ægritudines, & alia mala temporalia vitam animæ conseruare.

VEL SIC.

Leue malũ accidens, & mentẽ illustrare, & vitam solet cõseruare.

62 Per pedis attritionem, & denotauit asina erratam domini sui viam; & simul illi temporalem seruauit vitam.

CAP. 22. NVM. 37.

Dixitque ad Balaam, misi nuntios, vt vocarem te, cur non statim venisti ad me?

63 ETiam cum aliorum ope indigent, nolunt reges de sua potestatiua authoritate declinare.

Regalis fastus nulli vult indigentiæ succũbere.

VEL SIC.

Honores indebiti magna regibus coactionis instrumẽta sunt.

64 Honorem Balaamo impensum in legatione ad illũ missa, est, quod maximé causatur rex, & de contemptu accusat; ac si diceret: Egi tecum, tanquam cum æquali mittens nuntios, & legatos; non tanquam cum subdito, per epistolas vocans te, vel per satellites meos violentèr trahens, & tu recusasti statim venire ad me?

CAP. 23. NUM. 1.

Dixitque Balaam ad Balac: ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes.

Praui ministri laboriosa repellunt fructuosa appetunt.

65 ÆDifica, & para mihi: praui ministri, quod laboriosum est respuunt, quod vero honorificum, & fructuosum est sibi studiosé ambiunt.

Idololatræ sacrificia plurificant, vt sibi proficiãt, & plures Deos demereantur.

66 Sed cur tot aras vult ædificari? Vt plures offrendæ, ex quibus sibi aliquid percipiat, imponerentur.

Vide supra nu. 66.

67 Vel quia, vt idololatra, plures deos colebat, eosque propitios reddere satagebat.

CAP. 23. NVM. 10.

Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel?

Benedictiones suas Deus â nullo permittit immutari.

68 EN benedictiones quibus Deus Abrahamũ Genesis cap. 13. num. 16. benedixit.

CAP. 24. NVM. 4.

Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.

Pauli Apostoli cõuersio magna, & antiqua cura Dei.

69 HÆC videtur prophetia conuersionis beati Pauli Apostoli. Actuum Apostol. cap. 9.

CAP.

CAP. 24. *NVM.* 7.

Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas.

Per aquas populi, quia cito confluunt, & diffluũt.

70 IN aquas multas ideſt populos, hinc Apoc. cap. 17. dicitur. *Aquæ, quas vidisti, populi sunt.*

Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius.

Regiæ dignitatis translationẽ vult Deus prænuntiari.

71 PRophetia de abiectione Saulis 1. Reg. cap. 15. num 23.

CAP. 24 *NUM.* 24.

Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.

Vide supra nu. 71.

72 DEuastatio exprimitur Hebræorũ per Uespasianum Titumque facienda: Romanique Imperij desolatio.

CAP. 24. *NVM.* 25.

Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque, via qua venerat redijt.

Minister veridicus, etsi honorificè accersitus, recedet solus, & despectus.

73 SOLVS despectusque recedijt propheta, qui multis aulicis regijsque ministris comitatus aduenerat. Ex quo videre, & mirari datur, quod ex prauo quorundam principum more, minister, siue Ecclesiasticus, siue sæcularis, quivera loquitur, solus, despectus, & irremuneratus ab illis recedit.

CAP. 25. *NVM* 6.

Et ecce vnus de filijs Israel intrauit corãm fratribus suis ad scortum Madianitidem.

Donec vindicatiuæ iustitiæ sit satisfactum delinquentis nomẽ est subtrahendum.

74 NON exprimitur nomen huius liuidinosi, etsi esset vnus ex principibus populi, donec scelus illius vindicatũ fuit.

Nobilis qui luxuria fœdatur in plebeium degenerat.

75 Et nota, quod non appellatur vir, nec princeps, nec alio honestiore, & honorificentiore vocabulo, sed vulgari nuncupatione: *Vnus*, scilicet, *de filijs Israel*, ac si de aliquo infimæ plebis loqueretur.

Vide supra nu. 75.

76 Nota etiam, quod illa femina, etsi esset filia principis Madianitarum, nomine vilissimo scorti denominatur.

CAP. 25. *NVM.* 11.

Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam á filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo.

Deus solus veri zeli cognitor, & discretor, qui cũ in prælato adest, à Deo abest.

77 SOlus Deus scit, quando zelus hominum est diuinus, quando humanus: & aduerte, quod quandò est Minister, qui pro Deo zelet, suspendit pro se ipso zelare Deus.

CAP. 25. *A NVM.* 17.

Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: Quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere insidijs per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian Sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Prauireges honestatem prodigunt, vt ambitioni inseruiant.

78 NON dubitauit dux ille seu rex Madian, ex iniquo, & improbo Balaam consilio propriam filiam, & vt verisimile est, nondum nuptam, Hebræorum ludibrio exponere, falso existimans hoc medium aptum ad illorum ruinam. Quid infectũ relinquent principes obsuam, quã vocant, status rationem, quam deberent, potius suggestionem diabolicam appellare?

CAP. 26. *NUM.* 9.

Huius filij Namuel, & Dathan, & Abiron, principes populi, qui surrexerunt contra Moysen, & Aaron in seditione Core.

Peruersorum congregatio seditio est.

79 SEptuaginta, & Chaldaica pro *Seditione* legunt: *Congregatione*, & benè, quia malis, & peruersis idem est congregari, ac seditionem mouere.

CAP.

CAP. 26. A NVM. 10.

Et factum est grande miraculum. vt, Core pereunte, filij illius non perirent.

Miraculum est quod defeciente patre exitorum auaritia, & negligentia filij pupilli non pereant.

80 MIraculū est, quod, patre moriente, filij pupilli non pereant, sic manent periculis, & calamitatibus expositi ex tutorum auaritia, & negligentia, & in plurimum, pessima administratione.

CAP. 26. A NUM. 63.

Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse, & Elazaro sacerdote in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho, inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt à Moyse, & Aaron in deserto Sinai,

In sacra pagina fere omnes vniuersales propositiones exceptionem admittūt à Deo sic pro Mariæ priuilegio dispositum.

81 ECce Moyses non excipitur, nec tamen includitur in illa vniuersali negatiua; nota pro Immaculata B. Mariæ conceptione.

VEL SIC.

Princeps cum populo, sicut caput cum corpore non confunditur.

82 Princeps non includitur in categoria populi; sed seorsim considerari debet, quia caput est.

CAP. 27. ANVM. 15.

Cui dixit Moyses: prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc.

Perfectum præfectum præficere specialis Dei prouidentia est.

83 PErfectū prefectū prefficere ad specialē Dei prouidentiam spectat, ideò ait Moyses: *Prouideat sibi, &c.* Est enim res naturalitér ferè impossibilis, quoniam debet se ad omniū subditorum genium accommodare; sic per diuinam gratiam Paulus Apostolus omnibus se accōmodabat, vt omnes lucrifaceret.

Princeps est anima, & vita subditorum.

84 Aliqui pro verbo: *Spirituum* legunt: *Spiritum* in singulari per quod denotatur, quod princeps est vita, & anima subditorū, & propterea talitér se cum eis gerere debet, vt per ipsum viuificentur, non destruantur, & pereant.

CAP. 27. NUM. 21.

Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur, & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo, & cetera multitudo.

Vox Romani pontificis ab omnibus, cuiuscuis gradus, & conditionis sint, auscultanda.

85 HOC est specimen regiminis Ecclesiæ vniuersalis: vocem Summi Pontificis omnes Reges, & Principes Christiani eorumque subditi vniformitèr auscultant.

CAP. 30. NVM. 4.

Mulier, si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit.

Debitor iuridica consideratione censetur reus.

86 DEbitor; *Reus*, quod nomen delinquentis est, appellatur.

CAP. 31. A NVM. 1.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ulciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligēris ad populum tuum.

Princeps quæ pro religione pugnans moritur, & vitam, & famā æternam consequitur.

87 VOluit Deus Moysen moriturum, victorem ex hoc mundo discedere: vtramque enim mortem tam æternam, quàm temporalem, scilicèt oblibionis, erat superaturus.

Princeps iustus, è viuis decedens curam populi sui non dimittit.

88 Sed cur mortem naturalem Moysis per hanc phrasim: *Colligēris ad populum tuum:* Exprimit? An vt Moyses etiam mortuus, non esset sine populo, quem protegeret, dirigeret, ac gubernaret? Hinc clarè liquet, quod viri sancti, præsertim illi, qui publicis muneribus functi sunt, cum ex hoc mundo discedunt, curam, & regimen suorum non negligere, sed potiùs efficaciùs exercere, & sic paraphrasticé exponi possunt hæc verba: Colligēris ad populū tuum non solum illum, ex Ægypto á te eductum, qui te iam mortuus

tuus præceſit; ſed etiam ad populum remanentem, vitaque fruentem, vt ſicut nunc illius es ductor, ſic in alia vita ſis apud me pro illo perpetuus interceſſor.

VEL SIC.

Princeps iuſtus, è viuis decedens, cum magna fiducia ſuæ prædeſtinationis decedit.

89 Colligêris ad populum tuum, hoc eſt populum Sanctorũ tui ſimilium, & in ſinu Abrahæ commorantium.

CAP. 31. NVM. 3.

Statimque Moyſes: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam.

Vir iuſtus temporalem vitã pro æterna deſpicit conſequenda.

90 NON diſtulit ſanctus Moyſes, amore vitæ naturalis Madianiticam expeditionem, imó illam accelerauit, vt denotat particula: *Statim*; ſciebat enim quantum illi interesſet mortale, & corruptibile hoc cum immortalitate permutare.

Qui poſsint vltionem Domini expetere de Madianitis.

Victoria de religionis hoſtibus reportata, Dei, nõ hominis vltio eſt.

91 VLtionem Domini, non veſtram in bellicis enim expeditionibus pro Religione, cauſa Dei vnicé, & totalitér agitur.

CAP. 31. NUM. 22.

Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & ſtannum, & omne quod poteſt tranſire per flãmas igne purgabitur, quidquid autem ignem non poteſt ſuſtinere aquà expiationis ſanctificabitur.

Pro virium diuerſitate iuſtos Deus diuerſis exercet probationibus.

92 HIc probatio robuſtorum, & puſillorum exprimitur, quam ſolet Deus quotidiè facere; robuſtos enim per ignem magnarum tribulationum decoquit; imbecilles vero per aquam leuiorum afflictionum exercet.

CAP. 31. NUM. 35.

Animæ hominum ſexus feminei, quæ non cognouerant viros triginta duomillia.

Vtrunque ſexũ eiuſdem eſſe ſpeciei contra impiũ Mahumetum defenditur.

93 MAhumeti errorẽ prçiugulat, femineum ſexum virili ſpecificé deteriorem falsó effutientis.

Præcipua virginitatis virtus in animæ incorruptione conſiſtit.

94 Sed cur hæ non dicuntur virgines, ſed *Quæ non cognouerant viros?* Quia virginitas eſt incorruptio mentis, & corporis, & illæ feminæ, vtpotè idololatræ, & abſque vera religione educatæ, non dubium quin turpibus deſiderijs fuerant corruptæ, licét ſignaculum corporalis virginitatis nondum amiſiſſent.

CAP. 32. A NUM. 1.

Filij autem Ruben, & Gad habebant pecora multa: & erat illis in iumẽtis infinita ſubſtantia, &c.

Subſtantia tẽporalis nimia sẽper fuit, eritque beatitudinis cõſequendæ obſtaculum.

95 NOtandum eſt, quanti ſit impedimenti nimia ſubſtantia temporalis ad Iordanem tranſeundum, & terram promiſsionis, ſeu beatitudinis poſsidendam.

CAP. 33. A NVM. 3.

Videntibus cunctis Ægyptijs, & ſepelientibus primogenitos, quos percuſſerat Dominus (nam, & in dijs eorum exercuerat vltionem.

Primogeniti parentum dij æſtimari ſolent.

96 PRimogeniti appellantur dij nam in eis ſolẽt parentes idolatrare.

CAP. 33. A NVM. 55.

Sin autém noluerit is interficere habitatores terræ, qui remanſerint, erunt vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduerſabũtur vobis in terra habitationis veſtræ, & quidquid illis cogitaueram facere vobis faciam.

Lex Moſaycà ex ſe non perpetua, ſed temporalis, & deficiẽs.

97 PRophetia de Hebræorum deſtructione, ex quo ſequitur, legem ſcriptam nõ perpetuam ex ſe fuiſſe, ſed temporariam.

CAP. 35. A NVM. 13.

De ipſis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Iſrael, quam aduenis, & peregrinis, vt confugiant ad eas.

Cur

Qui à pijs religionis exercitijs remotior, scelerib⁹ committẽdis proximior.

98 CVR è sex ciuitatibus refugij assignantur tres vltrâ Iordanem duabus tantum cum dimidiâ tribubus; cum citrá Iordanem, nobem tribubus cum dimidiâ aliæ tres Ciuitates refugij solummodò assignentur? An, quoniam illi proptèr maiorẽ distantiam primùm á Tabernaculo, postmodùm â Templo, magnamque remotionem á sacrificijs, sacrarumque rerum exercitationibus, crebriùs á prudentissimo Moyse existimabantur in grauiora peccata, & consequentèr frequentiora homicidia prolapsuros?

CAP. 35. NUM. 25.

Liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donéc sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, mortatur.

Per Christi mortem reatus ablatus, & ad cœlestẽ patriam patuit aditus.

99 PER mortem sacerdotis magni Christi omnis reatus sublatus fuit: & ad patriam nostram, nempè Hierusalẽ cœlestem patuit reditus.

CAP. 35. NUM. 31.

Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim, & ipse morietur.

Super humano sanguine negotiari iure diuino prohibitum.

100 EN indulta, & aliæ super humano sanguine turpes negotiationes, & nequissimi abusus constãti, & æquo iure diuino prohibiti.



LI-

DEUTERONOMIVM.

CAP. I. NVM. I.

Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri contra Mare rubrum inter Pharan, & Tophel, & Laban, & Haserot, vbi auri est plurimum.

AD CAP. I. N. I.

Diuitiæ legum obseruantiæ proficuæ.

1 RECAPITVLAtur lex vbi est auri plurimum, quia abundantia temporaliũ diuitiarum, est optima dispositio ad legum obseruantiã. *VEL SIC.*

Diuites vel cõtemnunt leges, vel obliuiscũtur.

2 Lex recolitur, vbi abundat aurum, quia solemne est diuitibus leges obliuisci.

VEL SIC.

Diuina lex auro præferenda.

3 Lex, coram auri abundantia, recolitur, vt scirent Israelitæ, legem Dei auro præferendam.

CAP. I. NVM. 12.

Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus, ac iurgia.

Opprobria, & scõmata regalis fastimentia præmia esse solent.

4 SCiat rex, & supremus gubernator, se pondus totius populi super se habere, & propter hoc, non laudes non encomia; sed scommata, iurgia, & opprobria percepturum.

CAP. I. NVM. 15.

Tulique de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula.

Sapientes nobilibus præferendi.

5 SApientes, nobilibus præponit, æquissimâ quidẽ ratione: sapientia enim splendor mentis est, & â possidente acquisita; nobilitas est splendor sanguinis â Maiotibus deriuatus, qui enim egregijs facinoribus se ipsos nobilitant, ad sapientum categoriam reduci debent.

CAP. 1. NUM. 17.

Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personã, quia Dei iudicium est.

Iudicare quid diuinum est.

6 IVdicare quid diuinum, & supra naturam est: ideò *Elohim.* Deum, iudicesque promiscuè significat.

CAP. 1. NVM. 21.

Vide terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascende, & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quidquam paueas.

Quibus Deus ductor est nulla timoris causa est.

7 DIcit: *Noli* ad denotandum, quod si aliquis timorem conciperet non futurũ legitimum, & ab formidabili hostium potentiâ incutiendum, sed affectatum, seu voluntarium, vel â propriâ ipsorum pusillanimitate oriundum, cum nulla sit rationalis causa timoris quibus Deus ductor est, vel Dei auxilium præstó adest: vide infra num. 29.

CAP. 1. NUM. 22.

Mittamus viros, qui considerent terram.

Diuina promissa non tam oculis quam mente lustranda.

8 COnsiderent, ideſt, non tantum oculis lustrent, sed etiam mentis consideratione inspiciant, & discurrant.

CAP. 1. A NVM. 37.

Nec miranda indignatio in populum; cum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc, sed Iosue filius Nun, minister tuus, ipse intrabit pro te, hunc exortare, & robora, & ipse sorte terram diuidet Israeli.

Peccata populi in principem redundare solent.

9 PEccata populi in principem, & ducẽ solent redundare. Et nota quam cautè, & prudentèr Moyses iam inaugurabat Iosue in principem, & sui successorem, & hoc ex dispositione diuinâ, ne ducatus totius populi ab alijs populi primatibus ambiretur; ex quo disturbia maxima orirentur; & simul præscribit tam Iosue, quam populo formam distributionis terræ promissæ, nempe per sortitionem.

CAP. 1. NVM. 42.

Ait mihi Dominus; dic ad eos: Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris.

Cum iusta belli causa abest, tristissimus effectus statim adest.

10 CUM Deus, hoc est iusta belli causa abest, tristissimus belli euentus expectari debet.

CAP. 2. NVM. 5.

Videte ergò diligenter, ne moueamini contra eos: neque enim dabo vobis de terrâ eorum, quantum potest vnius pedis calcare vestigium.

Possessio est pedum positio.

11 NON exageratiuè loquitur textus, sed propriè, iuridicè, & rigorosè, nam per vnius pedis positionem permissam vniuersæ prouintiæ possessionem se adeptos crederent.

CAP. 3. NUM. 1.

Itaque conuersi ascendimus per iter Basan.

Qui verè ad Deum conuertũtur de virtute in virtutem ascendunt.

12 COnuersi ascendimus: Congruè etiam secũdum moralem intelligentiam exponi potest; qui enim verè conuertuntur ad Deum, statim ascendunt, arduumque virtutum iter alacritér arripiunt.

CAP. 3. A NUM. 27.

Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad Occidentem, & ad Aquilonem Austrumque, & Orientem, & aspice, nec enim trãsibis Iordanem istum: præcipe Iosue, & corrobora eum atque conforta, quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis terram, quam visurus es.

Lex

Mosayca lex per terram duxit; sed gratiæ lex in cælum introducit.

13 LEX scripta in Moyse figurata, non ducit nos vsque ad cæleſtem terram promiſsionis; ſed lex gratiæ in Ioſue ſignata, ideó Moyſi dicitur: *Nec enim tranſibis Iordanem iſtum.*

Mosayca littera occidit.

14 Sed nota, quod Moyſi â Deo priùs *Occidens* oſtenditur, vel quia littera moſayca occidit, vt ait Apoſtolus.

Mortis meditatio in vitam ducit.

15 Vel quia, qui vult ad *Oriẽtem* æternæ vitæ peruenîre, Occidentem mortis præ oculis habere debet.

CAP. 4. NUM. 20.

Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hereditarium.

Purgatorij fornàx in cælũ nos excoquit transferendos.

16 DE *fornace ferrea*, ideſt, igne Purgatorij ad cæleſtis hereditatem beatitudinis.

CAP. 4. NVM. 24.

Quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator.

Deus ignis omne idolũ cõſumẽs

17 IGnis conſumens omne idólum.

VEL SIC.

Zelus vel in ipſo Deo conſideratus conſumptiuam vim obtinet.

18 Zelus, & æmulatio, vel in ipſo Deo proprietatem conſumptiuam habent.

CAP. 4. NUM. 30.

Poſtquam te inuenerint omnia, quæ prædicta ſunt, nouiſsimo tempore reuertêris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius.

Hebræi propè mundi finem ad fidem conuertẽdi

19 CONuerſio Hebræorũ propé mundi finẽ hîc expreſsé prænuntiatur.

CAP. 4. NUM. 39.

Scito ergò hodié, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipſe ſit Deus in cælo ſurſum, & in terra deorsùm, & non ſit alius.

Dei maieſtas tám in inferno, quã in cælo reſplendet.

20 MAieſtas Dei adeó ſublimis, ſuper excelſa, & ſola eſt tam in cęlo remunerans, quam in inferno puniens: Vide D. Thomam opuſculo 63. ex S. Iſidori ſententiâ.

CAP. 5. ANVM. 9.

Ego enim ſum Dominus Deus tuus: Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam, & quartam generationẽ his, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, &c.

Largius Deus iuſtos remunerat quam malos punit.

21 DEus ſontes limitatè, & determinaté punit, inſontes verô, & ipſum diligentes illimitaté remunerat.

CAP. 5. NVM. 14.

Septimus dies Sabbati, id eſt requies Domini Dei tui, non facies in eo quidquam operis.

Noſtra quies requies Domini dicitur.

22 REquies Domini, id eſt ad vacandum Domino.

VEL SIC.

Vide ſupra nu. 22.

23 Requies hominum, requies etiam ipſius Dei eſt, ideò, dies ad mortalium requiem deſtinatus, dies requiei Domini nuncupatur.

CAP. 5. NVM. 22.

Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte, de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce mægná, nihil addens amplius.

Decalogus bene obſeruatus ad totius mundi regimen ſatis eſt.

24 NON eſt neceſſarium addere aliquid Decalogo ad hoc, vt per ipſum adequate, & fidelitèr obſeruatum, nõ ſolum quæuis prouintia, ſed vniuerſus etiam mundus in iuſtitiâ contineatur, & rectiſsimè gubernetur.

CAP. 5. NVM. 32.

Cuſtodite igitur, & facite, quæ præcepit Dominus Deus vobis: Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Vide ad Iosue cap. 23. n. 6. s. 61.

25 A lege declinare, etsi adexteram, hoc est faciendo meliora, quam quæ ipsa lex præcipit, declinare, & deficere est: quando scilicet, prudentiæ regulis aduersatur: Vide ad Iosue cap. 23. n. 6.

CAP. 6. NVM. 18.

Fac, quod placitum est, & bonum in conspectu Domini, vt bene sit tibi.

Non omne quod hominibus apparet bonum coram Deo bonum est.

26 ADditur: *In conspectu Domini*, quia non omne, quod bonum est in conspectu hominum, solet esse bonum in conspectu Dei.

CAP. 6. A NUM. 20.

Cumque interrogauerit te filius tuus crás dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? Dices ei: Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti.

Filij de maiorū deffectibus secretò à parentibus instruendi.

27 QVam consoné ad legem Dei faciunt Christiani, qui filios suos de maiorum suorum deffectibus secretó admonent, & aduertunt: ne inordinatè superbiant, propterea que aliorum conciuium despectibus, & increpationibus pateant.

VEL SIC.

Nulla maior obligatio quam quæ Christo debetur ab humano genere.

28 Si adeó obligati Hebræi Domino proptér Ægyptiacam libertatem, quanto obligatiores sunt omnes homines Christo asertori nostro, qui á misero dæmonis mancipatu nos redemit?

CAP. 7. NUM. 9.

Et scies quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis, & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius in mille generationes. & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrá non differat, protinùs eis restituens, quod merentur.

Pœna sontibus restituitur quia iure debita.

29 SVpplicium sontibus adeó debitum, vt cum Deus in illos animaduertit potiùs videatur restituere quám punire.

VEL SIC.

Sontibus pœnā differre est iustitiæ rapinā facere.

30 Non statim sontes supplicio afficere est quædam rapina facta ipsimet iustitiæ commutatiuæ: ideò sontium animaduersio restitutio nuncupatur.

Deus rigidè loquitur, vt peccator timeat; benignè agit, ne pereat.

31 Sed cur dicit Deus se statim peccatores punire, cum sæpe sæpius in longinquũ differat? Loquitur rigorosè, vt timeant: benigné agit, ne pereant.

VEL SIC.

Leges seuerius pronũtiandæ quã exequi.

32 Hîc est Deus legem condens, & proferens: in sontiũ verò peccatorum punitione est legem á se latam ad implens; & leges rigidius debent loqui, seu pronuntiari, quam ad impleri, vt ex hoc discant iudices terreni, & inferiores legum rigorem mitigare.

VEL SIC.

Quæuis pœnæ infrictio, etsi serotina, benignissimo Deo apparet præmatura.

33 Nullum peccatorum supplicium, etsi valdé dilatum, videtur Deo distans, & remotum; sed valdé acceleratum imo statim, seu protinús inflictum.

CAP. 8. NVM. 3.

Et dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui: vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo; sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.

Manna Christianorum ab Hebræorum manna infinitè in substantia differens.

34 MAnna Hebræorum non fuit verbũ propriè de ore Dei egressum, secus Manna Christianorum, quod Eucharistia est, Verbumque de ore Dei verè, & proprié procedēs, ideó & si in manna Hebræorum præfigu-

figuratum, infinitè tamen in substantia, & proprietatibus differẽs, vt ait Christus Ioan.6. in cap.

CAP.8. A NVM. 19.

Sin autem oblitus Domini Dei tui secutus fueris deos alienos, coluerisque illos, & adoraueris: Ecce nũc prædîco tibi, quod omninó dispereas; sicut gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis.

Omnis Hebræorum expectatio frustranea est.

35 VT quid ergô contra tam euidentem textũ expectant Hebræi suam in Palestinæ Prouintiam reuersionem?

Promissiones Dei de re futura tanquam de præterita referri possunt.

36 Sed cur ait textus: *Deleuit*, cum nondum aliqua ex illis nationibus terræ promissæ incolis deleta esset? Quia ex indeffectibili Dei promissione loquitur de re infecta tanquam iam præterita, quod solemne est omnibus prophetis.

CAP.9. NUM.1.

Tu transgrediêris hodiè Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te ciuitates ingentes, & ad cælum vsque muratas.

Deus sibi laborem sumit; nobis requiem præparat.

37 NON *vt debelles*, sed *vt possideas*, ego enim pugnaturus, non tu. Uterque quidem ingrediemur, sed ego pugnaturus tu quietè, & pacificé possessurus.

Infidelium malitia, & turres aduersus cælum erigunturo

38 Sed cur ciuitates Amorrhęorum, ceterarumque nationũ *Ad cælum vsque muratas*, ait textus? Fortè non solum obturrium, & murorum eleuationem, sed etiam, imo potius, & principalius propter falsæ, & iniquę religionis professionem, erant enim idolatrantium habitationes, & propugnacula aduersus cęlum eleuata.

CAP.9. A NUM.19.

Timui enim indignationem, & iram illius, quâ aduersum vos concitatus delere vos voluit, & exaudiuit me Dominus etiam hac vice. Aduersum Aaron quoque vehementèr iratus, voluit eum conterere, & pro illo similitèr deprecatus sum.

In communi aduersus religionẽ peccato longè grauius præsul quã reliquus populus delinquit.

39 ADuersus omnem populum refert Moyses Deum irâ concitatum; aduersus Aaron verò singulariter *vehementèr iratum*, vel quia grauius ille solus, quam omnis populus in illo idololatriæ scelere peccauit.

Vide supra n. 39.

40 Uel quia peccatum illius fuit peccatum ministri Ecclesiastici, quod peccatis vniuersi populi præponderans, & grauius est.

Corporis moralis caput cum reliquis membris non confunditur.

41 Sed cur de illo seorsim loquitur? Quia cum esset Aaron totius populi caput supremusque in Leuitico munere minister, non debebat cum corpore populi cõfundi; sed de illo seorsim, & separatè agere oportebat: Vide lib. Numer. cap. 26. n. 64.

Pro superioribus supremis preces seorsim fundendo.

42 Nota etiam, quod Moyses pro Aarone seorsim, & singulariter deprecatur: ex quo solemne in Ecclesia est pro supremis reipublicæ Ministris tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus singillatim preces fundere.

CAP.9. NVM.21.

Peccatum autèm vestrum, quod feceratis, ideſt vitulum arripiens, igne combussi, & infrustra comminutum, omninòque in puluerem redigens proieci in torrentem, qui de monte descendit.

Idololatriæ omnis, vel minima scintilla extinguenda.

43 IN torrentem de monte præcipitè proiecit Moyses prudentèr cautus, vt impetu descendentis, & decurrentis aquæ aurum idolicum puluerizatum, omninó dispergeretur, ne vel aliqua ipsius particula, & scintilla apparèret, vel videri ab Hebræis posset.

CAP. 9. A NVM. 27.

Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob: ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum: ne fortè dicant habitatores terræ de qua eduxisti nos: Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est eis, & oderat illos: id circò eduxit, vt interficeret eos in solitudine.

Pijssimus Deus etiam inefficacibus rationibus efficacitér ad pietatem mouetur.

44 HÆC ratio erat inefficax præsertim Ægyptijs, stabant enim pro Dei omnipotentiâ tot prodigia, & signa in eorum prouintiâ, terrâ marique, peracta; insuper ipsamet populi Israelitici validi, & numerosi destructio, & dissipatio; sed pijssimus Deus, & ad miserendum semper procliuis, etiam inefficacibus rationibus efficacitér mouetur ad pietatem, & indulgentiam.

CAP. 10. NVM. 12.

Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum.

In lege scripta timor amori; in gratiæ lege amor timori præponitur

45 IN lege Moysi prius ponitur timor Dei, posterius amor; ecóntra veró in lege gratiæ prius amor, posterius timor.

CAP. 10. A NVM. 17.

Quia Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium: Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera, facit iudicium pupillo, & viduæ, amat peregrinũ, & dat ei victum atque vestitum.

Humanum genus respectu Dei peregrinus nuncupatur.

46 AMat Deus peregrinũ, ideſt genus humanũ: á cæleſti enim patria abſens, per mundi deſertum triſtis incedit.

CAP. 11. NUM. 8.

Et posſitis introire, & possidere terram ad quam ingredimini, multoque in ea viuatis tempore.

47 NON dicit promiſſionis terrã ſemper ab Hebræis poſſidendam, ſed per longum temporis interuallum.

Terra promiſſa Hebræis non ad ſempêr poſſidendam promiſſa.

CAP. 11. NVM. 21.

Vt multiplicentur dies tui, & filiorũ tuorum, in terra, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis quandiú cælum imminet terræ.

Canaanitica terræ de duratura poſſeſſione promiſsio, etiã cũ verbis abſolutis proponitur, conditionaté venit intelligenda

48 PRomiſsio de terrę canaaniticæ duratura poſſeſsiône ſemper fuit conditionalis, ſi ſcilicet mandata Dei cuſtodirẽt, & iuſtitias eius non profanarent, licet aliquàndo verbis abſolutis proponatur.

Cælum non tã eminet, quã imminet terræ.

49 Sed cur dicitur *cælum imminere terræ*, non *illam includere, & operire*? Quia cælum, non tam eminet, quam imminet terræ, vt inſtrumentalis iuſtitiæ diuinę teſtis, ad peccatorum punitionẽ, quę in ea perpetrantur. Vide Geneſ. n. 20.

CAP. 11. NVM. 32.

Videte ergo vt impleatis ceremonias atque iudicia, quæ ego hodiè ponam inconſpectu veſtro.

Qui legem diuinã non ad implet, tam mente quã corpore cæcus eſt.

50 REctè dicitur: *Videte*, non tam, vt oculos eleuarent ad reſpiciendum, quam vt aduerterent, quod qui legem diuinam adamũſim non implet, cæcus eſt tam corpore, quam mẽte.

VEL SIC.

Legis diuinæ cuſtodia intellectiuæ capacitatis argumentum eſt.

51 *Videte*, ideſt, ſic agite vt videamini viſiône, tam intellectuali, quam corporali pollére.

CAP. 12. NUM 8.

Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodiè, ſinguli, quod ſibi rectum videtur.

Lex non obligat vſque ad ſufficientem ſui promulgationem.

52 VIdetur, legem Moyſis non fuiſſe Hebræis obligatoriam, vſque dum terra promiſsionis pacificé poſsiderẽtur: Et nota quod hîc promulgatur lex ſcripta legi naturali ſubſecuta.

CAP.

CAP. 13. NVM. 17.

Et non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua.

53 MAnus cupidæ habēt neſcio quid glutinoſum, mediô quô omnia tangibilia ipſis adhæreſcunt.

Manus cupidæ, glutinoſæ.

CAP. 14. A NVM. 28.

Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus quæ naſcuntur tibi eo tempore, & pones intra ianuas tuas; venietque Leuites qui aliam non habet partem, nec poſſeſſionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intrá portas tuas ſunt, & comedent, & ſaturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

54 HIC præſcribitur non ſolum Eccleſiaſticis perſonis, ſed etiam ſæcularibus optimus modus, Deoque probatiſsimus, eleemoſynas pauperibus quibuſcunque de redditibus annuis elargiendi.

Adeò placet Deo eleemoſyna, vt de illius erogandæ modo ſpecialem curam aſſumat, metodūque præſcribat.

CAP. 15. NVM. 4.

Et omninò indigens, & mendicus non erit intér vos.

55 QVomodo dicit: *Indigens, & mendicus nō erit intêr vos*, cum infrá num. 11. dicat: *Non deerunt pauperes in terrâ habitationis veſtræ*? Ego antilogiam iſtam ſic componerem: non deerunt pauperes ex meâ prouidentiâ, vt non ſint ex veſtrâ miſericordiâ, in qua honeſtiſsimâ belli geratiône, & competentiâ, vos nō ſolum me vincere potéritis; ſed etiam potiores, & nobiliores actus exercere; ego enim prouidentiā, quæ ad œconomiā ſpectat, exercebo: vos liberalitatem, & miſericordiam, quę ſunt virtutes regales, & me Deo dignæ, exercebitis.

In materia eleemoſynæ elargiēdæ, licet non ſolū cum Deo cōtendere, ſed ipſum vincere, & potiores partes obtinere.

VEL SIC.

56 Non erit inter vos omnîno indigens, ex obligatione naturali, quâ tenemini extremę neceſſitati ſucurrere: non erit mendicus ex bono rectoque veſtræ reipublicæ regimine, & gubernatione.

Extremæ neceſſitati naturæ; cōmunibus indigētijs bona reipublicæ adminiſtratio occurrit.

CAP. 15. NVM. 7.

Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terrá quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum.

57 AVaritiā, & immiſericordiam in radice curat; ideoque cordis obdurationē prohibet: nam cum manus à corde pendeat, contractio manus eſt actio naturalitér ſubſecuta ad cordis obdurationem, & rigeſcentiam.

Immiſericordia in radice, hoc eſt in corde curāda.

CAP. 15. A NVM. 16.

Sin autem dixerit: Nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam, & bene ſibi apud te eſſe ſentiat: aſſumes ſubulam, & perforabis aurem eius in ianuâ domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in æternum, ancillæ quòque ſimilitér facies.

58 QVomodò caducæ, & tēporalis vitæ curriculus, & iam ex bonâ parte emenſus, nomine æternitatis ſignificatur? Quia de ſeruili vita loquitur: & ſeruire hominibus eſt res adeó ærumnoſa, vt etiam per breue tempus tollerata, videatur æternum duratura, imo æternitati pænæ comparabilis.

Vel ad breue tēpus ſeruire hominibus æternitati æquiualet.

CAP. 16. NVM. 4.

Et non remanebit de carnibus eius, quod immolatum eſt veſpere in die primo vſqué mane.

59 HOC expreſsè figurati uū fuit, illius quod faciendum erat cum agno immaculato in cruce pendente.

Chriſti è cruce præfigurata depoſitio.

CAP.

CAP. 16. NVM. 7.

Et coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.

Coctio pro assatione quandoque ponitur.

60 VIdetur non cohærere, cum eo, quod dicitur Exodi 12. nvm. 9. *Non comedes ex eo crudum quid, nec coctum aqua.* Sed ista coctio, vel intelligitur de panibus, vt patet ex versione septuaginta interpretum sic vertentiũ: *Et coques, & assabis.* Vel si loquitur tantum de agno paschali, vox hębraica, quæ voci: *Coques*, correspondet, assationem propriè significat, vt videre est in versione Sanctespagnini sic vertentis: *Et assabis.*

CAP. 17. A NUM. 2.

Cum reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, quæ faciat malum in conspectu Domini Dei tui, & trãsgrediatur pactum illius, vt vadat, & seruiat dijs alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi, & hoc fuerit tibi nuntiatum, auditẽsque inquisieris diligentèr, & verum esse repèreris, & abominatio facta est in Israel: educes virum, ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas ciuitatis, & lapidibus obruentur.

In causis fidei secretò ac diligẽtèr inquirendum, & procedendum.

61 SIC in Regnis Hispaniarum proceditur in causis Fidei contra hæreticos, & apostatas, inquisitione secreta, & diligentissima facta, quoad culpã; sed quoad pœnæ inflictionem iura Pontificum obseruantur, licet magnâ pietate, & misericordiâ mitigata.

CAP. 17. NUM. 12.

Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis: moriatur homo ille, & auferes malum de Israel.

62 NOtandum hinc est, quam iustè, & legitime capite plecti debent hæretici, qui reluctantur summo Pontifici ex cathedra Spiritus Sancti oracula pronuntianti. *Hæretici capite plectendi.*

CAP. 17. NVM. 14. ET 15.

Cum ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam habitaueris que in illa, & dixeris: Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum.

63 ELectio regis permissa, non præcepta, & ad nationales limitata, quod optimæ politicæ congruit, & consentaneum est. *Regis electio in lege veteri permissa, non præcepta.*

CAP. 17. A NVM. 15.

Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum equitatus numero subleuatus.

64 FOrtè hîc de Salomone prophetizat, qui multiplicauit sibi currus, & equos & reduxit populum in Ægyptum, ducendo filiam Pharaonis in vxorem, & cum Ægyptijs fœdus in eundo 3. Reg. cap. 3. *Qui cum potẽtiore fœdus init se, & populũ suũ illi subijcit.*

CAP. 17. NVM. 17.

Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti, & auri immensa pondera.

65 EN vitia regia taxata, luxuriam, scilicet, & auaritiam. *Luxuria, & auaritia sunt vitia regibus frequenter ingruẽtia.*

CAP. 17. NUM. 20.

Non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram vt longo tempore, regnet ipse, & filij eius super Israel.

Rex

Regis nationalis subditi tanquam filij, vel saltem domestici æstimantur.

66 REX nationalis respicit subditos tanquam domesticos, & totum regnum, tanquam propriam domum, ideó 4. Reg. cap. 20. num. 1. dicitur Ezechiæ: *Præcipe domui tuæ.*

Ius regnandi immediate á Deo propterea per ipsius vicarium legitimè administratur.

67 Et nota, quod ex num. 14. huius capitis claré constat: Ius regnandi immediate pendere à Deo, propter quod in Ecclesia regiæ inuestituræ à summo Dei Vicario elargiuntur.

Ius regni ex institutione diuina hereditarium est.

68 Constat etiam ius regni hereditarium debere esse non electiuum: Quod si Christiano politici perpenderint, non dubito finem huic prolixæ quæstioni impositurus.

CAP. 18. A NVM. 10.

Nec inueniatur in te, qui lustret filiũ suum, aut filiam ducens per ignẽ: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem.

A mortuis non nisi veritas vel inquiri, vel expectari potest.

69 PER alias species superstitionis non dicitur inquiri veritas, sed solum per Necromantiam, quia â mortuis, nil aliud quam veritas aut peti, aut expectari debet.

CAP. 19. NUM. 13.

Non misereberis eius (scilicet per insidias occisoris proximi) *& auferes innoxium sanguinem de Israel.*

Enormia delicta, etsi ab vno committa totam communitatem commaculare solent.

70 SAnguis humanus insidiosè, & in iustè effusus super vniuersum populum dispergitur, illum grauans, & commaculans, donec iustâ legali vindictâ, & punitione de populi humeris deponatur, & abluatur. Idẽ exprimit textus de ceteris grauioribus delictis â num. 19. huius capitis.

CAP. 20. NUM. 1.

Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quam tu habeas, aduersarij exercitus multitudinẽ, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terrâ Ægypti.

Christus nobiscum aduersus aereas potestates tenebrarum harum pugnat.

71 DEus ex munere Redemptoris videtur se obligasse ad omnes diabolicas impugnationes nobiscum deuincendas.

VEL SIC.

Deus nos vltra vires, â dæmone tentari nõ permittit.

72 Valdé fortes imò insuperabiles apparent vires dæmonis tentationes, & suggestiones patientibus, sed Deus eos non derelinquit, sed immediatè per se ipsum asistit, nec permittit tẽtari, & impugnari vltra quám resistere possunt.

CAP. 21. A NVM. 10.

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris; & videris in numero captiuorum mulierẽ pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cæsariẽ, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est.

Maria in natura humana Spiritui Sancto desponsata, quia in ea nunquã captiua.

73 MAria non deposuit vestem, hoc est, naturam humanam, vt sponsa fieret Spiritus Sancti, quia nunquam in ea capta fuit: ideo Psal. 44. num. 10. dicitur: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu de aurato circumdata varietate.*

CAP. 21. A NVM. 18.

Si genuerit homo filium contumacem, & protervum, qui non audiat patris, aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portã iudicij; dicentque ad eos: Filius noster iste protervus, & contumax est,

est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur.

Parentum accusatio iuridica probatio, & conuictio est.

74 PArentũ acusſatio absque vlla alia probatione, filij reatum conuincit, & iudiciali punitioni tradit.

CAP. 22. NVM. 5.

Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste femineâ.

Dedecent feminæ virilia munera, sicut viro femineæ.

75 NON minus dedecent viro feminea, quam feminæ virilia munia, munera, & exercitia.

CAP. 23. A NVM. 3.

Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternũ, quia noluerunt vobis occurrere cũ pane, & aquâ in via quando egressi estis de Ægypto.

Immiſericordes â ſorte Domini excluſi.

76 ECce immiſericordes â ſorte Domini, ſeu regno cælorum excluſi, quod conſonat cum illo Matthæi cap. 25. num. 41. An autem Eccleſiaſtici largis redditibus fruentes, nõ verô largitér pauperibus elargientes, tuti inconſcientiâ ſint, ipſi viderint.

CAP. 23. NVM. 17.

Non erit meretrix de filiabus Israel; nec scortator de filijs Israel.

Omnis luxuriæ ſpecies reipublicæ valdé nociua.

77 NON ſolum carnalẽ, ſed etiam ſpiritualẽ luxuriam prohibet.

UEL SIC.

Luxuria in fœminis, ſicut in radice, profligãda

78 Ablatis meretricibus abſque dubio deficient ſcortatores.

CAP. 23. NVM. 18.

Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui.

Munus contrà bonos mores acquiſitum Deo nõ offerendum.

79 PRoſtibuli pretium ab oblatione excluditur proptér irreuerentiam: canis etiã pretium exterminatur, quia cum canis ſymbolum ſit fidelitatis, eſt contra bonos mores, quod hæc vîrtus in pretium redigatur, etiam Religionis causâ.

CAP. 25. NUM. 1.

Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustũ esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis.

Iuſtam tandem ſententiam obtinere, eſt quoddã triumphi genus reportare.

80 QVis crederet hoc in lege diuina neceſſarium fuiſſe ſpecialitér præcipi: quid enim humanius, & naturalius, quam ſontem damnare, & inſontem abſoluere? Sed veré neceſſarium fuit: tum propter humani iudicij, â propijs paſsionibus præuenti, ſubuerſionẽm: tum proptèr iniquas iudicantium moras, & dilationes. Et ideò fortè vincenti, iuſtitiæ dicitur palma dari: non ſolum ad denotandum, quod lis eſt quoddam ciuile bellum, ſed etiã ad exprimendum, quod rectam ſententiam, & ex iuſtitiâ debitam obtinere, eſt quoddam triumphi genus reportare.

CAP. 25. A NUM. 11.

Si habuerint inter se iurgiũ viri duo: & vnus contra alterum rixari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius, abscindes manum illius, nec flectêris super eam vllâ misericordiâ.

Nullus caſus dabilis eſt, in quo fœminæ liceat inhoneſte agere.

81 Actio inuerecunda, & inhoneſta cuiuſuis fœminæ, ex quacumque cauſa ſit, non ſolũ declaratur illicita; ſed etiam ſub grauiſsima pœna prohibita, nulluſque caſus datur, in quo mulieri liceat inhoneſtè, & procacitér agere.

Pars humani corporis inuere cundé agens â reliqua corporis cõpage abijcitur, & reſpuitur.

82 Sed cur dicitur: *Miseritque manum?* Quia membrum inuerecundè operari aggrediens, eâdemque actione â reli-

reliquo corpore mittitur, seu abijcitur: Vide quæ ad gen. cap. 39. num. 7.

CAP. 26. NUM. 17.

Dominum elegisti hodié, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, & custodias cæremonias illius, & mandata atque iudicia.

Infinita Dei benignitas materiã summè necessariam libero hominis arbitrio summittit.

83 QVis non miretur amãtissimam Dei benignitatem, qui materiam summę necessitatis, & conuenientiæ humanæ, vt materiã liberam, nostræque electionis proponit!

CAP. 27. NVM. 1.

Præcepit autem Moyses, & seniores Israel, populo dicentes: Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie.

Plures reipublicæ rectores, qui vno spiritu animãtur, in singulari loquuntur.

84 MOyses, & seniores loquuntur in singulari, quia vnusmet spiritus erat in omnibus, de spiritu Moysis communicatus, & participatus, vt patet. Numeri cap. 11. num. 16. & 17.

CAP. 27. NVM 8.

Et scribes super lapides omnia verba legis huius plane, & lucidé.

Verba legis clara, & dilucida esse debent.

85 VErba legis plané, & lucidé debent trancribi, quanto magis á legislatore pronuntiari.

CAP. 28. NVM. 12.

Aperiet Dominus thesaurum suũ optimum cælum, vt tribuat pluuiã terræ tuæ in tempore suo.

Terræ fructus optimus reipublicæ thesaurus.

86 OPtimus thesaurus sũt terræ fructus; vel ob hoc solum, quod â cęlo proueniunt.

VEL SIC.

Olim erat cælũ thesaurus Dei absconditus; nũc patens omnibus, & manifestus.

87 TVnc cælum erat thesaurus Dei absconditus, & reclusus, non de præsenti, sed de futuro aperiendus.

CAP. 28. NVM 13.

Constituet te Dominus in caput, & non in caudam.

88 FAciet te Dominus imperare; non seruire, sed quomodo tam numerosus populus imperare poterat? Suas prauas passiones, & affectiones superando, & rationi subijciendo.

Passiones proprias rationi subijcere propriè imperare est.

CAP. 28. NVM. 25.

Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos, per vnam viam egrediãris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ.

89 VEL ipsi cæcorum cæcissimi Hebræi videbunt, hanc prophetiam ad litterã nunc esse completam.

Vel cæci vident prophetiam de panida Hebræorũ dispersione nunc esse completam.

CAP. 28. *NUM.* 29.

Et palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris.

Cæcus deffectu lucis, plusquã defectu visiuæ potẽtiæ cæcutit.

90 CÆcus *in tenebris*: id-est cęcus, non deffectus visus, sed lucis, isti enim sempér sunt magis stupidi, & nihil solertes, sicut illi qui deffectu potentiæ visiuæ miserè laborant, qui aliorum sensuum viuacitate visus priuationem magnâ ex parte supplere solent.

CAP. 28. *NVM.* 49.

Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu.

Prophetia de Hebræorum vastatione sæpe sæpius repetita.

91 PRophetia de vastatione per Romanos facienda, de qua clarius supra Num. lib. cap. 24. num. 24.

CAP. 29. NVM. 4.

Et non dedit vobis Dominus cor intelligẽs, & oculos videntes, & aures, quæ possunt audire vsque in præsentem diem.

Dificile reducuntur qui semel à fide aberrant.

92 AVtibus, etiam potentiam, negat, vt pateat, quàm difficilè ad veram credentiam reducantur, qui semel aberrant à verâ fide.

CAP.

CAP. 31. NUM. 3.

Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante te, sicut locus est Dominus.

Vbicumque nomen Iesu inuocatũ fuerit, tota Trinitas auxiliatura aderit.

93 EAdem voce, Dei, & Iosue præfectura significatur, ad denotãdum, quod vbicumquè Iesus præinuocatur, tota Trinitas præstò adest.

Perfecti præsulis consecutio à solo Deo expectari potest.

94 Sed cur Dei designatiõni, & locutioni Iosue præfectura adscribitur? Quia perfecti præsulis consecutio à solo Deo expectari potest.

CAP. 31. NUM. 26.

Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri vt sit ibi contra te in testimonium.

Misericorditèr Deus punit cum ad Mariã recursum permittit. Sed cum Maria ipsa accusat, nil est quod apud Deum excusare possit.

95 MIsericordissima punitio, quæ testimonium culparum nostrarum reponit in arca, i. dest Maria: sed aduerte, quod cum Maria acusat, nil est, quod excusset.

CAP. 32. NVM. 1.

Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

Cælũ, & terra ingratitudinis Hebræorum testes irrefragabiles

96 INgratitudinis Hebræorum ergà Deum aduocat testes cælum, & terram, qui fidelissimè testimonium reddiderunt, quando in Caluariæ monte consummata fuit Hebræorum ingratitudo.

VEL SIC.

Omnimodæ, & perpetuæ Hebræorum ingratitudinis perpetui testes aduocandi.

97 Istos testes aduocat, quia vniuersalis, & perpetua futura erat Hebræorum ingratitudo.

CAP. 32. NUM. 2.

Concrescat, vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, quasi stillæ super gramina.

98 LEgalis doctrina his rebus comparatur, quæ æqualitèr sparguntur in eis locis in quibus decidunt. Vide ad Psal. 71. â num. 6.

Legales dispositiones æquales omnibus esse debent.

99 Et nota quattuor comparationes afferri rerum cum summa suauitate influentium, ad rigorem legum humanarum emolliendum, vt sic ad diuinarum normam eformentur: quod animaduertere voluit Christus cum asseruit: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*: Matthei cap. 11. num. 30.

Legum humanarum rigores ad instar diuinarum emolliendi.

CAP. 32. NVM. 6.

Hæccine reddis domino populo stulte, & insipiens, numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

Pluris debet homo æstimare Deo gratum esse, quã proprium esse.

100 PRius ponit possessionem, quam creationem, quia ordo gratiæ præstantior est ordine naturę: vnde plus debet homo æstimare, Deo gratũ esse, quam proprium esse, seu existere.

CAP. 32. NUM. 31.

Non est Deus noster, vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.

Inimicus crudelius agit vt iudex quam vt hostis.

101 IUdices, i. dest executores diuinæ iustitiæ, & nota quod ad aggrauãdam inimicorum hostilitatem, eis munus iudicum attribuitur.

CAP. 32. NVM. 34.

Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

Supplicia æstimat Deus tanquam regiminis instrumenta.

102 SUpplicia tantũ æstimat Deus vt apud se recondat, & in thesauris suis signet? Vtique: sunt enim media necessaria ad rectam vniuersi gubernationem.

VEL SIC.

In thesauris recondit, & signat, ne ea frequentèr exerat.

103 Recondit Deus suplicia, & in thesauris signat, vt non illa frequentèr exerat.

VEL

VEL SIC.

Vide supra num. 102.

104 In thesauris suis collocat supplicia Deus, non quia illa propter se ipsa æstimet, & appretiet; sed propter optimos eorum effectus; nempe malefactorum resipiscentiam, & peccatorum emmendationem.

CAP. 32. A NVM. 49.

Et morere in monte, quem conscendens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor.

Magni principes in conspicuis locis moriuntur, vt ab omnibus videantur.

105 AAron, & Moyses supremi Principes populi in montibus excelsis moriũtur, vt tantorum virorum casus ab omnibus videri, & notari posset.

VEL SIC.

Non minus populos regit mors bene perpensa, quam lex bene ordinata.

106 Moyses Dei iussu montẽ ascendit, leges Ecclesiasticas, morales, & ciuiles, quibus régeret populum, accepturus: & eodem Dei iussu montem morituras ascendit: quo innuitur, non minus bene populum gubernari, & in officio, tam religiôso, quam benè morâto, ac ciuili contineri, mortem insignis, & optimi principis præ oculis habendo, quam legum catalogum, vel ab ipso Deo concinnatarum.

Mors omnes nõ solum subijcit, sed æquat.

107 Nec minus notandus stilus, quo Deus Moysi mortem intimat, scilicet: *Iungèris populis tuis*, hoc est, ad præmortuos Israelitas accedes, non iam tanquam dux, & princeps eorum, sed tanquam socius, & æqualis, cum eis commixtus, & confussus.

CAP. 33. NVM. 3.

Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: Et qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.

Ad humilitatis mensuram scientia à Deo conceditur.

108 SCientia veritatis datur nobis á Deo ad nostræ mensuram humilitatis.

CAP. 33. NVM. 6.

Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.

Minor est qui æstimatione, quã qui numero deficit.

109 NON dicit, quod sint numero pauci præsertim cum Numerorum cap. 1. v. 20. quadraginta sex millia quingenti de hac tribu numerentur: sed sint quidem numero multi, sed parui, in æstimatiõne, & nobilitate, sint scilicet ex infima plebe, & sic potest intelligi illud Iacob Genes. 49. ad Ruben: *Ne crescas, &c.*

CAP. 33. NVM. 12.

Et Beniamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

Ioannes Euangelista Christi Beniamin.

110 PRophetice de Ioanne Euangelista videtur loqui.

CAP. 33. NVM. 18.

Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo.

Qui in vita tristis, in morte lætus esse solet.

111 LÆtum Zabulonis exitum prænuntiat, quia sors, & funiculus huius tribus fuit in littore maris, vt àIacob prophetatum fuerat Genes. 49. N. 23. Qui enim per omnem vitæ cursum maris amaritudinem, & inconstantiam, amaritudinis, & inconstantiæ rerum mundialium symbolicé significatiuam, præsentem habet, impossibile moralitèr est, quod malè ad mortem disponatur, & quod lætissimus hæc apparentia, & vana non derelinquat.

CAP. 33. A NVM. 24.

Aser quoque ait: Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius.

Misericors, & aduersus detractores, & aduersus pseudopauperes armandus.

112 TIngat in oleo pedem: Idest in operibus misericordiæ se diligentèr exer-

ceat, vel misericordiâ moueatur. Sed cur ferro calceatur misericors? Vt aduèrsus detractôres armetur, & etiam aduérsus fictôrum pauperum importûnas, & hostiles inuasiônes.

CAP. 34. A NUM. 5.

Mortuusque est ibi Moyses seruus Domini, in terrâ Moab, iubente Domino; & sepeleuit eum in valle Terræ Moab contra Phogor.

Lex scripta in terrâ gentili á Deo sepelitur, vt inde legem gratiæ oportuno tẽpore suscitaret.

113 LEgislatorem veteris legis sepeliuit Deus in terrâ Gentilium, ad denotandũ ipsum aliquandó legem illam etiam sepeliturum, ex illoque fæcundo cinere Ecclesiam pullulatûram, & nascitûram.

Quî Deo indeficientêr seruit ipsum Deus deficientem sepelit.

114 Sed cur Deus per se ipsum, non per Angelos, cum omnes sint administratorij spiritus, pium pollinctôris officium ergá Moysem obit? Quia Moyses Deo per se ipsum immediaté deseruierat, & per omnes vigilias noctis huius vitæ vigilans inuentus fuerat: vnde non mirum quod Deus transiens se ipsum præcinxerit, & illi ministrauerit. Lucæ cap. 12. num. 37.

LIBER IOSVE.

CAP. I. NVM. I.

Et factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun ministrum Moysi, & diceret ei: Moyses seruus meus mortuus est: Surge, &c.

AD CAP. I. N. I. LIBRI IOSVE.

Qui regnare incipit habeat ob oculos mortē sui prædecessoris.

1 PRIMUM, quod proponit Deus ante oculos Iosue, eum in supremum principē inauguraturus, est mors prędecessoris.

Qui recordatur indemortui vitē se regnare; humiliter imperat.

2 Sed cur de ministerio Iosue respectu Moysis nunc fit mentio, cum statim, ac Moyses mortuus fuit, desierit Iosue minister ipsius esse? Totum prouidentissimé à Deo fuit dispositum ad Iosue, tūc regnare incipientis, animū informandum: illi semel, & iterū Moysis mortem obijcit ad ambitiônem fugiendam: sui respectu illius ministerium, ad humilitatem conferuandam.

Lex gratiæ succedit Mosaycæ.

3 Notâtu etiam dignum est, quod hic liber, qui est primus post legem, seu Moysis Pentatheucū á coniunctione *ET* incipit, ad denotandam scilicet, Christi cum Moyse, seu legis Gratiæ cum lege Mosaycâ succesiuam coniūctiônem.

Non compatiuntur simul lex Mosayca, & lex Euāgelica.

4 Et nota quod vtuente Moyse, Deus cum Iosue locutus nunquam fuit; tum ob Moysis honorem, tum ob incompatibilitatem legis Mosaycæ cum lege Gratiæ hîc symbolicé significatâ.

Post mortē humanam sequitur resurrectio.

5 Sed non sine aduertentiâ prætereundum: Quis, Cui, & Quid loquatur: Loquens est Deus: Cui loquitur Iosue est, Quod loquitur est Moysis mors, & Iosue surrectio: verba Deo quidem digna. *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui*, mortem scilicet, & resurrectionem.

CAP. 1. NVM. 2.

Surge, & transi Iordanē istum tu, & omnis populus tecum.

Ut populus laboret princeps labore præcedat.

6 CVM laboraturus est populus, non debet Princeps quiescere, sed surgere, & primus ad laborem accingi.

CAP. 1. NUM. 4.

A deserto, & Libano vsque ad fluuiū magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum vsque ad Mare magnū contra solis occasum erit terminus vester.

Possessiones terrenæ omnes amaræ, & fluidæ.

7 MAre ponitur pro termino possessionis terrenæ, quia omnes amaræ sunt, & fluidæ.

CAP. 1. NUM. 6.

Confortare, & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic terram, pro quá iurauí patribus suis.

Facilius est hostes debellare quam amicorum auaritiam componere.

8 NON confortatur Iosue ad hostes debellandos, sed ad terram inter contribules diuidendā, quia difficilius est inter amicos, & proximos bona temporalia diuidere, & distribuere, quam hostes vincere, & expugnare. Vide actuum Apostolorum cap. 6. n. 3.

VEL SIC.

Sacramenta Baptismi, Confirmationis. & Pœnitentiæ in lege veteri præfigurata.

9 Hæc sunt verba practica suęque significationis effectiua Deus enim ipsamet horum verborum prolatióne Iosue confortauit, & nobis Sacramentum Confirmationis præfigurauit: ad quod præcesit Sacramentum Baptismi, in transitu rubri maris præsignatum, & post hæc immediatè subsequitur figura expressa Sacramēti Pœnitentiæ in Iordanis transitu, qui fluuius iudicij est. Vide Danielis cap. 10 num. 19 & 20.

CAP. 1. NUM. 7.

Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legem.

Mosayca lex semper fuit obseruatu difficilis

10 DIfficile quidem est inter plurimos aliquid diuidere, seu iustitiam distributiuam exercére, sed multo difficilius est, legem Mosaycam exactissimè adimplere, propter quod ad Iosue non solum repetitó dicitur: *Confortare.* Sed etiam superadditur: *Et esto robustus valde, vt custodias, &c.*

Ut custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus.

Princeps non eximitur á legis obseruatione.

11 TIbi singularitér, ne, quia princeps constitutus es, falsó existimes te, á lege seruanda exemptum.

CAP. 1. NVM. 8.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus vt custodias, & facias omnia quæ scripta sunt in eo.

Legū meditatio principi necessaria, vt incūbere possit earum obseruantiæ.

12 LEges etsi videantur claræ, & perspicuæ, vt sunt, quæ in Penthateuco Moysis continentur, requirunt nihilominus studium continuum, exercitationem quotidianam, ac meditationem diurnam, & nocturnam. Vt patet ex psal. 1. v. 2. & ex toto psal. 118.

CAP. 1. NVM. 9.

Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere.

Nomen Iesu in Iosue adumbratum triplicitér colendum.

13 TER confortatur Iosue, vel vt innuatur mysterium Trinitatis, vel quia nomini Iesu omne genuflectendum est cælestium, terrestrium, & infernorum.

Quē Deus confortat, nisi velit non erit pauidus.

14 Sed cur noli metuere, & noli timere dicitur, cum metus, & timor sint actiones magis naturales quem voluntariæ? Quia, quem Deus confortat, naturaliter impauidus, & intrepidus euadit: & sic, cum timorem ostendit, potius est ex prauo voluntatis affectu, quam ex animi, & valoris defectu.

CAP.

CAP. 1. NVM. 11.

Præparate vobis cibaria quoniam post diem tertium transibitis Iordanē, & intrabitis ad possidendā terrā, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

Eucharistia viaticum ad terram æternæ promissionis.

15 PER tres dies denotantur tres leges, & in tertio, legis scilicet Gratiæ habemus viaticum corporis Christi, quo transî e possímus per Iordanem, seu iudicij fluuium ad vitam ęternam possidendam, quę terra nostræ promissionis est.

CAP. 2. NVM. 1.

Misit igitur Iosue filius Nun de Setin duos viros exploratores in abscondito.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

16 CAutè, & secretó mittit Iosue Exploratores, ne accideret id quod tempore Moysis, vt refertur Numerorum cap. 3.

Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam.

Ecclesia ob gētilismum meretrix nuncupata.

17 HÆC domus est Ecclesia, in qua omnes in gratiâ Dei decedentes, seu quiescētes, saluantur: mulier erat meretrix, quia Ecclesia ex Gētibus idololatris fuit collecta, duo viri sunt, vel Moyses, & Christus; vel duo Apostoli Petrus, & Paulus.

Mirum; apud meretricē quiescere.

18 Et nota quod non minus mirabile fuit in hac singulari femina, quod cum esset meretrix apud eam quiescere possent illi duo viri, quam quod Ecclesiæ typus esse mereretur.

Lex Mosayca in Ecclesia quiescit, & requiescit.

19 Et notatu etiam dignum, quod apud hanc fęminam exploratores quieuerunt, quia, apud Ecclesiam, lex Mosayca, per illos significata quiescit, & requiescit.

CAP. 2. NVM. 2.

Nuntiatumque est regi Iericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, vt explorarent terram.

Principi vigilē nil quod in suorū perniciem cadat celari potest.

20 ECce rēs secretissima clarè, & distinctè denuntiatur regi; principem enim, qui diligentem custodiam, & regni sui administrationem per se ipsum exercet, nihil potest latere; etiam si occultissimè moliri conentur tam subditi, quam aduersarij.

CAP. 2. NVM. 10.

Audiuimus, quod siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum.

Extranei recordantur de beneficijs alijs factis; cum qui recepe-rint memoriâ nō teneant.

21 EXtranei post annos quadraginta memoriter tenebant portentum transitus Maris rubri, de quo ab Hebręis ipsis nullam existimo toto hoc tempore mentionem factam, nisi â Moyse tantum.

CAP. 2. A NVM 17.

Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam, qui ostiū domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius.

Ecclesia, quæ se parantur, à Romana saluari nequeunt.

22 QVid interest, quod Ecclesia Græca (ea scilicet, quæ schismatica, & á capite Ecclesiæ separata) Abyssina, Anglicana, Protestans, Puritana, & aliæ huius fæcis, sorores Romanę Ecclesiæ appellitentur, si non sunt consanguineæ, nec vinculo pacis ligatę, nec intra eamdem domum, cum Romana Ecclesia habitantes, propter quod omnes illæ non saluantur, & ideò infra cap. 6. num. 17. dicitur: *Sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt.* Et nota quod non dicit solum: *In domo*, sed signatè exprimit: *Cum ea.*

CAP. 3. NVM. 13.

Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam Domini Dei vniuersæ terræ, in aquis Iordanis, aquæ, quæ inferiores sunt, decurrent, atque deficient.

Nequit aliqua congregatio subsistere; si in eam introeat diuisio.

23 BIblia hebræa legunt: *Diuidentur aquæ descendentes de super.* Pro quo ponit vulgatus: *Deficient.* Ad denotandum, quod in communitatibus, & quibusbis congregationibus, quæ per aquas defluentes significantur, idem est, diuidi, ac deficere, quæ doctrina adeó certa est, & obseruatione digna, vt ore Christi meruerit comprobari Lucæ cap. 11. num. 17. *Omne regnum in se diuisum desolabitur.*

CAP. 3. NUM. 16.

Quæ autem (scilicet aquæ *inferiores erant, in mare solitudinis* (*quod nunc vocatur mortuum*) *descenderunt.*

Homo qui vitalia opera nō producit mortuus reputandus.

24 NVnc appellatur mortuū illud mare, quia nihil vitale producit, vel in se viuere permittit.

CAP. 4. NUM. 9.

Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis: & sunt ibi vsque in præsentem diem.

In aquis fluentibus vbi mortis memoria viget, diutius immorandum.

25 HÆC diuturna permanensque duratio non affirmatur de lapidibus à fluuio Iordanis assumptis, & in terra collocatis.

CAP. 4. A NUM. 22.

Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec transiretis: sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus.

Ad cælum itur dulciter per Mariam.

26 ADærumnosos errores deserti huius vitę per amariſsimam rubri maris aquam transitur; ad quietem verò beatitudinis, per dulces Iordanis aquas, & arcâ ductrice, ideſt Mariâ.

CAP. 5. A NVM. 8.

Postquam autē omnes circumcisi sunt manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur.... Et comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam eiusdē anni. Defecitque manna postquā comederunt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel.

Legalia sacramenta cum Euāgelicis incompatibilia.

27 QVandiu populus comèdit manna propriſsimum Euchariſtiæ typum, nullus eorum circumciſus fuit, vt conſtaret quantum inter ſe legalia Moyſis, & Chriſti diſtent, & opponantur.

CAP. 5. A NUM. 13.

Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatū tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? Qui respondit, nequaquā, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram.

Timor reuerentialis nos proprius ducit ad Deum.

28 NON cecidit Iosue ex animi pauore, ſed ex reuerentiâ; ſi enim Ioſue animus timore aliquo quateretur, pedem aduerſus occurrentem nō moueret, nec primus, an ex proprijs, an ex aduerſarijs eſſet, diſquireret: En effectus ter repetitæ, confortationis Ioſue cap. 1. factæ, & iterum ac tertio relatæ.

CAP. 5. NUM. 16.

Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est. Fecitque Iosue, vt illi fuerat imperatum.

Eadem

Eadem potestas ceremonijs ijsdē conferenda.

29 EAdem ceremoniâ, qua Moyses Exodi cap. 3. n. 5. nunc Iosue in principē supremum inauguratur, & cōfirmatur.

Populos leniter princeps tractet.

30 Sed cur hæc, in pedum discalceatione constitit? Ut adueterat subditos, in terrâ significatos, sibi immediatos esse, nec ab illis in alio, quam in relatione superioritatis differre, nec debere illos premere, & conculcare, vt calceati faciunt, sed cauté, & leuitér lenitérque, vt discalceati assolēt, super illos incedere.

CAP. 6. A NVM. 3.

Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem; sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedant arcam fœderis, septiesque circuibunt ciuitatem.... Et muri funditùs corruent ciuitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint.

Mirabilia Dei lucē non fugiunt, sed ambiunt.

31 CUR omnes viri bellatores tot vicibus, non per noctem, sed per diem circumeunt ciuitatem Iéricho? Vt claré viderent illam solidissimis munitionibus firmatam, & quâm ingēti miraculo Deus ad tubarum clangorem ruere fecerit firmissimos vrbis muros, qui funditús corruerunt, id est, non ad intra, vel ad extra decidendo, sed in terram se summergendo, vt sine aliquo labore aut obstaculo possent filij Israel ciuitatem ingredi, & vsque ad interiora illius penetrare, quod expressè innuit textus per illa verba: *Ingredienturque singuli, &c.*

VEL SIC ALLEGORICE.

Sacramentis Eccl siæ, ac prædicantium clamore opera diaboli destruūtur.

32 Septem Sacramentis Ecclesiæ, & Prædicantium clamoribus destruit Deus munitiones vitiorum, quas diabolus in hominum animis struere conatur.

CAP. 7. NUM. 1.

Filij autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate, iratusque est Dominus contra filios Israel.

Vnius membri vitium in totum corpus diffluere solet.

33 CVR dicitur filios Israel præuaricatos fuisse, cum solus Achan peccauerit? An peccatum vnius membri in totum illud corpus morale refusum fuit, quod quodammodo peccato originali assimilatur?

Sicut iusti bonis operibus, sic peccatores vitijs cōmunicant.

34 Vel ad morum formationem dici posset, quod sicut communio, & communicatio bonorū operum inter sanctos, sic prauorū inter peccatores reperîtur, credibile enim est plures illorum Hebræorum ex desiderio supellectilis Ierichontinę intentionalitèr, & non leuitèr peccauisse.

CAP. 7. A NVM. 24.

Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque, & filias eius, boues, & asinos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem.... Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta, quæ illius erant, igne consumpta sunt.

Res male partæ etiam bene adquisitas inficit.

35 RES male parta, & cōtra Dei leges adquisita, reliqua bona, etsi legitimè possessa, inficit, corrumpit, destruit.

CAP. 9. A NUM. 1.

Quibus auditis, cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in mōtanis, & campestribus ... Congregati sunt pariter, vt pugnarent cōtra Iosue, & Israel vno animo eâdēque sententiâ.

Sententia iniusta solet Dei iudicio in ipsos conuerti iudices.

36 EAdemque sententiâ scilicet Dei, lata contra ipsos, & per Iosue, & Israelitas executioni mandanda. Vide infra cap. 11, num. 20.

CAP.

CAP.9. NUM.14.

Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt.

Munera excæcant homines, & Dei obliuisci faciunt.

37 COrrupti illo putri, & exiguo munere, Deũ non interrogauerunt, ne forte abnueret fœdus cum Gabaonitis.

CAP.10.A NVM.12.

Dixitque coram eis: Sol contra Gabaõ ne moueâris, & luna contra vallem Aialon. Steterunt, que sol, & luna donec vlciscceretur se gens de inimicis suis.

Si velit homo dimicare contra vitia sẽper Deus illi præsto erit.

38 IN terribili conflictu virtutum contrá vitia, in istâ pugnâ figurato, euadit homo vincens adeó superior, & excellens, vt non solum totus ordo naturalis in sole, & luna significatus, illi deferat, & cedat, imo etiam Deus ipse illi obedire non dedignetur. Vide infra num 14.

VEL SIC ALLEGORICE.

Hic adumbratum Pœnitentiæ agnosco sacramentum: supremus enim populi in Iesu nomine, & virtute iudex solem, & lunam, id est Deum, & Ecclesiam in diuersorum subditos graduum insurgentes sistere facit, obediente Domino voci hominis verba hæc: *Ego te absoluo*, proferentis.

CAP.10. NUM.16.

Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda.

Mortificatus de quinque sensibus victoriam reportabit.

39 HÆC est quinque sensuum mortificatio, quam iste felicitèr vincens consequitur.

CAP.10. NVM.26.

Percussitque Iosue, & interfecit eos (scilicet quinque reges supra memorato) *atque suspendit super quinque stipites.*

Per crucem victoriam de quinque sensibus cõsequimur.

46 A Numero 16. huius capitis refertur quinque sensuum mortificatio, nunc victoria decantatur, cum scilicet in cruce suspenduntur, vel illi affiguntur; tunc enim illud Apostoli ad Galatas 6. num 14. impletur: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

CAP.10. NUM.27.

Cumque occumberet sol, præcepit socijs, vt deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam, in quâ latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens.

Vbi princeps honorem prodigit memoriam sepelit.

41 IN eandem speluncam proijciuntur, seu despectiue collocantur, vt ibi memoria eorum interiret, vbi honorem timidâ vilique absconsiõne amiserant.

UEL SIC.

Vide supra num 41.

42 Vbi rex, adhuc viuens, turpitèr se abscondit, ibidem, vt contemptibilitèr sepeliatur, iustũ, & æquum est.

Reges, non seruos sed socios siue nuos milites reputant.

43 Sed cur socijs præcipit Iosue, cum præcepta non ad socios, sed ad subditos dirigantur? An iste strenuissimus dux Iosue hanc laudabilem politicam primus induxit, vt milites fortes, & ad magna facinora expediti, socij commilitonesque appellarentur, vnde in Romanos hunc morem dimanasse, non improbabile existimari potest?

VEL SIC.

Serui Dei si Iesu associantur amici cõpellãtur.

44 Qui cum Iesu adiutorio sensuum passiones mortificat, & vincit, dignus est qui non subditus sed amicus, & socius nominetur, ideò Christus. Ioan. 15. ait: *Iam non dicam vos seruos sed amicos, &c.*

CAP.10. *NVM.40.*

Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne, quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel.

Perfecta obedientia vel impossibilia exequitur.

45 TAM exactè præceptum Domini Iosue ad impleuit, vt non solum actu viuens, sed tantum potentiâ, in remanerit.

UEL

VEL SIC.

Vide supra n. 45.

46 Omne, quod respirare poterat, fecit spirare.

CAP. 10. NVM. 42.

Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Qui cum Iesu militat periclitari nequit.

47 CVM omni Israel, idest nullo dempto, nec in tot cõgressibus, & expugnationibus interempto.

CAP. 14. A NVM. 10.

Hodie octoginta quinque annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum.

Senum proprietas vires iactare.

48 HOC omnibus ferè senibus solemne est, se robustos iactare, anteacta passim in medium proferre, & de suis præteritis gloriari; sed nullatenus ex hâc animi leuitate hîc processit Iosue hæc enim caduca, & corruptibilia nihili pendebat, sed ob diuini verbi, & promissionis Numer. cap. 14. num. 30. factæ recomendationem.

CAP. 14. *NUM.* 15.

Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est.

Deus homo factus Adam minimus appellari dignatur.

49 ADam *maximus*. Videtur loqui comparatiué ad secundum, qui propter nostram salutem minimus, & pusillus effectus est.

Mundus per Christum spiritualiter de nouo productus.

50 *Situs*: quiá inde cum omnibus filijs repullulaturus, ideó ille locus, ciuitas quatuor, scilicet mundi partium vocabatur.

CAP. 16. NUM. 1.

Cecidit quoque sors filiorum Ioseph, &c.

Terrena possessio per Cecidit explicata, quia casui exposita.

51 HÆC vox: *Cecidit* frequentér vsurpatur in sortitione terræ promissę, quæ propriſsima est ad significandam sortem terrenæ, & cadentis possessionis.

Christus non terrenæ, sed cælestis collator possessionis.

52 Sed notatu dignum est, quod in sortitione terræ tribus Iuda cap. 15. num. 1. non dicitur: *Cecidit sors. Sed: Igitur sors filiorum Iuda per cognationes suas ista fuit.* Et fortè quia inde Christus nasciturus, qui non terrenam, & caducam possessionem, sed cælestem, & æternam collaturus erat.

VEL SIC.

Mariæ sors nũquam cecidit, quia nunquã casus exposita.

53 Propter Mariâm etiam ex illa tribu orituram, quę nunquam cecidit, sacer textus stilum immutat.

CAP. 17. NUM. 18.

Et poteris vltra procedere, cum subuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

Diabolus fictitias habet vires; nam veras â nobis mutuatur.

54 QVem *dicis ferreos habere currus*, cum reverâ non habeat, nam diabolus, per Chananæum significatus, imaginarias tantum vires, & potentiã habet ex se; etsi quæ illi insunt, eas âprauâ, & liberâ voluntatis humanæ determinatione mutuatur.

CAP. 20. NUM. 5.

Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius; quia ignorans percussit proximum eius, nec ante triduum vel, eius probatur inimicus.

In iure diuino non præsumitur vltricis iræ passionem vltrà triduum durasse.

55 NOn præsumitur in iure diuino acrem inimicitiam, & vehementem vindicatiui animi passionem vltra triduũ durare posse.

CAP. 20. NVM. 6.

Et habitabit in ciuitate illa donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum suam.

Christi verè sacerdotis morte vitam omnes in hoc mundo exules æternam assequuti.

56 ALlegoria de expiatione vniuersali per Christi mortem facta, per quam patuit omnibus aditus, & redditus ad propriam domum, idest Eccle-

Ecclesiam,& ciuitatem, ideſt cæleſtem patriam.

CAP.22. NVM.11.

Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent, ædificaſſe filios Ruben,& Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, altare in Terra Chanaan, ſuper Iordanis tumulos, contra filios Iſrael.

In re graui rumoribus non credendum.

57 IN re grauiſsimâ, rumori non crediderunt, donec certiſsimi nuntij rei veritatẽ deferrent.

CAP.22. A NVM.13.

Et interim miſerunt ad illos in Terrã Galaad Phinees filium Eleazari ſacerdotis,& decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribubus, &c.

In rebus religionis debetin quire iudex Eccleſiaſticus, laicus ſolum debet Eccleſiaſtico præſtare auxilium, cum neceſsũ fuerit.

58 BEnè ac prudentér ad inquirendum de cauſâ religionis ſacerdotum principem ſęculari potentiâ adiutum præfecerunt: non dubium, quod totum negotium optimè expediet.

CAP.22. NUM.16.

Quæ eſt iſta tranſgreſsio? Cur reliquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum, & â cultu illius recedentes?

Nemo iudex æquus in cauſa propria.

59 IN propriâ causâ nemo æquus iudex. En Phinees, quia ex primo aſpectu videbatur ius ſacerdotalẽ ipſius violari, ex animi perturbatione,& ſine ſufficienti cauſæ cognitione, pronuntiat contra illud altare, populumque ſententiam ſtatim reuocandam. Vide infra à Num.30.

CAP.22. A NVM.22.

Si præuaricationis animo hoc altare cõſtruximus, non cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti: etſi eâ mente fecimus, vt holocauſta, & ſacrificium,& pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat, & iudicet, &c.

Intentio bonã excuſat aliquando delicta.

60 EN actio apparentér non ſolùm irreligioſa, ſed ſacrilega, ex recta animi intẽtione redditur, pia, laudabilis, & religioſa.

CAP.23. NUM.6.

Tantum confortamini, & eſtote ſoliciti, vt cuſtoditatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi,& non declinetis ab eis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Nimia perfectio ex defectu prudentiæ culpabilis.

61 DEclinare ad dexterã eſt in opus perfectius, quám ab ipsâ lege præſcribitur conatum adhibere, quod, niſi maximâ prudentiâ,& circunſpectiõne fiat, reprehenſibile euadet. Vide ad Deuter. cap.5.n.32.

LIBER IVDICVM.

CAP. I. NVM. 7.

Dixitque Adonibezec: Septuaginta Reges, amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus colligebant ſub mensâ meâ cibo-rum reliquias.

AD CAP. 1. N. 7. LIBRI IVDICVM.

Miniſtri regij abſque vnguibus eſſe debent.

1 SIC deberent eſſe omnes regũ miniſtri, contenti micis regalibus, & ſine vllis vnguibus, quibus bona ſubditôrum depredarentur, & arriperent.

Tyrannorũ ſubditi ignominioſum panem comedunt.

2 Sed quomodo colligebant micas decidentes iſti miſerrimi principes, manibus pedibuſque præciſis? Ore ſcilicet, vt in ipſo actu comedendi ignominiôſam ſubiectionem profiterentur, & ſimul pauimentum ab Adonibezec calcatum oſcularentur.

Purgatorij animæ de micis altaris Euchariſtici aluntur.

3 Hic textus per accomodatiônem, animâbus in Purgatorio exiſtentibus congruit, quæ nec manus, nec pedes habent, quibus ſe ipſas adiuuare poſsint, & demicis, & reliquijs menſæ Domini ſui nempé altaris euchariſtici aluntur.

CAP. 1. NUM. 11.

Atque inde profectus (Iudas) *abijt ad habitatores Dauir, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher, ideſt Ciuitas litterarum. Dixitque Caleb: Qui percuſſerit Cariath Sepher & vaſtauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem... Dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius, & irriguum inferius.*

Sapientia, & diuitiæ fere ſemper inter ſe belligerantur.

4 EN repugnantia ſapientię cum adquiſitiône bonorum temporálium: percutienti, & dèſtruenti ciuitatem litterarum datur Axa, ideſt *Adornata* in vxorem, ſeu perpetuam coniunctiônem cum omnigenâ terræ poſſeſsiône.

CAP.

CAP. 2. NUM. 17.

Citò deseruerunt viam per quam ingressi sunt patres eorum, & audientes mandata Domini, omnia fecêre contraria.

Natura humana peccato corrupta Deo semper repugnare nititur.

5 HOC est habêre aures, & non audire. Audere dicere, malignitatem humanam eo dementiæ deueniſſe, vt, ſi per impoſsibile, Deus mala præciperet, tunc homines certàtim bona facturos, vt illi aduerſarentur.

CAP. 3. A NVM. 1.

Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum, vt posteà discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.

In regnis bene moratis militaris ars excolenda.

6 IN rebuspublicis benemoratis, & ordinatis militaris ars minimé negligenda, ſed excolenda eſt.

VEL SIC.

Hostes Deus animæ permittit, non ad pœnam, ſed ad coronam.

7 Per hoc moralitèr ſignificantur hoſtes ſpirituales, quos Deus animæ rationali dereliquit vt in ipſis exerceatur, & illos vincens coronam gloriæ adipiſcatur, quapropter Eccleſia præſens militans appellatur.

CAP. 3. NVM. 4.

Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audiret mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.

Belli flagellum irreligiositatem arguit.

8 ERgó cum belli flagellũ aliquam prouintiam vexat, ſignum euidens eſt, in eâ legẽ diuinam non cuſtodiri: Hæc etiam ſpiritualitér, vt ſupra immediaté dicta explicari poſſunt.

CAP. 3. NUM. 15.

Et posteá clamauerunt ad Dominum, & suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, filium Gera, filij Iemini, qui vtráque manu prodextrâ vtebatur.

Ad Deum recurrere, niſi neceſſitate vrgẽte, neſcimus.

9 MElius foret, quod anteá clamarent ad Dominum, quam poſteá, ſed niſi ingruente, & vrgente neceſsitate ad Deum recurrere neſcimus, quod benè noſcens Dauid cecinit pſal. 31. num. 4. *Conuersus sum in ærũnamea dum configitur spina.*

Qui omninò dextrè operatur ſingulariſsimus eſt; innumerales qui ſiniſtrè.

10 Sed cur aduertit textus huius ſtrenui ducis dexteritâtem? Fortè ad denotandum, quod, qui vtráque manu prodextrâ vtâtur vnus eſt, qui vtráque pro ſiniſtrâ innumerabiles, nã *ſtultorum*, ideſt peccatorum *infinitus eſt numerus.*

CAP. 3. NUM. 20.

Ingreſsus eſt Aod ad eum: (ſcilicet Eglon regem Moab) *ſedebat autem in æſtiuo cœnaculo ſolus, dixitque: Verbum Dei habeo ad te, qui ſtatim ſurrexit de throno.*

Ab infidelibus poſſunt quandoqué fideles religioſitatem addiſcere.

11 NOtanda venit huius idololatræ regis reuerentia ad Deum in quem non credebat: ſtatim enim ac legationem eius ipſi aduenire cognouit, de throno ſurrexit.

CAP. 5. NVM. 24.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo.

Omnis laus mulieris in domeſtica operatione fundatur.

12 OMnis laus muliebris á propria domo oritur, & extra domum non progreditur: Vide lib. Numeri. num. 269.

CAP. 5. NVM. 25.

Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

Principibus quæ ad ſoporẽ, facilè porrigũtur.

13 PEtitur aqua ad expergiſcendum, & porrigitur lac ad ſtertendum, ſic frequentèr principibus miniſtratur: ideó dicitur, *in phialâ principum*, butyrum exhibitum.

Fraus, & adulatio vbique obuia.

14 Sed quis in illud ruſticum tentorium inſtrumenta regalia, & crateres aulicos inuexit, quibus ſiſaræ lac adeo ciuilitér, & vrbanè

ne propinaretur? Præcipua aulicorũ vasa, seu instrumẽta sunt fraus, & adulatio, quę adeo obuia, & cõmunia vbique sunt, vt nullibi, etiã in rusticanis ergastulis, desiderentur. Uel sic.

Vide supra nu. 13.

15 Adulatores semper principibus offerũt suauiora, & quæ eos ad somnum capessendum leniter inducant. Vided Prob. cap. 24. nu. 28.

CAP. 5. NVM. 28.

Per fenestram respiciens vlulabat mater eius; & de cænaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? Quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?

Rota, quæ non non rotatur, rota nomen amittit.

16 QVadrigę tardantes non dicantur habere rotas volubiles, sed pedes podagricos, & immobiles.

CAP. 5. NVM. 32.

Quieuitque terra per quadraginta annos.

Bellum pro religione susceptũ diuturnam pacẽ inducit.

17 BEllum pro religione feliciter gestũ, & Deo exercituũ (vt per hoc canticũ fit) triũphus attributus, diuturnã pacem, & felicitatem producit.

CAP. 6. NVM. 1.

Fecerunt autẽ filij Israel malũ in cõspectu Domini, qui tradidit illos in manu Madian septem annis.

Peccare est malũ sibi facere, ac bella concitare.

18 *Fecerunt malũ*, scilicet sibimet ipsis, nam idem est peccata committere, quã bella tam interna, quam externa concitare.

CAP. 6. NVM. 2.

Et oppressi sunt valde ab eis. Fecerũtque sibi antra, & speluncas in mõtibus, & munitissima ad repugnandum loca.

Peccator semper est pauidus, & imbellici animalculo comparabilis.

19 Timore inimicorum perculsi fecerunt sibi speluncas, tanquam pauidi cuniculi: sic accidit reliquijs maiorũ nostrorũ in montanis Castellę, & Legionis ab Africano furore, insto Dei iudicio propter enormissima peccata principum Gothicorum, oppressis.

CAP. 6. NVM. 4.

Et apud eos figẽtes tentoria sicut erãt in herbis cuncta vastabãt vsque ad introitũ Gazæ: nihilque omnino ad vitã pertinẽs relinquebãt in Israel.

Qui calamitatibus temporalibus vti sciunt, ad spiritualem vitã multũ proficiũt.

20 ADvitam temporalem alendam nil relinquebatur Israelitis, sed ad vitam spiritualem prouehendam, multũ quidẽ possent ex illa calamitate proficere, si isti tanquam veri Israelitæ sibi prospexissent.

Debillissimis fulcris temporalis vita nititur.

21 Et nota quã debilibus scipionibus, cannis scilicet triticeis, misera hæc vita temporalis fulciatur, & innixa sit.

CAP. 6. NVM. 8.

Ego vos feci conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo seruitutis, &c.

A misera seruitute liberare, actio Deo iterũ ac sæpe recõuentore digna.

22 A misera seruitute in libertatẽ assertio adeó magnum beneficium est, vt vel ab ipso munificentissimo Deo iterũ, ac sæpe, vt in Sacra Scriptura apparet, Hebręis, pro ex probãda eorum ingratitudine, obijciatur.

CAP. 6. NVM. 11.

Cumque Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian.

Exigua messi exiguus locus sufficit, aũ sit securus.

23 PRudenter elegit Gedeon illum locum ad frumenti excussionem tum propter exiguã illius quantitatẽ, tum propter exemptionẽ ab inuasione Madianitarum; cum enim isti nullum fructum Israeliticæ regionis sinerent ad maturitatem peruenire, torcularia, vtpote ad nullũ vsũ apta, imperlustrata relinquebant.

VEL SIC.

Exigua messis panem potius afflictionis, quam cõsolationis, porrigit.

24 Illa actio purgandi frumentum in torculari, vbi præmũtur vbæ, denotat panem ex eo cõficiendum futurum panem tribulationis, afflictionis, & doloris.

VEL SIC.

Panis Eucharisticus vt proficiat, cum passionis memoria cõmedendus.

25 Panis Eucharisticus, vt proficiat,

ficiat, in loco ad recolendam memoriam passionis apto, comedendus est, & præparandus.

CAP. 6. NUM. 27.

Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus.

Zelator legis legem semper præseferat.

26 ZElator legis non sine mysterio numerum Decalogi assumpsit.

CAP. 9. NUM. 29.

Dixerunt que ad inuicem: Quis hoc fecit? Cumque perquirerent auctorem facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia.

Inter multos secretum nō subsistit.

27 MIrandum foret, si inter tantos secretum posset subsistere.

Nulli audacius loquuntur quam præsumptiue suspiciosi.

Sed cur adeó aseueranter Gedeoni hoc facinus obijciunt? Forte, quia ex præsumptiua suspicione loquebantur, & nulli audacius, & asseuerantius loquuntur, quam suspiciosi, & ex presumptione leuiter garrientes.

CAP. 6. A NVM 30.

Et dixerunt ad Ioas, produc filium tuum huc, vt moriatur, quia destruxit aram Baal, & succidit nemus. Quibus ille respondit: Numqui d uuores estis Baal, vt pugnetis pro eo? Qui aduersarius est eius moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius.

Vir prudens multa bona vno solo verbo solet efficere.

28 CAute, & prudenter Ioas vno verbo, & idolatriam sugillat, & veram religionem zelat, & filium ab imminenti periculo eripit.

CAP. 6. NVM. 34.

Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangēs buccina conuocauit domū Abiezer, vt sequeretur se.

Cum pro Deo zelatur, Dei buccina martem accendit.

29 TVnc spiritus Domini facit clangere buccinam contra inimicos infideles, quando pro Deo zelatum est, aris idolorum destructis.

CAP. 6. NVM. 39.

Dixitque rursus ad Deum: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quærens in vellere.

Animi timor, percussi multis signis indigent vt pauorem expellant.

30 TAnta signorum repetitio necessaria fuit, vt animi Israelitarum timore perculsi erigerentur, & audaciam sume ent. CAP. 7. NVM. 1.

Igitur Ierobaal, qui, & Gedeon de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, &c.

Muneris mutationi nominis mutatio congruit.

31 NOmen natiuū huius strenui ducis erat Gedeon, at veró Ierobaal erat nomē appellatiuum, ex illo facinore destructionis aræ Baal nupèr felicitér peracto desumptum, cur ergo hîc nomen appellatiuum tanquam natiuum ponitur, & è contra? An quia tunc in augurabatur Gedeon in ducem populi Israel, & de persona priuata in publicam transibat, voluitque cum munere nomen etiam mutare? Vel sic.

Strenuus miles amplius de suis facinoribus, quā de suis natalibus gloriatur.

32 Ierobaal erat nomen proprij facinoris expressiuum, Gedeon, significatiuum ordinis; maluit ergo strenuus dux de suo facinore, quam de suo origine gloriari. Vel sic.

Strenuus dux religionis zelum reliquis omnibus præfert.

33 Gedeon significat *conterēs*: Cerobaal, *Impugnans idolum*, primum nomen exprimit potestatem in subditos secundum zelum Religionis: præferat ergo fidelis dux, & á Deo electus zelum Religionis, authoritati propriæ, & potestati. Vel sic.

Publicæ, & vniuersales virtutes particularibus præferendæ.

34 Gedeon, seu conterens significat virtutem pœnitentiæ: Ierobaal, seu impugnans idolū significat virtutem fidei assertoris, & defensoris contra infidelitatem: præferat ergó optimus princeps virtutes heroicas, & vniuersales, hoc est, bonum reipublicę vniuersale concernentes, virtutibus particularibus, & personalibus.

Sed

In fideles in perpetua nocte diuagantur.

35 Sed cur nocte Ierobaal inimicos agreditur? Vel quia primũ facinus destructionis aræ Baal, capite præcedenti relatum, in tempore nocturno peractum fæliciter successerat. Vel ad significandum, hostes in infidelitatis nocte stertentes,& immersos.

CAP.7. *A* NUM.6.

Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proijciente lambuerunt aquas trecenti viri: omnis autẽ reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon, in trecentis viris, qui lambuerunt aquas liberabo vos,&c.

In omni republica laborioſi operarij deſidioſis, ac otioſis hominibus præferendi.

36 QVI ad adquirenda vitæ neceſſaria labore manuum ſuarum adiuuantur, hi ad præcipua reipublicæ munera vti es ſunt,& reliquis præferendi; qui vero abſque propria induſtria volunt ea poſsidere, inutiles ſunt, & repellendi.

CAP.7. NUM.8.

Sumptis itaque pro numero cibarijs, & tubis omnem reliquam multitudinem abire præcepit.

Prædicatores Euãgelici non multi, ſed docti, ac bene ſuſtẽtati eſſe debent.

37 ISti milites tubâ inſtructi ſunt Prædicatores Euãgelici, qui non debent eſſe multi numero, vt errores,& vitia debellent, deſtruantque, ſed ſufficientẽr cibati,& ſuſtentati, iuxta illud: *Nõ alligabis os boui trituranti*, ſecundũ Apoſtoli intelligentiã. 1. Corinth. cap. 9. num. 9.

Et ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit.

Strenus dux, non tam ſuos, quam ſe ipſum periculo exponit.

38 STrenuiſsimus Dux Gedeon non tam ſuos, quã ſe ipſum certaminis periculo expoſuit.

CAP.7. NVM.13.

Cumque veniſſet Gedeõ, narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo,&c.

Ab infortunio, vel ſolum ſomniato cauendum.

39 INfortunium, etiã ſomniatum éuenit.

Videbatur mihi, quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere.

Deo ſacrificare, eſt gladio hoſtes confodere.

40 FOrtè fuit iſte panis, ille quem ſupra cap. 6. Gedeon in ſacrificium Deo obtulit.

CAP.8. NVM.3.

In manus veſtras Dominus tradidit principes Madian Oreb, & Zeb, quid tale facere potui, quale vos feciſtis.

De inimicis amicos facit oportuna laudatio.

41 REſponſio mollis frangit iram. Prouerb. ca. 15. Num. 1.

CAP.9. NUM.5.

Et venit in domũ patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros, ſuper lapidẽ vnũ

Innocentũ cruore, vel lapis delibutus, mirum eſt, quod non emolleſcat.

42 *Super lapidem vnum.* Videtur hoc admiratiuè ſcriptũ: dignũ quipe admiratione fuit, quod lapis vnus tot crudeliſsimas, & iniuſtiſsimas occiſsiones ſuper ſe ſuſtineret, tantoque innocentum cruôre atrociter delibutus, non emolliretur,& dilaberetur.

Naturæ vincula exprimere, cum enormis crudelitas refertur, illã exagerat.

43 Et nota, filiationem occiſoris,& occiſorum ex vno eodemque patre exprimi,& hoc ſub nomine Ierobaal quod eſt nomẽ Zelatoris,& religioſi ad crudelitatẽ, & impietatem Abimelech exagerandam.

CAP.9. NUM.6.

Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello: abierunque,& conſtituerũt Regem Abimelech, iuxta quercũ, quæ ſtabat in Sichem.

A ſana mente abit qui crudelẽ tyrannum regem facit.

44 *Abierunt*, ſcilicet á ſemetipſis, ideſt á recta ratione,&prudẽti deliberatione, ſiquidem, regẽ in augurare,& proclamare decreuerunt hominẽ, qui adhuc priuatus, & abſque vlla iuriſdictionis publicæ authoritãte munitus, euidẽter tyrannus, & enormiter crudelis extiterat.

In iudiciali præfectura crudelio- resvulgariter ceteris præferũtur

45 Sed ad hanc obiectionem poſſent, vt cumque, pro ſe reſpõdere Sichimitæ quod tunc præpoſitos

sitos suos, non *Reges*, sed *Iudices* proclamabant, & in hoc præfecturæ genere solent optimi existimari, qui crudelissimi.

CAP. 9. NUM. 13.

Nunquid possum deserere vinũ meũ, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cetera promoueri?

Qui in regem exaltatur naturam cũ suis proprietatibus quodammodo mutare debet.

46 NVnquid vitis ad regnum lignorum promota vinificare desisteret? Vtique: qui enim ad regnum promouetur omnes suas, etiam naturales, passiones, & proprietates debet relinquere, ex quo infertur, honores, non solum mutare mores, sed etiã naturam.

Eucharistiæ vinum tam Deum, quam homines lætificat.

47 Sed cur fructus vitis dicitur non solum homines, sed etiam Deum lætificare, quod de ceteris arborum fructibus non enuntiatur? An hoc, propter vinum Eucharisticum dictum est?

CAP. 9. A NUM. 14.

Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: Si vere me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite.

Nimia ambitio humilium natalium argumentũ.

48 IMperium ab oliua, ficu, & vite recusatum rhãnus virgultorum in terra reptantium summe despicabilis, & abiecta extensis, & hamâtis vlnis ad se trahit, & amplectitur: mirarer si creatura omnium vilissima non foret præ omnibus ambitiosa, & superbissima.

Subditos anihilare tyrannorum conatus.

49 Sed sub quâ vmbrâ iubet alta omnia ligna conquiescere, cũ vix formicam operire, & subter ipsam transitum ægre præstare possit? Superbus princeps, ac tyrannus ambit, subditos, vltra id quod naturalitér fieri potest, deprimere: vel certe, cũ illos anihilare intendat, non mirum, quod sub exili vmbraculo eos prætendat obscurare, comprehendere, seu comprimere.

CAP. 9. NUM. 22.

Regnauit itaque Abimelech super Israel tribus annis.

Iudicare, ac regnare quandoque idem.

50 QUandoque Iudices iure regum imperare dicuntur.

CAP. 9. NVM. 23.

Misitque Dominus spiritum pessimũ inter Abimelech, & habitatores Sichem.

Inter superiorẽ, & subditos discordia pessimum accidens.

51 SPiritus discordiæ inter superiorem, & suditos spiritus pessimus appellatur.

CAP. 9. NVM. 27.

Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum Dei, sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech clamante Gaal filio Obed Quis est Abimelech? &c.

Lingua potens, manibus tacere solet.

52 QVI ore, & conuitijs aduersarium impetit, manibus aduersus illum strenue non vtetur. Vide infra á n. 38

CAP. 10. NVM. 1.

Post Abimelech surrexit dux in Israel. Thola filius Phua patrui Abimelech.

Minus malũ est intrusum in regnum, tollerare, & aliquando confirmare, quam ipsius electioni perperam insistere.

53 ETsi Abimelech contra omne ius, fasque proclamatus fuerit, eius electio, ob candalum, & alia damna publica euitanda, stabilita mansit, & inter legitimos Iudices à Sacro textu numeratur.

CAP. 10. A NVM. 15.

Dixeruntque filij Israel ad Dominũ: Peccauimus, reddetu nobis quidquid tibi placet, tantũ nunc libera nos, quæ dicentes omnia definibus suis alienorum deorũ idola proiecerũt.

Vera conuersio est, quæ cum verbo peccaui, occasionis peccati rectionem coniũgit.

54 HÆc est efficax conuersio, cũ verbo: *Peccaui*, proiectio idoli coniungitur, non dubium, quod Deus placatus, illis statim auxilietur.

Caute pius, qui à Deo immediate castigari desiderat.

55 Et nota, quam piâ, & religiosâ cautelâ dicant Deo: Redde tu nobis quidquid tibi placet, scientes Deo nec mortem, imo nec damnum, & suppliciũ peccatôris placere.

CAP.

CAP. 11. A NUM. 5.

Quibus acriter instantibus, perrexêrunt matôres natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de terra Tob: dixêruntque ad eum: Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon.

Optima politicæ ars, de malis bonos efficere.

56 ACtio prudens, & veré politica, sic enim virum fortissimum, suumque cõciuem à pernitioso, & turpi latrocinandi exercitio, in aliud decens, & reipublicę proficuum trantulêrunt, quô páriter, suæ vtilitâti, & decôri, conciuisque honôri, & mèrito cautum fuit.

CAP. 11. NVM. 9.

Iephte quoque dixit eis: Si vere venistis ad me vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Deus in manus meas, ero vester princeps? &c.

Bellum aggressurus de sui potestate, & belli iustitia diligenter inquirat.

57 NEC ad imperium, Iephte sine libera, spõtánea, & iurâta voluntâte subditôrum vult sublimâri, nec bellum sine exacto, & rigoroso exámine sui iuris inîre, ideó prósperè ei omnia succesêrunt, tam quæ in hoc, quam quæ in sequenti capite referûntur.

CAP. 11. NUM. 12.

Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona suâ dicerent: Quid mihi, & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terrã meam, &c.

Lis inter subditos ciuile bellum: bellum inter reges forense litigium.

58 SIcut lis inter subditos est ciuile bellum, ita bellum inter reges est ciuile, & forense litigiũ: & hinc incipit litis contestátio Iephte cum rege Ammonitârum, & processus substantiatio vsque ad sententiæ statum, quam Deus per victóriam pronuntiâuit.

CAP. 11. NVM. 37.

Dixitque ad patrem (filia Iephte) *hoc solum mihi præsta, quod deprecor: Dimitte me, vt duobus mènsibus circumeam montes, & plangam virginitátem meam cum sodàlibus meis.*

Virginitas, quæ in alijs virtutibus non proficit sterilitas potius, quã virginitas nuncupanda.

59 IN filia Iephte præsignántur virgines, quæ intra claustra degunt absque aliquo profectu, spiritâlique fructu, & montes virtûtum circumeunt, quin ad illos conscêndant, quarum virginitas, seu potius stèrilitas deploràbilis est.

CAP. 11. NUM. 38.

Cumque abiisset (filia Iephte) *cum sociis ac sodalibus suis, fleret virginitátem suam in montibus.*

Qui in hoc sæculo virtutes non fructificat in futuro fletus germinabit.

60 HÆC fuit typus eârũ animârum, quæ dum in corpore habitârunt, nullum boni operis fructum protulêrunt.

CAP. 12. A NUM. 3.

Post hunc iudicâuit Israel Abêsan de Bethlèhem, qui habuit triginta filios, & totidem filias, &c.

Principes nimiũ vxorij nil strenuũ aggredi solent.

61 DE Abesâno, & Abdône nullum aliud fácinus, quám nimia fæcùnditas enuntiâtur, ex quo infertur, principes nimium vxórios nihil strenûum àggredi solêre.

In pacifico, ac iusto regni regimine, non pauca includuntur facinora.

62 De Ahialône nihil aliúd refertur, quàm quod decem annis iudicâuerit Israêlem, nec própter hoc, vt inglórius existimândus est, in recta enim iustitiæ administratiône, & reipublicæ regimine plurima egrègia facta compendiarié recapitulantur.

VEL SIC.

Magnam rem facit, qui filias nobiles nuptui tradit.

63 Pro magno Abesani Bethlehemites facinore refêrtur, quod trigînta filias, totidemque filios matrimonio copulauerit: & nota prius filias nuptui tradidisse, quam filios copulasse vt aduertant parêntes primam, & maximam eorũ curam debere esse de filiabus nubendis, vel alio decenti statu collocandis, quàm de sponsandis, vel collocandis filijs.

CAP. 13. A NUM. 3.

Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & absque liberis; sed concipies & paries filiũ: Caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quidquam comedas.

Spiritualis, & corporalis sterilitatis morbum abstimentia curat

64 STerilis, & absque liberis: non est hîc Pleonasmus, nam per primum denotatur sterilitas animæ, & ideo, vt vtranque tollat curetque præcipit abstinentiam, quæ tam corporis, quã animæ medicina efficacior est.

CAP. 13. NVM. 5.

Quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula, erit enim nazaræus Dei ab infantia sua & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum.

Omnia bona opera á Deo initiũ desumunt.

65 IPse incipiet, sed Deus perficiet; vel To: *Ipse*, referri potest ad Deum: nam Deus per gratuam præuenientem incipit bonum opus, cui nos cooperámur.

CAP. 13. A NUM. 6.

Quæ cum venisset ad maritum suum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis: quem cum interrogassem, quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: sed hoc respondit: Ecce concipies, & paries filium, caue, ne vinum aut siceram bibas.... Erit enim puer nazaræus Dei ab infantia sua ex vtero matris suæ vsque ad diem mortis suæ.

Fallax loquacitas mulebris proprietas.

66 EN inclinationem loquacem, & fallacem feminarum: tres interrogationes dicit marito suo se Angelo fecisse, cum nulla earum ex textu cõstet, & certò certius est, non fecisse; sed potius ad adspectum insolitum, & terribilem Angeli attonitam, & turbatam remansisse; & nota, quod fefellit etiam maritum dicens: Se ab Angelo accepisse: filium vsque ad diem mortis suæ, Dei nazaræum futúrum.

CAP. 13. A NVM. 8.

Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obsecro Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est: exaudiuit que Dominus deprecantem Manue.

Recta prolis educatio opus arduũ est, & virile, non femineum.

67 DIgnissimus Manue, qui exaudiretur, non solum propter fidem, quam statim præstitit; sed etiam propter aduertentiam, quod scilicet recta prolis institutio, & educatio, non á garrulitate feminea, sed ab ipso Deo immediate expectanda. Vide, infra ad num 12. huius capitis.

CAP. 13. A NVM. 9.

Et apparuit rursum angelus Dei vxori eius sedenti in agro Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidisset angelum festinauit, & cucurrit ad virum suum, &c.

Ecclesia circa cœlestia, non alio quam summi Pontificis iudicio dirigitur.

68 HÆC mulier in agro sedens est typus Ecclesiæ in mundo commorantis, quæ etsi visiones supernaturales, & cælestes videat ipsis non fidere debet, sed ad virum suum, idest summum Pontificem statim recurrere.

CAP. 13. A NVM. 12.

Cui Manue quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis, vt faciat puer? Aut à quo se obseruare debebit? Dixitque Angelus Domini ad Manue: ab omnibus, quæ locutus sum vxori tuæ abstineat se.

Notitiæ per fœmineam relationem adquisitæ viroprudenti suspectæ.

69 IAM ab vxore omnia per ordinem audierat, sed cum esset vir adeo prudens, & cordatus relationi feminee, nec fidit, nec acquieuit.

Sed

In parentũ moribus filiorũ mores reformantur.

70 Sed notandum eſt, quod Angelus non dicit vxori Manue, quod á vino, & immundis abſtineret puer naſciturus, ſed quod abſtineret ipſa vt patet ſupra num. 4. Cur ergò hic abſtinentiam puero imponit? An diuerſis diuerſa præcipit? Sed ſi textus benè perpendatur, idem ipſiſſimum vxoris & mariti præceptum eſt. At ſi adhuc non acquieſcas, & tueri inſiſtas Angelum ad Manue de pueri abſtinentia loqui, non me â propoſita ſententia deturbabis: Voluit enim angelus vxori Manue loquens, in moribus matris, filij mores efficaciter ad præcepti, & ordinationis diuinæ normam formare, & ſic eadẽ intentio, ex diuerſis vocálibus præceptis, vnũ fecit.

CAP. 13. NUM. 16.

Cui reſpondit angelus: ſi me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino.

Panis angelorũ cum hominibus communis; ſecus panis hominum cum Angelis.

71 ANgelus non manducat panem hominum, etſi coactus, at panem angelorum manducat homo, etiam rogatus.

VEL SIC.

Iuſti vel vna ſola deprecatio cælicolis violentiã facit.

72 Et notandũ quod ab vna tantum deprecatione viri iuſti Manue exiſtimauit Angelus ſe coactum.

CAP. 13. NUM. 23.

Cui reſpondit mulier: ſi Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum, & libamenta non ſuſcepiſſet.

Deus iudicem actturus, vel á leuis muneris acceptatione cauet.

73 VEL Deus ipſe, de alicuius manu munera, etiam leuia, ſuſcipiens, nequit in illum ſeuerum iudicem agere. Quod per exagerationem ad mores iudicum formandos ponderari poteſt.

CAP. 14. NVM. 3.

Dixitque Samſon ad patrem ſuum; hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.

Mores hominũ in deterius fere ſemper ruunt.

74 IN illo tempore iuuenes, etiam ſenſuales parentibus ſuis in negotio accipiendæ vxoris deferebant; nunc mundus tam in hoc, quam in alijs pluribus, non ſic bene moratus eſt.

Quod corporeis ſolum oculis placet ſemper debet eſſe ſuſpectum.

75 Sed nota Samſonis pronuntiatum, quod ſcilicet placuerit femina oculis corporis, melius foret ei, ſi oculis mentis placuiſſet, ſed viri ſpirituales, vt iſte Nazaræus quandoque ſolent ab exteriori apparentia turpiter falli.

VEL SIC.

Qui oculos benè moratos habet, & illos conſeruat, & per illos non cadit.

76 Si Samſon, oculos ſuos cæteroſque ſenſus, vt debet vir ſpiritualis, & religioſus, bene moratos, & mortificâtos haberet, ab ipſis non caperetur, & in miſerrimum caſum deturbaretur, & ob hoc forte permiſit Deus, quod oculi à Samſone eruerentur, infra cap. 16. nu. 11. quia fuerunt cauſa, & occaſio ſuæ laſciuiæ, & ſenſualis conuerſationis, vt in oculis lueret, quod per oculos deliquit.

VEL SIC.

Quod oculis laſciuis placet, nec legi diuinæ, nec alicui conſonat virtuti.

77 Non placuit contractio illius matrimonij cum Philiſthinorum filiâ legi Dei, non prudenti parentum conſilio, ſed laſciuis oculis Samſonis.

CAP. 14. NUM. 4.

Parentes autem eius neſciebant, quod res à domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſtijm.

Iuſti ſomnia cooperantur in bonum.

78 PErmiſsio peccati quãdoque ſolet eſſe effectus prędeſtinationis.

CAP. 14. NVM. 9.

Quem (ſcilicet fauum mellis) *cũ ſumpſiſſet in manibus comedebat in via: venienſque ad patrem ſuũ, & matrem dedit eis partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen eis voluit indicare, quod mel de corpore leonis aſſumpſerat.*

Quod

Secreta cordis, quæ amori naturali non conceduntur, carnali amori pate fieri solent.

79 QVod parentibus, & forte semel, & iterum interrogantibus indicare noluit, hoc postea concubinæ patefecit. Uide infra num. 16. & 17.

CAP. 14. *A NUM.* 12.

Quibus locutus est Samson: proponam vobis problema, quod si soluèritis mihi intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas: sin autem nō potueritis soluere vos dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas.

In diebus genialibus læte discurri solet, non subtiliter.

80 NON dubitabat Samson de victoria, tum propter problematis obscuritatem, tum quia in diebus genialibus, & conuiualibus, non est apta mens ad discurrendum.

VEL SIC.

Escis corporalibus paulū mētis adiungendum

81 Voluit Samson escas corporales, quas ei, & sodalibus suis soceri ipsius ministrabant, escis spiritualibus rependere, vel saltem condire.

VEL SIC.

Antiqua sæcula non adeó rudia, vt communiter existimantur.

82 Non liceat Mineruæ alūnis, qui nunc degunt, antiquos de ignorantia fugillare, quandoquidem, & inter epulas, excultioni mentis vacabant.

VEL SIC.

Eucharistia cū magna mentis attentione suscipienda.

83 Illud conuiuium fuit symbolū Eucharistici conuiuij, quod cum magna consideratione, & intenta animi contemplatione celebrare oportet.

CAP. 15. *NUM.* 1.

Post aliquantulum autem temporis, cum dies triticeæ messis instaret, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hædum de capris.

Ob vnum fructuum diem per annum totum laboratur.

84 VNus dies collectioni frumenti assignatur, cui producendo per annum ferè integrum terra incumbit.

VEL SIC.

Vni lætitiæ diei annus mœroris correspondet.

85 Ob vnum lætitiæ diem, per annum ferme integrum in hoc mundo laboratur.

Dona in amasijs expositoria animorum symbola esse solent.

86 Sed quomodo, qui septenni conuiuio, & solemni triginta adolescentum pompâ vxorem duxerat, nunc ad eam rediens inuisendam, ad vnum hædulum tāti viri munificentia redducitur? Plura quidem alia detulisse verisimile semper mihi visum est, sed hædum tantum exprimit textus, vt tam Samsonis, quam vxoris ipsius lasciuam petulantiā per hoc symbolum indigitaret.

CAP. 15. *A NUM.* 4.

Perrexitque, & cæpit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendens, dimisit, vt huc illucque discurrerent, &c.

In bellicis operationibus non minus cautelis, & stratagematibus, quam viribus nitendum.

87 VT quid tot vulpes? Vel ad quid vtitur exiguis, & timidis animalculis incōparabile robur Samsonis? An quia vulpes animal singularitér astutū, & cautum est, & licet in Samsone robur virium pręualeret, per hanc actionem ostendere voluit, quod in re bellica trecentæ astutiæ, & cautelæ necessariæ sunt, potiusque stratagematibus, quam viribus nitendum.

CAP. 15. *NUM.* 19.

Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, quibus hausis, refocillauit spiritum, & vires recepit.

Vnum miraculum per alterum comprobari solet.

88 POterat Deus efficere, & ad naturam rerum conformiùs, quod in loco illo erumperet fons ad Samsonis sitim mitigandam, sed voluit miraculū in maxilla facere, vt simul constaret, illam supernaturali virtute in Samsonis manu, tot homines, abs-

abſque ſui fractiône, & vel minima diminutione necauiſſe.

VEL SIC.

Qui ſanguine humano, etiam iuſtè effuſo, maculatur, ablui neceſſe habet.

89 In maxillâ creauit vel generauit aquas Deus, quibus ſanguinem humanum, quo tincta, & maculata fuerat, ablueret.

Efferatus vindex inimicorum ſanguinẽ ad bibendum appetit.

90 Vel vt Samſon ſanguine inimicorum aquę illi immixto faciaretur.

UEL SIC.

Occiſionis humanæ inſtrumẽtum, etſi inanime, lacrymari debet.

91 Emittat de ſe aquas lacrymabiles, & ſuo modo ploret, quę tantum ſanguinem fudit, totque homines peremit.

CAP. 16. NUM. 3.

Dormiuit autem Samſon vſque ad medium noctis: & inde conſurgẽs apprehendit ambas portæ fores, &c.

Qui malè agit odit lucem.

92 HOC forté, aduertit textus ad denotandã Samſonis cæcitâtem in iſtis ſcortationibus, & greſsibus luce diurnâ indignis.

VEL SIC.

Amor laſciuus velociſsimè euanidus.

93 Ubi deeſt amor legitimus & coniugalis, ſolumque adeſt appetitus laſciuus, & ſenſualis non inuenitur delectatio talis, quę per vnam integram noctem durare valeat.

CAP. 16. NUM. 5.

Veneruntque ad eam (Dalilã) *Principes Philiſthinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinẽ, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere.*

Magna opus cautela eſt ad amorem eludendum.

94 CAutè negauerunt Dalilæ ſe habere animũ, & intentionem Samſonem occidendi, ne forte ipſius amore capta, ne illo ſe priuaret Samſonis proditionem moliri recuſſaret.

UEL SIC.

Vir fortis durius ferre ſolet afflictionem, quã mortem.

95 Crudelius exiſtimabant cum Samſone acturos, ſi illum affligerent, quam ſi occiderent.

Pecunia, ad femineam conſtantiam demolitendam, tormentum bellicum.

96 Sed cur adeó copioſam pecuniæ ſummam offerunt? Certe nullo alio efficaciori medio femineam cõnſtantiam labefactare poterant.

Noſtrismet paſſionibus diabolus vtitur, vt nos debellet.

97 Et notare oportet: quomodo diabolus noſtris proprijs paſsionibus vtitur, vt inſtrumentis principalioribus, quibus nos capiat, & decipiat: ſicut Philiſthæi Samſonem per feminas vincere, & decipere conati, & conſecuti ſunt.

CAP. 16. NUM. 9.

Qui rupit vincula, quomodo ſi rumpat quis filum de ſtuppæ tortũ putamine, cum odorem ignis acceperit: & non eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius.

Amoris filum neruiceo rudente fortius, in neruũ injecit.

98 QUI rudẽtes neruiceos ſeptem, tanquam ignis ſtuppæ filum rumpit, nequiuit filamina amoris dilacerare: ergo hæc illis fortiora.

Militaris virtus in corde potius, & capite, quam in brachijs eſt.

99 Sed quomodo ait textus, quod non eſt cognitum in quo eſſet Samſonis fortitudo, cum conſtet ipſum brachijs ſuis ſeptẽ illos neruiceos funes adhuc humentes dilaniaſſe? Quia virtus militaris, licet in bracijs appareat, nõ ibi, ſed in cerebro, & corde eſt. Vide quæ ſupra ad num. 4. capitis 15.

CAP. 16. NUM. 13.

Dixitque Dalida rurſum ad eum: vſque quo decipis me, & falſum loqueris? Oſtende, quo vincîri debeas. Cui reſpondit Samſon, ſi ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero.

Vis

Ictuum repetitio, qua secreti turrim non euertit, saltem nutare facit.

100 VIS huius tertio repetitæ instantiæ iam faciebat nutàre Samsonẽ, etsi enim secretum non propalauerit, indicauit tamen iam, seu indigitauit, per crinium delignationem.

CAP. 16. NVM. 16.

Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter ad hæreret, spatiũ ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est.

Qui sensualitati cedit, sensualitatè vincitur.

101 HOminem sensualẽ nõ sinere conquiescere, seu concubare vehementissima instantiarum est, hæc absque dubio, illum vincet.

Feminas vincit curiositas: viros feminarum improbitas.

102 Sed nota, quod verbum illud: *Anima eius* æquiuoce tam ad Samsonem, quam ad Dalilam referri potest, & hinc patet, quantum in feminis prævaleat secreti sciẽdi cupiditas; & cum viris fragilium feminarũ improbitas, seu importuna, & repetita deprecatio.

CAP. 16. NUM. 20.

Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: egrediar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens, quod recessisset ab eo Dominus.

Deus facile nobis adhæret, sed æquè facile propter peccatũ discedit.

103 NOta, quã leue vinculum, septem nempe criniũ, satis est, vt nobis adhæreat Deus; at ex hoc non debemus indiscrete confidere; sed caute timere, quod facile recedere possit, sicut facile est crines abscindere.

CAP. 16. NVM. 21.

Quem, cum apprehendissent Philistiim, statim eruerunt oculos eius.

A libidine obcæcato perperam oculi effodiuntur

104 SVpervacaneum fuit oculos eruere ei, qui oculos suos iam in tot feminas lasciue iniecerat. Uide ad Genes. ca. 39. num 7.

Et clausum in carcere molere fecerunt.

105 COngrua punitio hominis luxurioſi, & sensualis, quod munia asini exerceat, qui lasciuam stoliditatẽ exercuerat.

Qui brutalem lasciuiam exercuit reliqua brutorum munera exerceat.

VEL SIC.

Oculis orbatus, & circulari labori addictus damnatorum typus est.

106 Hîc carcer inferni typice exprimitur, non solum ex pœna amissionis luminis supernaturalis, quæ est pœna damni, in illa oculorum erutiõne representata, sed etiam ex pœna sensus in grauissimo, & brutali labore, & vtraque æterna per illam circulationẽ significata.

CAP. 16. NUM. 22.

Iamque capilli eius renasci cœperant.

In præsenti vita nulla est adeò grauis culpa, quæ per bonos motus contrarios deleri nequeat.

107 HI capilli renascentes sunt cogitationes de male actis præteritis, & de bonis operibus in posterum faciendis.

CAP. 16. NVM. 23.

Et Principes Philisthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur dicentes: Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras, &c.

Idololatræ per cultum idoli ex habitu ipsum vincunt.

108 HÆC non erat laudatio, sed vituperatio, & illusio Dagon dei sui, certo enim certius erat Samson nõ ope idoli, seu dæmonis, nec equo belli iure, sed fraude, doloque captum, & comprehensum.

CAP. 16. NVM. 26.

Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me vt tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululum requiescam.

Qui templum prophanant, Dei domum in domũ priuatã conuertunt.

109 CUR habitaculum principalis idoli Philisthinorum *domus* appellatur, quod nomen communiter habitationem profanam significat, &

non

non fanum, aut templum, vt frequenter in Sacra Scriptura talia delubra nuncupantur? An quia illud epulis, conuiuijs, & alijs irreligiosis actionibus Philisthæi profanabant?

110 Sed cur ait Samson: *Vt paululum requiescam*, cum iam in mente haberet, & efficaci voluntate decreuisset facinus suæ, hostiumque interemptionis? Certè his verbis fidem resurrectionis profiteri Samson videtur.

Requiem exiguam mortē vocat, qui fidem resurrectionis tenet.

111 Et nota, quod cum nomen *Resurrectio* de resurrectione ad vitam communiter intelligatur, interina, & exigua requies, per quam illam Samson significat, sibi tantum, non Philisthæis idololatris accommodat.

Qui anima mortuus demixit non ad vitam sed ad mortem resurgit

CAP. 16. NVM. 28.

Et redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam.

112 NON animo vindicatiuo, sed religioso dixit Samson: *Vlciscar de hostibus meis*, nulli enim alij erant hostes Samsonis, nisi inimici Dei.

Se religiose vindicat, qui pro suis, Dei inimicos reputat.

113 Et notandum, quod tam multa opprobria, & ludibria á Philisthæis perpessus, in nullo alio se existimauit Samson vere iniuriatum, & offensum, quam in excæcatione. Quod valde debent principes, & superiores circa suos ministros obseruare.

Maxima principi quæ irrogari potest iniuria obcæcatio est.

CAP. 16. NVM. 31.

Descendentes autem fratres eius, & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa, & Esthaol in sepulchro patris sui Manue.

114 DIgnus certé Samson in illo tumulo, tanquam in regali Mausolæo á se constructo, á suis Cognatis relinqui, nisi ibidem Philisthinorum infidelitas coniacuisset; & hinc argumentum sumere licet, Samsonis animam in Abrahami sinum delatam, siquidem emortuū corpus ab infidelibus separatum fuit, & cum rectè credentibus collocatum.

Ab infidelibus in morte secerni, & religiose sepeliri, prædestinationis argumentum.

CAP. 17. NUM. 5.

Qui ædiculam quoque in ea (Michas scilicet) *Deo separauit, & fecit Ephod, & theraphim, idest vestem sacerdotalem, & idola: implenitque vnius filiorum suorum manū, & factus est ei sacerdos.*

115 FActus sacerdos specialis ipsius Michæ patris sui, non totius populi, vt erant legitimi sacerdotes, & iste præterea ritu præterlegali, & sacrilego initiatus, & consecratus.

Illegitimus sacerdos illegitimè sacrificat.

116 Et nota, hanc Michæ ædiculam cum nostris sacellis domiciliaribus, quæ Oratoria vocantur, habere typicam proportionem.

Sacella domestica, seu oratoria typicè adumbrata.

CAP. 17. NUM. 6.

In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

117 ETsi rex non esset, saltem nō erat lex Moysis in Israel, quomodo vnusquisque, quod sibi rectum videbatur faciebat? Erat quidem lex, sed lex sine rege, quid mortuum, & inane est.

Lex sine rege quid mortuū, & inane est.

CAP. 17. A NUM. 9.

Interrogatus est ab eo, vnde veniisset. qui respondit: Leuita sum de Bethlehē Iuda, & vado, vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse perspexero. Dixitque Michas: Mane apud me.

Mali

Mali Ecclesiastici instabiles, & lucri cupidi.

118 MAli, & instabiles Ecclesiæ, quæ tum vtilitatem, & statim, ac eis affulget maioris lucri spes ad illud se prorripiunt omni vinculo fidelitatis, & humanitatis spreto, vt in hoc manifeste apparet cap. sequēti à numero 19.

CAP. 18. *A NUM.* 2.

Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi, & agnoscentes vocem adolescentis leuitæ, &c.

In diuinarū laudum accentu Ecclesiasticorū vox dignoscenda.

119 QVomodo hominem alioqui ignotum, & forte nunquam alias visum per vocis sonum, leuitam esse cognoscere potuerunt? Erat absque dubio illa vox laudum diuinarum enuntiatiua, quæ in ore sacerdotum, & leuitarum, & tunc erant, & semper debent esse frequentissimæ.

CAP. 18. *A NVM.* 23.

Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi vis? Cur clamas? Qui respondit Deos meos quos mihi feci tulistis, & sacerdotem, & omnia, quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est?

Cui religio deest omnia bona desunt.

120 IDola tantum, & leuitam abstulerunt, sed in illis omnia bona Michæ virtualiter rapuerunt.

VEL SIC.

Omnia bona habet, qui Deum sibi annuentē habet.

121 Hæc idola erant quidam Deus ad vtilitatem, & nutum solius Michæ factus, & acommodatus, non ergo mirum, quod cum illo omnia habere; & sine illo omnia sibi deficere existimaret.

VEL SIC.

Nutualis Deus à quocumque auferibilis.

122 Deus, quem sibi quisque facit à quocumque auferri potest.

CAP. 18. *A NUM.* 27.

Ueneruntque in Lais ad populū quiescentem atque securum, & percusserunt eos in ore gladij, vrbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quidquā societatis, ac negotij.

In via virtutis non progredi periculosum est.

123 QVI in via virtutis quiescit, quomodo securus esse potest.

VEL SIC.

Fortitudo humana aliena ope indiget.

124 Nullus populus adeó fortis, vt sine aliorum fœdere, & iuuamine bellis ingruentibus resistere possit.

VEL SIC

In terra deficiet, qui in cælo amicos non habet.

125 Quod isti populo accidit, accidet etiam illis Christianis, qui intercælicolas, nullos amicos, patronos, & protectores habere curant.

CAP. 19. *NVM.* 9.

Cui rursum locutus est socer: Considera, quod dies ad occasum declinior sit: & propinquat ad vesperum: mane apud me etiam hodie, &c.

Infortunia imminentia naturali virtute præsentiri solent.

126 HÆ detentrices instantiæ ortæ videntur ex præsaga tristissimi euentus futuri apprehensione, quam quandoque oportet non despicere.

In quotidiano solis occasu occasus noster considerandus.

127 Sed verba cauti, prudentis, & experti senis, sine animi aduertentia prętereunda non sunt: *Considera, quod dies ad occasum declinior sit.* Quod dies ad occasum vergat potius videtur oculorum obiectum, quam intellectus: cur ergo generum iuuenem non ad videndum, sed ad considerandum inducit? voluit certè illum, non solum detinere, sed etiam instruere, quod in quotidiano solis occa-

su,

su, occasus noster quotidianâ, & continua meditatione considerãdus sit.

CAP. 19. NUM. 10.

Et venit contra Iebus, quæ alio nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam.

Vxoris nomine indigna, in qua voluptas, nõ voluntas prævalet.

128 CUR vxor legitima nomine concubinæ significatur? Fortè, quia quam dissotiauerat genius contrarius, iterum sensualis cupiditas coniunxit.

Matrimonij honestati, etiã vocaliter attendẽdum.

129 Vel quia, cum, vt constat infra ex n. 25. Beniamitæ illâ muliere abusuri essent, noluit textus illam honestissimo vxoris nomine compellare; ne hæc venerabilis vox deturparetur, & matrimonio iniuria inferri videretur. Vide, quę ad num. 3. capitis 20. lib. 2. Regũ.

CAP. 19. A NVM. 11.

Iamque erant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad dominum suum: Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea, cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filijs Israel, &c.

Infideles fidelibus quandoque in virtutum moralium exercitio præferri possunt.

130 ISte leuites prudentèr & religiosè respondit, vt suo statui, & professioni decebat, sed aliquando, ne dicam sæpe, plus pietatis, & humanitatis inter ethnicos, & gentiles, quam inter catholicos, & fideles inuenire solent ministri Domini.

CAP. 19. A NVM. 14.

Transierunt ergo Iebus, & cæptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Beniamin, diuerteruntque ad eam, vt manerent ibi. Quo, cum intrassent sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio.

Inhospitales fiagitiosos appellare non dubites.

131 POpulus, qui peregrino negat hospitium, non dubium, quod aliquod inauditum, & incredibile perpetrabit maleficium.

CAP. 19. NUM. 25.

Nolebant acquiescere sermonibus illius, quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam, qua cum tota nocte abusi essent, dimisserunt eam manè.

Mulier, quæ cõiugalem torum deserit, inhonestis toris se exponit.

132 IUstissimo Dei iudicio, videtur, hanc femineam debitam sibi pœnam luisse, quæ enim virum legitimum spreuerat, coniugalemque torum deseruerat, vt patet supra num. 2. tot impudentes toros, inhonestissimasque scortationes æquum fuit quod pateretur.

CAP. 19. NUM. 26.

At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit.

Honesta femina sensuali ludibrio exposita lethalem incurrit verecundiam.

133 AN ex verecundia, an adeó enormi vexata lîbidine hæc mulier animã exhalauerit, inexpressum, & dubium relinquit textus: ex vtroque occubuisse credibile est.

CAP. 19. A NUM. 27.

Mane facto surrexit homo, & aperuit ostium, vt cæptam expleret viam: & ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens, quod erat mortua, tulit eam, &c.

Polygamia verum amorem cõiugalem eliminat.

134 NOtanda huius viri intollerabilis tollerantia, qui honore suo per vxoris

ludibrium enormitèr vulnerato potuit clauso ostio incurius, & quietus dormire: hunc amoris coniugalis emarcidum vigorem, & alia plurima detrimenta Iudeis inuexit polygamia, ex abusu maiorum introducta, & à lege expresè non prohibita.

Muliebre silentium mortis signum: prius enim ipsis deficit vita, quam responsa.

135 Sed cur ex non responsione, statim mortuam intellexit? In femina defectus loquelæ euidens mortis signum est. Et nota modum significandi textus, non enim dicit: *Qua non respondente*, sed: *Qua nihil respondente*: quasi impossibile esset, quod si viueret, non aliquid responderet.

CAP. 20. *A NVM.* 3.

Interrogatusque leuita, maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset, respondit: Veni in Gabaa Beniamin cum vxore mea, illucque diuerti, &c.

Coram populo loquens decentioribus vocibus, ac persuasibilioribus vtatur.

136 NVnc vxorem nominat, quam antea cõcubinam semper nominauerat, vt crimen perpetratum apud vniuersalem illum congressum exageraret.

CAP. 20. *NVM.* 5.

Ecce homines ciuitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere.

Coram populo loquens, & sibi, & audientũ honestati attendat.

137 NOLuit exprimere scelus contra naturam à Beniamitis intentatum, vel ob reuerentiam suæ personæ leniticæ, vel ob fæditatem criminis, vel certe prudenter existimauit ex vxoris ludibrio se ipso, vsque ad interemptionem abusuros, si licuisset.

Et vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est.

138 NOtatu, imo admiratione dignum, quod scriptura, quæ infinitas Dei perfectiones, vt credibiles proponit; furorem humanæ libidinis pronuntiat incredibilem.

Exageratius de passionibus, & imperfectionibus humanis, quam de perfectionibus diuinis quandoque loqui licet.

CAP. 20. *A NVM.* 13.

Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum.

Qui delinquentẽ iniustè defendit, se facit delinquentem.

139 PRopter hanc imprudentem resolutionem, delictum particulare aliquorum factum est generale, & commune omnium Beniamitarum.

CAP. 20. *NVM.* 16.

Qui septingẽti erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra præliantes: & sit. fundis lapidẽs ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere.

Vir perfectus tã aduersis, q̃ ã prosperis vtitur ad sui profectũ, & dæmonis despectum.

140 VIri perfecti eodem modo aduersis, ac prosperis (quod per sinistram, dextramque significatur) militant aduersus malignos spiritus, ac illos debellant.

In re bellica exercitatio præualet.

141 Notandum, ad litteram, quantum in rebellica exercitatio polleat.

CAP. 20. *NVM.* 18.

Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin?

De re euidenter certa non est inquirendum.

142 QVando bellum euidenter iustum, & licitum est; non de bello, sed de belli duce consulendum.

Quibus respondit Dominus? Iudas sit dux vester.

Quod lex diuina iubet, Deus ipse iubet.

143 REspondit sacerdos iuxta legem. Genes. 49. num. 10. & quod lex exprimit, Deum ipsum dicere credendum est.

CAP.

CAP. 20. NUM. 25.

Eruperunt filij Beniamin de portis Gabaà & occurrentes eis, tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decẽ, & octomillia virorum educentium gladium prosternerent.

144 ETiam consulto, & annuente Deo exitus belli infelix erit, si confidentiâ propriæ fortitudinis aggrediatur: Vt patet supra á num. 8.

Præsumptio humana destruit quod ratio diuina astruit.

LIBER RVTH.

CAP. I. NVM. I.

In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in terra.

Mala naturæ quæ accidunt, à peccatis hominũ causantur.

1 FACTA EST fames, scilicet ab hominibus, & immissa á Deo propter illorum scelera, & frequentes legis transgressiones.

Hebræorum peccata promissionis terrã in terrã sterilitatis conuerterunt.

2 Et notatu dignum: Prouinciam illam vberrimam, *& Terram promissionis* merito compellatam propter Hebræorum peccata in sterilem famelicam, & auaram cõmutatam fuisse.

CAP. I. *NUM.* 16.

Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus (Ait Ruth Noemi socrui suæ)

Vt fidelis tractandus qui fideliter credit.

3 HIS verbis profitetur expresse Noemi fidem Hebræorum, ideoque agit cum eâ Booz tanquam cum vera Israelis filia, vt capitibus subsequentibus apparet.

CAP. I. *NVM.* 18.

Videns ergo Noemi quod obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltra redditum persuadere.

Regularis vitæ candidatorũ propositum strictissime examinandum.

4 SIcut se gesit Noemi cum nuru sua Ruth, agendum est cum omnibus qui claustrum ingredi desiderant, & strictiorem viuendi normam profiteri: ne postea resipiscant, & vel religionem deserant, vel in ea laxe, & scandalose degant.

CAP. I. *NUM.* 21.

Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.

Filij parentum plenitudo.

5 MVlier plena dicitur, quæ habet filios; vacua, quæ filijs caret.

CAP.

CAP. 1. NUM. 22.

Venit ergo Noemi cum Ruth moabiti de nuru sua de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Bethlehem quando primum horda metebantur.

Ad peregrinandum oportunitas temporis eligenda.

6 NOtandum, quod illa prudens femina Noemi suum iter reuersionis ad patriam peregit oportuniori tempore ad peregrinandum.

CAP. 2. NVM. 2.

Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si iubes vadam in agrum, & colligã spicas, quæ fugerint manus metentium.

Non minor reuerentia soceris, quam parentibus exhibenda.

7 NOtanda Ruth ad socrum suam reuerentia, non dixit *volo ire*, aut, *si vis*, *vel permittis vadam*, sed, *si iubes*.

Temporalia bona fugitiua sunt.

8 Sed quomodo ad spicas fugientes capiendas se præparat? Per spicas significantur bona temporalia, quæ omnia fugitiua sunt.

VEL SIC.

Ad veri, & boni pauperis indigentiam subleuandam, vel ipse res inanimes sensu pollent.

9 Quomodo spicæ emortuæ, & insensibiles, è manibus metentium possunt fugere? Ruth, & Noemi erant veræ, bonæ, & virtuosæ pauperes, & ad tales subleuandas, vel ipsæ res inanimatæ fugient, & é manibus possidentium elabentur, ac si sensu polleret.

Vbicumque clementis in me patris familias reperero gratiam.

Agricolæ, vt plurimum, inciuiles.

10 OPtime Ruth aduertit, nam solent esse coloni, & agricultores, vt plurimum, non solum rudes, & duri, sed etiã inciuiles, vt Nabal. 1. Reg. cap. 25.

Aueris dominis nõ â famulis administratoribus eleemosyna exigenda.

11 Et nota, quod non gratiam famulorum, & messorum; sed domini messis procurare intendebat.

CAP. 2. NUM. 11.

Cui ille respondit: Nuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui.

In exiguis opidis, seu ruralibus nil occultum.

12 EX hoc, & eo quod supra num. 6. refertur, videre est, quám nihil lateat, in opidis ruralibus, eorum quæ ad singulos spectant.

CAP. 2. NVM. 6.

Et de vestris quoque manipulis proÿcite de industria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat.

Non est eleemosyna, quæ accidentis tuo e cõparatur.

13 SIC eleemosyna elargienda ne carissimo ruboris, & verecundiæ pretio videatur redimi.

CAP. 2. NUM. 17.

Et quæ collegerat virga cædens, & executiens inuenit hordei, quasi Ephi mensuram, id est tres modios.

Inter Hebræos nõ affulsit clara, & perspicua Trinitatis notitia.

14 TRes modios inuenit, sed non completos, ideo non dicit: *Ephi*, sed *quasi Ephi mensuram*, addenotandum, quod in illo populo non erat clara, & perfecta notitia mysterij Trinitatis, sed subobscura, imperfecta, & incompleta.

CAP. 2. NUM. 18.

Quos portans reuersa est in ciuitatem & ostendit socrui suæ insuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat.

Pauci sunt, qui amicis suis de sibi necessarijs elargiantur.

15 NVrus socrui suæ etiã intẽnie amatæ non elargîtur de sibi necessarijs, sed tãtum de superfluis.

VEL SIC.

Cibi rurales saturant comedentes, cibi ciuiles vix edentes alũt.

16 Cibi rurales, vtpote abundantes, simplices, & sine curis comesti saturant comedentes, & redundant, quæ omnia desunt cibis aulicorum.

VEL SIC.

Eucharistia saturat comedentes, ac ceteris redundat.

17 Cibus ille cum esset Bethlehemiticus, & typicè aucharisticus, & saturare pótuit, & redundare.

CAP. 4. A NVM. 16.

Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis, ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noemi.

Socrus, quæ nurum amat, & prolem continuo gestat, in matrē tranſmutatur.

18 QVare non dicunt: Natus est nepos Noemi? Quia amor intensus quo nurum diligebat, fecit se in illam transformare. Vel quia nutricis, & gerulę fungebatur officio, quod tantę efficacię est vt eam in matrē transferat, quę illud exercet.

LIBER PRIMVS REGVM.

CAP. I. NVM. II.

Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna.

AD CAP. 1. N. 2.
LIB. 1. REGUM.

Qui vnum præ alijs intensissimè diligit vnicè diligit.

1 VNI, IDEST: vnicæ, nam illã solã Elcâna ardentissimé diligebat.

Gratia diuina respectu reliquorum omnium incomparabili fruitur pulchritudine

2 Sed cur non dicit: *Primæ*, cum statim, loquens de Phenenna dicat: *Secundæ*? Quia Phenenna ad Annam dicebat relationem inferioritatis; Anna veró nec ad Phenennam, nec ad aliam quancumque referebatur, erat enim singularissima in gratia, & ceteris virtutibus; in pulchritudine, & ceteris perfectionibus naturalibus. Ideoqué non dicitur: *Prima*, nec *Prior*, sed *Una*.

CAP. 1. *NVM.* 3.

Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in Silo.

Sacrificiũ laudis sacrificio arietum præstantius.

3 PRæmittit Elcâna sacrificium laudis sacrificio arietum, vtpote Deo gratius, ideo non ait textus: Vt sacrificaret, & adoraret, sed é contra.

CAP. 1. *NUM.* 4.

Uenit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat, Dominus autem concluserat vuluam eius.

Propter cuiusuis amorem, etiã licitum, & honestum iustitiæ, ac religioni nil detrahendum.

4 CUR non dedit Annæ Elcana plures partes, vt non solum ipsa comederet, sed etiam alijs distribueret, vt cum fratre dilecto Beniamino Iosephus

phus fecit geneſ. cap. 43. num. 34? Sed noluit iuſtitiæ, & religioni propter amorem, etiam coniugalem, derogare.

Inter ſimul commorantes cautè in oſtẽſione amoris ſegerat ſuperior, qui pacem conſeruare cupit.

5 Et notandum, non dicere, quod Annam, plus ceteris vxore, & filijs diligebat; ſed quod Annam diligebat abſolute, & ſine comparatione, non ſolum, quia Anna erat incomparabilis, vt ſupra dictum eſt ad num 2. Sed ob eam etiã rationem, ne quietem, & pacem domeſticam turbaret.

Qui parum dilecto dat, non lætus, ſed mæſtus dat.

6 Sed cur Annæ ſacrificij partem Elcana dat triſtis cum hilarem datorem diligat Deus? Quia qui dilecto parum dat, non lætus, & hilaris; ſed triſtis, & męſtus dat.

CAP. 1. *NVM.* 6.

Affligebat quoquè eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantũ, vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius.

Paſiones inordinatæ iuſtitiam, aliaſque omnes virtutes euertũt.

7 IN paſionibus inordinatis nunquam iuſtitia ſeruatur, en Phenennam æmulantem, cum potiús ipſa ab Anna ſterili æmulari poſſet.

Multa mundus reprehendit quæ coram Deo laudem merentur.

8 Sed hîc inuida Phenenna non ſiſtit, progréditur vltra ad exprobrationem ſterilitatis à Deo inductæ, ſic mundus multa reprehendit, quę non ſolum ſunt Deo placita, ſed ab ipſo ſpeciali prouidentiâ diſpoſita, & ordinata, propter ea quæ ad tempus Annę vuluam concluſit, vt poſt in vberrimum fructum, & omnem Phenennæ fęcunditatem excedentem aperiret.

Non ſunt eadẽ liberos non habere, ac ſterilẽ eſſe.

9 Et notandum. Quod non dicitur Anna ſterilis, ſed, quod ei non erant liberi, & quod ipſe Dominus; non aliqua cauſa, vel defectus naturalis illius vuluam cõcluſerat. Uide quæ ad Iudicum cap. 13. num. 3. & 4. dicta ſunt.

CAP. 1. *NUM.* 9.

Et Heli Sacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi Domini.

10 ANtè poſtes ſedet, vt ſimul, & templum, & populum reſpiceret, erat enim ſacerdos ſummus, & Iudex populi ſupremus.

Qui duplici fungitur munere ad vtrumque debet attendere.

11 Sed cur non dicitur ſedere in ſella, ſed: *Super ſellam*? In illo throno, & ſedili dominationis, ſubditi ſignati intelliguntur, quibus non tam dominatio politica, & humana præeſſe, & gubernare ſolet, quam ſubijcere, & opprimere.

Dominatio humana plus aſſolet ſubditos ſubijcere, & conculcare quam gubernare, & regere.

CAP. 1. *NUM.* 11.

Et votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ.

12 RESpiciens. Prouidentiam generalem. *Videris*, ſpecialem prouidentiam denotare. Videtur.

Diuina prouidentia non ſolũ de maioribus, ſed etiam de minimis curam gerit.

CAP. 1. *NUM.* 12.

Factum eſt autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.

13 MAlus obſeruator, qui ſolum os obſeruat, ſed ſi conſideretur, vt Iudex, & Prælatus bene agit, nam iſti non ſolum generales, & communes actiones ſubditorum, ſed etiam particulares; imo, & minimos eorundem nutus debent obſeruare, & aduertere.

Malus obſeruator qui ſolum os obſeruat: ſed ſi iudex aut prælatus ſit, nil obſeruatione dignum omittat.

VEL SIC

Cui de occultis iudicare non licet ab eorum curioſa indagine ſe abſtineat.

14 Non obſeruauit Heli Annæ animi internam amaritudinẽ, ſed tantum oris motum externũ, quia Eccleſia de occultis non diiudicat regulariter loquendo.

CAP. 1. *A NUM.* 14.

Dixitque ei: Vſque quo ebria eris? Digere pauliſper vinum, quo mades. Reſpondens Anna; nequaquã, inquit, Domine mi: Nam mulier infelix nimis ego ſum, &c.

Reſ-

Perfecta humilitas imprudētis opprobrijs superioris non angitur.

15 RESplendet hîc Annæ vera perfecta, & religiosa humilitas: ad falsam, & probrosam Heli accusationem modestissimè respondet. Hinc congruum subditis, præsertim Religiosis documentum, qualiter cũ Prælatis imprudentibus, vel etiam iniustis agere debent.

Sed effudi animam meam in conspectu Domini.

Cor nostrum emolliendum, vt coram Deo liquefiat.

16 QVod effunditur liquidum est, vel liquefactum: factum est ergo cor illius tanquam cera liquescēs, &c. Psal. 21. num. 15.

CAP. 1. NVM. 17.

Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

A modestia, & morigerato subdito superior sæpè bene regendi regulas addiscit.

17 MOdesta, & humilis subditi, etsi iniustè obiurgati, responsio, est virtualis, & efficax superioris correptio, & aduertentia, vt cum illo de inceps benignius se gerat.

CAP. 1. NUM. 18.

Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.

Quandoque licet subdito defectum superioris modestè suggillare.

18 HIC modestè oculos Heli maleobseruatores reprehendit: ac si diceret: Vtinam inueniam gratiam, & iustitiam in oculis tuis, vt oculi tui videant equitates, Psal. 16. num. 2.

Et abijt mulier in viam suam, & comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati.

Subditus bene moratus de virtutibus, á superiore, etiam iniustè reprehensis, tanquam de vitijs, & defectibus se debet emmendare.

19 ETsi de vultus multimoda variatione in iustè fuerit Anna ab Heli reprehensa, hæc verè humilis, & religiosa fœmina, se, ac si de vero defectu iustè correpta fuisset, emmẽdauit, & de inceps vultus constãtiam obseruauit.

VEL SIC.

Statim ac sacerdos se coram Deo pro nobis in aliquo negotio interponit, omnis cura illius á nobis abijcienda.

20 Statim, ac sacerdos se pro Anna, cum Deo imprecatoriè interposuit, illa ab omni cura, & diligentia cessauit, quod exprimitur per illud: *Vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati.*

CAP. 1. NVM. 20.

Concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eo quod à Domino postulasset eum.

In ipsomet beneficio accepto character gratitudinis imprimẽdum.

21 IN ipsomet nomine filij memoriale accepti beneficij scripsit, & in æternum cõseruauit.

CAP. 1. NVM. 21.

Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solemnem, & votum suum.

In familiæ capite omnis familia intelligitur inclusa.

22 CVR dicitur, quod cũ Elcana ascendit omnis Domus eius, cum Anna non ascenderit, vt patet ex num. sequenti? Quia in Elcanâ, tanquam in capite omnis domus eius erat moraliter inclusa. Quoniam vir caput est mulieris, idcó ascendente Elcana, omnis domus eius ascendisse dicitur.

VEL SIC.

Quæ in corde sunt cor quocumque ierit comitantur.

23 Anna erat in corde Elcanæ, & per affectum ipsi idemtificata, idcó ascendente Elcanâ, non potuit dici, quod potior, & nobilior pars domus eius relicta fuerit, sed quod omnis domus eius ascenderit.

VEL SIC.

Gratia iusti comes fidelis, & indiuidua.

24 Anna significat gratiam Dei, ascendente ergo Elcana viro iusto, & Deo grato, nõ potuit absque Anna, idest gratiâ, ascendere.

Cuiusuis coniugis votum promissum est ob matrimonij identitatem.

25 Sed quomodo appellat Elcana votum suum, quod Anna emiserat? An propter affectiuam cum illa identitatem supra memoratam?

CAP.

CAP. 1. NVM. 22.

Et Anna non ascendit, dixit enim viro suo: non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter.

Templum Domini quandoque pro domus priuatæ cura gerenda laudabiliter deseritur.

26 REbus, etiam euidentér bonis, & melioribus, imo ad ipsius Dei cultum destinatis modum adhibere oportet. En templum Dei propter domesticã filij curam prudenter, & laudabiliter deseritur: non vult pijssimus, & prouidentissimus Deus, quod ob sui assistentiam obligatio naturalis despiciatur.

Qui ad alterius, & perfectius bonum diligenter contendit, in mediocri bono non quæscit.

27 Sed cur Anna cum marito sacrificaturo, non defert infantẽ, & lactentem puerum, cum ex ore infantium, & lactentium Deus sacrificium laudis perficiat? Quia Anna non solum volebat per filium suum Deum laudâre, sed etiam ipsi in templo ministrare: & seruire Deo, non est infantium, & lactentium, sed robustorum.

CAP. 1. NVM. 23.

Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonũ tibi videtur.

Vxori piæ ac religiosæ amplius quam ceteris liceat.

28 VXori piæ, & religiosæ ampliorá viro suo licentia concedenda est.

Et mane donec ablactes puerum: præcorque vt impleat Dominus Uerbum suum.

Puer nondum ablactatus quasi nondum natus considerandus.

29 QVod nam hoc verbũ? Quod scilicet Heli profatus, & præratus fuerat supra num. 17. circa filij promissionem, quomodo ergó desiderat hoc verbum impleri, Samuele iam in lucem edito? An quia puer nondum à lacte amotus quasi nondum natus considerari potest?

Summi Sacerdotis verba Dei verba compellãda.

30 Et non sine aduertentia prætereundum, quod verbum summi Sacerdotis Elcâna verbũ Dei appellat.

Mansit ergo mulier, & lactauit filiũ suum donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum secum postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphorâ vini.

Qui Deo consecratur á mũdo prius ablactetur.

31 SAcrandus Deo à mundi oblectamẽtis, in lacte significatis, prius est omnino ablactandus.

Samuelis oblatio Euangelicam redolet oblationem, & fidem.

32 Et nota mysticas munerũ species: in vitulis tribus, sacrificiũ crucis cruentum: in tribus farinæ mensuris, & vino, sacrificium incruentum altaris, cum annuentia in omnibus ad mysterium indiuiduæ Trinitatis.

CAP. 1. A NVM. 27.

pro puero isto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum. Idcirco ego commodaui eum Domino cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino.

Nobis perfecte donat Deus: nos imperfecte Deo rependimus.

33 DEus dat nobis absoluté, quæ est perfecta donatio: nos commodamus Deo, quæ est donatio ad tempus, seu imperfecta.

VEL SIC.

In Dei obsequijs assiduo seruitio, non vtilitati nostræ attendendũ.

34 Ego commodaui eum Domino cunctis diebus quibus commodatus fuerit Domino, id-est aptus, & vtilis seruitio Domini & tabernaculi ipsius.

CAP. 2. NVM. 5.

Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.

Unicus filius bonus, & virtuosus plurimis æquiualet.

35 IN vno filio possedit Anna plurimos filios, in vnico enim Samuele resplenduerunt munera, & virtutes plurimorum: fuit enim Sacerdos, Propheta Iudex, &c.

Et

Vitiosorum bona incompleta: mala completa esse solent.

36 Et nota quod fœcunditatem æmulæ suæ Phenennę, de qua ad litteram hæc clausula intelligitur, explicat per præteritum imperfectum, eiusdem vero infirmitatem per præteritum perfectum exprimit.

CAP. 2. NVM. 7.

Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat.

Paupertas humiliat: diuitiæ subleuant.

37 SEcunda clausula est repetitio primę cum expositione, nam paupertas per humiliationem; diuitiæ, per subleuationem optime explicantur, & declarantur.

CAP. 2. A NVM. 12.

Porro filij Heli, filij Belial nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum.

Sub Sacerdote Diuini muneris inscio populus necessario irreligiosus.

38 CVM sacerdos nescit Deum, quis nam populi sciet ipsum?

Minister Ecclesiæ, qui à munere suo degenerat in diabolū transmutatur.

39 Sed quomodo filij Heli, filij etiam diaboli esse poterāt, cū plures parentes nemo habere queat? Nullus quidem habere potest plures parentes simultaneos, at potest illos habere successiuos: Minister enim, præsertim Ecclesiasticus, qui à suo munere degenerat, propriam naturam humanam videtur amittere, & in naturam diabolicam conuerti, propter quod similibus arguebat Christus: *Vos ex patre diabolo estis, &c.* Ioan. cap. 8. num. 44.

Sed quicumque immolasset victimā, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, &c.

Minister Ecclesiæ maligne cupiens, & ferreis manducat dentibus, & diabolicis vtitur instrumentis.

40 NON erat hæc fuscinula vnius dentis seu hami, sed plurimum: quod ad quorundam carpendam sacerdotum auaritiam notandum est, qui non solum propriis dentibus, sed alienis, & ferreis comedunt. Notandum etiā, quod cum simili instrumento diabolus depingi solet.

CAP. 2. NVM. 16.

Dicebatque illi immolans: incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua.

Quandoque laico ministrū Ecclesiasticum excessiue delinquentem vibaue, ac modeste licet corripere.

41 HAC modesta responsione homo sæcularis taxauit ministri Ecclesiastici auaritiam, innuens hoc vitium animæ illius inhærere.

CAP. 2. NVM. 17.

Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini.

Puer tam pro paruulo quam pro seruo promiscue in Sacro textu supponit.

42 PVeri appellantur non solum quia erant serui, & ministri Sacerdotum, sed etiā quia puerili ætate pollebant.

Vix sumus, & iam grauiter peccamus.

43 Sed cur peccatum puerulorum grande nimis coram Domino nuncupatur? An quia vix sumus, & iam grauiter peccamus?

Ministrorū Ecclesiæ peccata, quæ secundum se videntur leuia, coram Deo grauia esse solēt.

44 Sed nota illa illationis: *Ergo*, textui adiuncta ad aliter discurrendum inducit, hoc scilicet modo: Erant ministri Ecclesiastici, & serui altaris, ergo peccatum eorum, quodcumque foret, præsertim circa tam sacrum ministerium, non fuit leue, sed grande nimis coram Domino.

Peccata consequentiæ grauissima.

45 Per illam etiam illationis notam insinuatur: peccatum illud non fuisse absolutum, sed peccatum *Consequentiæ*, quam consequentiam, textus non omittit, ideo addit: *Quia retrahebant homines à sacrificio Domini.*

Ecclesiæ minister male ministrans nomen amittit, & honorem.

46 Nec sine aduertentia præteundum est, hos Ecclesiæ Ministros nomine contemptibili, & abiecto, *puerorum* scilicet á sacro textu semel, & iterum appellari, quia qui in re grauissima ad Dei cultum, & ipsius altare pertinente, delinquunt non merentur dignius compellari.

CAP.

CAP. 2. NVM. 22.

Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia, quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.

Ministrorũ Ecclesiæ peccata adeò enormia sunt, vt vel à surdis, & à tã physice quam moraliter cæcis percipi valeant.

47 A Deó fæda, & enormia erant quæ isti filij Belial perpetrabant, quæ Heli, & pater, & senex decrepitus, cui omnes fere sensus deficiebant, non audire non posset.

Qui ad peccatũ violenter trahitur peccatoris nota non inuritur.

48 Sed quare feminarũ peccatum non notatur? Quia absque dubio, violenter, & sine illarum consensu opprimebantur.

Pudeat Ecclesiæ ministris dormire, cum laici ad fores Ecclesiæ vigilant.

49 Et valde notandum, imò mirandum est, hîc introduci pias mulieres ad ostium tabernaculi religiose vigiles, & obseruantes, & primores synagogę sacerdotes, & ministros fęde, & turpiter dormientes.

CAP. 2. NVM. 24.

Nolite filij mei: non est enim bona fama, quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini.

Superior enormissima subditorum delicta leuiter corripiens ex Dei ministro in diabolum cõuertitur.

50 NON debuit in hac correctione Heli istos delinquẽtes vocare filios suos, sed filios Belial: ast bene nuncupauit, nam cum grauium delictorum leuis, & moderata reprehensio calcar sit ad delinquendum, istos Heli pacatè, & quasi perfunctorie corrigens se ipsum in Belial conuertit.

CAP. 2. NVM. 26.

Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Domino, quam hominibus.

Qui in virtutibus supra ætatẽ profecit plus Deo, quam hominibus placere studet.

51 PRius dicitur, quod proficiebat, quã, quod crescebat, quia plus augebatur virtute, quam ætate, ideoquè prius aduertitur in textu placuisse Deo, quam hominibus.

CAP. 2. NVM. 29.

Quare calce abiecistis victimam meã, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo.

Qui irreligiose litat, victimam non solum despicit, sed conculcat.

52 CALce, idest, non parte anteriori pedis, sed posteriori ad maiorem despectũ.

CAP. 2. NVM. 32.

Et videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel.

Vt malum Ecclesiæ ministrum in præsenti vita Deus tartaree puniat, inuidiæ ipsi tormentũ immittit.

53 ÆMulum tuum, idest, non æmulantem te, sed à te æmulatum, vt puniaris inuidiâ, quæ maximus, & crudelissimus crutiatus est.

CAP. 2. NVM. 36.

Dimitte me, obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

Paupertas præmorte grauius malum.

54 POsteritati Heli post mortes violentas, & immaturas vir Dei paupertatem comminatur tanquam grauius malum.

CAP. 3. NVM. 1.

Puer autem Samuel ministrabat Domino coràm Heli.

Bonus Ecclesiæ minister prælato quidem, sed magis Deo, placere studeat.

55 MInistrabat, non tam curans placere Heli, quam Domino.

VEL SIC.

Veruntamẽ prælati aduertat præsentiam, & ipsi satisfacere non omittat.

56 Taliter nostra opera ad Dei seruitium debent ordinari, quod oculis hominum, præsertim ministrorum eius, non displiceant.

Et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis.

Diuina etiam ô raritate pretium nanciscuntur.

57 ERat pretiosus, & quia diuinus, & quia rarus.

Non erat visio manifesta.

Pro summi sacerdotis intuitu diuina nobis patent, vel absconduntur.

58 QVomodo poterat esse visio manifesta in Israel, cum oculi summi sacerdotis caligarent, & videre non possent, vt patet ex numero sequenti.

CAP. 3. A NVM. 2.

Factum est ergo in die quadam Heli iacebat in loco suo.

Præ-

CAP. 3. NVM. 2.

Factum est ergo in die quadam Heli iacebat in loco suo.

Prælati negligẽtis sedes non est solium, sed tumulus, seu sepulchrum.

59 PRælatus negligenter gubernans non sedet in loco, seu solio suo, sed iacet.

Et oculi eius caligauerant, nec poterat videre.

Prælati negligentes non solũ videndi actu, sed visiua etiam potentia carent.

60 NON solum negat actum videndi, sed etiã potentiam, nam mali prælati sic segerunt, vt non solum visu, sed etiam visiua potentia carere videantur.

CAP. 3. NVM. 3.

Lucerna Dei antequam extingueretur.

Qui in præsenti vita proficue agenda non videt in futura necessario patienda videbit.

61 ANtequam *extingueretur Dei lucerna*, videre non poterat, quomodo visurus post extinctionem? Per hunc significari potest peccator, qui dum lucerna lucet, hoc est vita temporalis durat, non videt, nec quid agere debeat attendit, visurus postea, sed inutiliter, cum lucernâ seu vitâ extinctâ, locus pœnitentiæ desit.

Samuel dormiebat in templo Domini vbi erat arca Dei.

Virtuosus à peccatoribus, quantum fieri potest, & vltra, recedere debet.

62 DOrmiebat intra templum, & in parte interiori illius longissime, quam poterat fugiens filios Heli in ostio tabernaculi scortantes.

Pleneius digne communicans in principem exaltatur.

63 Sed cur vocatur templũ, illud tentorium pelliceum, in quo tunc erat arca? Quia ex Arcæ præsentia locus ille adeó dignificatus, & exaltatus fuit, vt humile tabernaculum, templum augustum, & magnificum appellari mereretur: Quæ notanda pro digne sacram synaxim accipientibus.

CAP. 3. A NVM 4.

Et vocauit Dominus Samuel, qui respondens ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego. vocasti enim me.

Loquente Deo ad summum pontificem recurrẽdum.

64 VOcante Deo, optime recurrit Samuel ad summum Sacerdotem, est enim verum, & immediatum vocis diuinæ instrumentum.

Nos sumus á Deo in primis voliti.

65 Sed cur non dicit: *Quid præcipis, seu quid me vis facere,* sed: *Ecce ego quia vocasti me?* Quia in prima vocatione, nos metipsi sumus id quod vult Deus.

In virtuoso etiã iuuene, cum sensus dormit, cor vigilat.

66 Sed nora in iuuene, imo puero nullam soporis ingrauescentiam, imo potius summam leuitatem; forte tunc, etsi sensus dormiebat, cor Samuelis vigilabat.

VEL SIC.

Ecclesiastici etiam desides, laicis, in ordine ad diuina solertiores.

67 Qui in templo dormiunt promptiores sunt ad Dei vocem percipiendam, ceteris extra templum, etiam vigilantibus.

Qui dixit (scilicet Heli) *non vocaui: reuertere, & dormi, & abijt, & dormiuit.*

Perfecte obediẽs prælati nutui actiones non solũ liberas, sed etiã naturales habet subiectas.

68 DVO præcepit Heli Samueli vnum, quod abiret, alterum, quod dormiret: primum est actio voluntaria, secundum est actio naturalis, quæ á voluntate non dependet, sed deuotus, & vere religiosus Samuel habebat nutui prælati sui subiectas actiones, non solum liberas, & spontaneas, sed etiam necessarias, & naturales, quod, vt explicaret textus non dixit: *Dormiebat*, vt supra num. 3. sed: *Dormiuit*, qui est terminus explicans veram, & perfectam dormitionem.

CAP. 3. NVM. 6.

Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem.

Diuini fauores non transeunt, sed ad præmium vel pœnam prioribus adijciuntur.

69 CVR non dicitur: *Et vocauit Dominus secundo Samuelem*, sed: *Adiecit vocare?* Quia *Adiectio* est ad aliud addi-

tio, & cum illa vocatio Samuelis fuerit magnus Dei fauor, & fauores diuini non transeant, sed maneant ad præmium augendum acceptantibus, & ad pœnam aggrauandam repellentibus: ideó secunda, & tertia vocatio non dicuntur ad primam subsequi, & succedere, sed adijci, seu adscribi.

CAP. 3. NUM. 9.

Intellexit ergo Heli, quia Dominus vocaret puerum.

Deus in antiqua lege personalem suam Trinitatem frequēter insinuauit.

70 IN tertia vocatione intellexit Heli Dominum, ob mysterium Trinitatis in illis tribus vocationibus significatum.

Deuoti, & virtuosi iuuenes indeuotis senibus solertiores.

71 Et nota puerum, ad primam Dei vocationem non solum respondentem, sed etiam currentem; senem verò, & Sacerdotem necesse esse iterum, ac tertio vocari, vt intelligat.

Per iteratam vocationē Deus nouum fauorem conferre solet.

72 Notandum etiam, quod per hanc triplicem vocationem constituit Deus Samuelem, & Sacerdotem, & Prophetam, & populi Ducem, seu Iudicem.

CAP. 3. NUM. 11.

Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Israel.

Verba Dei opera sunt.

73 VErba Dei opera sunt, ideó ait textus: *Facio Uerbum*, non, *Pronuntio.*

Quod quicumque audierit tinnient ambæ aures eius.

Per sacerdotū punitionem omnes Deus facit expauescere.

74 TInient aures cuiusque audientis, quia cum ira Dei in personas Ecclesiasticas eiaculatur, præsertim sacerdotales, omnes cuiusque status facit summe expabescere: Ideo 1. Petri cap. 4 num. 17. dicitur: *Quoniam tempus est, vt incipiat iudicū à domo Dei.*

CAP. 3. NUM. 13.

Prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quod nouerat indigne agere filios suos, & nō corripuerit eos.

In sacra pagina per vocem iudicij damnatio æterna significari solet.

75 VEreor: ne hîc æternæ damnationis sententia contra filios Heli, & vniuersam illius domum pronuntiata fuerit, secundum illud Ioanis cap. 5. nu. 29. *Qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.*

De Ecclesiasticis personis, etiā scelestibus modestè loquendum

76 Sed quomodo grauissima, & fœdissima scelera filiorū Leui, qualia erant scortationes, rapinæ, irreligiositates, & alia plurima per terminum: *Indigne agere* significantur? Ad denotandum, quod de sacerdotibus, & reliquis Ecclesiasticis personis, etsi scelestissimis, modestè, & sobriè loquendum sit.

Suauis delinquentium admonitio correptio non est.

77 Digna etiam animaduersione sunt illa verba: *Et non corripuerit eos.* Quid ergo fecit Heli supra capite 2. numero 23? Non debuit actio illa correctio nuncupari, non enim iniecit eis sua crimina rigidè, & comminatoriè, sed valdè leniter, & quasi relatiue.

CAP. 4. A NUM. 7.

Et ingemuerunt dicentes: Væ nobis, non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: væ nobis. Quis nos saluabit de manu sublimium Deorum istorum.

Idololatræ male de vero Deo sentiunt, & peius loquuntur.

78 IDololatræ, etiam cum de Deo vero loquuntur, improprie, falsò, & blaspheme loquuntur.

CAP. 4. NUM. 11.

Duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni, & Phinees.

Dei despectio Ecclesiæ ministro letalis esse debet.

79 NON dicit: *Occisi sunt*, sed *mortui sunt*, vel propter reuerentiam sacerdotali suæ dignitati debitam, vel quia dolore oppressi sunt propter Arcæ testamenti amissionem, & nō gladio hostium interempti.

Sed

Malus Ecclesiæ minister prius se ipsum interimit, quam ab hostibus Dei vindicibus occidatur.

80 Sed cur loquendi morem, & stilū inuertit sacer textus prius eos dicens mortuos, & posterius eorum nomina referens? An quia prius mortui erant in suis peccatis, & post occisi sunt in peccatorum punitionem? Vel dic: Prius animo mortui, posterius corpore occisi.

CAP. 4. NUM. 18.

Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.

Dotes animi male impensæ male pereunt.

81 CErebrum, quod in recta sacerdotalis muneris administratione non bene impenderat, male dispersit.

CAP. 5. NUM. 3.

Cumque surrexissent diluculo Azotij altera die.

Mariæ vbique manicationis ad gratiam magistra.

82 POstquam arca testamenti, hoc est Maria fuit inter Philistæos, didicerunt isti diluculo surgere, adeó Maria in matutinam, & antelucanam surrectionem influit.

Ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini.

Tunc diabolus bene collocatur, cum ante Mariã prostratus iacet, & conculcatus.

83 NOta demonstrationis: *Ecce* denotat, quod tunc diabolus digne collocatur, cum scilicet iacet ante Mariã prostratus, & ab eius calcaneo contritus.

CAP. 5. NUM. 6.

Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate.

Per debilia media magna Deus damna inferre solet, vt ab inferni tortoribus timeamus.

84 EN ciuitatem summe confusam ab exiguis animalculis. Quid faciet in Inferno per dæmones, qui taliter hîc punit per mures?

CAP. 5. NUM. 9.

Inierunt que Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas.

Prauí reipublicæ gubernatores mala publica nõ eradicare solent, sed radicare.

85 IN istis consiliatoribus specimen malorum senatorum ciuilium exhibetur; causam mali publici non disquirunt, vt illud in radice curent, & auertant; sed effectui tantum obstare conantur, & hoc, non per media efficacia, & damni destructiua, sed potius mali conseruatiua.

VEL SIC

Nec auertere satagunt; sed leuius ferre.

86 Non curant, & consiliantur de malo publico auertendo, sed de illo leuius, & in sensibilius ferendo.

Prauí reipublicæ gubernatores ex malis publicis proprium commodum, & vtilitatem reportãt.

87 Et nota, quod isti consiliarij non fecerunt omnibus sedes pelliceas, sed sibi solis, vt ex damno publico sibi prospicerent, & emolumentum dignorum, & commodiorum sedilium, deinceps lucrarentur.

VEL SIC.

Reipublicæ senatores commode sedeant, vt diutius in bono publico procurãdo immorentur.

88 Habeant senatores sedes molles, & blandas, & ad sedendum valde commodas, vt diutius in negotijs publicis agendis immorentur; non ligneas, & duras: ne, vt illas deserant, publicam rem perfunctorie agant.

CAP. 5. NUM. 12.

Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium, & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

In cælo clamor impiorum auditur, piorum verò exauditur.

89 VLulatus etiã impiorum, & peccatorum in cælum ascendit; quid faciet clamor iustorum? Aperientur cæli absque dubio, sicut ad clamorẽ Stephani. Act. Apost. cap. 7. n. 55.

CAP. 6. A NUM. 4.

Qui dixerunt. Quid est quod pro delicto reddere debemus ei? Respondentque illi: Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorũ, quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & Satrapis vestris.

Cum Dei flagella gratulatorie recipiuntur in beneficia conuertuntur.

90 NON imprudẽter discurrerunt isti sacerdotes, & diuini, visum enim fuit illis impossibile fore, non placari Deum, si ipsamet materia suplicij, in materiam gratitudinis conuerteretur.

CAP. 6. NVM. 19

Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.

Diuina mysteria audacter scrutanti piaculum est morte luendum.

91 RAbbi Dauid Kinchi pro ea clausula: *Eo quod vidissent.* legit: *Eo quod aperuerunt,*

Cum plebs numerosa perit nõ pauci pereunt senatorum.

92 Sed quomodo tanta in æqualitas mortuorum inter populum, & plebem? Aliqui existimant Milliare appositum etiam ad septuaginta de populo.

VEL SIC.

Vnus ex capitalibus reipublicæ ministris pluribus ex plebe æquualet.

93 Vnus ex capitalibus cuiusuis ciuitatis fere mille de plebe æquialet.

CAP. 7. NVM. 12.

Tulit autem Samuel lapidem vnum, & posuit eum inter Masphath, & inter Sen: & vocauit nomen loci illius: Lapis adiutorij. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

Beneficia Hebræis á Deo collatá terminata fuerunt, & designabilia; Christianis vero cum infinita sint, nisi per infinitũ metiri nequeunt.

94 BEneficia á Deo Hebræis exhibita limitata erant, & terminum habebant, ideó frequenter lapidibus signabantur; at vero beneficia nobis Christianis collata immensa, & infinita sunt, nec alio, quam angulari lapide Christo Iesu signari possunt.

CAP. 8. *NVM. 3.*

Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam.

Qui post vitium vadit, non incedit, sed declinat.

95 CVR dicit: Declinauerunt post auaritiã, & non ierunt, vel ambulauerunt? Quia qui post vitium vadit, non dicendus est incedere rectus, sed declinans.

Auaritia possessorem non dominum, sed seruum facit.

96 Et nota; quod hoc modo loquendi significatur: Auaritiam illis prædominasse, & tanquam seruos tractauisse.

CAP. 8. *NVM. 6.*

Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: Da nobis regem.

Vir perfectus non proprium cõmodum, & honorẽ, sed Dei honorem curat.

97 NON propter filiorum repulsam, sed propter Dei offensam displicuit sermo ille in oculis Samulis.

VEL SIC.

Perfectus præfectus cacopoliticis artibus non vtitur.

98 Si Samuel non foret adeó simplex, & sincerus, sed politicis artibus, quas docet prudentia carnis vteretur, non displiceret ipsi sermo ille exterius, sed interius tantum; oculosque subdole hilares, & placidos ostenderet, donec malignis artibus rudem populum irretiret, & in catenam miseræ seruitutis conjceret.

CAP. 8. NVM. 7.

Dixit autem Dominus ad Samuelẽ: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

In ministris Ecclesiasticis, etiã malis, Deus despicitur.

99 IN Ministris Ecclesiasticis, etiam malis, vt erant filij Samuelis, Deus despicitur. Nota pro hæreticis Romanam potestatem diruere conantibus prætextu aliquorum defectuum, vel vitiorum personalium, qui etsi adessent, nullo modo dignitatem illam maximam vel maculare, vel saltem velicare possent.

VEL SIC.

Regnare in homines solius Dei prærogatiua est ab eo solum, in quemipsi placet, deligabilis.

100 Regnare in hominem est peculiaris Dei prærogatiua, qui ergo hanc á Ministro Ecclesiastico vices Dei gerente vult auferre, & homini sæculari absque Dei ordinatione conferre; & hominẽ quodammodo deitate condecorare, &

& Deum ſua Deitate ſpoliare nititur. Quod valde notandum eſt contra quoſdam Iuriſperitos adulatores, qui poteſtatem regiam à Pontificia iuriſdictione, vel omnino abſoluere, vel ſaltem, minus, quam reuera eſt dependentem adſtruere perperam conantur.

CAP. 8. NVM. 8.

Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt á die, qua eduxit eos de Ægypto vſque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi.

Bonorum honori miniſtrorũ Deus valde attendit.

101 HIS verbis conſolatur Deus Samuelem exemplo ſui ipſius, ne triſtaretur de populi deſpectu. Nota, quantũ Deus attendit & ſatisfactioni bonorum Miniſtrorum, & honori.

VEL SIC.

Cacopoliticus, & infidelis ſimiles.

102 Sicut malus, & impius Fidelis veram Deitatem relinquit, & fictam, ſeu idololatricam ſectatur, ſic malus politicus rectam, & prudentem dominationem ſpernit, & iniquam, imprudentem, & arbitrariam ſequitur adulatiue: quæ ſpecies idololatriæ ciuilis eſt.

CAP. 8. A NVM. 10.

Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à ſe regem, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorũ, filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas, &c.

Verbum, & verba Dei omnia ſubſtãtialia ſunt

103 NVllum verbum Dei omiſit Samuel, quia omnia Dei verba ad rem, quam manifeſtare intendunt, neceſſaria, & ſubſtantialia ſunt, nulla ſuperflua.

Dominatio, quæ Deo nõ ſubordinatur omnia confundit.

104 Et notandum, quod omnis dominatio mere humana, quæ Deo non ſubijcitur, & ſubordinatur, vt ab eo accipiat directionem, omnia munia indiſcrete, & inordinate confundit, aulica ſcilicet, bellica, ruralia, voluptuoſa, & ciuilia; etſi quæ alia ſunt ad ſtatum publicum, & priuatum regum pertinẽtia.

CAP. 8. NUM. 15.

Sed, & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis, & famulis ſuis.

Malus rex ab onerando populo nunquam ceſſat.

105 ADdecimabit, ideſt, non erit vnâ decimâ contentus, ſed alias atque alias decimas adijciet.

VEL SIC.

Et tanquã Deus recognoſci vult, & reuereri.

106 *Addecimabit*: Ideſt, præter decimam Deo debitam, aliam decimã à ſe ſtabiliet percipiendã.

CAP. 8. NVM. 19.

Noluit autem populus audire vocem Samuelis.

Summi ſacerdotis vox diuina verba pronunciat.

107 VErba Samuelis erant ipſiſsima verba Dei, vt patet ex hoc capite nu. 9. & 10. cur ergo non dicit: *Noluit autem audire vocem Dei*, ſed: *Noluit autem populus audire vocem Samuelis*? An quia eadem eſt Dei, & ſummi Sacerdotis loquela? Sed ſi bene perpendatur propriſsime loquitur textus, verba quidem erant Dei, ſed vox illa verba pronuntiãs erat vox Samuelis, Deus verba in mentem Samuelis inſinuabat, & Samuel illamet, verba proferebat.

CAP. 8. NUM. 20.

Et iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.

Bellorum dãna omnis, & ſolus ſuſtinet populus.

108 BElle dicunt: *Bella noſtra*, nam bellorũ damna omnis, & ſolus ſuſtinet populus; quidquid enim delirant reges plectuntur Achiui.

CAP. 9. NVM. 2.

Et erat ei filius vocabulo Saul, electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo: ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.

Perfectus Rex subditos suos nō corporis solum, sed etiam animi dotibus debet præcellere.

109 SI eminebat *ab humero super omnem populum*, necessario debebat *ab sursum* eminere, hoc est á capite: ad quid ergo additur: *Et sursum*? Ad denotandam non solum eminentiam corporalem, sed etiam intellectuâlem, ideo non dicit textus: *Non erat vir de filijs Israel maior illo*, sed: *Melior illo*, nam corporalis magnitudo respectu intellectualis non debet supponere.

VEL SIC.

Perfectus rex regnum suū propijs humeris portare debet.

110 Eminentia humeri Saulis in regē vngendi comparatiue ad reliquos Israelitas præsupponitur, vtpote, qui eos in humeris portaturus erat. Vide infra ad nu. 9. capitis 10.

CAP. 9. NVM. 3.

Perierāt autem asinæ Cis patris Saul.

Rudibus idem est perdi, ac perire.

111 CVR dicit: *Perierant*, & non *Perditæ fuerant*, cum re verâ non perierint, nā inuentæ sunt. Ut patet infra? An quia asinis idem est perdi, ac perire?

Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cum transissent per montē Ephraim, &c.

In regem inaugurandus omnē ditionem lustret.

112 PRiusquam in Regē sortirētur, & vngeretur Saul, speciali prouidentiâ disposuit Deus, quod Prouintiam illam lustraret.

Bene scit imperare, qui perfecte seruerit obedire.

113 Et nota, non referre textum, Saulem præcepto parentis libentèr consensisse, seque statim ad iter agendum accinxisse, sed illico, ac pater loqui cessauit, viam agens introducitur, vt hinc pateat, quam electus, & bonus erat Saul, & quod tunc non erat melior illo alius in Israel.

CAP. 9. NVM. 5.

Cum autem venissent ad terram Suph dixit Saul ad puerum, qui erat cū eo: Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit pro nobis.

In miseræ huius vitæ vicissitudine vnius curæ dimissio alterius susceptio est.

114 HIC notāda venit miseria humanæ naturæ. Quid est dimissio, seu leuamen vnius curæ? Assumptio alterius, & ferè semper grauioris: Vide infra cap. 10. num. 2.

CAP. 9. NVM. 6.

Qui ait ei: Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit.

Veracitatis radix, & fundamentum nobilitas.

115 NObilitas Samuelis hîc præsupponitur, & præiacitur tanquam fundamētum veridicitatis ipsius.

Verborum simplicitas vetum propheta á pseudopropheta discernit.

116 Sed cur dicuntur prænuntiata Samuelis, sine ambiguitate venire? Ad distinctionem eorum, quę ab idolorum sacrificulis prædicebantur, quæ mille ambiguitatibus plena erant, etsi aliqua succedebant, non veniebant, hoc est naturaliter eueniebāt, seu succedebant, sed trahebantur ope dęmonis efficientis; Deo sic quādoque permittente, ad eorum iustam punitionem.

CAP. 9. NVM. 7.

Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus: Quid feremus ad virum Dei.

Filiorum vitia in parentes redundant.

117 ECce auaritia filiorū Samuelis, quæ taxatur supra cap. 8. num. 3. redundat in patrem.

Virtus regia liberalitas.

118 Notandus etiam est regius Saulis genius, propensio scilicet ad liberalitatem.

CAP. 9. NVM. 8.

Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti.

In

In manu seruorum stat, quod dominorũ substantia augeatur, aut pereat.

119 IN manu bonorũ seruorũ inuenîtur substantia dominorum; in manu, vel per manum malorum deperditur.

VEL SIC.

Vide supra nu. 119.

120 In manu seruorum est, quod inueniatur, vel pereat substantia dominorum.

Demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram.

Ingenuus liberaliter donat; seruus seruiliter, & lucratiue.

121 NOtanda vtriusque verba: Saul dicit: *Ecce ibimus; quid feremus ad virum Dei?* Seruus verò sic loquitur: *Demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram.* Primus dare vult generosè, & liberaliter de Samuelis repẽsione non curans; secundus dare vult seruiliter, & lucratîue propter Samuelis, scilicet indicationem expetitam.

VEL SIC.

Seruo non licet rem domini sui liberaliter expendere, sed vtiliter, & lucratiue.

122 SAul erat dominus: nam etsi adhuc filius familias; ad illam tamen functionem, seu actionem fuerat á patre suo dimissus, & quasi emancipatus: puer, erat seruus illius, inter seruum vero, & dominum hæc differentia in ordine ad rem familiarem versari debet, quod dominus, quando oportet aliquas donationes liberaliter facere potest, & debet; seruus nunquam sic potest donare, nec nisi in ordine ad domini vtilitatẽ rem illius expẽdere.

Bonus præsul subditorum vias, & vitas scire debet melius quam ipsi.

123 Sed notandum est, quid á Samuele pro illa donatione expectet: *Vt indicet nobis viam nostrã.* Hoc certe impossibile videtur, quam enim viam habere possent homines vagi, & post asinas errantes? Sed non inepta interrogatio est, bonus enim Præsul vias, & vitas subditorum debet scire melius, quam ipsi.

CAP. 9. NUM. 9.

Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum: Uenite, & eamus ad Videntem qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.

Omnia semper in deterius ruũt.

124 OMnia semper in deterius ruunt, qui enim olim videbat, ideſt clare futura percipiebat, & proferebat; nunc prophetat, ideſt obscure videt, & profert.

CAP. 9. NUM. 10.

Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus. Veni eamus.

Regia aures ad iusta, & religiosa consilia prõptiores.

125 PVeri consilium non solum benigne audit Saul, sed superlatiue laudat, & extollit. Aures principum semper ad pia, iusta, & religiosa consilia percipienda promptæ, & paratæ sunt; malitia seruorum est, quod non nisi impia; iniusta irreligiosa, crudelia, imo & lascîue spurcida suggerantur.

CAP. 9. NUM. 11.

Cumque ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendum aquam, & dixerunt eis: Num hîc est Videns?

Bonus præsul diuinam immensitatẽ modo quo potuerit, imitetur.

126 SI Saul nondum intrauerat ciuitatem in qua erat Samuel, sed adhuc persistebat in agro extra ciuitatem, quomodo puellas interrogat, an ibi esset videns? Ad litteram facilis, & clara responsio est: ad mores dicere possumus: hîc boni præsulis innui non contemnendam proprietatem. Quod scilicet vbîque sit in ciuitate, in agro, in cliuo, in plano, & in omni suę dominationis, & iurisdictionis loco.

CAP. 9. NUM. 12.

Quæ respondentes, dixerunt illis: Hic est, ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatẽ, quia sacrificium est hodie populi in excelso, &c.

No-

Femina vias curſitans, quando non impudica, adminus euadet ſciola.

127 NOtanda venit nimia notitia harum puellarum de Samuele, & alijs rebus ad ipſas non pertinentibus; in cauſa eſt huius ſexus ſciendi cupiditas addita iſtis, ex conſuetudine exeundi de domo ad aquam hauriendam, non leui occaſione.

CAP. 9. NVM. 13.

Ingredientes vrbem ſtatim inuenietis eum (ſcilicet Samuelem.)

Ad bonũ præſulem nulli aditus difficilis.

128 BOnus præſul ſtatim inuenitur, nulli ad ipſum difficilis eſt aditus.

CAP. 9. A NVM. 15.

Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnum diem, quam veniret Saul dicens: Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum Ducem ſuper populum meum Iſrael.

Quæ à Deo ſpecialiter ordinantur hominibus caſualia apparent.

129 EN actiones, quæ ab humana diſpoſitione, & caſuali euentu videntur factæ, ſunt ab ſpeciali Dei prouidentia ordinatæ.

Negotia ſtatus regni, vel reipublicæ ſecretiſſime tractari debent, & expediri.

130 Sed cur Deus loquitur Samueli ad auriculam, qui eſt modus agendi ſecretiſsimus? An quia negotium erat de materia ſtatus grauiſsima, & voluit Deus per illam actionem principes inſtruere, quam cauté, & ſecreté ſimiles materiæ tractandæ ſint?

CAP. 9. NUM. 18.

Acceſsit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica mihi, oro, vbi eſt domus Videntis, &c.

A bono præſule omnis comitatiuus fauſtus abigiendus.

131 ADeó modeſtus, & ſine ſatelitio, vel alio comitatu incedebat Samuel, vt ipſum cum aliquo de populo Saul æquiuocauerit, & ipſum Samuelem pro ipſomet interrogauerit.

CAP. 9. NVM. 20.

Et de aſinis, quas nudius tertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. Et cuius erunt optima quæque Iſrael? Nonne tibi, &c.

Cum vobis Deus bona æſtimabilia, & æterna præparet, nos poſt caduca, & vilia anxij feſtinamus.

132 CVI optima quæque Iſrael deſtinantur, poſt aſinas anxius, & ſolicitus incedit? Sic peccatoribus cum Deo accidit.

CAP. 9. NVM. 27.

Cumque deſcenderent, in extrema parte ciuitatis Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos, & tranſeat.

Optimum regnandi tyrocinium animi moderatio eſt.

133 SAulem Samuel in regem vncturus iubet ſeruum precedere, vt in ipſo regnandi exordio animi moderationem Sauli commendaret.

Alienis ſeruis abſque domini aſſenſu non imperitandum.

134 Nota etiam Samuelis modeſtiam, & honorificã ad Saulem attentionem, ſeruo illius non immediate per ſe præceptum imponit, ſed per Saulem.

VEL SIC.

Miniſtri Eccleſiaſtici regibus fideliter conſulant: reges conſulta imperent, vél exequantur.

135 Miniſtri Eccleſiaſtici eſt in negotijs ad ſtatum publicum pertinentibus regibus proponere, & quæ oportet facere conſulere, regum vero munus eſt imperare, & ad effectum perducere.

CAP. 10. NVM. 1.

Tulit autem Samuel lenticulã olei, & effudit ſuper caput eius.

Ex regum inauguratione ipſorum euentus quandoque auſpicari, vel ſuſpicari poſſunt.

136 VAS nec fuit corneũ, quod fortitudinem, & durationem indicat, ſed fictile, & termino diminutiuo explicatũ, & forte non plenum, quibus omnibus deffectibus caruit vnctio Dauidis, quæ refertur infra cap. 16, num. 1. ex hoc, & Saulici imperij inconſtantiam, & Dauidici permanentiam auſpicari poſſumus.

Et

Et deosculatus est eum.

137 IN nocosculo congrue significari potest vnitas, & concordia, quæ versari debet inter vtramque potestatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam nępe, & Sæcularem.

Ecclesiastica, & Sæcularis potestas non mutuo pugnent, sed osculentur, vt vno & eodem spiritu, scilicet diuino, animatæ sint.

CAP. 10. NVM. 2.

Cum abieris hodie à me inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in Meridie dicentque tibi: Inuentæ sunt asinæ.

138 STatim ab vnctione in regem ad sepulchrum, & non quodlibet sepulchrum, sed feminæ in viridi iuuētute, peremptæ, & exsiccatæ, mittitur Saul, vt de momentanea duratione dignitatum temporalium instrueretur.

Rex inauguratus ad sepulchrū mittitur, vt inde salubria vitæ documenta ediscat

139 Sed illi duo viri quid significant? Vel sunt vterque status Ecclesiasticus, & Sæcularis, vt supra dictum est: vel sunt viri religiosi, mundi contemptores, & cū mortuis tanquam mortui degentes, ad quos debent reges recurrere, vt veritates audiant, & ediscant.

Rex cum viris religiosis assidue communicans, se, & subditos regere ediscet.

Inuentæ sunt asinæ ad quas ieras perquirendas.

140 EOdem ferme tempore quo Saul coronam acquirit asinæ inueniuntur, nemo enim potest regnare absque asinis onera publica ferentibus.

Ad regnandi ratione asinæ onera publica ferentes necessariæ sunt.

Et intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo.

141 VNius curæ intermissio alterius grauioris est susceptio, sic misera hæc temporalis vita transigitur. Uide supra cap. 9. num. 5.

In hac misera vita vnius curæ dimissio, alterius susceptio est.

VEL SIC.

142 Curæ in hac calamitosa vita non omnino dimitti, sed intermitti cum alijs curis possunt.

In hac misera vita curæ, & solicitudines non omnino dimitti, sed cum alijs intermitti possunt.

143 Et nota, quod Cis pater Saul non introducitur in sacro textu de filio solicitus nisi postquā in regem assumptus, & designatus fuit.

Nullis magis, quā regibus solicitudo, imo, & cōmiseratio debentur.

CAP. 10. NVM. 3.

Cumque abieris inde, & vltra transieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascēdentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.

144 IN istis tribus viris possunt considerari tres status, scilicet Ecclesiasticus, Nobilis, & Plebeius, qui non tres panes, sed duos tantum dant Sauli iam regi, ad denotandum, quod è tribus istis statibus rem publicam constituentibus, solum duos vltimos debere regibus tributa pendere.

Ecclesia nulli terreno regi; sed soli Dei tributaria.

145 Sed cur, è tribus tortis panis nullam regi offerunt? Nec de hędis, aut vino aliquid concedunt? Quia omnia hęc ad sacrificium destinata erant, non sicut panes, ad viæ commeatum accepta.

De destinatis ad sacrificia reges, tanquam cum ceteris fidelibus communes, participent.

CAP. 10. NUM. 5.

Post hæc venies ad collem Dei vbi est statio Philisthinorum: Et cum ingressus fueris ibi vrbem obuiam habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & inter eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam.

146 AD quid tot prophetæ in statione Philistinorum? Certé non solet esse minus nociua nimia, gregalis, & inordinata Ecclesiasticorum abundantia, ac si inimicorum foret exercitus. Videnda quæ infra ad num. 10.

Inordinata, & superfla Ecclesiasticorum abundantia reipublicæ hostilis, & nociua.

Sed

Vitæ leuitarũ legisantiquæ defectus notantur.

147 Sed cur tot instrumenta musica personant? Uita Ecclesiasticorum in illa lege vt plurimum hilaris, & læta esse solebat; Bonis quidem spiritualiter; Malis corporaliter, seu sensualiter.

CAP. 10. *NVM.* 6.

Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.

Bonus genius inter perfectos facile perficitur.

148 IN hoc apparet capax implicitas, & naturalis bonitas genij Saulis, quæ á sacro textu exprimitur infra cap. 13. num. 1. siquidem tam brebis commoratio inter prophetas eum prophetare fecit.

Qui religionem profitetur, mutat statum, non naturam.

149 Sed cur non dicit ei Samuel: *Mutaberis in prophetam, vel in Angelum, &c.* Sed: *In virum?* Ad denotandum, quod, qui inter religiosos versatur, vel vitam religiosam profitetur, mutat quidē statum, sed non naturam.

CAP. 10. *NVM.* 9.

Itaque cum auertisset humerum suum vt abiret á Samuele.

Rex ex quo inauguratur omnẽ populum suum super se portat.

150 CVR per hunc dicendi modum discessũ á Samuele explicat textus? Non ne quia ex quo Saul in regem vnctus fuit, Samuelem, tanquam morale corpus totius populi in ipso virtualiter contenti, in humero ferebat. Uide supra ad num. 2. cap. 9.

Immutauit ei Deus cor aliud.

Propheta vngit, seu mutat in regem sed Deus cor regis immutat.

151 PRopheta vngit in regem, sed Deus immutat cor: ideò Dauid aiebat: *Cor regis in manu Domini*, vt illud in bonum, siue in malum pro merito subditorum vertat.

CAP. 10. *NVM.* 10.

Uenerunt que ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei.

152 CVneus terminus est cohortis bellicæ secundũ stilum illius temporis. Vide supra ad num. 5. huius capitis.

Communitas religiosa, si bene ordinata sit, castra Dei, seu exercitus est ad reipublicæ tutamẽ, & defensionem; si vero inordinata sit, exercitus est ad reipublicæ impugnationem.

CAP. 10. *A NVM.* 11.

Quænam res accidit filio Cis? Num, Et Saul inter prophetas? Respondit que alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum.

Rex religiosorum in regno suo commorantium pater.

153 BEne addunt: *Et quis pater eorum*, nam rex debet paternam protectionem Ecclesiasticis, & religiosis omnibus impendere.

CAP. 10. *NVM.* 16.

Et ait Saul ad patruum suum: Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.

Præcipua regẽdi ars in opportuna taciturnitate, loquelaque consistit.

154 IAM elucet operatio Dei supra cor Saulis in ordine ad scientiam regalem; scit enim proferre, quæ proferenda, & tacere quæ tacenda sunt.

CAP. 10. *NVM.* 22.

Et consuluerunt post hæc Dominum: vtrum nam venturus esset illuc. respondit que Dominus: Ecce absconditus est domi.

Fuga dignitatũ character est dignorum.

155 SAul, pro illo tunc, erat benemeritus, vtpote electus á Deo, & directioni illius subiectus, ideò se abscondit, & dignitatem refugit, fuga enim dignitatum character est benemerentium.

CAP. 10. *NVM.* 24.

Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis, quem elegerit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo.

Supremo regi subditorum nemo comparabilis.

156 VT quid se iactant, nobiles, ac filij diuitum, præsertim Hispanorum, quod regi suo comparati, æque boni sunt, cum nullus subditorum, regi suo, nec similis sit, nec comparabilis.

Et

Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat rex locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino.

157 HInc duo inferri videtur; primum, leges omnes etiam ciuiles à Deo per manum Ministrorum Ecclesiasticorum habere primariam, & radicalem originem. Secundum, quod ex hoc infertur, leges ciuiles, ad hoc vt obligatoriæ, vel in altero, vel in vtroque foro sint non pendere â populi acceptatione.

Leges etiã ciuiles â Deo condendæ: & tales populi acceptatione non indigent.

CAP. 10. NUM. 27.

Filij vero Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille vero dissimulabat se audire,

158 ECce Saul in omni mysterio, ac ministerio regali peritissimus: scit enim proferre, scit tacere, scit surdum agere, imo & clementiam, cum oportet, exercere. Vide cap. 11. sequentẽ num. 13. in sacro textu.

Rex â Deo electus, dum innocentiam conseruauerit, in omni regendi arte peritus erit.

CAP. 11. NVM. 5.

Et ecce Saul veniebat, sequens boues de agro, & ait: Quid habet populus, quod plorat?

159 REx qui sequitur boues, idest Oratores Euangelicos in area Ecclesiæ laborantes, ad populi, & subditorũ necessitates prompte, & solicite attendit, & subleuare conatur.

Rex qui Euangelicos declamacores audiuit, necessitates subiecti populi non despiciet.

CAP. 11. NVM. 6.

Et insiluit Spiritus Domini in Saul, cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis.

160 VTilior est populis furens ira regum ex legitima causa contracta, quam animi desidiosa inersque sedatio, quando salus publica laborat.

Utilior populis iusta regis ira, quam iners desidia.

CAP. 11. A NVM. 7.

Et assumens (Saul) vtrumque bouem concidit in frustra, misitque in omnes terminos Israel per manus nũtiorum, dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuel, sic fiet de bobus eius. Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus.

161 COmminatio mali, quod princeps prius in se exequitur est summe efficax ad promptam populi obedientiã consequendam.

Tunc lex efficacissime intimatur, cum rex exemplo præit.

162 Et nota quod iam Saul incipit superbire, se enim prius nominat, quam Samuelem.

Supremo Ecclesiæ ministro omnino non deferre, superbia est, etiam in regibus taxanda.

CAP. 11. NVM. 8.

Et recensuit eos in Bezech, fuerunt que filiorum Israel trecenta millia: Virorum autem Iuda triginta millia.

163 NOmen *Vir*; roboris, & strenuitatis significatiuum, non attribuitur ceteris tribubus, sed tribui Iuda solum.

Nomen Vir in sacra pagina strenuitatẽ significat.

CAP. 11. NVM. 9.

Et dixerunt nuntijs, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus cum incaluerit sol.

164 NON promissum fuit auxilium Galaaditis, donec congregaretur sufficiẽs, & superabundans exercitus, alioqui enim foret potius præsumptuosa, quam rationalis promissio.

Auxilium absque auxiliatiua virtute promittere, præsumptio est.

CAP. 11. NVM. 15.

Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino, & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

Iam

Usque dum actiones humanæ in Deũ per gratiarum referantur actionẽ, quasi infectæ existimari debent.

165 IAM Saul electus rex, iam fuerat proclamatus, iam muneribus honoratus: Quomodo ergo dicitur: *Et fecerunt ibi regem Saul coram Domino?* An quia vsque dum actiones humanæ in Deum, per gratiarum actionem referuntur, quasi infectæ reputari debent?

VEL SIC.

Res facta, quasi infecta, donec confirmatio acceserit, reputanda.

166 Erat quidem Saul in Regem electus, & proclamatus, sed nondum fuerat confirmatus, & donec actionibus humanis iudicium secundum, & maturius acceserit, quasi nondum factæ existimari debent.

Sub felice, ac religioso rege quã lætus populus.

167 Et nota, quam lætus, & hilaris est populus sub rege religioso, & feliciter belligeratore.

CAP. 12. NVM. 1.

Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram.

Princeps supremus ad populum verba faciens authoritati suæ attendat.

168 AUdiui idest: Feci, quod voluistis, decens loquendi modus Superioris cum subditis.

CAP. 12. NVM. 2.

Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui.

Bonus præsul populum non deserit, donec de congruo successore prouideat,

169 REX graditur ante vos, non iam ego vos præcedam, & iudicabo.

Non omnes, capite canescẽtes, moribus senescunt.

170 Et nota quod Samuel prius senuit, quam incanesceret, ad distinctionem multorum, qui etsi capite candescant, in moribus tamen iuuenescunt, imo quandoque puerascunt.

CAP. 12. NVM. 3.

Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quemquam calumniatus sum, &c.

In abstractione ab auaritia omnes supremi ministri virtutes recapitulantur.

171 IN capite suæ residentiæ, seu publicæ rationis, & satisfactionis de munere â se exercito collocat Samuel, omnimodam, & incorruptã ab auaritia abstractionem, quia in hac sola omnes boni principis, & supremi iudicis virtutes recapitulantur.

Si de manu cuiusquam munus accepi; & contemnam illud hodie, restituamque vobis.

Difficile restituet, qui rem acceptam in æstimatione habet

172 BEne: *Contemnam*, & postea: *Restituã*. Qui enim res temporales in æstimatione, ac pretio habet, vel difficulter, vel nunquam restituet.

CAP. 12. NVM. 11.

Et misit Dominus Ierobaal, & Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum.

Qui Dei nomine loquitur, de se tanquam diuerso à se, loquatur.

173 LOquitur Samuel de se ipso tanquam de aliena persona, quia non suo nomine, sed nomine, & sub persona Dei loquitur.

CAP. 12. NVM. 12.

Videntes autem quod Naas Rex filiorum Ammon, venisset aduersum vos dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

Deus benigne, & potius in nobis, quam in nos regnat; homines rigide, & imperatiue dominantur.

174 CUM loquitur Samuel in persona populi dicit: *Rex imperabit nobis*, id est præcepta, & alia onera imponet, quæ dominatio aspera, & grauis est: cum verò loquitur, de Deo aserit: *Cum Dominus regnaret in vobis*, ideſt regeret, & gubernaret, quæ dominatio benigna est.

Vide supra num. 174.

175 Et nota: Quod Deus potius regnat in nobis, quam in nos.

CAP. 12. NVM. 20.

Dixit autem Samuel ad populum: nolite timere.

A bono præsule timor seruilis erga Deum à populo excludendus; filialis verò, & reuerentialis inducendus.

176 CVR hîc dicit Samuel: *Nolite timere*: cum infra num. 24. dicat: *Timete Do-*

Dominum? Hic timorem seruilem excludit, vt postea timorem filialem, seu reuerentialem inducat.

CAP. 12. NVM. 23.

Absit á me hoc peccatum in Dominũ, vt cessem orare pro vobis.

Ab omissionis peccato á principibus ob inaduertentiam frequenter admisso diligenter cauẽdum est.

177 ABsit á me hoc peccatum omissionis: & nota quam significanter caueat imo horreat Samuel illud genus peccatorum, in quod frequẽter principes, & superiores, alioqui boni, propter inaduertentiam incidunt, peccata nempe omissionis.

CAP. 12. NVM. 25.

Quod si perseueraueritis in malitia, & vos, & rex vester pariter peribitis.

In regnis electiuis populus collectiue regi diuisiue considerato præferendus.

178 LOquens de populo collectiue, & in cõmuni anteponit illum regi: quod in regnis electiuis indubitatum videtur.

CAP. 13. NUM. 1.

Filius vnius anni erat Saul cum regnare cæpisset, duobus autem annis regnauit super Israel.

Anni peruersi regiminis regibus non computandi.

179 NON ne per multo plures annos regnauit Saul, cur hic ad duos tantum ipsius regnum reducitur? An quia anni, quibus rex male regit computari non debent, cum potius peccatum in rege regnet, quam rex in regno?

CAP. 13. NVM. 2.

Porro ceterum populum remisit vnũquemque in tabernacula sua.

Populus bellis irrequietus nõ in domibus, sed in tabernaculis habitare dicendus est.

180 NON in domos remittit populum, sed in tabernacula, vel quia cito ad præliandum iterum relinquenda, vel quia nondum erant in totali, quietaque terræ promissæ possessione.

CAP. 13. NVM. 12.

Necessitate compulsus obtuli sacrificium.

Ad illicitũ nulla compellit necessitas.

181 QVA necessitate cõpelli poterat Saul ad sacrificium, nec lege præceptum, nec sibi permissum.

CAP. 13. NVM. 14.

Quæsiuit Dominus sibi virum iuxtà cor suum, & præcepit ei Dominus, vt esset dux super populum suum.

Rarauis in terris perfectus rex.

182 REX bonus, & perfectus res adeó rara in mundo est, vt vel ab ipso Deo quæri permittat, & per exageration dici possit.

CAP. 13. NVM. 17.

Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei.

Pessimi hostium fidei impugnatores.

183 TRes cunei Philistinorum sunt triplex impugnatio infidelium contra mysterium Triniratis, vel contra tres virtutes theologicas.

CAP. 13. NVM. 19.

Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni Terra Israel, cauerant enim Phyliſthiym, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

Fabros præsertim armorũ, ab aliquo regno sustuleri, & ad se trahere, magna hostilitas est.

184 FAber ferrarius non inueniebatur in Israel, quia omnes huius generis artifices caute ad se traxerant Philisthæi.

Diabolus impetens, cautus, & solicitus, homo impetitus, negligẽs, & incautus quomodonon succumbet?

185 Et nota Philisthęos prædominantes cautos, & prouidentes; & Israelitas prædominatos negligentes, & incautos, hoc ipsũ cum hostibus animarum nostrarũ Diabolo scilicet, Mundo, Carneque nobis frequenter accidere solet.

CAP. 13. NVM. 20.

Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiym, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim & sarculum.

Principum negligentia facit subditos ab extraneis, & sæpe ab hostibus dependentes.

186 SOlet negligentia aliquorum principum efficere, quod subditi eorum in necessarioribus ab extraneis, & etiam inimicis dependeant.

CAP. 13. NUM. 22.

Cumque veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha.

Vſque ad prælij diem arma non deſiderare magnum regiminis vituperium.

187 LAuda prouidentiam illius regiminis; vſque ad ipſum prælij diem non quæruntur, nec deſiderantur arma.

Vide ſupra num. 184.

188 Quid ergo actum eſt de armis, quæ antea Hebræi habebant? Uel negligentia Iſraelitarũ conſumpſerat, vel aſtutia Philiſthinorum, iam redemptione, iam alijs medijs, & arbitrijs ſpoliauerat.

CAP. 14. NVM. 7.

Dixitque ei (Ionathæ) armiger ſuus: Fac omnia quæ placent animo tuo: perge, quo cupis, & ero tecum vbicumque volueris.

Eſſe fidelem ſeruum, & bonum conſiliarium non ſunt idem.

189 ARmiger iſte ſe gerit cum principe Ionatha tanquam bonus ſeruus, & malus conſiliarius: *Fac omnia, quæ placent animo tuo, perge, quo cupis.* Mali conſiliarij verba ſunt. *Ero tecum vbicumque volueris.* Optimi ſerui propoſitio eſt.

CAP. 14. NUM. 24.

Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam.

In pane omnia comeſtibilia cõprehenduntur.

190 IN prohibitione panis reliqua etiam comeſtibilia, ſub maledictione prohibita: Vide infra num. 43.

CAP. 14. NVM. 40.

Et ait (Saul) ad vniuerſum Iſrael: Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera.

Rex cum regno comparatus in æquilibrio eſt.

191 SOlus rex cum familia regia in æquilibrio eſt cum omni populo, & ſubditorum congregatione.

CAP. 14. NVM. 43.

Dixit autem Saul ad Ionatham: Indica mihi, quid feceris. Et indicauit ei Ionathas.

192 FIlius regis, præſertim primogenitus, non debet coram alio, quam patre ſuo cauſam dicere.

Primogeniti regis pater ſolus iudex.

Et ait: guſtans guſtaui, in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

193 COnſideratio, quæ in hac reſpõſione clauditur eſt, & erit continuus, & acerbiſſimus crutiatus ad ignẽ æternum Damnatorum. Uel ſic.

Conſideratio futilis delectationis ob quam gloriam amiſerũt, magnum damnatorum tormẽtum.

194 Uirga illa erat inſtrumẽtũ muneris militaris Ionathæ deſignatiuum: qui ergo de ſui muneris inſtrumento inſtrumẽtum comedendi, & dulcedinis ſuauitatem guſtandi facit, dignus morte eſt.

Qui ex munere publico ad ſui oblectionem abutitur capitali pœna dignus.

CAP. 15. NUM. 1.

Et dixit Samuel ad Saul: Me miſit Dominus, vt vngerem te in regem ſuper populum eius Iſrael.

195 CUR non dicit: *Super populum tuũ*, ſed: *Super populum eius*? Vt ſciant reges, qui veram fidem profitentur, ſe non dominari ſuper populum ſuum, ſed ſuper populum Dei, & hinc multę conſequentię politico chriſtianæ deduci poſſunt.

Rex Chriſtianus ſe Dei populum regere recognoſcat.

196 Inſuper admiranda venit, ſuper exaltandaque Dei clementia, qui ab Hebræis abiectus, vt ipſe aiebat ſupra cap. 8. num. 7. adhuc eos, populum ipſius appellare dignatur.

Populum ſe abijcientem Deus nõ deſpicit.

CAP. 15. NUM. 4.

Præcepit itaque Saul populo, & recenſuit eos, quaſi agnos ducenta millia peditũ, & decẽ millia virorũ Iuda.

197 QVid ſunt decẽ millia virorum Iuda reſpectu ducentorum millium, ẽ quibus reliquus populus conſtabat? Nihilominus, quia viri illi Iuda erant fortes, & militari induſtriâ pollentes, cum immenſo numero aliarum tribuum non confunduntur, ſed ſeparatim recenſentur.

Bonorum militũ exiguus numerus cum gregarijs militibus pene innumeris nõ confunditur.

Sed

Qui ad bellum recenſentur, ſe ad occiſionē recenſeri exiſtiment.

198 Sed cur dicit recenſitos quaſi agnos? An quia ad bellum recenſebantur, quod idem eſt, ac ſi ad occiſionem numerarentur?

VEL SIC.

Rex paſtorem agat, nō mulionem.

199 Hoc nomine ſignificatur populus, vt aduerteret Saul ſe non regere gregem aſinorum, ſicut in domo paterna; ſed gregem agnorum, & arietum; & ſic ſciret, debere Paſtorem agere, non Mulionē.

CAP. 15. NVM. 15.

Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo; reliqua vero occidimus.

Male regit qui meritum ad ſe, culpam in ſubditos relegat.

200 PEpercit *populus*, ait Saul culpam inobedientiæ ad populum relegans; at non eodem tenore proſequitur, ſed mutat ſtilum, & aſſerit: *Reliqua vero occidimus*, meriti actionis religioſæ ſe participem faciens.

Nonnulli reges tantæ dignitatis meo vſque ad atheiſmum inebriari ſolent.

201 Sed cur dicit Saul: *Domino Deo tuo*, & non: *Meo*, vel *Noſtro*? An quia iam regali faſtu inebriatus, Deo ſe ſubijcere dedignabatur?

Peccati natura auerſio a Deo.

202 An quia per peccatum commiſſum ſe iam à Deo auerterat, & abalienauerat?

CAP. 15. NVM. 16.

Sine me, & indicabo tibi, quæ locutus ſit Dominus ad me nocte.

Dei miniſter regem, vel grauiſſime reprehēſurus, tantæ dignitati reuerentiam debitam nō omittat.

203 SAmuel petēdo â Saule veniam, & Dei præceptum implet, & regiam dignitatem honore debito non defraudat.

Regibus clare, ac diſerte acerbiora dicere ratus eſt, qui audeat.

204 Sed cur dicit: *Indicabo* & non; *Ediſſeram*, vel *clare*, & *adunguem referam*? Quis audeat regibus diſerte & diſtincte loqui, cum Samuel præceptam á Deo ſententiā ſolum indicatiue intimare audet?

Cum reuelatio nocte facta dicitur, triſtia reuelata eſſe exiſtimari poteſt.

205 Rurſus cur exprimitur, reuelationem diuinam Samueli nocturna tempeſtate factam? Verēor, ne hoc, argumentum triſtis enuntiationis ſiet.

CAP. 15. NVM. 21.

Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum, quæ cæſa ſunt, vt immolaret Domino Deo ſuo in Galgalis.

Bonus rex populum non accuſat ſed potius excuſat.

206 NON eſt bonus rex, qui populum coā Deo accuſat, vt ſe excuſet, ſed qui ſe accuſat coram Deo, vt populū excuſet, vt faciebat Dauid, 2. Reg. cap. 24. num. 17.

Qui ſecundum legem male intellectam operatur, legem non implet.

207 Et nota, quod hoc non fuit legem implere, ſed cum lege male intellecta, & interpretata ſe excuſare.

CAP. 15. NVM. 29.

Porro Triumphator in Iſrael nō parcet.

Triumphator nō parcit Deus, nō quia inexorabilis, ſed ob deuicti pertinatiam.

208 TRiumphator non parcit Deus, non quia inexorabilis, ſed quia hoſtis victus permanſit pertinax, & proteruus nolens petere miſericordiā donec contereretur, & Triūphus de eo reportaretur.

Et pœnitudine non flectetur.

Dolore, quiuirtus non eſt Deus nō flectitur.

209 DEus pœnitudine nō flectitur, ſed penitentia.

CAP. 15. NVM. 30.

At ille (Saul) *ait: Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei.*

Peccator quæ ſit peccati ignominia non intelligit.

210 NON curat Saul de ignominia peccati, quæ grauiſſima eſt; ſed de ignominia reprehenſionis nomine Dei, quæ non ſolum moderata, & leuis, ſed honorifica.

Vide ſupra nū. 159.

211 Et nota: Saulem ad huc pertinacem in populi denominatione, nolens eum vocare populū Dei, ſed populum ſuum.

CAP. 15. NVM. 32.

Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus, & tremens. Et dixit Agag: Siccine ſeparat amara mors?

Enormis peccator iustitiæ diuinæ pinguis victima.

212 EN pinguissimã victimam iustitiæ vindicatiuæ diuinæ litatam.

Qui ex male adquisitis nimiũ pinguescit, multum tremat appropinquãte morte necesse est.

213 Sed cur tantum tremit Agag? Quia non solum pauor mortis imtantis, sed ipsa etiam pinguedo eum tremere facit, qui enim discursu vitæ ex praue actis, & male partis nimium pinguescit, plurimum tremat appropinquante morte necesse est.

CAP. 16. *NUM.* 1.

Dixitque Dominus ad Samuelem: vsque quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel.

Iustorum lacrymæ, adhuc etiam in mundo degẽtiũ magnã Deo violentiam faciunt.

214 EX hoc innuitur quãtam violentiam faciunt Deo lacrymæ iustorum, etiã adhuc in hoc mundo degentium pro peccatoribus.

Qui sine Dei approbatione, & solum ex permissione diuina regnat apparenter tantum, & tanquam diuinæ instrumẽtum regnat.

215 Sed quomodo Saul â Deo abiectus, ne regnaret super Israel, per multos adhuc annos regnauit? Regnauit quidem apparenter, sed non vere, nec cum approbatione diuina; sed cum diuina permissione in peccatorum illius populi vindictam.

Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem.

Abundantia gratiæ diuinæ in regis inauguratione prosperitatis futuræ vaticinium.

216 SVme vas corneum, & firmum, non lenticulam fictilem, & fragilem, sicut ad Saulis vnctionem sumpsisti supra cap. 10. num. 1. ex hoc vas sit oleo plenum, ad vberiorem vnctionis huius gratiam significandam.

CAP. 16. *NVM.* 2.

Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum Domino veni.

Speciali Deus prouidentia non vtitur, cum generalis ad rem peragendã sufficit.

217 POterat quidem Deus cohibere Saulem, ne quid ageret contra Samuelem, sed noluit hoc negotium per prouidentiam specialem, sed per generalem, & communem disponere.

Deus negotia status politicæ gerit ad hominũ eruditionem.

218 Et nota quod Deus de regno tractans politicè segerit, obijcit enim prętextum, & celat intentum.

CAP. 16. *NUM.* 13.

Tulit ergo Samuel cornu olei.

In cornu fortitudo, ac duratio significantur.

219 IN hoc vase, fortitudo, & duratio regni Dauidici præsignatur.

CAP. 16. *A NUM.* 15.

Dixeruntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitat te: iubeat Dominus noster, & serui tui, qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuius feras.

Citharœdis, & histrionibus regũ aulæ non abundent.

220 NON abundabat aula Saulis citharœdis & histrionibus, quandoquidem ad necessarium regis leuamen deforis citharista querendus erat.

Ex ipsismet humanis regũ misertis assentatores ansam adulandi capiunt.

Sed cur iste spiritus malus appellatur *Spiritus Domini?* Vel quia pie, & religiose existimabãt, illud Saulis malum â Deo in peccatorum suorum pœnam inflictũ. Uel quia adulatorie persuadere volebant Sauli, in regem solum Deum audere posse.

In aulis principum non pauci manu aliena nõ propria resonant

221 Nec sine aduertentia prętereire oportet illa verba: *Psallat manu sua*, quæ denotant in Aulis regum solemne esse, non propriâ manu psallere, sed alienâ.

CAP. 16. *NUM.* 17.

Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me.

Genius regius est, non rebus vulgaribus, sed selectissimis adlectari.

222 PRouidete mihi aliquem, qui non aures obtundat, sed demulceat: in hoc apparet genius, & gustus regius Saulis.

CAP.

CAP. 16. *NVM.* 18.

Et respondens vnus de pueris ait: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psalere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus est cum eo.

In aulis principum per immodicas laudes enormiter nocere solet.

223 ECce quot quantæque laudes in Dauidem conglomerantur, vt exponatur aulicæ inuidiæ, & periculis, quæ subsequentur. Iste immoderatus laudator fuit ne amicus Dauidis, an inimicus?

CAP. 16. *NUM.* 20.

Tullit itaque Isai asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hædum de capris vnum, & misit per manum Dauid filij sui Sauli.

In numeribus in regum obsequium exhibitis non tam quantitas, quam qualitas attendenda.

224 QUÆ munuscula hæc ad tantum regem? Crederem in illis non tam quantitatem debere attendi, & considerari, quam qualitatem; hæc enim solebant sacrificari, & libari.

CAP. 16. *NVM.* 21.

Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger.

Nonnulli principes Martis muneribus Minervæ alumnos pessima distributione, & infelici euentu remunerari solent.

225 HIC manifeste apparet peruersa munerum distributio, quæ in aliquibus solet aulis principum vigêre: citharistica industria martiali officio remuneratur â Saule. Et quid inde fiet? cap. 17. sequenti, num. 15. scriptum leges.

CAP. 17. *A NVM.* 4.

Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, nomine Goliath de Geth, &c.

Stansque clamabat aduersus phalangas Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Numquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul, &c.

226 CVR Goliath, spurius, seu illegitimus, & male natus, vt communiter dicimus, appellatur, quod etiam infra num. 23. repetitur, & de nullo alio homine in tota scriptura tale epithetum legimus, nam sapientiæ cap. 4. num. 3. illa est translata, & methaphorica locutio? Spurius Goliath dicitur, quia exprobrator, non enim potest legitimis, & generosis natalibus gaudere, qui est male peruerse, & conuitiatorie loquax.

Nequit esse bene ortus, qui in proximum est male conuitiosus.

CAP. 17. *NVM.* 12.

Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo supra dictum est de Bethlehem Iuda, &c.

De claritate sanguinis non præsumat ad rem indignam applicatus. sed ad heroicam adscitus.

227 CVR capite antecedenti num. 18. cum Sauli proponeretur Dauid, nec nomen eius declaratur, nec de sui generis, & originis claritate mentio fit, sicut in præsenti? An quia, tunc accersebatur Dauid ad exercitium voluptuosum, & viro tam præclarę stirpis indignum, nempe ad citharizandum, nunc vero ad exercitium laudabile, & honestum nempe commeatū fratribus belligerantibus ferendum, & quod ei occasionem præbiturum erat insignis facinoris, occisionis scilicet Goliath, perficiendi?

CAP. 17. *A NVM.* 14.

Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid, & reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Bethlehem.

Regem militantem subsequi generosæ stirpis argumentum.

228 HÆC est legitima, & necessaria consequentia antecedentis positi propositio scilicet nobilitatis generis Isai. Sed quomodo abijt Dauid? Non quidem à Saule dimissus, sed ex sua bona, & ingenua indole, ex qua ei aulica mendacia displicebant, & in Saulis palatio rebus voluptuosis ex officio inseruire erubescebat.

CAP. 17. *A NVM.* 17.

Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt, disce.

Qui militari genio pollet calcaribus ad belligerandum non indiget.

229 *Curre in castra.* Curiosus quidem Dauid, etsi pater non præcepisset, ex suo martiali genio, & militari indole.

Liberalis terminis diminuētibus ad sua munera explicanda vtitur.

230 *Decem formellas*, non *formas*, quia liberalis, non explicat sua munera terminis grandiloquis, sed diminuentibus.

Qui scit esse liberalem proportionat munera remunerando.

231 *Deferes ad tribunum.* Militibus in campo agentibus nulla gratiora munera, quam comestibilia, & quæ in dies durare possunt.

Generosus pater de filijs militantibus non curat an viuant, sed an strenue suo muneri satisfaciant.

232 *Et fratres tuos visitabis, si recte agant.* Non tam si valetudine fruantur bonâ, quam, si suo militari muneri strenue satisfaciant.

Absentium socij filiorum magna debet esse cura parentum.

233 *Et cum quibus ordinati sunt disce.* Hęc debet esse cura parentum non contemnenda, qui filios absentes habent, diligenter scilicet cauere, & inuestigare cum quibus asocientur.

CAP. 17. *NVM.* 20.

Surrexit itaque Dauid mane, & cōmendauit gregem custodi: & onustus abijt, sicut præceperat ei Isai.

Prælatus vigil facile mancat.

234 BOnus pastor, non solum scit nocte vigilare, sed ante auroram manicare.

Prælatus vel ex iusta causa absens gregis curā non omittat.

235 Et nota quod Dauid, etsi ad breue tempus ex obedientia patris, seu superioris á grege abfuturus erat, gregis curam non neglexit, sed illum bono custodi diligenter commendauit.

Prælatus á grege discedens gregis onus secum defert.

236 Nec sine mysterio crederem in textu expressum, Dauidem onustum abijsse, non tam scilicet onere annonæ, quam tribuno, & fratribus deferebat, quam onere gregis, quem relinquebat, & custodi commendauerat.

CAP. 17. *NVM.* 22.

Derelinquens ergo Dauid vasa, quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogauit, si omnia recte agerentur erga fratres suos.

Prælato cetera præter gregem transcurare licet.

237 NON commendauit Dauid vasa quę attulerat custodi ad sarcinas, sicut oues paulo ante commendauerat, imo potius ea dereliquit, quod quemdam despectum significat.

Mandatarius superioris mandata rite, & recte exequi debet.

238 Et nota, quod antequam fratres quærat, aut videat de illis informationem capit, vt mandatum sui parentis rite, & recte exequatur.

CAP. 17. *NVM.* 25.

Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.

Illustrem feminam viro pauperi nuptui tradere non est illū præmio, sed pœna afficere.

239 PRius diuitias, posterius vxorem de stirpe regia promittit, nam istam dare sine illis potius esset illum pœnâ mulctare, quam præmio afficere.

VEL SIC

Diuitiæ, vel martialibus heroicis virtutibus vulgariter præferūtur.

240 Prius diuitias promittit, quasi magis proportionaretur ad regale consortium Gigantis interemptor, magnitudine diuitiarum, quam merito tanti facinoris.

VEL SIC.

Vxor superba diuitiarum tinea.

241 *Dabit*, quidem rex diuitias magnas, sed dabit etiam vxorem superbam, quæ illas consumat.

VEL

VEL SIC.

Vbi tributa desunt diuitiæ abūdant.

242 *Domum patris eius faciet absque tributo* est antecedens illius consequentiæ: *Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex diuitijs magnis.*

VEL SIC.

Domus Dei Maria ab omni tributo libera.

243 Hugo Carensis, illa verba: *Domum patris eius faciet absque tributo*, sic explicat: *Absque tributo culpæ, & pœnæ*, quod immaculatæ Deiparæ conceptioni acōmodari potest.

CAP. 17. NUM. 28.

Quod cum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est contra Dauid, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui.

Inuidens malevolentiæ diuinā sibi perspicaciam arrogare nō dubitat.

244 EST ne Eliab Deus, qui nequitiam humani cordis intuetur?

In altero festucam videt, qui trabem in se non videt.

245 Sed illud mirandum est, quod Eliab nequitiam cordis Dauidici videat, & propriam nequitiam, qua Dauidem iniquum declarat, condemnat, & corripit non videat!

CAP. 17. NUM. 36.

Nam, & Leonem, & Vrsum interfeci ego seruus tuus, erit igitur, & Philisthæus hic incircumcisus, quasi vnus ex eis.

Homo impius bestijs postponēdus, & præ illis despiciendus.

246 EST ne idem Leonē, & Vrsum, naturaliter hominem reuerentes interficere, ac Militem gigānteum loricatum, & pugnacem occidere? Si miles idololatra, & impius est, idē prorsus est, nam talis à bestijs non differt; imo gloriosius triumphum de isto, quam de illis acturus est Dauid, illos enim post ouem iam arreptam interemit, hunc, antequam ouem arripiat interficiet, quod pro immaculata Deiparæ conceptione notandum est.

CAP. 17. NUM. 38.

Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica.

Principes honori rei suæ, etiam inanimatæ, attēdunt.

247 NOluit Saul arma regia inuestе rustica Dauid super indui.

VEL SIC.

Muneris mutationi habitus mutatio conuenit.

248 Per illam vestimēti mutationem Saul Dauidem â Pastore in Militem euexit.

Rex in omni martiali conflictu si non personaliter virtualiter saltem decertare procuret.

249 Et nota in Saule virtutē geniumque principis bellicopolitici; aduertens enim, non oportere eum personaliter cum Goliath congredi, voluit, saltem virtualiter, in armis suis decertare.

VEL SIC.

Armorum ministratio, calida solet esse victoriæ subreptio.

250 Calide intendebat Saul à Dauide subripere victoriæ gloriam, quam, sine dubio armis suis attribuisset, si Dauid illis instructus certamen inijsset.

CAP. 17. NUM. 39.

Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam.

Vide supra nō 250.

251 ILlud pro nomen: *Suā* æquiuocum est, ad Saulem. & Dauidem.

Capit tentare, si armatus posset incedere, non enim habebat consuetudinem.

Ardua aggredientibus prius tentare oportet, quam se prorripere.

252 QUI incipit aliquod munus, quodcūque sit, tentare oportet, non se statim prorripere.

Sacer textus nil dignum aduertentia omittit.

253 Et nota non dicere textum, quod Dauid non habebat consuetudinem præliandi, sed arma ferendi.

Dixitque Dauid ad Saul: Non possum sic incedere quia non vsum habeo.

Regia dignitas semper suspicienda, nec minimē vellicanda.

254 NOranda venit comis, & politica Dauidis vrbanitas, non enim attribuit defectum armis regijs, sed sibi

bi ipsi, ne videretur dignitatem regiam, vel leuiter offendere, & potius voluit virtualiter patrem suum incusare, quod illum militari exercitio non addixerat, vt sic armis assueesceret, quam staturæ suæ pusillitati respectu armorum illorum, quæ amplitudini, & corpulentiæ Saulis proportionata erant,

Quia non vsum habeo.

Generosus miles ad nullum armorum genus se ineptum reputat.

255 NOluit generosus iuuenis, & genialiter martialis, se ad quodcumque armorum genus confiteri ineptum, sed inexpertem.

Et deposuit ea.

Ad vincendum dæmonem omne humanū auxiliū deponendum.

256 NON solum deposuit arma, sed etiã vestem Saulis.

CAP. 17. *NUM.* 40.

Et tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus: Et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum, & fundam manu tulit.

Generosus miles conflictus approximatione non turbatur.

257 ILle actus deliberatiuus circa electionem lapidum hic ponitur ad denotandam animi Dauidici constantiam, & in Domino confidentiam, quâ bellum Dei causâ, & pro religione tuendâ aggrediebatur, quæ tãta fuit vt iam pugnaturus, nullã animi perturbationem, quæ fere omnibus accidit, passus fuerit, sed omnimodam sedationẽ, & quietem deliberatiuæ lapidũ electioni conuenientem.

Elegit sibi quinque limpidissimos lapides.

Diuina mysteria ceteris occulta prophetæ Dei causam agenti patent.

258 CVR *sibi* lapides eligit? Quia illi lapides erant mystici, & eorum mysterium ipse solus percipiebat.

VEL SIC.

Qui lapides ad alios colligit, nõ tam alijs, quam sibi colligit.

259 Qui lapides colligit alteri iaciendos, non tam alteri, quã sibi colligit, quod in hoc conflictu manifeste claruit, nam Dauid in Goliath vnum solum lapidem iecit, quattuor sibi reseruauit.

Limpidissimos.

Qui iudicẽ agit incorruptam affectet puritatem.

260 OPtime aduertit, *limpidissimos* fuisse lapides, quia non vt miles cum armis Saulis, sed vt Iudex cum baculo in manibus pugnaturus erat.

VEL SIC.

Heneslius in vitam, quam in famã proximi insurgitur.

261 Limpidissimi fuerunt lapides, quia intentio Dauidis erat Goliath vincere, & occidere, non fædare.

VEL SIC.

Maculatus proximum maculate caueat.

262 Illi lapides erant in alterum iaciendi, & ideo necessum fuit quod essent limpidissimi, qui enim quacumque fæditate maculatus est alterum deturpare, & impetere non debet.

VEL SIC.

Ad finem intentum media proportionanda.

263 Arma proportionare voluit Dauid aduersario suo, selectos scilicet lapides ad vincendum hostem inter reliquos præcellentem, & selectum.

VEL SIC.

Vitia virtutibus expugnãda, & expungenda.

264 Ad denotandum illud esse bellum mysticum, virtutum scilicet contra vitia, ideo lapides inter alios plures maculosus fædos, & conspurcatos, limpidissimos elegit.

Publici ministri actiones, etiam leuissimæ, ad amussim obseruantur.

265 Et nota, quod statim, ac Dauid ab humili, & obscuro pastore ad officium publicum generosi militis, & populi assertoris assumptus est, omnes, & singulæ eius actiones, etiam leuissimæ, obser-

seruãntur; & signate recensentur. Videlicet, quod baculum semper in manibus habuerit; vnde lapides assumpserit. Quot, quales, & quomodo, an tumultuarie, & indiscriminatim, an deliberate, & electiue acceperit, in quem locum immiserit, & postea in ipso certamine individualissime refertur; qualiter ipsis vsus fuerit.

Per quem mũdialia velocissime transeunt, etsi ipsis immersus, non inquinatur.

266 Item nota, lapides illos de se limpidissimos fuisse, non à Dauide abstersos, quæ res mysterio non caret, nam illi lapides de torrente accepti sunt, qui est flumen impetu decurrens, & rerum humanarũ, & mundialium præcipitem fluxum significat: lapides illi homines representant, ideó aiebat Christus. Matth. cap. 3, nu. 9. *Potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, & in signum transitus Israelitarum per Iordanẽ lapides positi sunt Iosue cap. 4. num. 8. per hoc ergo denotatur, quod ille homo per quem bona mundialia velocissime transeunt, etsi illis immersus sit nunquam ab eis inquinabitur.

CAP. 17. *NUM.* 47.

Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellum.

Non minus orationibus, quam armis, fidei hostes debellantur.

267 TUNC omnis ille exercitus Saulis gerebat se, vt Ecclesia, pro Dauidis victoria Deum orans, quod sine dubio efficacissime contulit ad eam obtinendam.

Non in gladio, & hasta saluat Dominus.

Diabolus, non corporeis, sed spiritualibus armis vincendus.

268 GOliath, ideſt diabolus non est vincendus armis corporalibus, sed spiritualibus, ideò Dauid non incesit instructus armis regijs, sed pastoralibus, fundâ scilicet, & baculo: propterea debent Principes sæculares suis Episcopis ad has spirituales pugnas assistere, & auxilijs necessarijs fouere, relinquendo ipsis congressus, quia Dei bellum est.

VEL SIC.

Tres præcipui animæ hostes, non congressu, sed fuga debellãtur.

269 Cum tribus animæ inimicis in Goliath signatis non est gladio, & hasta; sed funda, & lapide concertandum, ideſt, nõ approximatione, sed fugâ dimicandum est.

VEL SIC.

Quod præcipue cum carnalibus passionibus obseruandum est.

270 Per Goliath, propter corporis molem, & arrogantiam possumus superbiam carnis, seu luxuriam signatissime significatam intelligere, contra quam non armis quibus, é propinquo pugnatur, sed quibus, è longinquo, & interuallo magno interposito vti oportet; & ideó dicit textus, quod cum vellet Goliath appropinquare ad Dauid, Dauid cucurrit ex aduerso, velociter elongans se ab illo, quo factum est, vt lapidem in fronte inimici absconderet.

CAP. 17. *NUM.* 49.

Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte.

Vnum feriturus Deus omnes terret.

271 LApidem fundâ circumducere est actio necessaria, & fere naturalis ad iactum lapidis fundâ faciendum, vt quid ergo necessum fuit illam circumductionem exprimere, cum posset supponi, & subintelligi? An quia ille fuit iactus Dei, qui solet vnum percussurus; omnes minitari, & expauere facere, quod per illum circularem motum innuitur?

CAP. 17. *NUM.* 55.

Eo autem tempore, quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens?

Non

Actiones generosas, non ludicras, hominē reddunt commendabilē, & attentione dignum.

272 NON interrogauit Saul de stirpe Dauid, quando psallebat in palatio, sed quando dimicabat in prelio, vnde verisimile est Saulem in palatio ad Dauidem non attendisse, imo nec faciem illius respexisse, propter quod in eius cognitionē non incidit, quando de congressu cum Philisthæo egit.

VEL SIC

Diuersus habitus solet, non solum corpus tegere, sed etiā personam occultare.

273 Non cognouit Saul Dauidem, etsi in palatio per nō breue interuallum commoratus fuerit, quia in palatio habuerat faciē pulchram, & vestem comptam, nunc vero vestem rudem, caput incomptum, faciem æstu geluque adustam ex pastorali exercitio.

CAP. 17. *NVM.* 56.

Et ait rex: Interroga tu, cuius filius sit iste puer.

De strenuorum militum ignorātia erubescant reges.

274 IUbet Saul Abner vt interroget, quasi erubescens, quod strenuum militem, & benemeritum subditum non haberet iam antea à se cognitum.

CAP. 17. *NVM.* 58.

Et ait ad eum Saul: De qua progenie es, o adolescens?

Strenuus miles sibi ipsi nobilissima progenies.

275 VT quid interrogatur Dauid â Saule de sua progenie, cum tam strenuus miles sibimetipsi honorabilior progenies esse posset?

Inuidus heroicas inuidui actiones mille artibus conatur diminuere.

276 Nisi hoc fuit inuidiæ iā erumpentis effectus, intendens potius generositati stirpis Dauidicæ, quam propriæ adolescentis virtuti immane illud facinus attribuere.

VEL SIC.

Cum de inuidui generositate constat, ipsius progenies solum remanet inuestiganda.

277 Non fuit omnino inepta illa Saulis interrogatio: quia cum Dauid se ipsum illo præclarissimo facinore satis manifestauerit, tantummodo ipsius progenies inuestiganda remanebat. Nota pro informationibus de nobilitate, & puritate sanguinis, quæ inter nos fiunt, pro ijs, qui militares cruces assumere desiderant.

Dixitque Dauid: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

Mysticus Dauid ex vtroque parente habuit, quo dæmonem vinceret.

278 PER hanc Saulis interrogationem, & Dauidis modestam, & consonam responsionem voluit Deus mystice figurari, Christum in Dauide præsignatum, non solum ex diuino, sed etiam ex humano origine traxisse vim, & virtutem ad Goliath, seu dæmonem debellandum.

CAP. 18. *NVM.* 2.

Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domū patris sui.

Ob secundarias munera, etiam bene, ac prospere gesta, primum ac precipuū munus non negligendum.

279 HInc inferri potest, Dauidem á Saule petijsse veniam, vt ad curam, & custodiam suarum ouium reuertere liceret.

CAP. 18. *NVM.* 5.

Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcumque misisset eum Saul.

Perfecta obedientia exceptionem non admittit.

280 EN typum veri, & perfecti religiosi, obedientia, sine vlla propsus exceptione.

Et prudenter se agebat.

Prudens se, suaque agit: secus imprudens.

281 QVI imprudenter agit, nec *se*, nec *sua* agit; quia ergo Dauid prudētiâ præditus erat, & se agebat, & famulis Saulis acceptus erat.

CAP. 18. *A NVM.* 7.

Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste dixitque: Dederunt Dauid decem millia,

millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum?

Iustitia, & fortitudo præcipua regnandi instrumenta.

282 IN numero *Decem* significatur Lex: in Gigantis occisione Fortitudo: bene ergo arguit Saul; qui enim iustitiam, & Fortitudinem possidet, quid illi deesse potest, nisi solum regnum ipsi iure, & ratione debitum?

CAP. 18. NUM. 9.

Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.

Vel oculorũ iniustitia in regibus à Deo obseruatur, & notatur.

283 ADuertant reges, & principes iniustitiã oculorum Saulis contra Dauidem in textu notari, vt videant quanta curâ, & diligẽtiâ obseruabit Deus alias grauiores ipsorum iniustitias.

CAP. 18. A NVM. 10.

Post diem autem alteram inuasit spiritus Dei malus Saul & prophetabat in medio domus suæ: Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies, tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans, quod configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundo.

Peius malũ quã diabolus inuidia.

284 PEius malum inuidia, quam ipse diabolus est: & ratio est manifesta; nam psallente Dauide dæmon statim á Saule recedebat, inuidia vero non solum non recedebat, sed potius intensionem, & augmentum capiebat donec eum ad Dauidem lanceâ confodiendum impelleret.

Quis ex bono, quis ex malo spiritu operetur, nõ est facile dignoscibile.

285 Sed quomodo â malo spiritu arreptus prophetabat Saul? Si spiritus malus etiam prophetare facit, quis cognoscere potest quando ex bono spiritu prophetatur?

286 Sed cur per singulos dies Dauid in aula Saulis psallebat? Primo, vt otium vitaret, nõ enim poterat bona indoles Dauidis aliquo honesto exercitio non intendere. Secundo, ne fraudibus forẽsibus, & aulicis illæcebris irretiretur.

Ob honestos fines licitum est quotidie aliqui, etiam ludrico exercitio operam dare.

Et misit eam (scilicet lanceam) *putans quod configere posset Dauid.*

Multa in nos dæmon quotidie intentat, quæ prohibente Deo, nõ exequitur.

287 INhoc sæpe fallitur dæmon putans se multa contra iustos moliri posse, quæ re vera non potest.

Et declinauit Dauid à facie eius secundo.

Irati regis obtutus omni bellico tormento, vel instrumento formidabilius.

288 AFacie Saulis declinauit semel, & iterum Dauid, non à lancea, quia eũ nõ rectis oculis respiciebat, quod grauius malum est, quam mille lanceæ iaculationes. Vide quæ ad Genes. cap. 16. num. 8.

CAP. 18. NUM. 13.

Amouit ergo eum Saul á se, & fecit eum tribunum super mille viros.

Reges aliquos promouere solent, non vt promoueãt, sed vt á se amoueant.

289 AMotio, & à se abiectio odij necessaria consequentia est. Et nota, quod Saul Dauidem tribunitia dignitate non præfecit, vt præficeret, sed promouit, vt à se amoueret, & quẽ suâ non potuerat, hostium lanceis conforet, vt patet infra num. 17.

CAP. 18. NUM. 17.

Saul autem reputabat, dicens: Non sit manus mea in eum, sed sit super eũ manus Philisthinorum.

Inuido frequentes nocendi subeunt cogitationes.

290 PER illud verbum: *Reputabat.* innuit textus, repetitos Saulis super Dauidis nece discursus.

Tyranni bella mouere solent, non tam vt hostes debellẽt, quã vt bonos subditos destruant.

291 Et nota, solemne esse Principibus tyrannice regentibus, bella mouere, non, vt hostes debellent, sed vt digniores, & præstantiores subditos consumant, destruant, anihilent.

VEL

VEL SIC.

Tyranni sub honoris larua mortem subditorum contegunt.

292 Solent principes sub specie honoris, & larua remunerationis, necesem subditorum, & maxime præcellentium machinari.

CAP. 18. NVM. 18.

Ait autem Dauid ad Saul: Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis,

Iniqui reges in promittendo multi: in adimplendo nulli sunt.

293 EX his verbis infertur, nihil ex promissis á Saule pro conflictu, cum Goliath fuisse Dauidi ad impletum, & impensum: non diuitiæ magnæ, non, vxor, non paternæ domus priuilegium, & per hanc responsionem videtur Dauid modeste Saulem sugillasse de ingratitudine, & inconstantia in promissorũ adimpletione.

CAP. 18. NUM. 19.

Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.

Strenuo militi primi debentur honores.

294 OPtime ait textus: *Deberet*, nam strenuo militi, & nuptiæ regales, & primi debentur honores.

CAP. 18. NUM. 30.

Et egressi sunt principes Philistinorum. A principio autem egressionis eorum prudenter segerebat Dauid.

Felices bellorum euentus, potius á cauta prudentia, quam ab incauta fortitudine prouenire solent.

295 PRudentius, & cautius, non fortius, & audacius segerebat Dauid, quoniam feliciores bellorum euentus plus solent á prudentia, cautelis, stratagematibusque, quam ab audaci, incautaque fortitudine pendere. Uide lib. 1. Machab. cap. 5. á num. 56.

CAP. 19. A NUM. 1.

Porro Ionnathas filius Saul diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid dicens: Quærit Saul pater meus occidere te.

Perfecta dilectio omnibus humanis respectibus præualet.

296 VEra intensaque dilectio præualet fidelitati parenti debitæ, propriè amãtis conuenientiæ, & reliquis omnibus considerationibus.

Perfectæ dilectioni nunquam satis pro dilecto cauere videtur.

297 Sed cum Ionathas claris, distinctis, & expressis verbis dixerit Dauidi: *Quærit Saul pater meus occidere te*; cur ait textus solũ: *Indicasse*? Præ nimia dilectione adeo anxius erat Ionathas de periculo Dauidi imminente, quod etsi aperte declarauerit, videretur ei tantum indicatiue, seu per indicia manifestauisse.

VEL SIC.

A filiali fidelitate non deficit, qui ad iniquas perpetranda non influit.

298 Ionathas Dauidi necem á patre intentam expressit, & fortè aliud maius damnum *Indicauit*, nempe honoris, & famæ vlcerationem, quod grauius malum est. In quibus omnibus existimo Ionatham contra fidelitatem patenti debitam non peccasse, quæ in rebus euidenter iniustis, & iniquis seruanda non est.

CAP. 19. NUM. 4.

Locutus est ergo Ionatas de Dauid bona ad patrem suum, dixitque ad eum: Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt valde.

Pro viro iusto iustitia plusquã alta virtus interpellanda.

299 NE pecces rex: Non appellat Ionathas pro Dauide intercedens coram Saule *Patrem*, vt aduerteret se pro Dauide iustitiam interpellare, nõ pietatem, ideo eum nunc *Regem*, non *Patrem*, vocat.

CAP. 19 A NVM. 14.

Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid: & responsum est quod ægrotaret.

Ex loquendi modo loquentis intentio subodorari potest.

300 CVR non dicit: *Adducerent*, sed, *Raperent*, per hoc verbum significatur maleficium quod Saul per illam actionem committere intendebat.

VEL

VEL SIC.

Inferioribus iustitiæ ministris quasi innata proprietas rapina.

301 Per verbum : *Raperent* significatur innata proprietas satellitum, & reliquorum inferiorũ iustitiæ ministrorum, qui nunquã iusta, vel iniusta iudicum, seu superiorum suorum mandata, sine rapinis exequuntur.

CAP. 19. *NVM.* 15.

Rursumque misit Saul nuntios, vt viderent Dauid, dicens : Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.

Cum ministris dignioribus vrbane agendum.

302 SPretâ diligentiâ apparitorum, seu satellitum, alios digniores ministros mittit, quibus non imperat, quod rapiant, sed quod afferant ad se Dauidem.

Inuidorum odiũ politicam, etiam sibi congruentiorem ignorat.

303 Sed cur non expectauit Saul, quod Dauid, ex illa ægritudine, quam, non simulatam, sed veram credebat forte moreretur, & sic suum intentum absque lęsione iustitiæ, & subditorum scandalo consequeretur? Hinc videre est quam inconsiderate, & præcipitanter odium, inuidiorum operetur, & negotia sua agat.

VEL SIC.

Inuidus non appetit inuisi naturalem mortem, sed violentam occisionem.

304 Nolebat Saul, quod Dauid naturaliter moreretur ; sed quod violenter occideretur.

CAP. 19. *NVM.* 18.

Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia, quæ fecerat sibi Saul : & abierunt ipse, & Samuel, & morati sunt in Naioth.

Negotia status tractari debent, & expediri secretissime.

305 DAuid retulit Samueli omnia, quæ sibi cũ Saule acciderant, vt super his remediũ, vel congruum consiliũ acciperet ; quod autẽ consiliũ Samuel Dauidi præstiterit, textus non exprimit, ad denotandum, quod consilia in graui materia status debent esse occultissima, & secretissima.

Cum vnus innocens persequitur, reliqui caueant, & sibi prospiciant.

306 Sed, si ex factis coniectari licet consilium Samuelis fuit, quod Dauid refugium sibi quæreret in Naioth, sed cur ipse Dauidem comitatus fuit? An vt facto suo consilium datum commendaret? Sed hoc necessum non erat Samueli erga Dauidem de se summe confidentem : verosimilius crederem, quod cum Samuel videret in Dauide innocentiam vsque ad necem persequi, voluit quoque innocentiam suam in tuto collocare.

CAP. 19. *NVM.* 19.

Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus : Ecce Dauid in Naioth in Ramatha.

In regum aulis non vltimum reliquos inter ministros locũ Dicentes occupãt.

307 AD quem reipublicæ statum isti *Dicentes* pertinebant nõ dicitur, forte omnes status, & ciuilia munera eos à se abominatiue repellebant ; sed verius existimo, hoc fuisse speciale munus, & officium in aula Saulis, isto nomine scilicet *Dicentes* signatum, & characterizatum.

CAP. 19. *A NVM.* 23.

Et ambulabat ingrediens (scilicet Saul) *& prophetabat vsque dum veniret in Naioth in Ramatha.*

Regum deliria honestis vocibus reuerentiæ causa exprimenda.

308 PRophetabat Saul pergens in Naioth, idest præ furore iracundiæ extra se arreptus gradiebatur.

CAP. 19. *NUM.* 24.

Et expoliauit etiam ipse (Saul) *se vestimentis suis, & prophetauit cum ceteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa, & nocte. Unde, & exiuit prouerbium : Num, & Saul inter prophetas?*

Morti proximus quasi mortuus reputandus.

309 QVomodo dicitur Saulem corã Samuele prophetasse, cum supra cap. 15. num. 35. asseratur, quod Saulẽ Samuel vltra non viderit vsque ad diem mortis suę? Ad litterã respõderi potest, quodquãdo hoc accidit approximabat iam dies mortis Samuelis.

Qui alterius personam agit exuit suam.

310 Sed moraliter dicere possumus, quod cum Saul fuerit tunc ab spiritu arreptus, non agebat personam Saulis, sed vnius ex prophetis, & ideo licet coram Samuele steterit, non tanquam Saul stetit.

VEL SIC.

Inter religiosos viros, vel ad breue tempus, degere Saulos in Paulos immutat.

311 Saul pro illo breui tempore inter viros illos religiosos religiosum egit, quod illum adeò immutauit, & transformauit, vt cum antea Saulus esset, pro illo tunc Paulus fuerit. Et hinc infertur, spiritum, á quo tunc actus fuit Saul, non fuisse spiritum illum malum, qui eum inuasit statim, ac propter inobedientiam supra cap. 15. relatam, Deus ab eo discessit, sed spiritum Dei bonum, & ipsum met, qui ceteros comprophetas agitabat, non enim decens erat, quod in loco religioso, & inter religiosos spiritui malo tantum liceret, & suas prauas, & pessimas agitationes cum bonis honestis, & virtuosis confundere permitteretur.

Bonus à malo spiritu difficile discerni potest.

312 Sed quid, si ad nostram instructionem fuit dæmoni permissum, quod tunc agitaret Saulē? Vt aduertamus quam difficile sit spiritum bonum á malo spiritu discernere, & vt boni religiosi caueant, & nec in se, nec in loco sacro quem incolunt, nec in viris sanctis cum quibus degunt, nimiū & indiscrete confidant: vbique enim *diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.*

CAP. 20. *NUM.* 1.

Fugit autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramatha, venitque locutus est coram Ionatha: Quid feci, quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

313 NEC de iniquo rege credibilis persecutio ad mortem absque præuia iniquitate, & delicto ab eo, quem persequitur commisso.

Persecutio ad mortem absque præuia culpa incredibilis videtur

Cum vero amico tanquam cum propria anima agendum.

314 Et nota, quod Dauid quæsiuit Ionatham vt faceret cum illo examen propriæ concientiæ tanquam cum anima sua, ex eo enim tēpore, quo inter ipsos amicitia confirmata fuit, erat illis anima promiscua, & communis. Vide supra cap. 18. num. 1.

CAP. 20. *NUM.* 25.

Cumque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus Dauid.

Strenui duces de mensa regū suorum eomedant, & vel regum filij ipsis deferant.

315 DUO in hoc textu notanda sunt: primum, quod filius primogenitus regis coram patre surrexit, vt Abneri primo duci, & militiæ Principi digniorem locum cederet. Secundum: quod strenui milites in mensa regis locum destinatum, & designatum habebant.

Omnes regum actiones exemplariter destinales sunt.

316 Sed cur sedile regium, præsertim ad prandendum destinatum, cathedra dicitur; non vero accubitus, aut alio ad finem intētum congruentiore, & secundum Hebræorum ritum accommodatiore nomine nuncupatur? Certe vt aduertant principes, & superiores omnes actiones suas magistrales esse, & doctrinales, ac ad subditorum mores formandos, & erudiendos deseruire.

CAP. 20. *NUM.* 26.

Et non est locutus Saul quidquam in die illa: Cogitabat enim, quod forte euenisset ei, vt non esset mundus aut purificatus.

No-

Homo iniquus proximum, etiam excusando accusat.

317 NOtandum pessimũ Saulis ingenium, etiam cum Dauidis absentiam excusare placet, non eam ex aliquo accidenti inculpabili, sed exculpabili, & cum effectu Dauidis coniuncto excusare dignatur.

Ex quauis puritatis carentia, vel solum præsumpta, ab Eucharistia abstinẽdum.

318 Sed hic non exiguum latet misterium, nam cum illud cõuiuium fuerit sacrum, & religiosum, ex sacrificijs, scilicet kalendarijs à rege oblatis, & propterea conuiuium Eucharisticum representans, abstinentia ab illo, solum vel propter immunditiam peccati existentem, vel propter puritatis carentiam admittenda, & tollerãda fuit.

CAP. 20. NUM. 27.

Dixitque Saul ad Ionatham filium suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendum?

Inuidus inuisum vel nominare, abhorret.

319 CVR non pronuntiat Saul nomẽ Dauidis, sed circumlocutiue indicat? Forte, ne veniret in mentem illa odiosissima Cantilena: *Percussit Saul mille, & Dauid decemmillia.*

VEL SIC.

Vide supra nu. 24.

320 Tanto odio Saul Dauidem prosequebatur, vt nec illius nomen pronuntiare posset.

Iniquus iustum, etiam cum excusare videtur, accusat.

321 Sed cum hesternam Dauidis absentiam excusauerit Saul, vt patet ex num. 26. quomodo sequenti die eandem imputat ad culpã dicens: *Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie?* Diceremus, illam potius fuisse accusationem quam excusationem Dauidicę absentiæ.

VEL SIC.

Peccatori finaliter impœnitenti omnia commissa peccata ad pœnã reuiuiscunt.

322 Quod Dauidi innoxio accidit cum iniquo rege Saule fuit typus illius, quod accidit peccatori iniquo, & relabenti cum iustissimo Deo; reddeunti enim ad vomitum peccata præterita, & iam remissa, etsi non imputentur ad culpam, ad pœnam tamen computantur, & imputantur.

CAP. 21. NUM. 1.

Venit autem Dauid in Nobe ad Achimelech: & obstupuit Achimelech eo quod venisset Dauid. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum?

Quod aulici non vbique sequantur, imo, & persequantur patronum suum valde mirandum est.

323 *QUare tu solus, & nullus est tecum?* Non est pleonasmus; valde enim diuersa significant verba ista Achimelech Sacerdotis: *Quare tu solus*, id est quare negligis authoritatem tuæ personæ, & muneris, fine satellitio tuæ militari dignitati debito, & competenti incedens. *Et nullus est tecum.* Et vel saltem illi qui te studebant demereri, & aulica ambitione semper tibi in domo & extra domum assistebant, & comitabantur, vel certius, inhærebant, vbi nunc sunt, quid de illis actum est? Quam interrogationẽ sui intellectus solertiâ bene percalluit Dauid, & comprehensiue sua prudenti responsione satisfecit.

VEL SIC.

Strenus miles, vel apluribus inæqualis valoris comitatus, incomitatus, & solus est dicendus.

324 Non omnino destitutus comitatu militum accessit Dauid ad Achimelech, vt inferius patet, cur ergo ait illi: *Quare tu solus, &c.* Insinuauit forte Achimelech hoc loquendi modo, Dauidem, etsi haberet socios milites, nondum esse, & debere asotiatum appellari, vtpote comitatus hominibus virtute, & reliquis animi dotibus longe inęqualibus, & inferioribus.

CAP. 21. NVM. 9.

Et dixit Sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistæi quem percussisti in valle therebinthi, est inuolutus pallio post ephod. si istum vis tollere tolle.

Visibilis Ecclesiæ gladius difficile, & non nisi ex grauissima causa euaginandus.

325 ETiam in Ecclesia est ius vtriusque gladij spiritualis scilicet, & corporalis, sed corporalis, & vaginâ inclusus, & pallio inuolutus; & sub sacratioribus, & reconditioribus ornamentis collocatus, ne facile, & ex leui qualibet causa euaginetur, & euibretur.

CAP. 21. NVM. 11.

Dixeruntque serui Achis ad eum, cũ vidissent Dauid: Numquid non iste est Dauid rex terræ? Nonne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia?

Qui regem subdito in virtute postponit regem regno spoliat.

326 ERgo bene inferebat Saul supra cap. 18. n. 8. *Quid ei superest, nisi solum regnum?*

Rex omnem, quã potuerit, de ijs quæ inter finitimos aguntur, vel dicuntur, notitiã expiscari procuret.

327 Et nota solertem curam istorum populi Israelitici inimicorum in adquirenda notitia eorum, quæ inter ipsos accidebant, non solum quæ grauioris, sed etiã quæ leuissimi momenti essent, vt hæc puellarum cantilena.

CAP. 21. NVM. 13.

Et immutauit (Dauid) os suum corã eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam.

Regum actiones, etiam disonæ, statius mysteria esse solent.

328 SVnt actiones, quæ in regibus, & principibus apparere solent, non solum disonæ, sed furiosæ cum re verâ sint artificia necessaria, & prudentissima ad conseruationem sui status.

CAP. 22. NVM 2.

Et conuenerũt ad eum omnes, qui erãt in angustia constituti, & oppressi ære alieno & amaro animo, & factus est eorum princeps fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

Ære alieno oppressi semper in angustia constituti.

329 HÆC propositio: *Qui oppressi, erant ære alieno*, est consequentia illius antecedentis: *In angustia constituti* Quis enim ære alieno oppressus est, qui in magna angustia non sit?

330 Et nota terminos aggrabatæ, & summé molestæ significationis, qui obæratis applicãtur, scilicet: *In angustia constituti: Oppressi: Et Amaro animo.*

Nil mali est, quod non patiatur qui ære alieno oppressus est.

331 Et nota etiam, non fuisse tunc in illa florescenti, & numerosissima Hebræorum republica multos viros ære alieno grauatos, ac propterea in angustia, & amaritudine animi constitutos: siquidẽ, cum Dauidis consanguineis adnumerati, quadringentorum numerum non adimplebant.

Floret regnum, in quo pauci obærati sunt.

CAP. 22. NVM. 7.

Ait ad seruos suos, qui assistebant ei: Audite nunc filij Iemini, numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros, & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones?

332 SEruos suos appellat Saul filios Iemini, id est cõsanguineos, vt sic eos demereretur, & ad iniquum, & turpe facinus persecutionis dauidicæ perpetrandum alliceret.

Rex qui seruis suis excessiue adulatur, ne ad aliquid malum perpetrandũ eos inducat, verendũ est.

333 Vel dicendũ, quod Saul consanguineis pro seruis vtebatur, tam ob sui securitatem, quam obedientiæ ad quæcumque, etiam illicita, promptitudinem.

Regum consanguineis pro ministris vti, tum ad securitatem, tum ad obedientiam solet conducere.

CAP. 22. NVM 8.

Quoniam coniurastis omnes aduersũ me, & non est, qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai.

334 SAul animo efferatus, passionibus æstuans, ac propterea sibi nõ constãs; nunc rebelles appellat, quos paulo ante consanguineos nuncupauerat.

Rex passionibus æstuans tam fauores, tam cõtumelias in eosdem effutire solet.

335 Sed quis rem secretissimam, & inter solos Dauidem, & Ionatham actam, & peractam in Saulis notitiam inuexit? Aduertãt qui aduersus reges aliquid moliũtur nihil ipsos latere, Deo sic benigne disponente, ad grauissima damna publica, quæ semper in de-

Regem, sic disponẽte Deo, nullum secretum ad statũ suum pertinens latere solet.

de sequuntur, euitanda; sed in præsenti casu crederem, Saulem præsumptiue, & coniecturaliter loquutum.

CAP. 22. NUM. 9.

Respondens autem Doeg Idumæus, qui astitebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe.

Qui artem pecuariam perfecte callet, dignus qui regi immediate astitat.

336 DIgne erat iste Doeg primus seruorum Saul, seu secundus á rege, nam vt ex cap. 21. antecedenti constat, erat potentissimus pastorum Saul, & consequenter in arte pecuria peritissimus, cuius notitia, & doctrina est valde necessaria ad populos regendos, & conseruandos, vt diserte ait Philo Hebræus,

Regum adulatores ipsorum loquendi modi se accõmodant.

337 Et nota quod non Dauidem nominat nomine proprio, sed *filium Isai*, stilo Patroni sui Saulis adulatorie vtens.

VEL SIC.

In tyrannico regimine aneniti sunt omnes strenui viri.

338 Ratio huius est, quod in tyranico regimine absque nomine sunt omnes strenui viri.

CAP. 22. NUM. 11.

Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius sacerdotum qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem.

In sacro textu propositiones vniuersales exceptionibus gaudent ob Deiparæ exceptionem.

339 EN duplicem propositionem, vniuersalem, non obstante exceptione quę ponitur, infra num. 20 huius capitis: Quod pro immaculata Deiparæ conceptione notare licet.

CAP. 22. NVM. 13.

Dixitque ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me, tu, & filius Isai, & dedisti tu panes, & gladium, & consuluisti pro eo Deum.

Rex iniquus semper habet instrumenta ciuilia præparata, quibus in bonos subditos desæuiat.

340 OCciditur Achimelech sacerdos, sine culpa, non sine causa: *Quare coniurastis?* nam iniquus, & tyrannus rex semper habet causas contra meliores, & innocentiores subditos in sua maligna præsumptione actas, & fulminatas.

Et consuluisti pro eo Deum.

Iniquus rex recursum, etiã ad Deum subditis interdicit.

341 IN hoc apparet maxima, & tyrannica Saulis impietas; etiam recursu ad Deum interdicere volebat Dauidem.

CAP. 22. NUM. 16.

Dixitque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui.

Iniquus rex me, lioribus subditis mortem infert temporalem, illaturus, si posset, æternam.

342 HIC est modus loquendi in Sacra Scriptura de damnatis ad pænam æternam; quia duplicem mortem incurrunt. Cur igitur hoc loquẽdi stilo vtitur Saul contra Achimelech? Quia volebat eum non solum vitâ priuare, sed etiam ad æternam pænam, si posset, condemnare.

CAP. 22. NUM. 17.

Et ait rex emissarijs, qui circumstabant eum: conuertimini, & interficite sacerdotes Domini.

Qui ministris Ecclesiæ manus violentas infert monstrum tartareum est.

343 CONuertimini, infe-ras scilicet, vel monstra tartarea, vt tam horrendum facinus possitis perpetrare.

Iniquus rex non solum iustitiam violat, sed etiam religionem conculcat.

344 Sed cur non dixit Saul: *Interficite hos rebelles, & regi infidos*; sed: *Interficite sacerdotes Domini*? Quia non solum volebat violare iustitiam, insontes tãquam sceleratos occidendo, sed etiam religionem sacerdotes vilipendendo.

CAP. 22. NUM. 18.

Et ait rex ad Doeg: Conuertere tu, & irrue in sacerdotes. Conuersusque Doeg Idumæus irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illo octoginta quinque viros vestitos ephod lineo.

Qui iniquè accusat non delatoris, sed carnificis officium implet.

345 CONuertere tu. Conuersusque est, scilicet ex accusatore in carnificem sacrilegum: & nota quod iste pastor aptior, & promptior erat ad oues mactãdas, quã conseruãdas, & custodiendas, vnde, peritia illius, quæ

ſupra commendatur, non erat peritia artis pecuariæ innoxiæ,& antiquæ, ſed peritia artis cacopoliticæ modernæ,quæ Saulis tempore vigebat,

Qui ad locū prohibitum, in templo admittitur miniſtrorum tēpli carniſex efficitur.

346 Et nota ſecundo, quod Doeg ſæcularis ab Achimelecho ob humanos reſpectus, ad locum ad quem non licebat,admiſſus, vt patet ſupra cap.21.num.7. ſcilicet intra tabernaculum; ceteris non audentibus imo nolentibus in ſacerdotes Domini manus extendere, iſte ſolus auſus fuit eſſe carnifex tam ipſius Achimelechi, qui indebitam ei licentiam conceſit, quam reliquorum ſacerdotum.

In die illo.

Iniquus rex ſcelera ſua ab omnibus videri gaudet.

347 ANtequam nox ingrueret, vt enormis & atrox laniena ab omnibus videri poſſet.

Octoginta quinque viros veſtitos ephod lineo.

Candida clericorum veſtis, & ipſorum innocētia, & in ipſos deſeuientiū malitiæ teſtis.

348 VEſtimentum lineum exprimitur, vt in albedine illius, & occiſorum innocentia fulgeret, & mactantis crudelitas euidentius pateret.

CAP.22. NVM.23.

Mane mecum ne timeas. ſiquis quæſierit animam meam,quæret, & animam tuam, mecumque ſeruaberis.

Sub bono principe religio immunis.

349 PEriculum principis, & religionis pari paſu incedunt;& ſub bono principe ſeruatur religio immunis.

CAP.23. NUM.3.

Et dixerunt viri, qui erant cum David,ad eum: Ecce nos hic in Iudæa conſiſtentes timemus, quanto magis, ſi ierimus in Ceilam aduerſus agmina Philiſthinorum.

Fidelis ſubditus regem ſuū iuſte, vel iniuſte iratū timet ac reuereretur, hoſtes non timet.

150 FIdelis,& bonus baſſallus regem ſuum timet,etſi iniuſte iratum,& inique perſequentem; hoſtes vero, etſi fortes, & numeroſos non pauescit.

CAP.23. NVM.7.

Nuntiatum eſt autem Sauli,quod veniſſet Dauid in Ceilam,& ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas,concluſuſque eſt, introgreſſus vrbem, in qua portæ, & ſeræ ſunt.

Ex maximo beneficio maxima infertur ingratitudo.

351 NON male inferebat Saul ex humana dialectica, ceilitas á Dauide liberatos,& maximo beneficio affectos,ingratos Dauidi,& traditores ſtatim futuros, quod euidenter patet infra numero 13.

CAP.23. NVM.11.

Si deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait Dominus: Deſcendet.

Quandoque in Sacra Scriptura verbis abſolutis ſenſus conditionatus exprimitur.

352 HÆC reſponſio Dei, etſi abſoluta quoad verba,eſt tamen virtualiter conditionata, & ſic intelligenda: Deſcendet quidem Saul ſi in Ceila permanſeris;non deſcender,ſi abieris, quod effectus comprobauit.

CAP.23. NVM.13.

Surrexit ergo Dauid, & viri eius, quaſi ſexcenti,& egreſſi de Ceila huc atque illuc vagabantur incerti.

Vir prudens quādoque ex conſilio varius,& inconſtans.

353 VAgabantur incerti, non ex animi perturbatione, ſed ex cauto prudentique militari conſilio,ne Sauli, de loco, in quo inuenirentur conſtare poſſet.

CAP.24. NVM.26.

Itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid.

Iniuſte perſequens perſecutū perſequendo coronata.

354 PER hunc loquendi modum voluit Deus indicare præmium, quod Dauidis patientiæ,& fidelitati debebatur.

VEL SIC.

Vide supra nu. 361.

355 Ipſimet iniuſte perſequẽtes ſunt corona, qua innocẽs perſecutionem patiens coronatur.

CAP. 23. NUM. 28.

Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Philiſthinorum.

Publicam vtilitatem propriis præferre paſſionibus vel in malo rege laude dignum.

356 PRopter bonum publicum, odium particulare intermiſit, in hoc Saul valde laudandus eſt.

CAP. 24. NVM. 5.

Et dixerũt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies, de quo locutus eſt Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, &c.

Nonnulli ſubditi, vt ſuperiorem ſuum in ſuam ſententiam trahant Deo falſa verba affigere non dubitant.

357 DEus illa verba nunquam locutus fuit, imo nec loqui potuit, deteſtatur enim particularem vindictam ille qui dixit: *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos*, ſed illa tanquam Dei verba falſo ſupponunt Dauidis commilitones: Sciebant enim, aliter, Dauidẽ vindictæ ſuggeſtionem non auditurum.

CAP. 24. NVM. 8.

Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt conſurgerent in Saul.

Strenuus dux ſuos ſubditos, non tã viribus, quam viverborum, & rationum coerceat

358 NOtandum, quam efficaciter, & fortiter pro Saule ſeruando egerit Dauid, quod viros ſuos ſpiritu oris ſui confregerit.

Vide ſupra nu. 358.

359 Sed cur non dicitur eos confregiſſe *Verbis*. ſed *Sermonibus?* Vt conſtaret, eos, non impetu inanium vocum, ſed vi ratiocinationum prudentum coegiſſe ne in perſonam Saulis auderent.

CAP. 24. NVM. 15.

Quem per ſequeris rex Iſrael? Quẽ perſequeris? Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum.

Ad regalis præſentiam maieſtatis indigne dſonant actiones

360 DAuid Saulem, & regem Iſrael vocat, & ter perſecutorem appellat, vt, & ſuam perſecutionem ſuperlatiue exageret, & tam indignæ actionis diſſonantiam cum regia maieſtate, & magnanimitate euidentius patere, & à Saule cognoſci faceret.

Bonus ſubditus regem iniquum cautis, & modeſtis verbis in bonam mentẽ reducat.

361 Sed cur Dauid ſe ipſum, & cani mortuo, & vni pulici comparat? Canis fideliſsimus animalium reſpectu hominis eſt, & mortuus neminem mordere, aut lædere poteſt; potius omnes ſuo fœtore abigit, & á ſui approximatione procul repellit: pulex eſt viliſsimum inſectum continui, & incerti motus, ac propterea difficilis captionis: His ergo comparationibus proptiſsime Dauid, & ſuam fidelitatem, innocentiam humilitatemque confirmat, & ſimul regem, quàm vane, & ſine ſucceſſu eum apprehendere conetur, aduertit, & modeſta humilique animi demiſsione commonet.

CAP. 24. NUM. 21.

Et nunc, quia ſcio, quod certiſsime regnaturus ſis.

Qui inimico parcit certiſsime in regem inauguratur.

362 QVI parcit inimico certiſsimé regnaturus eſt, vel in hoc ſæculo, vel in futuro.

CAP. 24. NUM. 23.

Et iurauit Dauid Sauli: Abijt ergo Saul in domum ſuam: Et Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

Cum ſadi fragus fortius aſſecurare ſatagit tunc magis cauendus.

363 POſt adeo expreſſam, & diſertam Saulis de Dauidica innocentia confeſsionem, poſt interpoſita iuramenta, poſt redditum in domum ſecurũ, & pacificum. Dauid cum ſuis tutiora loca petit, quæ antea non quæſierat, quia nunquam ſedi fragus magis timendus, & cauendus, quàm cum maiora ſigna, & for-

fortiora pignora securitatis offert, quod in præsenti casu effectus comprobauit. Uide infra cap. 26.

CAP. 25. NUM. 1.

Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Rama: ha. Consurgensque Dauid descendit in desertum Pharan.

Sub rege tyranno non morientium, sed viuentium sors deflenda.

364 CUR Dauid nō plāgit Sacerdotē summum, populi Iudicem, Prophetā sibi charissimum, & beneficentissimum, quem vniuersus Israel plangebat? An quia existimabat in tyrānico regimine non dolendam morientium vicem, sed solū vicem viuentium eiulandam?

VEL SIC

Iusti mors non deploranda.

365 Mors iusti, & sancti viri, non est deploranda, nec gemitibus, vel singultibus prosequenda.

Funeralibus intenti officijs impossibile est quod aliqui noceant.

366 Sed cur audet Dauid tutiora loca in hac occasione, deserere, & Israelitis, Saulique approximare? Quia prudenter existimauit, homines ad funeralia celebrāda congregatos nulli, vel nocere, vel iniuriam facere posse.

Et sepelierunt eum in domo sua.

In memoria aeterna erit iustus.

367 SAmuel in domo suâ sepelitur non alienâ, vel in aliqua celebri spelunca, quia memoria illius erat longo tempore duratura.

VEL SIC.

Perfectus religiosus intra claustra sua sepultus viuit.

368 Samuel, cum esset vir religiosus, & diuino cultui mancipatus intra septa, claustraque domus suæ sepultus viuebat, nisi quando ad iudicandum populum, & congregationes prophetarum visitandas prouinciam circumbat, vnde nullus congruentior locus sepulturæ ipsius assignati potuit, quàm ille in quo ipse semetipsum viuens sepelierat.

CAP. 25. NUM. 2.

Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: eratque ei oues tria millia, & mille capræ.

Esse magnum nō est idem, ac esse magnanimum.

369 ERat quidem homo ille *magnus*, sed non magnanimus, si enim talis foret non diceretur: *Quispiam*, sed mille titulis, & cognominibus amplificatiuis exornatus nuncuparetur ad mundi vanitatē sugillandā.

Tunc floret res publica cū pauca ad diuitē faciendum, sufficiunt.

370 Notanda demum frugalitas illorum temporum, in quibus triamillia ouium, & mille capræ sufficiebant ad constituendum hominem magnum, & nimis diuitē.

CAP. 25. NUM. 3.

Porro vir eius durus, & pessimus, & malitiosus.

Magnitudo non semper ad laudem, quandoque ad vituperium pertinet.

371 QVomodo *magnus*, qui *durus*, *pessimus*, & *malitiosus*? Ego sic exponerem: Magnus in malitia ceterisque vitijs, & imperfectionibus, quod per illud: *Nimis* videtur denotari.

VEL SIC.

Sacra Scriptura propriſsime, ac definitiue de rebus loquitur.

372 Cum Sacra Scriptura vere, sincere, & non adulatorie loquatur; cum de possessionibus Nabal tractat, eum *magnum*, hoc est diuitem appellat; cum de eiusdem personalibus proprietatibus agit, eum *durum*, *pessimum*, & *malitiosum* declarat, & in vtroque verissime, & definitiue.

VEL SIC.

Præclara origo in degenere non obscuratur indiuiduo.

373 Cum Nabal esset de genere Caleb, vt ex hoc numero patet noluit textus eius præclaro origini propter imperfectiones personales derogare, ideo illum *magnum*, scilicet genere, compellat.

Erat

Erat autem de genere Caleb.

Præclara origo degenerem indiuiduum turpiotem apparere facit.

374 DE nobili ascendente rudis, & inurbana prolès, sed cur hic de proauo nobilissimo mentio fit? An, vt Nabalis stoliditas, & durities exageretur?

CAP. 25. NVM. 10.

Respondens autem Nabal pueris Dauid ait: Quis est Dauid? Et quis est Filius Isai, increuerunt serui regis, qui fugiunt dominos suos.

Stolidus semper iniurioſus.

375 QUomodo nescit Dauidem, qui scit eum, & Isai filium, & Saulis persequentis fugitiuum? Sed hoc facit vt despectum, & vilipendiũ, quod personæ Dauidis irrogare intendebat, augesceret.

Quem despicit rex omnes basalli despiciunt, & contemnunt.

376 Sed cur non timet, quem Philisthæi reuerentur? Quia quem rex iuste, vel iniuste persequitur omnes despiciunt.

In rege iniquo tot virtutis hostes, quot passiones.

377 Et cur serui vnius regis plures habent dominos, quos fugiant? An quia in vnico Saule plures dominos persecutores verebantur, scilicet ipsius passiones, odium, inuidiam, timorem, animi perturbationem, & ceteras?

CAP. 25. NUM. 11.

Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos, nescio vnde sint?

Auarus etiã necessario alienanda eo, quo potest, modo retinere satagit.

378 IN breuissima clausula tertiatur Nabal adiectiuo: *Meus*: Et quæ iam alijs, nempe tonsoribus destinata erant, adhuc semel, & iterum vocat sua, quo notatur, & innuitur retentrix Nabalis auaritia.

Auaris nullum leue donarium apparet.

379 Sed cur de tam exili dono, & omnibus fere iure naturæ debito, nempe aqua, expressam mentionem facit? Quia auari omnia computant, nihil, quod alijs concedunt, ipsis paruum, & despicabile videtur.

380 Etsi ad litteram mauis respondere, dic: Quod in illa confragosa, & arescenti regione aqua valde difficulter inueniebatur, vt patet ex rixa pastorum pro puteis, & vtre aquæ Agar ab Abrahamo præstito. Genes. cap. 21. & 26. ac propterea inter præcipuas commeatus partes aqua cõputabatur.

In terra inaquosa aquares præciosa.

Tonsoribus meis.

Auari semper se â seruis vendicari existimant.

381 FOrte non absque maligna intentione Nabal hæc verba pronuntiauit, nam pastores frequenter solent esse tõsores, non solum pecorum, sed etiam dominorum.

CAP. 25. NVM. 13.

Et secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: porro ducenti remanserunt ad sarcinas.

Strenui ducis prima cura commeatus abundãs

382 HInc inferre licet, Dauidem habuisse plurimum commeatum, siquidem tot custodes requirebat: quod maxime curare, & diligenter prouidere debent strenui Duces: ideó aiebat quidam Dux inter magnos á fama computatus; formationem exercitus, sicut embrionis in vtero, á ventre inchoandam.

VEL SIC.

Qui aliquem spoliare intendit ne interim ab alio spolietur diligenter attẽdat.

383 Tot milites reliquit Dauid, non solum ad custodiendum, sed etiam ad defendendum commeatum, cauit enim prudentissime, ne, dum ipse vnum spoliare intendebat, ab alijs spoliaretur.

CAP. 25. NVM. 14.

Abigail autem vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris suis dicens: Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent Domino nostro.

Etiam

Diuiti benefacit qui benefaciendi occasionē præbet.

384 *VT benedicerent*, an, vt subsidium peterent? Sed quæ maior benedictio homini diuiti exhiberi potest, quã præbere illi occasionem misericordiæ, & liberalitatis exercendæ?

Et auersatus est eos.

Qui amicum iniuste auertit in aduersarium cõuertit.

385 IDest fecit aduersarios qui ad ipsum amici venerant.

CAP. 25. *A NVM.* 15.

Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quidquam aliquando perijt omni tempore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto: pro muro erant nobis, tam in nocte, quam in die omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges.

Milites satis boni dici debent, si amicis non noceant.

386 *SAtis boni* sunt milites, qui non nocent, etiam si non proficiant, nec aliquod bonum impendant, sed isti à Dauide frænati, & regulati non solum non nocuerunt sed oues, & pastores Nabal ab incursionibus ferarum, & alijs mille periculis, quibus in deserto obnoxij erant, securos, & incolumes præstiterunt, ideo non eos vocat *milites*, Sed *homines*, ab humanitate cum ipsis exercita.

CAP. 25. *A NVM.* 17.

Quam ob rem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum, &c.

Seruus semper domini sui detractor.

387 MIrum esset, si serui loquela non desineret in Domini detractionem, & maledictionem.

388 Sed notanda, & non minus admiranda Abigailis plusquã virilis prudentia, quæ serui maledicentiam non curauit, sed ad mariti domusque defensionem, & securitatem tota se applicuit, vt imminenti damno quantocius occurreret. *Cum maiora dãna instant, de minoribus non curandum.*

389 Notanda etiam auarorum prodigam, & dispendiosam parsimoniam, decimâ, imo, & quinquagesimâ parte harum rerum satisfeciſſe poterat Nabal suplici, & deprecatoriæ Dauidis postulationi. *Auarorum dispendiosa solet esse parsimonia.*

CAP. 25. *A NUM.* 23.

Cum autem vidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram.

390 DAuidi reuerentiam præstitit Abigail, sed adorationem Deo vniuersæ terræ Dominatori. *Discretus obsequia non confundit.*

CAP. 25. *NVM.* 25.

Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomẽ suum stultus est.

391 COnueniunt rebus nomina sæpe suis. *Nominum significata quandoque obseruatione digna.*

CAP. 25. *NUM.* 29.

Si enim surrexerit aliquãdo homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium, apud Dominum Deum tuum.

392 HIC videtur exiguus prædestinatorũ numerus insinuari. *Exiguus prædestinatorum numerus.*

CAP. 25. *NUM.* 30.

Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum

gultum, & in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium.

Peccata principum, etsi grauia sint, leuia ipsis apparere solent.

393 CRudelis occisio innocentum Nabalis domesticorum *scrupulo* tantũ fuit curam Dauidi dicit Abigail, hæc enim prudens mulier non ignorabat, quod peccata etiam grauissima principum, ipsis valde leuia veni aliaque apparere solent.

Porro inimicorum tuorum animam rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ.

Per facinorum commemorationem strenui militis gratia conquiritur.

394 NOtandum, quã apte, & prudenter nunc mentionem facit Abigail de *funda*, quâ Dauid de Goliath triumphauit, vt facilius Dauidis gratiam, & beneuolam placationem consequeretur.

CAP. 25. *NVM.* 37.

Diluculo autem, cum digessisset vinũ Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.

In oportuna taciturnitate, & loquela resplendet prudentia.

395 IN vtroque casu fegessit Abigail secundum regulas prudentiæ, & iustitiæ coniugalis; habuit quidem motiuum, & causam sufficientem ad dona Dauidi inconsulto viro ferenda, sed nullam haberet excusationem ad factum illud marito suo non manifestandum.

Et emortuum est cor eius intrinsecus.

Auaris cor membrum intrinsecũ potius quam internum.

396 OMnibus est cor pars interna; sed auaris intrinseca, quia habent illud cum diuitijs idemtificatum, quæ sunt anima ipsorum.

VEL SIC.

Cor non omnibus æqualiter collocatum.

397 Sapiens habet cor in manu, stultus in lingua, auarus intrinsecus in sensu supra memorato.

Et factus est quasi lapis.

Auarus, vel mortuus pecuniarum dispendia euitare satagit.

398 NON solum emortuum fuit cor Nabal, sed etiam in sepulchro cõclusum, & ne in hoc elaborando impensæ fierent cum dispendio diuitiarum, semetipsum in lapideum sepulchrum conuertit, in quo iam emortuum cor iaceret.

CAP. 25. *NVM* 38.

Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est.

In diuitem solus Deus audet.

399 CVR Deus in Nabal percutiendo se interserit, & supremam suam authoritatem quodammodo deprimit? An quia in diuitem solus Deus audet?

Et mortuus est.

Auarus sicut duplex animo, duplex vita.

400 EMortuo iam corde, quid habebat vlterius Nabal, quod moreretur? Certe cor auari non videtur viuere vitâ ceterorum membrorum, sed alia vitâ, scilicet diuitiarum, & ita emortuo corde Nabal timore dãni diuitiarum á Dauide imminentis remanebat illi alia vita reliqui corporis, quæ à Deo percuteretur: Et nota quod hæc vita naturalis, seu corporalis Nabal comparata ad alteram vitam, scilicet cordis, videtur res minoris momẽti, siquidem hæc amissa fuit ex percussione, & fortasse leui, quæ est actio externa; at illa ex interno vulnere, apprehensione scilicet damni imminentis, dignoscitur amissa.

CAP. 26. *NVM.* 9.

Et dixit Dauid ad Abisai: Ne interficias eum: Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?

Rex iniquus, & tyrannus occidi non debet, quidquid politici asserant.

401 REgem etiam iniquum, iniustum, tyrannum, & quod plus est, á Deo expresse

pręse reprobatum, & exauthoratum, ex iure diuino, non licere occidere absque peccato, videtur ex hoc textu conuinci, vel saltem efficacissime probari.

Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?

Non solum regis iniqui interfectrix actio, sed etiam impulsus prohibetur.

402 NON solum actum interfectionis regis criminis, & peccati condemnat Dauid, sed etiam impulsum, & motionem ad talem actum.

VEL SIC.

Hebræorum in Christi occisionē præmaturi conatus.

403 Iam spiritu prophetico præuidebat Dauid Hebræorum in Christum Dominum audacem insolentiam, & illam reprimere conabatur.

CAP. 26. NVM. 12.

Tulit igitur Dauid hastam, & Scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierūt, & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.

Inculpati Deus causam agit, ne damnum subeat vel detrimentum

404 ADuertit textus, soporem illum non fuisse naturalem, sed præternaturalem, & à Deo immissum, ne iniuste de incuria, & negligentia notarentur serui Saulis, qui ad personæ illius custodiam erant destinati; cum enim aliquis absque culpa, & propriæ voluntatis influxu aliquid committit, non permittit Deus vt propter hoc vel pœnam incurrat, vel honorem amittat.

Hastam, & scyphum aquæ, quæ erat ad caput Saul

Ex rebus ad quas quisque affectus ipsius dignoscitur genius, & conditio.

405 PER *hastam* bellicosus genius, per *scyphum aquæ*, Saulis frugalitas exprimitur, vel forte arida, adusta, & cholerica complexio illius, quæ hausto aquæ frequenti indigeret temperari.

VEL SIC.

Rex, etiam dormiens, subditorū curam non despiciat.

406 In *aqua*, populi significantur, vt patet ex Apocalypsi cap. 17. & hæc aqua in scypho cōtenta sunt subditi, & basalli vnius regni, quos nunquam debet rex, etiam dormiens despicere, sed ad caput suum collocare.

CAP. 26. NVM. 14.

Clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondebis Abner? Et respondens Abner ait: Quis es tu qui clamas, & inquietas regem?

Prima primorum cura ministrorū est regē expergiscentiam facere.

407 PRimi regum Ministri nil æque caute, & diligenter curare solent, quam quod nemo excitet dormientem regem, vel expergiscifaciat.

CAP. 26. NUM. 15.

Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem dominum tuū.

Fidelis subditus semper verídicus

408 NON dixit hoc Dauid supposititie, sed vere, nam Abisai confodere volucrat Saul, vt patet supra num. 8.

Proximi detur patio semper cauenda.

409 Sed cur non dicit: *Vnus de selectioribus militibus, vel de primis, & strenuis Ducibus*, sed: *Vnus de turba*? Ne Abisai acquisita, vel hereditaria nobilitas tale dedecus, & infamiam subiret.

CAP. 26. NUM. 17.

Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi Dauid?

Fidelis seruus non tam in vocis quantitate, quā in verborū qualitate cognoscitur.

410 NON solum cognouit Saul vocem Dauidis, in illa qualitate soni quæ per aures percipitur; sed etiam in sensu verborum per illam vocem prolatorum, quæ fidelitate, & reuerentia in regem plena erant: Et ideo non ait textus: *Audiuit autem Saul vocem Dauid*; sed: *Cognouit*, quod intellectus operationem designat.

Et

Bonus pastor vocem pecoris statim agnoscit.

411 ET nota, quod hic se gessit Saul tanquam bonus rex cognoscens statim vocem subditi sui, quam princeps militiæ Abner non cognouerat, vt patet supra num. 14.

VEL SIC.

In quolibet negotio plus rex quãquilibet ministrorum penetrat ob abundantius Dei auxilium regi assistens.

412 IN quocunque occurrente negotio plus penetrat, & intimius percipit rex, quã quilibet Minister ipsius quicunque ille sit. Ecce Abner, solum clamorem percipit, & proferentem ignorat: rex vero, vocem, & â quo profertur, & quid per illam enuntiatur distincte, & clare cognoscit.

CAP. 26. NVM 19.

Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium.

Eucharistia ad omnia efficax præsertim ad inimicitias omnino depellendas.

413 SI sacrificium vmbrati cum veteris legis ad amicitias inter homines conciliãdas efficax erat, quanto efficacius sacrificium verum legis gratię ad hunc effectum, & alios plurimos erit?

Qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hereditate Domini, dicentes: Uade, serui Dijs alijs.

Fides diuina, & fidelitas humana inter se valde coniunctæ.

414 CONquærebatur Dauid de iniquis hominibus, & pessimis Saulis consiliatoribus, qui suis malis artibus regem aduersus Dauidem incitabant, vt eum in talem desperationem adigerent, quod à Saule deficeret, & ad partes inimicorum transiret, quod sine dispendio religionis fieri non poterat: Nota, quam coniunctæ sint inter se, & fides diuina, & fidelitas humana.

VEL SIC.

Inter impios, & infideles pie, ac fideliter viuere est moraliter impossibile.

415 Iam Dauid animo volucbat consilium Saluandi se, aseclasque suos in terra Philisthinorum, sicut, & fecit: Et vt bonus, & timoratus fidelis, de incolumitate religionis erat valde solicitus, considerans, quam difficile sit, imo, & moraliter impossibile inter impios infideles, pie, & fideliter conuersari.

CAP. 26. NUM. 22.

Et respondens Dauid, ait: Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis, & tollat eam.

A fœdifragis semper cauendum.

416 NON dixit: *Transeãt duo, vel plures*, & quia ad hastæ regiæ reductionem sufficiebat vnus, & quia etsi rex tot signa resipiscentiæ dederat, non conueniebat Dauidi de sua prudentissima cautela aliquid detrahere.

A fœdifragis pactionis pignora semper assumẽda, & restituenda.

417 Sed cur restituens Dauid hastam regalis potestatis significatiuam, scyphum aquæ non restituit? Vel quia erat vile, & testaceũ, vel quia voluit illum in testem suę fidelitatis retinere, sicut supra in speluncæ occursu oram clamydis asseruauit, sic enim cum ingratis agere oportet.

CAP. 27. NUM. 1.

Et ait Dauid in corde suo: Aliquando incidam vna die in manus Saul: nonne melius est vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum.

Grauissima status negotia cum proprio corde cõferenda, ac resoluenda.

418 ACTiones politicæ, & grauissimæ materię status, præsertim quæ vitæ conseruationem, & personalem securitatem concernunt, à viro cauto, & prudenti, cum proprio corde, non cum alijs conferendæ sunt, & resoluendæ.

Vt desperet Saul: Cessetque me quærere incunctis finibus Israel.

Malignũ à persecutione bonum cessare idem est ac desperare.

419 NON dicit: *Vt desperet quærere me posse, & inuenire*, sed: *Vt desperet, cessetque me quærere.* Quia idem erat Sauli cessare á persecutione Dauidis, ac desperare.

CAP. 28. NVM. 9.

Et ait mulier ad eum (scilicet Saulem) *Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & hariolos de terra.*

In magos & hariolos grauissime animaduertendum.

420 MAgi, & harioli non leui supplicio apud Hebræos corripiebantur, sed ex præscripto legis morte mulctabãtur, & de terra eradebantur.

CAP. 28. NVM. 16.

Et ait Samuel: Quid interrogas me cum Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? Faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid.

Deus ab iniquo rege iustissime recedit, vt ad bonum transeat.

421 NON transit Dominus de Saule in Dauidem tanquam partialis; Deus enim pacis, non discordiæ est, sed tanquam iustissimus remunerator contrariorum meritorum.

Æmulus quandoque dicitur, nõ æmulans alium, sed ab illo æmulatus.

422 Sed quomodo dicitur *æmulus Dauid*? Ideſt non æmulans Saulem imo illi vsque ad miraculum obsequentissimus, sed ab eo iniuste æmulatus, & inique ad necem conquisitus.

Mortui nemini adulantur.

423 Et nota, quam sine adulatione, imo cum quanto despectu rerum temporalium loquuntur, qui iam decesserunt.

Et scindet regnum tuum.

Scisio non est totalis ablatio, sed partialis.

424 NON totaliter auferet, quia aliquam partem retinebit filius tuus per totum tempus, licet breue, vitæ ipsius.

CAP. 18. NUM. 19.

Cras autem tu, & filij tui mecum eritis.

Bonorum, & malorum corpora ad eumdem locum tenuunt, animæ vero ad valde diuersa loca tũ sciunt collocanda.

425 MEcum eritis, ideſt sub terra vbi corpus putrescit: non vbi spiritus in sinu Abrahæ requiescit.

VEL SIC.

426 Uidetur pie posse credi ex hoc dicto Samuelis, Saulis, & filiorum animas non perijsse, sed ad sinum Abrahæ descendisse.

De peccatoris saluatione non desperandũ, potest enim cũ interna finali pœnitentia decedere.

CAP. 28. A NUM. 24.

Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & coxit eum, tollensque farinam miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

427 ELias typum Eucharistiæ manducans ad dies quadraginta adquirit robur, Saul vero ad vnam solummodo noctem, nota quam diuersi effectus correspondent diuersis dispositionibus.

Eucharistia secũdum diuersam sumentium dispositionem profi.it.

428 Et hinc per exaggerationem, non per veritatis assertionẽ, dici posset, quod Eucharistia, etiã indigne sumentibus aliqualiter, seu aliquantulum proficere videatur.

Per exaggerationem ad tanti cõmendationẽ sacramenti dici potest Eucharistiam etiam indignis aliquomodo proficuam esse.

VEL SIC.

429 Cum Ecclesia pie præsumat omnes fideles in vitæ fine benẽ dispositos, etiam tepidis, & imperfectis non negat viaticum corporis Christi, nec cetera necessaria Sacramenta.

Ecclesia omnes in vitæ fine bene dispositos existimat, ideo nulli ipsorum oportuna denegat sacramenta.

CAP. 29. A NUM. 3.

Et ait Achis ad principes Philistijm: Num ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam ex die, qua transfugit ad me vsque ad diem hanc? Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthijm.

Non

Fidelitas in vno vel altero, sed multis actibus cõ probanda.

430 NON videtur irrationalis hæc ira principum Philisthijm; argumentabatur enim rex á paucis diebus, qui sex mensium spatium non excesserant, quibus Dauid commoratus fuerat apud ipsum, ad fidelitatem, per multos annos comprobatam, persuadendam, quod futile, & inefficax argumentum erat,

VEL SIC.

Negotiorũ status peritissimi vt sũt omnes fere reges, euidentius, quam ceteri circa fidelitatem pronuntiare possunt.

431 Ex comprehensiua notitia rerum status, qua solent reges esse instructi, possunt paucis diebus multorum annorum experimentum capere.

CAP.29. A NUM.4.

Non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius cum præliari cæperimus, quomodo enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris? Nonne est iste Dauid cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis?

Nimia laus, & præcipue comparatiua, vbique laudato noxia.

432 EN leuium hæc cantilena puellarũ quãtum damnum peperit Dauidi, tam apud contribules, & amicos, quã apud hostes, & extraneos.

Notitiæ nunquã inuariatæ de loco ad locum deferuntur.

433 Et nota, quod vel propter distantiam, vel propter inuidiam iam corrupta peruenit ad Philisthæos cantilena laudatoria Dauidis, & multo minus exaggeratiua suæ militaris virtutis.

CAP.29. NVM.8.

Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci & quid inueniſti in me seruo tuo, à die, qua fui in conspectu tuo, vsque ad diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei regis?

Cum suspectis caute, & æquinoce loquendum

434 HIC videtur Dauid æquiuoce locutus vtens verbis, quæ tam Achis, quam Sauli, tam Philisthæis, quam Israelitis aptari possunt.

CAP.29. NVM.10.

Igitur, consurge mane tu, & serui domini tui: qui venerunt tecum: Et cum de nocte surrexeritis, & cæperit diluescere, pergite.

Æquiuocatione vtentibus à solerte auditore æquiuocatio detegenda.

435 EX horum verborum tenore videtur Achis sensum verborum à Dauide nuper prolatorum per caluisse.

Rex in negotiorũ status decretis tam exterorũ honori, quã suorum satisfactioni debet attendere.

436 Sed cur primo diluculo Dauidem cum suis abire iubet? Ut & à Satrapis aduerti posset, & sine Dauidis, & suorum rubore, & verecundia regressus fieret.

Miles sub cuiuscunque manu militet regi solum suo seruit.

437 Et nota, quod non dixit: *Serui tui*, sed: *Serui domini tui*, loquens de militibus asseclis Dauidis, ne videretur, Dauidem in regiam dignitatem exaltare, illi seruos milites attribuens: miles enim, sub cuiuscumque manu militet, regi soli seruit.

CAP.30. A NUM.3.

Cum ergo venissent Dauid, & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt Dauid, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

Lacrymæ ab irâ extortæ cito deficiunt.

438 NON planxerunt Dauid, & milites eius ex pusillanimitate, sed præ ira vehementi, & propterea eis lacrymæ cito defecerunt.

CAP.30. *A NUM.11.*

Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, dederuntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam, sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ.

Militum annona bene ac fideliter expensa durabilis.

439 FOrte adhuc durabāt munera Abigail, quę dedit Dauidi cum adhuc vinebāt maritus prior scilicet Nabal Carmeli.

CAP. 30. *NUM.* 26.

Uenit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda.

Uir prudens ex malis, & aduersis multa bona, & prospera elicit.

440 PErmisit Deus latrunculos illos, alios expoliare vt Dauid ditaretur, & beneuolentiam suorum contribulum excitaret, & confirmaret.

Politica industria exilibus mediis magnos fines consequitur.

441 Et nota prudentem, & politicam Dauidis industriam fælicem illius belli euentum inter Israelitas publicandi, & primos Israelitarum demerendi ad regni obtentionem congruo tempore consequendam.

Dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini.

Præda ab infidelibus percepta benedictio Domini dicitur; à fidelibus vero arrepta maledictio Domini nuncupanda.

442 PRæda quæ de infidelibus percipitur: *Benedictio Domini*, æquo iure vocatur; sed, quæ de fidelibus arripitur, non: *Benedictio*, sed: *Maledictio Domini* nuncupari debet.

CAP. 31. *NUM.* 1.

Philisthijm autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthijm.

Cū Deus non opitulatur, vel ipsa solum inimicorū facies formidabilis est, & intollerabilis.

443 NON ab impetu Philisthijm, non ab armorum ictibus, sed à facie tantū, quia quando Deus exercituū non opitulatur, vel ipsa solum inimicorum facies intollerabilis est.

LIBER SECVNDVS REGVM.

CAP. I. NVM. II.

In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul.

AD CAP. 1. N. 2. LIBRI 2. REGVM.

Infaustus nuncius vltra quam credi potest, velocissimus.

1 ADEO VELOciter currebat, vt potius apparuisse, quam venisse, vel accessisse dicatur.

CAP. 1. *A NVM.* 3.

Dixitque ad eum Dauid: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid: Quod est verbum, quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes, é populo mortui sunt; sed & Saul, & Ionathas filius eius interierunt.

Imperfecti alienis defectibus opperiunt suos.

2 FVgit populus. Fugam totius populi exprimit, vt excusset suam.

VEL SIC.

3 Quasi diceret: Vulgaris militum turba fugit, non vero duces, & milites strenui, & selecti: nã isti fortiter in bello occubuerunt. De popularibus verò, non dicit multos occisos fuisse, sed corruẽtes perijsse, ex præcipiti enim, & inordinata fuga, sibi ipsis mortem intulerunt.

Vulgarium militum est fugere; strenuorum vero in bello occumbere.

Dixitque Dauid ad adolescentem, qui nuntiabat ei: Unde scis, quia mortuus est Saul, & Ionathas filius eius?

4 REcte dubitat Dauid de certitudine rei assertæ à milite fugitiuo.

Nuntiatio à milite fugitiuo incerta.

CAP. 1. *NVM.* 10.

Stansque super eum, occidi illum (scilicet Saulem) *sciebam enim, quod viuere non poterat post ruinam.*

Ex infortunato belli euentu rex de vita periclitari debet.

5 *Sciebam enim, &c.* Ac si diceret cum infortunatus belli euentus debeat vsque ad animam regum penetrare, & ideo certo scirem, Saulem ex apprehẽsione illius cladis periturum, & prolixa morte decessurum: mitius cum illo agere existimaui, breuissimam, & instantaneam mortem illi inferendo.

CAP. 1. A NVM. 17.

Planxit autem Dauid planctum hunc modi super Saul, & super Ionatam filium eius (& præcepit, vt docerent filios Iudæ arcũ, sicut scriptum est in libro iustorum) Et ait: Considera Israel pro his, &c.

Salutis publicæ cura á principe nunquam intermittenda.

6 NEC acerbitas doloris, nec pronuntiatio lamentationis super tristissimo illo euentu, animum Dauidis, vere regium, præoccupauit, quin statim prouideret, quod ad salutem publicam in futurum expendiens esset.

CAP. 2. A NVM. 5.

Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem: Sed & ego reddam gratiam, eo quod fecistis verbum istud.

Rex gratus, & liberalis, & sibi prospicit, & muneri suo satisfacit.

7 *Deus retribuet misericordiam*, ex innata liberalitate; *Sed ego reddam vobis gratiam* ex iustitia vestræ pietati debitam: Et aduerte, quod in hac pia, religiosa, & gratulatoria Dauidis legatione non pauca, nec exigui ponderis latent mysteria politica.

CAP 2. NUM. 17.

Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatusque est Abner, & viri Israel á pueris Dauid.

Bella ciuilia externis graviora, & nocentiora.

8 NON ponitur hæc exageratiua ponderatio: *Durum satis* in bellis contra Philisthæos, alioſque hostes initis; quia hoc bellum erat longe grauius, vtpote ciuile, & inter ipsosmet Israelitas agitatum.

Vulgares strenui ducis milites selectioribus aliorum militibus præualere solent.

9 Et notandum: milites Abner appellari: *Viros*: milites Dauid: *Pueros* nuncupari, vt fuga illorum ab istis ignominiosior appareret.

CAP. 2. NVM. 30.

Porro Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum, & defuerunt de pueris Dauid decem, & nobem viri, excepto Asaele.

Strenuissimus miles pro agmine integro computandus.

10 ASael non annumeratur cum turba occisorum, ipse enim solus pro vno integro agmine computabatur.

CAP. 3. NVM. 1.

Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul, & inter domum Dauid.

Belli ciuilis tẽpus, etsi breue, longum nuncupari debet.

11 *Longa concertatio* dicitur, quæ tertium annũ non expleuit, quid si per decem, viginti, aut triginta annos protenderetur?

VEL SIC.

Grauius belli malum diuturnitas est.

12 Ad explicandam illius belli ciuilis crudelitatem, non vocat illud facer textus *crudum, durum*, vel *sanguinolentum*, sed, *longum.*

Reges subditos suos tanquã domesticos reputare debent.

13 Et nota regnum Israel, vel vndecim tribuum appellari *Domum Saul*, & regnum Iuda, *Domum Dauid*, vt discant reges reputare, & æstimare subditos suos tanquam domesticos: Vide ad 4. reg. cap. 20. num. 1.

Dauid proficiscens, & semper se ipso robustior.

Se

Qui ſuis paſſionibus bellum infert robuſtior quotidie euadit.

14 SE *ipſo robuſtior*, dicitur Dauid quia per mortificationem, & alias virtutes vincebat ſe ſuaſque naturales paſsiones, & imperfectiones.

VEL SIC.

Semper proficit qui ſemper ſe ad aliam vitã proficiſcentem conſtituerat.

15 Qui in præſenti vita ſic ſegerit ſemper tanquam ad aliam proficiſcens, quotidie ſemetipſo robuſtior erit.

CAP. 3. NVM. 6.

Cum ergo eſſet prælium inter domum Saul, & domum Dauid Abner, filius Ner regebat domum Saul.

Qui non regit, ſed regitur, rex dici non debet.

16 CVR vocatur *Domus Saul*, & non: *Domus Iſboſet*, cum iſte eſſet iam ab vndecim tribubus rex proclamatus, & vniformiter ſuſceptus? An quia non regebat, ſed regebatur ab Abner?

VEL SIC.

Inuariatis miniſtris non mutatur regimen, etſi rex regi ſuccedat.

17 Cum adhuc primi Saulis miniſtri in ſuo quiſque munere permaneret, propterea dicitur domum Saulis adhuc perſiſtere, & in domum Isboſet nondum mutatam fuiſſe.

CAP. 3. A NUM. 7.

Dixitque Iſboſet ad Abner: Quare ingreſſus es ad concubinas patris mei? Qui iratus nimis propter verba Iſboſet, &c.

Timidus ad prouocandum audax ad reſiſtendum pauidus.

18 TImidus audaciam habet ad prouocandũ non vero ad reſiſtendum, imo nec reſpondendum, vt infra num. 11.

CAP. 3. NVM. 11.

Et non potuit reſpondere ei quidquã, quia metuebat illum.

Non prouocet, qui repugnare nõ valet.

19 QVare ergo prouocat, qui non poteſt reſpondere, nec timorem excutere, in hoc patet ſoliditas Isboſet, & imprudentia.

CAP. 3. NUM. 12.

Miſit ergo Abner nuntios ad Dauid proſe dicentes: Cuius eſt terra? Et vt loquerentur:: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecũ, & reducam ad te vniuerſum Iſrael.

In dialecticopolitica regum, cõſequentiæ cum præmiſſis non cohærent.

20 QUod legati principũ communiter propallant fere nunquam eſt medulla legationis, & myſterium conſilij ſuorum principum. En prætextus manifeſtus huius legationis erat prouocare Dauidem ad bellum pro rege, & regno Isboſet, ſed ſubſtantia legationis, occulte Dauidi ſuggerenda, erat tradere ipſi tam Isboſeth, quam regnum eius. Unde ſequitur, quod in dialectica politicorum, & aulicorum ex antecedentibus, quæ communiter conſtant, & publicantur, non inferendum eſt, quod legitime ſequitur, ſed potius, oppoſitũ, vel quid longe diuerſum.

CAP. 3. NUM. 21.

Et dixit Abner ad Dauid: ſurgam, vt congregem ad te dominum meũ regem omnem Iſrael, & ineam tecum fœdus & imperes omnibus, ſicut deſiderat anima tua.

In ſtatus negotijs regum deſideria in cordis intimo reconde da.

21 DEſiderium Dauidis regnandi ſuper omnes tribus, erat in anima reconditum, & nullo externo ſigno propalatum, & ideo ad fælicem exitum peruenit.

CAP. 3. NVM. 23.

Et Ioab, & omnis exercitus, qui erat cum eo poſtea venerunt: Nuntiatum eſt itaque Ioab á narrantibus: Uenit Abner filius Ner ad regem, &c.

Narratoribus aulæ regũ abundant.

22 STatim Abneri nuntiata ſunt, quæ in eius abſentia acciderant à *Narrantibus*, quod

quod est præcipuum Aulicorum exercitium, quorum copioso numero palatia, & reges abundant.

CAP. 3. A NVM. 24.

Et *ingressus est Ioab ad regē* (Dauid) *Et ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: Quare dimisisti eum, & abijt, & recessit? Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis?*

Cer to politici ministrorum discursus â regibus attendendi, etsi aliquando fallant.

23 NON respondit Dauid ad Ioab pro Abnero, quia discursus Ioab erat valde verisimilis, & politico certior, *nam dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

CAP. 3. NVM. 26.

Egressus itaque *Ioab â Dauid misit nuncios post Abner, & reduxit eum á cisterna Sira ignorante Dauid.*

Reges pro sua innocentia tuēda nihil omnino omittant.

24 IN relatione huius iniquæ actionis Ioab in Abnerum sæpe sæpius saluatur Dauidis innocentia, ne vnquam á dicentibus, & narrantibus cacopoliticis fieret tanti criminis author, vel permissor, quorū falsam præsumptionem, vt euanescceret Dauid, nihil infectum reliquit, & fæliciter consecutus est vt patet infra num. 37.

CAP. 3. NVM. 27.

Cumque rediisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei in dolo, & percussit illum in inguine, & mortuus est in vltionem sanguinis Asael fratris eius.

Animo vindicatiuo nil cautius.

25 SI Ioab vnquā, ab Asaelis nece, aliquod verbum, vel leue signum huius vindictæ, quam procurabat, indicatiuum emisisset, illam nunquam perpetrare posset, caueret enim cum semper Abner, ideo in textu nihil legitur, ex quo animus vlceratus Ioab penetrari, vel indagari posset.

CAP. 3. A NVM. 28.

Quod cum audisset Dauid rem iam gestam, ait: Mundus ego sum, & regnum meum apud Dominum vsque in sempiternum à sanguine Abner filij Ner.

Vitia regis, & virtutes in subditos redundare solent.

26 CUR ait Dauid: *Mundus ego sum, & regnum meum?* An quia peccata regis, vel virtutes in regnum redundant?

Suam innocentiam coram Deo euincere vino iusto nil facilius.

27 Sed cur non dicit: *Mundus sum apud Deum, & homines?* Quia suam innocentiam coram Deo euincere super Abneris occisione non solum erat facile, sed certum ex propriæ conscientiæ securitate; at vero coram hominibus, non solum difficile; sed etiam moraliter impossibile Dauidi videbatur ex malignitate humanæ præsumptionis.

CAP. 3. NVM. 29.

Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.

In filijs, parentum peccata seuerissime punitur.

28 NON alia grauiori maledictione poterat virum fortem, & strenuum ferire Dauid, quam, posteritatem imbellem illi imprecando.

Vno mulctato delinquente participes eiusdem criminis mulctari debent.

29 Sed cur retrotrahit Dauid maledictionem ad omnem domū patris Ioab super hoc commisso vere innocentis, dicens: *Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius*, cum potius videatur debere dicere: *Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum eius?* Sed si res bene perpendatur, cum summa aduertentia se gessit

Da-

Dauid in ista maledictione : ait enim : *Super caput Ioab*, quia fuit præcipuus criminis huius aggressor; & addit : *Super omnem domum patris sui*, vt maledictio comprehenderet Abisai fratrem Ioab, qui fuit eiusdem criminis particeps, & socius, vt patet ex num. 30. sequenti. Maledicendo enim solum Ioab, & domum eius, Abisai frater Ioab non comprehenderetur.

Peccati fœditas non solum descendentes, sed ascendentes etiã maculare solet.

30 Et notandum, quod sicut peccata parentum in filios, sic peccata filiorum in parentes redundare soleant.

CAP. 3. A NUM. 35.

Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panẽ, vel aliud quidquam Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi & cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quod non actum fuisset á rege vt occideretur Abner.

Amplius rex, quã subditorum quilibet efficere debet, vt appareat innocens.

31 EN quanta necessum fuit, quod ageret Dauid, vt suam innocentiam coram populo comprobaret.

Nonnunquam reges actiones suas coram subditorum infimis iustificare debent

32 Et notandum, multoties debere reges actiones suas, non solum coram alijs principibus, nõ solum coram principalioribus subditis, sed etiam coram infimis, & vulgaribus basallis iustificare.

Ieiunium innocentiam ieiuntis, etiam coram malignioribus euincit.

33 Nota demum, quanta sit ieiunij vis, vt vna ieiunij dies satis fuerit ad, non solum Deum, sed etiam homines demerendos, & innocentiam ieiunantis etiam apud malignores euincendam.

CAP. 3. A NUM. 38.

Dixit quoque rex ad seruos suos: Num ignoratis, quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel? Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex.

Magna regum prudentia est quandoque subditorum aliquos summis laudibus extollere.

34 NVllum est verbum Dauidis, quod summam eius prudentiam, & optimam politicam non respiret, post tot actiones, & demonstrationes æstimationis Abneris occisi significatiuas, eum, & *principem*, & *maximum* vocat, se verò, *Delicatum*, quia recens vnctum in regem, id est nondum habens ius, & regiam potestatem satis firmam, sumptâ metaphorâ à physicâ medicinali.

CAP. 4. A NUM. 6.

Ingressi sunt autem Domum latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab. & Baana frater eius, & fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum inconclaui, & percutientes interfecerunt eum: sublatoque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte.

Enormis sceleris commissio quandoque ad credibilitatẽ requirenda.

35 CVR semel, & iterum refertur tam crudele, & immane facinus? An hoc visum fuit Spiritui sancto necessarium, vt insolentia huius enormissimæ atrocitatis credibilis appareret?

VEL SIC.

Qui in occisum vltra debacchatur scelus nouum committit.

36 Primo refertur occisio Isbosetb per vulnus inguini inflictum; secundo, capitis abscisio, quod diuersum, & forte grauius delictum fuit, & ita, non est repetitio, vnius; sed duorum criminũ simplex narratio.

CAP. 4. NUM. 12.

Præcepit itaque Dauid pueris suis & interfecerunt eos: præcidentesque manus, & pedes eorum, suspenderunt eos piscinam in Hebron.

Scelus in omnibus membris sceleris aggressoribus puniendus.

37 MAnus Recab, & Baanæ præcîdi iubentur, quia tam nefarium crimen ope-

operatæ sunt: Pedes, quia gratulabundi de tam infando delicto ad Dauidem incesserunt. In quo Dauid non solum iustitiæ commutatiuæ adamusim satisfecit, sed etiã regulam certissimam fiendi imperium practicauit, quæ consulit, homicidas, & malefactores de medio tollere.

CAP. 5. *NVM.* 1.

Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes: Ecce nos, os tuum, & caro tua sumus.

Regnum corpus morale cuius caput rex.

38 REgnum est quoddam corpus morale, cuius caput rex: ossa, caro, & reliqua mẽbra, subditi.

VEL SIC.

Subditorum corpus à rege tanquam sponsa diligendus.

39 Hæc verba sunt eadem, quæ dixit Adamus Hæuæ recens formatę genes. 1. Ijs ergo vsus est populus ad Dauidem congregatus, vt aduerteret communitatem suorum subditorum debere sicut sponsam diligere, & æstimare.

CAP. 5. *NVM.* 2.

Sed & heri, & nudius tertius, cum esset Saul rex super nos.

Tyrannus rex nõ subditis, sed super subditos imperat.

40 NON dicunt: *Cum esset Saul rex noster*, sed: *Cum esset Saul rex super nos*, ad denotandum regimen Saulis fuisse graue, & tyrannicum.

Tu eras educens, & reducens Israel.

Strenuus dux qui milites ducit, & post bellum bene gestum incolumes reducit.

41 AC si dicerent: Alij duces educebant populum ad bella, sed non reducebant, plures enim, é populo sub eorum ducatu periclitabantur, & peribant: At tu, non solum educebas, sed etiam in columnes, & victores reducebas.

CAP. 5. *NVM.* 3.

Venerunt quoque, & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxeruntque Dauid in regem super Israel.

Sacerdotalis vnctio, etiam in lege veteri, regali efficatior & penetrantior.

42 CUR vnctio Dauidis in regem iterum, ac tertio celebratur, vnctio vero in sacerdotem nunquam legitur repetita? An per hoc denotabatur, quod sacerdotalis invnctio quẽdam in anima imprimebat indelebilem characterem, quem regalis inunctio non imprimebat, nec adeo intime penetrabat?

CAP. 5. *A NVM.* 6.

Et abijt rex, & omnes viri, qui erant cum eo, in Ierusalem, ad Iebusæum habitatorem terræ, dictumque est Dauid ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos dicentes: Non ingredietur Dauid huc. Cæpit autem Dauid arcem Sion.

Inimicum irruẽtem despicere, est victorem illum proclamare.

43 EX despectione Dauidi facta ab Iebusæis in arce resistentibus, quasi per consequentiam legitimam, & necessariam infertur arcis captio, & eorundem ruina, & annihilatio. Vide Iosephum lib. 7. antiquit cap. 2.

CAP. 5. *A NVM.* 11.

Misit quoque Hiram rex Tyrinuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorũ, artificesque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel.

Non omnes accasus despicienda.

44 PRO bono auspicio accepit Dauid hanc gratulatoriam, & munificam Hirami legationem, non enim omnia omina despicienda sunt,

VEL SIC.

Præsertim á regibus.

45 Rex omnia attendere, & obseruare debet, etiam accidẽtia casualia, & fortuita.

CAP. 5. *A NVM.* 22.

Et addiderunt adhuc Philisthijm, vt ascenderent, & diffusi sunt in valle Ra-

Raphaim. Consuluit autem Dauid Dominum: Si ascendam contra Philisthæos, & trades eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum

Belligerandi ars, etiam Deo præsentialiter opitulante, nō est despicienda.

46 ETiam si Deus armis fidelium manifesto, & præsentiali fauore assistat, non vult tamen, stratagemata, & alias belli gerendi artes negligi, & trāscurari.

CAP. 6. NVM. 3.

Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouum.

Sacram synaxim suscepturus, & gratia nouus, & virtutibus renouatus esse debet.

47 VT quid, circunstantia illa *Nouitatis plaustri* semel proposita, & stabilita, iterum repetitur? Ad mystice denotandū, quod qui in se recipit arcam Manna Eucharistici inclusiuam debet esse nouus per primam gratiam, vel per secundam per pœnitentiā acquisitam.

CAP. 6. A NVM. 6.

Postquam autem venerunt ad Aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate.

In officio, & seruitio altaris nulla leuis commissio admittenda.

48 ADuertant Sacerdotes, & Ministri Ecclesiæ nihil leue esse quod in seruitio, & officio altaris, vel omittitur, vel tranſcuratur; sed censurâ ausus temerarij apud Deum notandum.

VEL SIC.

Ex hominū peccatis posse Deo aliquid mali prouenire existimare temerarium est.

49 Indignatur Deus malis Theologis falso existimantibus ex despectibus hominum peccatorum, vel aliarum quarumcumque creaturarum, Deitati, vel minimum damnum prouenire posse, quod, vel cogitare, magna temeritas est.

CAP. 6. NVM. 16.

Cumque intrasset arca Domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo.

Qui ministrā Deo simpliciter, ac deuote deseruiētē despicit, Deū ipsum despicit.

50 LI: *Eum*, & ad Dominū, & ad Dauidem referri potest, & vterque despectus de femina irreligiosa, & superba credibilis est.

CAP. 9. NVM. 20.

Et egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum.

Mulier irreligiosa, & sua vitia celat, & omnes alias despicit feminas.

51 VXorio zelo prætexit Michol suam superbam irreligiositatem.

52 Et notandum quanto despectu de omnibus feminis loquatur vocans eas *ancillas seruorum* Dauidis.

Vide supra nu. 51.

CAP. 6. NVM. 23.

Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

Irreligiosæ, & superbæ feminæ filius irreligiosus & superbus.

53 NON fuit sterilitate Michol à Deo mulctata quando despexit Dauidem in corde suo; sed postquam despectionem suam eructauit, quod supplicij genus æquissimum fuit: filius enim superbæ, & irreligiosæ feminæ, si forte regnaret, foret, & religionis profanator, & populi contemptor.

Vide supra num. 53.

54 Et notandum, quod Michol mores paternos expressit, inuidiam scilicet, & irreligiositatem.

VEL

VEL SIC.

Feminam sterilitate inurere in lege veteri magna punitio.

55 Non exigua hæc Micholis multatrix sententia videatur, per illam enim ab ascendentia Messiæ in lege promissi omnino exclusa remansit.

59 Sed ne, absque rigorosa, & litterali explicatione hanc clausulam relinquamus; Non de transitu locali, sed de successiua, & continua beneficiorum in Israelitas collatione intelligenda est.

Successiua Deus continuatione hominibus benefacit.

VEL SIC.

Ad sacrã synaxim indeuote accedens spiritus sterilitate punitur.

56 Per michol mystice significari potest fidelis anima Christo per baptismum coniugata, quæ propter indebotionem ad augustissimum, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum punitur â Deo sterilitate spiritus, & omnium virtutum, & bonorum spiritualium carentiâ.

CAP. 7. *NUM.* 4.

Factum est autem in illa nocte: Et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: Uade, & loquere ad seruum meum Dauid. Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

Feruidus quæ ad Dei cultum pertinent instantanee operetur.

57 FOrte iussit Dominus, quod in ipsamet nocte veniret Nathan propheta ad voluntatem diuinam Dauidi intimãdam, ne statim ædificare inciperet domum Domini, tantus erat feruor Dauidicæ deuotionis.

CAP. 7. *NVM.* 7.

Per cuncta loca, quæ transiui cum omnibus filijs Israel, numquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

Deus, vt homini faueat, vel impossibilia exequitur?

58 PER cuncta loca, quæ trãsiui. Verba summæ dignationis, & infinitæ misericordiæ Dei, cum enim impossibile Deo sit localiter transire, vt hominibus opituletur *transire* dicitur, ex quo liquet, quod, vt hominibus faueat, non solum possibilia exequitur Deus, sed etiam impossibilia.

VEL SIC.

60 Iam Deus natura immensus, de se humano more loquens humanitatem assumendam indicabat.

Ante incarnationem Deus cãdidatũ se incarnationis ostentabat.

Cui præcepi, vt pasceret populum meũ Israel.

Prima regũ obligatio populum pascere.

61 NON dicit: *Cui præcepi vt ducatum præberet,* vel *iudicaret populum meum Israel, sed Pasceret.* Ut intelligant Principes, & reges se esse à Deo Pastores hominum constitutos, & primam ipsorum obligationem esse, populos pascere, & sustentare.

CAP. 7. *NVM.* 12.

Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo.

Vide supra num. 60.

62 COncordat cum Psalmo 131. *De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam,* & demonstratiue indicat generationem diuinam, vt patet ex num. 14. subsequenti. *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.*

CAP. 7. *NVM.* 18.

Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus, &c.

In gratiarum actionenon leuiter, perfunctorie; sed attente, ac diuturne manea-mus.

63 UErbum: *Sedit*, non mihi videtur sessionem corporalem significare; sed diuturnam Dauidis immorationem in gratijs Deo referendis pro tantis muneribus; & in se humiliter deprimendo, & Deo magnifice exaltando.

CAP.

CAP. 7. NUM. 19.

Sed, & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi, & loquereris etiam de domo serui tui in longinquum.

Beneficia terrena, non æterna: satis est si longinqua sint.

64 NON dicit: *In perpetuum*, vel *in æternum* sed *in longinquum*, sciebat enim, & mundum finem habiturum, & ius regni Israelitici in domo sua, vsque ad Christum solum duraturum.

CAP. 7. NVM. 27.

Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac.

Cor nostrum in oratione inuenitur, extra orationem disperditur.

65 COR nostrum in oratione, seu mentis in Deum eleuatione inuenitur, quia in centro suo quiescit, extra orationem vero perditur, & amittitur, quia per circumferentiam diuagatur.

CAP. 8. NUM. 28.

Filij autem Dauid sacerdotes erant.

Ecclesiastici nomenclatura ministerij honorificentissima.

66 ERant sacerdotes, quātum ad æstimationem, & populi reuerentiam, non quia Leuitico munere fungerentur.

VEL SIC.

Regum filios senilibus oportet præditos esse moribus.

67 Filij Dauid in modesto, prudenti, & senili agendi more, homines Ecclesiastici, & reformati videbantur.

VEL SIC.

Rex pius, & religiosus Ecclesiæ ministros æstimat tanquam filios.

68 Sacerdotes à Dauide tanquam filij sui æstimabantur, & à populo, vt tales reuereri faciebat.

CAP. 9. NVM. 3.

Et ait rex: Superest aliquis de domo Saul vt faciam cum eo misericordiam Dei?

Misericordia à Deo denominãda quomã propter Deum exercenda.

69 MIsericordiam Dei dicit Dauid, quia illam non ob humanos respectus, sed solum propter Dominum facturus erat, vel quia fædus cum Ionatha iterum, ac tertio iureiurando interposito inierat.

CAP. 9. NUM. 6.

Cum autem venisset Miphiboseth filius Ionathæ, filij Saul ad Dauid corruit in faciem suam, & adorauit.

Ad regem iustũ spontanee acceditur.

70 CVR Miphiboseth nõ dicitur trahi, sed venire, cum à regijs ministris adduceretur, vt constat ex num. 5. antecedenti? Vt denotaretur spontaneitas, & complacentia sui aduentus.

Coram rege nemo debet claudicare.

71 Sed cur saltem non dicitur alicui instrumento, vel hominis adiutorio innixus adduci, seu venire, cũ esset debilis pedibus. Ut videre est supra num. tertio? Quia coram rege nemo debet claudicare.

Ad ingrati præsentiam beneficium crescit.

72 Cur autem exprimitur descendentia à Saule, cum satis esset ad cognitionem Miphiboseth, dicere esse filium Ionathæ? Ut constaret nullo modo obstitisse aui sui Saulis demeritũ, quominus omnem gratiam merito parentis debitam Miphiboseth consequeretur.

VEL SIC.

Donationes regiæ ad iustitiæ moderationem regulandæ.

73 Collaturus erat Dauid Miphiboseth omnes agros Saulis aui sui, qui absque dubio plurimi erant, & copiosi, ne ergo illa donatio, tanquam excessiua, & á regulis liberalitatis exorbitans ab aliquo notari posset, voluit Dauid exprimere ius hereditariũ, quod ad illam Miphiboseth inerat, propter quod dicit infra nu. 7. *Et restitutam tibi omnes agros Saul patris tui*, nomen patris pro auo vsurpans non sine politica, & rationali animaduertentia.

CAP. 10. NVM. 17.

Quod, cum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnẽ Israelem, & transiuit Iordanem, venitque Helam.

Bella extra prouinciam quantum fieri potest, arcenda.

74 TRansiuit cum exercitu suo Dauid Iordanem, & vsque Helan peruenit, vt pugnam in hostium territorio, nõ in Prouintia propria committeret.

Regiam dignitatem decet in seruos commissa per seruos vindicare.

75 Sed vlterius inquirendum est: Cur ad hoc bellum exierit ipse Dauid, cum ad bellum immediate præcedens non exierit? An, quia hoc bellum contra Syros gerendum erat, illud vero præcedens contra Ammonitas, qui seruos Dauidis legatos turpiter fœdauerant, & voluit per seruos vindicare, quod in seruos commissum fuerat, vt sic honori regio decentissime satisfaceret?

CAP. 10. NVM. 19.

Et fecerunt pacem cum Israel, & seruierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere vltra filijs Ammon.

Qui bello iniusto auxiliantur, multa, magnaque damna incurrũt.

76 EX auxilio Ammonitis male præstito Syri, & cladem sustinuerunt, & tributariã seruitutem incurrerunt, & libertatem antiquam perdiderunt; notãdum, quot, quantaque damna incurrant, qui bello iniusto auxilium præstant.

CAP. 11. NVM. 1.

Factum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba.

Rex qui bella externa personaliter obire recusat, internum passionum suarum bellum experietur.

77 SI eo tempore, quo solent reges ad bella procedere pro regni sui augmento, & defensione, rex Dauid processisset, & in Ierusalem non remansisset, nunquam grauius, & crudelius bellum, passionum nempe suarũ, in se expertus fuisset.

CAP. 11. NUM. 4.

Missis itaque Dauid nuntijs tulit eam (Bethsabee) *quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditia sua.*

Immunditia externa purificari facile, interna difficile.

78 IMmunditiam legalem lauit quidem Bethsabee, sed non peccatum adulterij quo grauius, & intimius, coinquinata fuerat.

A bono rege legis impletio potius debet supponi, quam referri.

79 Sed cur de rege non dicitur quod se lauauerit, seu sanctificauerit? An, quia, cum esset præceptum in lege expressum, Leuitici cap. 15, num. 18. adimpletio ipsius à rege, non debuit referri, sed suppo ni?

VEL SIC.

Regiæ dignitati legum interpretes mille exceptionibus, & interpretationibus adulari solet.

80 Forte iam interpretata erat illa lex benignâ, & adulatoriâ in reges expositione, quod scilicet illa legalis macula in regiam personam non cadebat propter tantæ præcellentiam dignitatis, motiuo ab ipsis verbis legis desumpto, quod scilicet lex ibi num. 16. non dicit: *Rex*, sed: *Vir*, quo nomine tanta celsitudo, qualis est regiæ maiestatis, non debebat includi.

VEL SIC.

Qui facilis est ad peccandum non sit difficilis ad resipiscendum.

81 Bethsabee statim se purificauit, non Dauid, quia mobilitas feminea, etsi ad lapsum procliuior, ad pœnitudinem proptior, qui ergo facilis est ad peccandum, nõ sit difficilis ad resipiscendum.

CAP.

CAP. 11. NVM. 7.

Et venit Urias ad Dauid. Quæsiuitque Dauid, quam recte ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum.

Rex de ministris suis debet semper meliora præsumere.

82 NON dubitat Dauid de rectitudine in agēdo tam Ioab, quam populi, sed illam supponit, & solum circa gradum illius inquirit, quo, & sui regalis animi generositatem demōstrauit, & honori tam Ioab, quam populi satisfecit.

VEL SIC.

Sub bono principe recte quique sua munera gerunt ministri.

83 Non dubitat Dauid de recto procedendi more, tam imperatoris, quam exercitus, quia sub bono, & optimo principe, nec militię duces, nec militum cohortes quæunt, non recte agere.

Rex subditos benemeritos laudet sed eorum procedendi modum nō transcuret.

84 Sed nota, cautam, & prudentem Dauidis prouidentiam; huius laudatoriæ ducis, & exercitus suppositioni inquisitionem adiungit de legitima belli administratione, & sub laruâ honoris, & laudis investigationem istam operit, & commiscet.

Præcipua belli administratio est stipendiorū piōpta, & æqua distributio.

85 Sed quæ nam hæc belli administratio? Crederem, de legitima stipendiorum in milites distributione Dauidem interrogasse, & inquisiuisse.

Sic milites manibus agunt, sicut cum ipsis manibus agitur

86 Cur ergo de illâ sub belli nomine agit? Quia eodem ipsomet modo quo stipendia, annona, & commeatus militibus administrantur, ipsi bellum gerunt, & administrant.

CAP. 11. NUM. 8.

Et dixit Dauid ad Uriam: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos.

Crudelius agit qui alteri vitam ignominiosam, quam qui generosam mortem procurat.

87 GRauius, imo crudelius se gessit Dauid cum Uria in hoc verbo: *Uade in domum tuam*, quam postea in opere occisionis, quantum differt honesta, & decora mors á turpi, & ignominiosa vita, & ideo dicitur lib. 3. Reg. cap. 15. num. 5. *Excepto sermone* (hoc est, *verbo* non *opere*) *Uriæ hethæi.*

VEL SIC.

Proximi latentes fœditates videmus, & ad nostras patentes cæcutimus.

88 Uidet Dauid sordes pedū Uriæ ex honesto incessu causatas, & proprias fœditates ex lasciuis gressibus contractas, non considerat?

UEL SIC.

A passionibus proprijs ad indigna adigi solent homines.

89 Hæc æconomica aduertētia, & á maiestate regis aliena de pedibus Uriæ labandis orta fuit ex desiderio Dauidis de concubitu Uriæ cum Bethsabee ad celandum effectum, & deffectum suæ lasciuæ anteactæ conuersationis.

Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius.

Rex eum, qui ipsi seruit, regalibus expensis alat.

90 HÆC fuit æconomia Dauidis laude digna, non enim decens erat, vt qui regi, & reipublicæ in belli ministerio inseruiebat, proprijs expensis, etiā per paucos illos dies, sustētaretur.

CAP. 11. NUM. 9.

Dormiuit autem Urias ante portam domus regiæ, cum alijs seruis domini sui.

Bonus miles nūquam militare desinit.

91 DOrmiuit Urias vbi erant militum excubiæ aulam regiam custodientium, quasi militare non desistens, illo etiam exiguo tempore, quo ab exercitu aberat.

Et non descendit ad domum suam.

Ex regum palatijs fere semper descenditur.

92 TRansitus de Basilica in domum priuatam Uriæ emphatice in sacro textu per

descensum explicatur.

VEL SIC.

Ad locum in quo periclitatur honor dari nequit ascensus, sed descensus.

93 Si á domo regis in propriã domum Urias descendisset ab opinione, & honore cecidisset.

CAP. 11. NVM. 10.

Nuntiatumque est Dauid â dicentibus: Non iuit Urias in Domũ suam.

Dicẽtes ex officio, nunquam non malitiosi, & maligni.

94 CRederem, non sine malignitate istos dicaces homines, & verbales Dauidi nuntiauisse Uriæ pernoctationẽ: suspicabantur enim causam propter, quam Dauid mittebat Uriam in domum suam, & pedum lotionem consulebat.

CAP. 11. NUM. 11.

Et ait Urias ad Dauid: Arca Dei, & Israel & Iudas habitant in papilionibus & dominus meus Ioab & serui domini mei super faciem terræ manent: Et ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibã, & dormiam cum vxore mea?

Dum durat passio obcæcatur ratio.

95 VIde, quam euidentem causam, & rationem non aduertat rex alioqui religiosissimus, & atentissimus; sed mirãdum non est: erat enim tunc turpi affectione obtenebratus, & adulterio commisso obcæcatus.

CAP. 11. NUM. 13.

Et vocauit eum Dauid, vt comederet coram se, & biberet.

Ministri coram rege comedant. Vt sciat quid, quantũque comedunt.

96 VT comederet coram rege, non cum ipso, non enim erat Urias adeò strenuus miles, vt tanto honore dignaretur.

VEL SIC.

97 Uideant reges immediate per se ipsos, quid, quantũ, & quomodo comedant milites, & alij ministri, qui de publico aluntur.

Qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit.

Feminacum rege sensualiter cõmunicans semper euadit tumida, aliquando tumens.

98 POterat vtique Bethsabee ire ad visendum, & alloquendum virũ suum iam per quattuor, vel quinque dies Hierosolimis commorantem, forte in illo triclinio in quo solebat pernoctare illam cognouisset, & sic celaretur adulterium, quod erat regis intentum, & desiderium: sed existimo, sic non factum fuisse, quia Bethsabee ex regio concubitu non solum remansit grauida, sed grauis, actumens, virumque legitimum exinde despiciens.

CAP. 11. NUM. 15.

Scribens Dauid) *in epistola: Ponite Uriam ex aduerso belli vbi fortissimum est prælium: Et derelinquite eum, vt percussus intereat.*

Ei qui in honore lethaliter vulneratus est, mors solum restat.

99 NON dicit: *Vt percutiendus*, sed: *Ut percussus intereat*: Iam enim ei erat in honore maximum, & lethale vulnus inflictum.

CAP. 11. NVM. 22.

Abijt ergo nuntius, & venit, & narrauit Dauid omnia, quæ ei præceperat Ioab.

Cautius, & prudentius regibus per epistolas nuntas, quã per vaniloquos internuncios grauia negotia declarantur.

100 NON exacte nuntius iste mandatũ Ioabi exequutus fuit, vt ex contextu patet: cautius, & prudentius Ioab per epistolam nuntiare poterat Dauidi Uriæ occisionem.

CAP.

CAP. 11. NVM. 27.

Transacto autem luctu, misit Dauid, & introduxit eam in domum suã, & facta est ei vxor, peperitque ei filium: & displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid, coram Domino.

Ex verbis interna frequenter dignoscuntur.

101 NON dicitur feciſſe Dauid Bethſabee vxorem ſuam tunc cum introducta in aulam regiam fuit, ſed iam antea vxorem factam, vnde infertur ex hac praua intentione epiſtolam ad Ioabum ſcripſiſſe.

Plus videtur displicere Deo opus bonum cum scãdalo coniunctũ, quam opus malũ ſine ſcandalo perpetratum?

102 Sed cur matrimonium Dauidis, cum Bethſabee iam viduo celebratum dicitur diſpliciuiſſe coram Domino, cum fuerit opus non prohibitum? Et notandum, hoc non dici de adulterio commiſſo, quando de illo textus relationem facit. An quia illud adulterium fuerat occulte commiſſum, & abſque populi ſcandalo, hoc vero connubium, etſi licitum, populum ſcandalizauit, & adulterium antea occultum propalauit?

Regum peccata verba exiſtimãtur mania.

103 Sed quare dicitur: *Verbum*, quod vere fuerat opus turpe, & ſcandaloſum? An quia regum peccata, etſi grauiſsima, quaſi verba leuiſsima exiſtimantur?

VEL SIC.

Regibus peccare tam facile, ac loqui

104 Peccata regum dicuntur verba propter facilitatem, qua cõmittuntur.

VEL SIC

Regum peccata pluſquam aliorum murmurationi obnoxia.

105 Peccatũ hoc ſpecialiter dicitur verbum propter occaſionem, quam populo dedit de illo loquendi, & murmurandi.

CAP. 12. NUM 4.

Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere de ouibus, & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini, qui venerat ad ſe.

106 ILle *aduenies* eſt appetitus inordinatus, qui bene, & proprie dicitur *peregrinus* reſpectu hominis iuſti, & timorati, qualis erat Dauid.

Reſpectu hominis iuſti appetitus inordinatus peregrinus dicitur.

CAP. 12. NVM. 8.

Et dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domum Iſrael, & Iuda, et ſi parua ſunt iſta, addÿciam multo maiora.

Peccator, etiam rex, authoritatẽ perdit, & ſeruilem ignominiam acquirit.

107 NOta quod Saul dicitur dominus Dauidis peccatoris, quod de Dauide iuſto nunquam legitur.

Spiritualia dona temporalibus lõge præſtant.

Sed quæ ſunt iſta *maiora* ab Nathan commemorata? Donum prophetiæ, & alia multa dona ſpiritualia, quæ Deus Dauidi largiſsimé contulerat, quæ reſpectu tẽporalium multo maiora ſunt.

CAP. 12. NVM. 10.

Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eo quod deſpexeris me, & tuleris vxorem Uriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua.

Vide ſupra num. 102.

108 ETſi hoc Dauidis cũ Bethſabee coniugiũ ſecundum ſe conſideratum, fuerit licitum, & ab Hebræorum lege permiſſum, nihilominus ex concomitantibus factum fuit indecens, & ſcandaloſum, & ideo à Domino, non ſolum, non fuit approbatum, ſed potius grauiſsimâ pœnâ mulctatum, donec Dauidis pœnitentia diuinam ſententiam mitigaret: Ideó ait Apoſtolus. 1. Corinth cap. 6. 12. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Et fortè propter hoc in Euangelio Matthæi 1. nec nomen Bethſabee declaratur, nec hoc coniugium explicatur, ſed circumlocutiue de illo loquens ait textus: *Dauid autẽ rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ.*

CAP. 12. NVM. 13.

Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum.

Inter veram pœnitentiã, & peccati remissionẽ nihil mediat, nisi vox ministri declarantis voluntatem Dei.

109 INter Dauidis pœnitẽtiam, & Dei remissionem nihil mediat, nisi vox ministri declarantis voluntatem Dei.

Peccati macula per legitimam absolutionem deletur, at non semper peccati pœna.

110 Sed quare illam per verbum: *Transtulit*, explicauit pœnitentiarius minister Domini? Ad denotandum, peccatũ illud, quantum ad reatum culpæ á Dauide recessisse, sed quantum ad reatum pœnæ, à Dauide in filium adulterinum transijsse.

CAP. 12. NVM. 19.

Cum ergo Dauid vidisset seruos suos mussitantes, intellexit, quod mortuus esset infantulus,

Regi omnia tam publica quã secreta regni sui patere debent.

111 REX, & quilibet alius superior prompte, & distinctè intelligere debet, non solum quæ subditi sui clare, palã, & publice loquuntur, sed etiam, quæ clam, & secreto mussitantes submurmurant.

CAP. 12. A NUM. 21.

Dixerunt autem serui sui: Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunasti, & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem? Qui ait: Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui: dicebam enim: Quis scit, si forte donet eum mihi Dominus? Nunc autem, quia mortuus est quare ieiunem?

Omnes regum actiones rationales esse debent.

112 CVR dicunt serui Dauidi: *Quis est sermo*, & non: *Quæ est actio hæc quam fecisti?* Ad denotandum quod omnes regum actiones debent esse cordatæ, & rationales.

Omnes regũ actiones murmurationi expositæ.

113 Vel ad insinuandũ, quod omnes regiæ actiones præbent populo præsertim aulicorum materiam sufficientem ad sermocinandum.

De aliquibus regum actionibus ratio subditis reddenda, non de omnibus.

114 Sed notanda animi Dauidici moderatio, quá ad interrogata respondet, rationem reddens, vt aduertant principes, & supremi domini, de multis eorum actionibus fidelibus subditis rationem esse reddendam, licet non de omnibus, sunt enim multa in vasto regnorum regimine, quæ ex scrinio pectoris regalis non debent prosilire.

CAP. 12. NVM. 23.

Numquid potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum: ille vero non reuertetur ad me.

Assidua mortis consideratio, & luctum temperat, & excessuũ sumptum modificat.

115 SIhæc foret consideratio omnium viuorum circa mortuos suos, & mores prauos corrigerent, & ab excessiuis, & sumptuosis luctibus temperarent.

CAP. 12. NUM. 24.

Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam.

Extincta occasione scandalum extinguitur.

116 HIC iam appellatur Bethsabee vxor Dauidis, non Vriæ, vt supra num. 15. in illo enim paruulo adulterino quasi extinctum fuit scandalum præcedens.

CAP. 13. NVM. 1.

Factum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Amnon filius Dauid.

Filij prius parentum vitia, quam opes hereditare solent.

117 PRius heredes fecit filios suos Dauid in continentiæ propriæ, quam regalium suarum opum, & honorum.

CAP. 13. NVM. 2.

Et deperiret eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret.

Cum

Amator cæcus multipliciter mēdax.

118 CVM re vera ægrotaret Amnon, quomodo infra num. 5. & 6. dicitur, quod simulauit ægritudinem? Quia ægritudinem, quam patiebatur occultabat, & aliam valde diuersam se habere dicebat, vnde in vnica actione duplicem fictionem miscuit, & coniuxit, aliam negatiuam languoris, quem habebat, aliam affirmatiuam ægritudinis quâ carebat.

VEL SIC.

Fallax ipsa veritate fallit.

119 Adeó fallax est hominū natura, vt ex ipsamet materia veritatis mendacium confingat.

VEL SIC.

Non vult Deus, quod vitio virtus deseruiat.

120 Hæc ordinabantur ad fœdissimum incestum cum sorore perpetrandum, & non permisit Deus, quod veritas ad tam nefarium opus exequendum instrumentum esset.

CAP. 13. NVM. 3.

Erat autem Amnon amicus nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.

Nimia prudentia in vitium declinare solet.

121 CVR prudentia Ionadab commendatur, cum malum consilium, & propriæ cognationi, & honori pernitiosum, & contumeliosum dederit? Crederem, illam particulam: *Valde*, non esse significatiuam excellentiæ, & superioritatis prudētiæ Ionadab, sed potius nimietatis, & excessus, propter quem, hæc virtus in vitium declinare solet: ideo consulebat quidam hâc virtute perfectè pollens, dicens: *Noli esse nimium prudens.*

VEL SIC.

Malus consiliarius non re; sed nomine tantum amicus appellādus.

122 Amicus nomine, non rei veritate respectu Amnonis dicitur Ionadab.

CAP. 13. NVM. 4.

Qui dixit ad eū; Quare sic attenuaris macie filii regis per singulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

Præcæcanimi passiones rationem obnubilant, at solertiam excitant malignam.

123 QUare Ionadab in hac occasione vocat Amnonem: *Filium regis*, non: *Filium Dauidi*, vel aliâ appellatione? Et quare Amnon respondens non vocat Thamar *Sororem suam*, sed *Sororem Absalonis fratris sui*? Credo vtrumque ex diuersis motiuis caute, & malignè locutum: Ionadab ex sua solertia per inditia percallebat Amnonem praua animi passione, & inordinata aliqua affectione laborare, & humana prudentia vtens, Amnoni filiationem regiam aduertit, vt sic illi ad quemcumque ausum faciliorē viam sterneret: Amnon vero, ex inordinati appetitus vehementia, solertior factus, circumlocutione illa in responsione sua vtēs, fœditatem concupiscentiæ suæ quodammodo operire nitebatur.

CAP. 13. NVM. 5.

Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula: Cumque venerit pater tuus, vt visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, vt comedam de manu eius.

Talia consulere solent homines, quæ vel pronuntiare pudeat.

124 NON ausus fuit Ionadab fœdissimum facinus pronuntiare, & ideo tantum insinuatiue loquitur.

Maligni verba ad fraudem à fabre compingunt.

125 Et nota quibus verbis Ionadab malignè prudens consilium suum compingat: Dauidem non vocat *patrem Thamar*, sed *Ammonis tantum*, & in verbis, quibus Amnō ad patrem suum vti debebat, præcipit quod Thamar *sororem suam* appellet, vt sic ex mente Dauidis omnis suspicionis vmbra euaneseeret.

UEL

VEL SIC.

In materia luxuriæ occasio proxima, & commissio pro eodem habenda.

126 Non visum fuit necessarium Ionadabo dicere Amnoni, quid cum Thamar agendum esset, sed solum cum illa in occasione proxima constituere procurauit, in rebus enim peccaminosis, præsertim sensualibus, occasio proxima, & commissio pro eodē haberi possunt.

CAP. 13. NUM. 8.

Uenitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat: quæ tollens farinam commiscuit: & liquefaciens, in oculis eius coxit sorbitiunculas.

Concupiscentiæ ignis elementari vehementior.

127 POtuit quidē in oculis Amnon Thamar coquere sorbitiunculas, nam ardentissimo carnalis concupiscentiæ igne flagrabant.

UEL SIC.

Passio inordinata rerum proprietates immutare solet.

128 Quod ægrius ferre solēt ægroti, nempe ciborum præparationem aspicere, hoc iucundius Amnon delectabatur propter Thamar præparatricem.

CAP. 13. NUM. 9.

Dixitque Amnon: Eijcite vniuersos à me.

Passiones animi per voces declarari solent.

129 NON dixit Amnon: Exeant omnes, vel reliquite me solum, sed: *Eijcite vniuersos.* Violentiá vocis animi violentiam, & præcipitantiam manifestans.

CAP. 13. A NUM. 12.

Quæ (Thamar) *respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me: Neque enim hoc fas est in Israel: Noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meū, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel*

In re venerea muliebris defensio cum assensu confundi solet.

130 AN hæc Thamar resistentia fuerit virilis, & constans; an debilis, & feminea dubius sum. Pro primo facit, quod Amnon, *fratrem* appellauerit, quod ter, *Noli* dixerit, quod feditatem intentatam. *stultitiam*, vocauerit, qui terminus in phrasi Scripturæ grauissimi peccati significatiuus est, ideoque per illum atheismus exprimitur, psalm. 13. nu. 1. Pro secundo occurrit, quod omnimodam corporalem renitētiam non fecerit, quod similis delicti aggressores insinuauerit, non enim dixit: *Eris summe insipiens, & sine exemplo audax.* Sed: *Eris quasi vnus de insipientibus in Israel*, sic vel facilitans, vel excussans aggressoris conatum: nonne efficacius pro sua honestate tuenda ageret, dicens: *Eris vnus de sacrilegis, & enormissime criminosis*, quam: *Eris vnus de insipientibus*, quod non defectū malitiosum, & vitiosum, sed naturalem, & propterea excusabilem, significat? Propterea, quæ fuerit huius miserandæ puellę mens sub iudice relinqui posset, si ex dictis infra in sacro textu num. 14. renitentia ipsius euidenter non constaret.

Quin potius loquere ad regem, & nō negabit me tibi.

Vide supra num. 30.

131 CVR non dicit: Loquere ad *patrē nostrum*, sed: *Loquere ad regem*? An ne vinculum naturalis consanguinitatis inter ipsos existens in memoriam adduceret?

Reges impossibilia licere sibi existimare solet.

132 An quia existimabat Dauidem, vt regem facturum, quod vt pater nec facturus esset, nec facere posset, nempe eos coniugio copulare?

Et non negabit me tibi.

Quod nequit cōcedi solet in aulis principum nō negari.

133 NON dicit: *Et ipse concederet*, sed: *Non negabit me tibi.* Hic stilum aulicum agnosco: quod enim nec concedendum est, nec concedi potest, solet in aulis principum non negari.

CAP.

CAP. 13. *A NUM.* 14.

Noluit autem acquiescere precibus eius, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea, & exosam eam habuit Amnon odio magno nimis.

In lasciuo corde cõtradictoria simultanea.

134 ADuerte in vno met corde contradictoria duo adeó coniuncta, vt simul esse videantur.

VEL SIC.

Concupiscentia carnalis cũ odio formali cõpossibilis.

135 Hinc infertur amorem Amnonis erga Thamar non fuisse verum, & spiritualem amorem, sed carnalem, & improprium sensualis scilicet concupiscentiæ, qui cum odio, & abominatione compassibilis est.

Virginem nobilem pro sua honestate tuenda viriliter semper decertare, moraliter certum est.

136 Hinc etiam infertur Thamar, pro sua honestate tuenda, nõ solum precibus egisse; sed etiam totis viribus decertasse, quæ aduertenda ad ea quæ supra ad nu. 12. dicta sunt.

Ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore, quo antea dilexerat,

Materia peccati grauius detestãda, quam antea fuerat concupita.

137 MAteria peccati à vero è conuerso, & resipiscenti amplius detestanda, & abominanda est, quam antea quæsita, prosecuta, & concupita fuit.

Dixitque ei Amnon: surge, & vade.

Quæ respondit ei: Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quam, quod ante feciſti, expellens me.

Muliebris concupiscentia virilẽ solet vincere petulantiam.

138 HInc taxari potest muliebris concupiscentia, quæ cętior, & procacior est, vel ipsa luxurioſi hominis petulantia.

VEL SIC.

Illustri fœminæ grauius ore, quã opere irrogatur offensa.

139 Respectu fœminæ nobilis grauius, & offensibilius est opprobrium oris, quam operis.

CAP. 13. *A NUM.* 16.

Et noluit audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Eijce hanc à me foras.

Ad electionem alicuius à corde reliquæ subsequuntur.

140 *Eijce hanc â me*, ideſt, illam abige, quo eam non amplius videam, vel *Eijce* à triclinio, vel cubiculo, à corde enim meo iam est electa.

Odium, vel in memoriam suam tyrannidẽ exercere solet.

141 Sed non habebat nomen hæc misera puella, quare illud non exprimit? An quia illam adeó exosam habebat, vt vel nominare nollet, vel nomen illius obliuioni tradiderit?

VEL SIC.

Cum virginitatis flore nomen virginis marcescit.

142 Non nominatur misera Thamar, quia cum virgineo flore nomen ipsius etiam emarcuerat.

CAP. 13. *NVM.* 18.

Quæ induta erat talari tunica: huiusmodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur.

Muliebris vanitas instantaneè ad summum vsque crescit.

143 IN illo Israelitarum regno recens fundato, & potius ad res bellicas, quam ad ciuiles artes instituto, vt patet ex lib. 1. cap 8. num. 20. iam filiarum regis á ceteris puellis, & feminis circa ornatum corporis erat introducta, & stabilis distinctio, vt aduertamus, quantum in feminis vanitas, & fastus prævaleant, & quam breui temporis interuallo ad fastigium perducantur.

CAP. 13. *NVM.* 19.

Quæ aspergens cinerem capiti suo scissa talari tunica.

Res quibus impudicis placere studemus in nostri dedecoris instrumenta conuertuntur.

144 VNde ista miseranda puella turpiter corrupta cinerem desumpsit, quo caput inspergeret, & opprobrium suum propalaret? Forte ex illo met igne, quo pulmentum fraudulento fratri decoxerat.

VEL

VEL SIC.

Vbi concupiscentiæ incendiū adest, cinis non deest.

145 Quomodo cinis deesse poterat, vbi adeó vorax, & intensum concupiscentiæ incendium arserat.

Exterior habitus interioris pudicitiæ index.

146 Et nota, talarem tunicã rupisse non solum ex impatientiâ tam enormis iniuriæ, sed etiam ad significandum sigilli virginalis violentam rupturam, *huiusmodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur*, ideo forte, statim Absalom cognouit fororis detrimentum.

Impositisque manibus super capui suum ibat ingrediens, & clamans.

In loco publico honori proprio semper attenaẽdum.

147 *INgrediens, & clamans.* Hi duo termini coniunguntur ad denotandum, quod non clamabat per viam, quæ erat inter domum Amnon, & propriã, sed ex quo in suum, & fratris Absalonis domicilium ingredi cæpit.

CAP. 13. NUM. 21.

Cum autem audisset rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filij sui quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

Excessiuus, & inordinatus parentis erga vnũ filiorum amortã parenti, quam dilecto filio vociuum.

148 HÆC Dauidis erga Amnonem dilectio non rationalis, & iusta; sed cæca, & inordinata fuit, tum ex effectu, fuit enim iustitiæ impeditiua, tum ex causa: primogenitura enim Amnonis non debebat tantum Dauidem afficere, quod illum inæqualem, & iniustum erga reliquos filios redderet, imo potius exemplo Iacob respectu Ruben Genes. 49, debebat Amnonem nõ solum maledictione punire, sed etiam primogeniturâ priuare, per quod, & iustitiæ satisfaceret, & Amnonis incolumitati consuleret, cui absque dubio congruentior fuisset iusta patris punitio, quam violenta fratis Absalonis vindicatio: Vide infra á num. 28.

CAP. 13. NVM. 32.

Respondens autem Ionadab filius Samaa fratris Dauid, dixit: Non æstimet dominus meus rex, quod omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius.

Malus consiliarius peccatũ cõsulit, at de damnis ex peccato repullulantibus non præmonet.

149 CArpenda venit iniqua Ionadabi, & carnalis prudentia. Dedit consilium ad flagitium perpetrandum, non vero ad euitandum damnum indè subsecuturum. Sicut consuluit Amnoni de incæstu, cur non præmonuit de periculo?

CAP. 13. NVM. 37.

Luxit ergo Dauid filium suum cunctis diebus.

Quæuis filiorum mors tam physica quam moralis æternus parentũ dolor.

150 AN solum Amnonem interemptum, an etiam Absalonem interfectorem luxerit Dauid, non declarat textus; similiter an Amnonem per omnes dies ad luctum filiorum secundum consuetudinem destinatos fleuerit, an per cunctos dies vitę suę in expressum relinquitur, quod vltimum verosimilius est, mors enim filiorum, præsertim violenta, & immatura, per cunctos parentum vitæ dies deplorari solet.

CAP. 14. NUM. 1.

Intelligens autem Ioab filius Saruiæ, quod cor regis versum esset ad Absalom.

Corda regũ scrutari præcipuum aulicorum studiũ

151 COrda regum scrutari præcipuũ Aulicorum studium est.

In

In parentibus erga filios amor repullulat statim ac motus contrarius cessat.

In quo ergo cognouit Ioab conuersionem cordis Dauidis ad Absalonem? Forte in eo, quod cessauit illum persequi, vt refertur supra cap. 13. num. 39. & in adeó benigno parente statim, ac cessauit persecutio ad satisfaciendum iustitiæ punitiuæ, necessario debebat subsequi, seu repullulare paternalis dilectio.

CAP. 14. *A NUM.* 2.

Misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum, & ingredieris ad regem, & loqueris ad eum sermones huiusce modi.

Omnis fere muliebris sapientia ad simulationē, mendaciumque deuoluitur.

152 OMnis muliebris sapientia in simulatione, & mendatio, in agili expeditaque verborum pronuntiatione consistit, & hoc, non ex proprio corde seu cerebro, sed ex alieno influxu, & suggestione.

CAP. 14. *NUM.* 7.

Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suum.

Qui in filium insurgunt matrē necare intendūt.

153 IN illa hypothesi seu suppositione persecutio cognatorum contra filium occisorem erat, quomodo dicit mater: Consurgere vniuersam cognationē aduersus illam? An quia, qui filio nocere intentat, potius in matrem insurgit, quam in ipsum filium? Vide infra num. 16.

Et quærunt extinguere scintillam meam.

Animus irrequietus, & factiosus per scintillā proprie significatur.

154 Vere scintilla fuit Absalom, de quo metaphorice loquebatur, quandoquidem tale ac tantum incendium in Israel inyexit.

CAP. 14. *NVM.* 9.

Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me Domine mi rex sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem, & thronus eius sit innocēs, &c.

Reges commonitiones ad ipsos destinatas raro percallere solent

155 NOtandum est post quot, & quam replicata verba mulieris intentionem illius eructantia, nondum intelligat rex de se loqui, nec supra cap. 12. quando Nathan parabolice, cum eo locutus fuit. Hoc omnibus fere regibus commune vitium est, quod multas commonitiones ad ipsos destinatas frequēter audiant, nullamque sibi metipsis applicari intelligant.

CAP. 14. *NVM.* 17.

Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum Domini mei regis sicut sacrificium.

Verba regum non solum, vt sacrificia, sed tāquam sacramēta æstimari solēt.

156 SIcut *sacrificium* fieri vult, tum ob expiationem criminis ab Absalone cōmissi, tum quia semel inceptum retrocedere non licet, tum quia cum sacrificium publicū pro omnibus offeratur, efficaciter arguitur, ad posteritatem familiæ regalis principaliter applicandum non ad posteritatem familiæ particularis, & inferioris, qualis erat Thecuitis, restringendum, & limitandum.

VEL SIC.

157 *Fiat Uerbum Domini mei regis, sicut sacrificium* Abrahæ, qui filij neci consentiendo, posteritati suæ hoc medio optime consuluit.

Maiorum exempla ad persuadendum valde efficacia sunt.

CAP. 14. *NVM.* 19.

Et ait rex: Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis?

In verborū nerbosa substantia virilis animus dignoscitur.

158 COgnouit Dauid in substantia, & neruo verborum animum virilem: Sed quare *manus*, & non *os Ioab*? Quia erat vir fortissimus, & princeps mili-

militiæ Dauid, & isti martis alumni non ore, sed manu loquuntur.

CAP. 14. NUM. 21.

Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum.

Rex qui implacatus agit morales, & quandoque Theologicas virtutes abiget.

159 PRius declarat se placatum Dauid, quam aliquid faciat; Rex enim aut superior, qui cum efferuescentia iracundiæ aliquid operatur, in iustitiam, temperantiam, prudentiam, aliasque regiminis virtutes impingat necesse est.

Principale agens instrumentali agenti præferendum.

160 Sed cur Ioabo annumerat gratiam Absalonicæ reconciliationis, quam mulier Thecuitis impetrarat? An quia in illo negotio Ioab primas partes egerat, & mulier solum instrumentaliter deseruierat?

VEL SIC.

Femineis reges intercessionibus nimium ne deferant.

161 Ne diceretur, quod apud illum feminea intercessio tantum pollebat, vt propter illam in grauissimo status negotio deliberaret. Et nota Dauidis prudentissimam solertiam, responsum faborabilem ad Ioabum dirigendo, & ipsum egregie promeruit, & Thecuiti condigne satisfecit.

CAP. 14. NUM. 22.

Cadensque Ioab super faciem suam interram, adorauit; & benedixit Regi.

Cuique legitimus ac debitus cultus exhibendus.

162 ADorationē ad Deū: benedictionem ad regem direxit Ioab. Vide lib. 1. Regum. num. 390.

Et dixit Ioab: Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi rex.

Rex subdito delinquenti cuiuscunque conditionis sit, ne vltro hilarem vultum ostendat.

163 FOrte non viderat Ioab regis vultum sibi lætum, & placidum ex quo Abnerum iniustissime cōntra ius fasque occiderat.

Feci enim sermonem serui tui.

164 QUod respectu Ioabi fuit *sermo*, respectu Tecuitis fuerunt *verba*, illa enim, etsi solers, & garrula, medullam rerum tanti momenti percipere, & percallere non poterat: propterea dicitur supra num. 3. posuisse Ioabum *verba*, non *sermonem*: *in ore eius*, ad loquendum: Non vero *in mente*, *seu corde*, ad intelligendum.

Quæ respectu vilis pectoris sermones, respectu feminei verba esse solent.

CAP. 14. NVM. 24.

Dixit autem rex: Reuertatur (Absalom) *in domum suam, & faciem meam non videat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit.*

Catholicæ Ecclesiæ purgatorium typice expressum

165 HIC typice adumbrantur illi, qui ex hoc mundo condonatâ quidem culpâ, propter media efficacia, quę sunt in Ecclesia, sed non solutâ penâ decedunt, qui ad tempus carentiâ visionis beatificæ mulctantur.

CAP. 14. NVM. 25.

Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: â vestigatio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula.

Fratricidium, vel elegantissimam formā deturpat.

166 APede ad verticem non erat in Absalone macula, præter manus fratricidio cruentatas.

Ex culpabili principis omissione redditur iusta subditi vindicatio.

167 Sed cur hæc macula nō aduertitur? Vel quia iam á Dauide condonata erat, vel quia illa non imputabatur, forte enim, ex Dauidis culpabili omissione reddita fuit iusta Absalonis vindicta.

Corporis pulchritudo animæ pulchritudinem infallibiliter non infert.

168 Et nota hîc pulchritudinem corporis Absalonis, non vero animæ describi.

CAP. 14. NUM. 26.

Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, *quia grauabat eum cæsaries ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.*

Non

Capilli cogitationum symbola

169 NON mirum, adeo excrescere capillos, illi, cui tanti, tam vasti, tamque eleuati cogitatus inerant.

Regalium personarum cogitationes non solũ rimantur subditi, sed etiam ponderant.

170 Et nota, vel minimas cogitationes hominum illius gradus, qualis Absalom erat, ponderationi subiectas: sed in hoc iuuenis ille præceps, & inexpertus à vera politica deficiebat, quod illas publice ponderabat: politicas enim considerationes, & consilia diuulgatio euanescit.

CAP. 14. NVM. 27.

Nati sunt autem Absalom tres filij, & filia vna nomine Thamar elegantis formæ.

Mali memoriam renouant ad vindictam.

171 CONiectari potest, nomen Thamaris, huic Absalonis filiæ impositum non ob consolationem de Amitæ corruptione, sed potius ob recordationem, vt vel vindictam nondum patratam persuaderet, vel iam per actam suo nomine aplauderet, & forte non solum propter pulchritudinem, sed propter hanc etiam rhetoricam, etsi mutam, loquelã, puella hæc elegans appellatur.

CAP. 14. NUM. 28.

Mansit itaque Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

Ambitiosus filius, non patre, sed patris regno frui conatur.

172 BEne poterat Absalom ex occulto aliquo loco videre patrem in templum, & alias publicas actiones frequẽter é Basilicâ prodeuntem, quin à patre videretur; sed hoc illi curæ non erat, quia patrem non amabat, nec hoc erat illius desiderium, sed, quod publice permitteretur agere, & ambulare, vt defectionem in patrem, quã apud se iam decretam habebat, ordiri, & exequi posset.

VEL SIC.

Qui scit regnare, scit se facere reuereri, ac adamussim obedire.

173 Adeó Dauid se faciebat reuereri, vt vel filius eius non auderet illum contra ipsius decretũ ex occulto loco videre in publico prodeuntem.

CAP. 14. NVM 30.

Dixit (Absalom) seruis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum habentem messem hordei: Ite igitur, & succendite eum igni.

Regum vicinitas periculosa.

174 VIcinitas personarum regalium vel rerum ad eas spectantium, tam hominibus, quam possessionibus periculosa, & nociua est.

Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni.

Mali faciles ad vindictam, difficiles ad gratitudinem.

175 INobedientiam Ioab, & fortè leuem, & licitam, statim ab Absalone punitam legimus, sed beneficium maximũ reconciliationis paternæ Absaloni à Ioabo præstitum, ab Absalone gratificatum non legimus.

CAP. 14. NUM. 32.

Misi ad te obsecrans, vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo, vt videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ interficiat me.

Pœna damni omnibus illam patientibus grauissima.

176 EX his Absalonis verbis tropologice poderari potest, quam acerua sit pœna dãni, tam in Purgatorio ad tẽpus commorantibus, quam in Inferno in æternum damnatis.

CAP. 15. NVM. 1.

Igitur post hæc fecit sibi Absalõ currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum.

In ingratorum dialectica maximum beneficium maximam infert ingratitudinem.

177 CVR hic ponitur nota illationis, & consequentiæ? Quia est initium defectionis Absalonicæ, ad benignum fauorem patris immediate antecedentem, necessario subsecutę, in Dialectica enim prauorũ hominum, maximum beneficium maximam in gratitudinem legitime infert.

Fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros.

Ambitiosi factiosos suos non pernertunt solùm sed producunt.

178 SED cur Absalom dicitur fecisse non solũ *currus*, sed etiam *equites*, *& quinquaginta viros*? Quia ambitiosi adeo factiosos suos proprijs moribus imbuunt, vt ab ipsis facti, & producti videantur.

Qui præcederent eum.

Ambitiosi factionarios suos pluris æstimant, quam se ipsos.

179 CUR dicitur fecisse Absalonem, quod isti *præcederent eum*? At litteram: Quia hic est stilus, & ordo satellitij comitatus. Sed moraliter dicere possumus, homines ambitiosos adeò factionarios suos indebitis honoribus, & excessiuis muneribus sublimare, & subleuare, vt nõ solum *ab ipsis procedere*, vt supra dictum est, sed etiam *ipsos præcedere*, non impropriè dici possit: Et nota: textum non dicere: *Qui præcederent ante eum*, qui modus loquendi comitatiuam, & seruilem præcedentiam significat, sed: *Qui præcederent eum*: qui personalem præcellentiam innuit.

CAP. 15. *NVM.* 2.

Et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portæ, &c.

Ambitiosus inuigilat, vt retia tendat.

180 PLacidiori somno nẽ pe matutino, & iuuenibus, præsertim delicatis, & nobilibus concupito, & in delitijs habito, se priuabat Absalom, vt ambitioni suæ inuigilaret, & iuxta portam Ierosolimitanam se constituens, inde vniuersæ ciuitati retia tendebat, & illam capere, & comprehendere conabatur.

CAP. 15. *A NUM.* 3.

Dicebatque Absalom: Quis me cõstituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuste iudicem.

Iudicare regum caracter est.

181 IVdicialem togam desiderabat Absalom, tanquam medium efficacissimum ad coronã patris sui Dauidis surripiendam.

CAP. 15. *NUM.* 7.

Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam, & reddã vota mea, quæ voui Domino in Hebron.

Ambitiosi, & rebelles religionis pallio cooperiri solent.

182 SOlemne est tumultuarijs, & rebellibus religionem prætexere, præsertim cum contra reges pios, & religiosos, vt erat Dauid, insurgere conantur.

CAP. 15. *NVM.* 8.

Vouens enim vouit seruus tuus; cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino.

Filius quandoque vere patris seruus effici potest.

183 LEgitime appellat se hic Absalom seruum Dauidis, vitam enim, quam æquo iure illi ob fratricidium adimere poterat, seruauit.

VEL SIC.

Malus filius verbis, etiam reuerentibus, patrem deturpat.

184 Non ex humilitate, & verâ animi demissione, sed potius ex contumacia seruum Dauidis se appellat Absalom: hoc loquẽdi stilo innuens, eum adeo dure, ac si seruus, & non filius esset, á patre Dauide tractari: & per consequẽs, qualiter ageret cum subditis, qui sic segerebat cum filijs.

Bonus rex actiones pias, & religiosas, an malo animo fiant perscrutari non vult. Vide sup. n. 172.

185 Et nota in hac falsi, & prætexi voti emissione, non retulisse á se dictum: *Si Dominus animum patris mei mihi iuste iratum placauerit: si Dominus me inconspectum, & gratiam parentis mei restituerit*: Sed: *Si reduxerit me Dominus in Ierusalem*, hoc enim solũ anxie desiderabat, reduci ad Ierusalẽ vt Ierusalẽ ad se reduceret, & á patre alienaret. Hinc infertur, quod, si Dauid non esset vir adeo religiosus, ac propterea nolens actiones

nes ad Deum ſpectantes, & illius cultum concernentes ſecundum regulas humanæ politicæ gubernare, ex iſtiſmet verbis Abſalonis, & nimia impletionis voti dilatione, læuam, & malignam illius intentionem abſque dubio percaluiſſet.

CAP. 15. NVM. 14.

Et ait Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Ieruſalem: Surgite, fugiamus, nec enim erit nobis effugium à facie Abſalonis, feſtinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij.

Princeps magnanimus calamitatibus non frangitur, nec confunditur.

186 SErui dicuntur milites Dauidis, non ſocij, nec commilitones, vt aduerteremus animum veré regium illius hac inopinató ingruente calamitate non fuiſſe confractum, nec ad meliora conſilia capienda cõfuſsione præuentum, & obſcuratum: vt apparet in iſta prudenti, & vere piâ paternâque reſolutione exponendi ſe periculis, & fortunę ludibrio, ne ciuitas regia internecioni ſubiaceret. Forté conſiderauit ibi eſſe manum Domini, & adeſſe tempus impletionis prophetiæ Nathan ſupra cap. 12. á num. 11. propter Bethſabee adulterium.

CAP. 15. A NVM. 19.

Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiſcum, reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egreſſus es de loco tuo. Heri veniſti, & hodie compelleris nobiſcum egredi? Ego autem vadam quo iturus ſum.

Subditis niſi expertis, & probatiſsimis conſilia regia non aperienda.

187 NON declarauit Dauid, quo ire intendebat Ethai Gethæo homini extero, & Vriæ male occiſi conciui, nondumque in fide ſatis probato, in quo apparet inſignis Dauidis politico militaris prudentia, & in tanto caſu, vniuerſalis regni conuulſionis, animi regij imperturbata ſolertia, & in concuſſa conſtantia.

Qui omnia credit à Deo vel præcipiente, vel permittente ordinari de ipſis modeſte loquitur

188 Sed cur non dixit Dauid ad Ethai: *Habita cum illo Tyranno, vel cum illo impio, rebelli, & fratricida filio*, ſed: *Habita cum rege*? An quia cum illa omnia à Deo ordinari crederet ſecundum propheticum oraculum ſupra citatum, noluit religioſiſsimus Dauid de illa filij defectione contemptiue, & deſpectiue loqui?

VEL SIC.

Princeps de ſe humiliter ſentiat, ſubditi de principe, quicũque ſit, modeſte loquantur.

189 Dauid adeó humiliter, & modeſte de ſe ſentiebat, vt quemuis alium ad regnum aptiorem, quam ſe ipſum exiſtimabat; ſimulque omnes hæc audientes erudiebat, quanta reuerentia rex legitimus colendus eſſet, cum, nec in rebellem, & Tyrannum verbis procacibus audere liceret.

VEL SIC.

In magnis reipublicæ accidentibus parce loquiſ & diligẽter operari oportet.

190 In magnis huiuſmodi accidentibus, & qui iram vehementer commouent, parce, & modeſte loqui oportet; ſedulo diligenter, & efficaciter operari.

Reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum miſericordiam, & veritatem, quia oſtendiſti gratiam, & fidem.

Fideli affectui correſpõdet Deus miſericordia effectu.

191 PRO gratia, & fide in proximum oſtensâ ſolum, & affectiue inſinuatâ, correſpondet Deus miſericordiâ, & veritate effectiue exercita.

CAP. 15. NVM. 25.

Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in vrbem: Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi: Non places: præsto sum.

Reges pij religionem in omni accidenti conseruant; impij conturbant.

192 REges, & principes pij, & religiosi non commouent, nec turbant religionem in turbatione rerum sui status: E contra principes irreligiosi, & hætherodoxi, in turbatione religionis omnem sui status rationem constituunt.

CAP. 15. *A NVM.* 27.

Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathas filius Abiatar, duo filij vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi.

Quod à reliquis celare; sacerdotibus manifestare oportet.

193 VIris sacerdotibus nõ dubitat manifestare Dauid secretum sui itineris designati, quod paulo ante Ethai celauerat, dicens: *Ego autem vadam, quo iturus sum.* supra num. 20.

CAP. 15. *A NUM.* 30.

Porro Dauid ascendebat Cliuum oliuarum scandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed, & omnis populus, qui erat cũ eo, operto capite incedebat plorans. Nuntiatum est autem Dauid, quod, & Achitophel esset in coniuratione cum Absalom, dixitque Dauid: Infatua, quæso, Domine consilium Achitophel. Cumque ascenderet Dauid summitatem mõtis, in quo adoraturus erat Dominum.

Viam sacrã Dauid prophetice ambulauit.

194 FOrte hæc nudipedestris incessio, & in supercilio montis adoratio facta fuit á Dauide ex propheticâ mẽtis in Christum eleuatione, qui ex hoc met loco suum triumphum erat inchoaturus, & sub specie victi, mortem debellaturus, & regnum, â dæmone vsurpatum, restaurraturus.

Plus á prudenti consiliario quã á rebelli subdito timendum.

195 Sed nota Dauidi in tot tantaque mysteria arrepto, & eleuato, quantam curam ingesserit vnus prudens consiliarius apud filium rebellem.

Pluribus ex causis ploratus, etiã fortissimis viris indecorus nõ est.

196 Sed quomodo fortissimi milites, qui Dauidem comitabantur, plorare dicuntur? Plorabant, primo ex amore, vt regem Dauidem plorantem imitarentur, & sic consolarentur: Secundo ex tristitiâ ad tantum casum naturaliter subsecutâ: Tertio præ irâ, quia non statim rebelles trucidabant: Et ne hæc actio, quæ minus virilis erat, appareret, & notari posset, ideo sedulo capita operiebant.

Ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. & dixit ei Dauid: Si veneris mecum eris mihi oneri, si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, seruus tum sum, rex: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis consilium Achitophel.

Viri delicati in aduersis casibus se mouendi.

197 DAuid, in illa celeri, & improuisa fugâ, necessario commeatu male instructus, & fere destitutus prudenter noluit secum deferre Leuitas, senes consiliarios, & alios viros durioris vitæ inexpertes.

VEL SIC.

In accidentibus, quæ prompto remedio indigent, non est in consiliis immorandũ.

198 Noluit Dauid in illo fortunæ ludibrio Consiliarios apud se habere, in extremis enim accidentibus, vito prudenti, & experi-

perto militi non est in consilijs conferendis immorandum, sed ex interna, & secreta propriæ mentis directione, implorato Dei auxilio, impigre agendum.

CAP. 15. NUM. 35.

Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes: Et omne verbū, quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus.

Fidelis subditus in fidelitate confirmatur, cum confideles ipsi manifestantur.

199 RE uelās Dauid Chusai suos confidentes, & illum in fide, & deuotione confirmauit, & suam erga eum fidem, & satisfactionem ostendit.

Sacerdotes, & reliqui ministri Ecclesiastici regibus fere semper fideliores.

200 Et nota fideliores, & cōfidentiores amicos Dauidis fuisse Sacerdotes, & Ecclesiæ Ministros, quorum officium sacerdotale bis repetit, quasi in eō fundans, & propriam securitatem, & fidelem eorum correspondentiam.

A personæ iniquæ detractione ne dignitas lædatur, abstinendum.

201 Nota etiam, quam modeste de filio rebelli loquitur Dauid: ne, detrahens Absalonis personæ, dignitatem regiam, vel leuiter offenderet.

CAP. 16. A NUM. 1.

Cumque Dauid transisset paululum montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth, in occursum eius cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centū alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & vtre vini. Et dixit rex Sibæ: Quid sibi volunt hæc?

Ijsdem actionibus rustici simpliciter aulici dupliciter se gerūt.

202 CUR Naas, Machir, & Bercellai tribus amicis Dauidis illi munera, & cōmeatum deferentibus infra cap. 17. á num. 27. illa benigne accipit nihil dicens: Miphiboseth verō eadem offerenti ait Dauid: *Quid sibi volunt hæc?* Quia illi erant homines, diuites quidem, sed simplices, & rurales, & ex bono corde veroque antiquæ amicitiæ affectu offerebant; at Miphiboseth erat homo ciuilis, & aulicus, & similes nunquam sincero corde agunt, nec vnquam donant, quin aliquid sibi velint, vide infra num. 3. & 4.

Vinum autem, vt bibat siquis defecerit in deserto.

Frugalitas bellis bene gerendis summe vtilis.

203 VIno non vtebantur milites Dauidis, nisi in extrema necessitate, nota quātum bellis benegerendis frugalitas conferat.

CAP. 16. A NUM. 3.

Et ait rex: Vbi est filius Domini tui? Respondítque Sibaregi. Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei, & ait rex Sibæ: Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth.

Rebellis, etiam ante pronuntiatam sententiam ius omnium bonorum amittit.

204 EX illomet instanti, quo subditus, seu basallus defectionem in regem suum molitur, omne dominium, & ius in bona illucusque possessa amittit, ideo Dauid credens ex Sibæ relatione intentatam, seu pronuntiatam à Miphiboseth defectionem, illum non ex tunc bonis omnibus priuauit, sed iam priuatum declarauit, dicens: *Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth*, nō *quæ nunc sunt.*

VEL SIC

Quæ reges facere efficaciter intendunt pro iam factis reputare solent.

205 Dixit: *Fuerunt*, non *sunt*, quia quæ principes facere intendunt statim suum effectum completum habere volunt, & ideó intendens Miphibosethum bonis priuare ex illo tunc pro spoliato reputauit, & sic, & si tunc suam intentionem pronuntians, Miphibosethum iam priuatum declarauit, dicens: *Tua sint omnia, &c.* Vide quæ ad cap. 1. lib. 1. Esdræ nu. 4. dicta sunt.

In castris militaribus negotia quæque celeri expedienda.

206 Sed cur ex simplici narratione vnius, & solius hominis, & vel ex charactere serui, pro suspecto in dominum suum habendi, inductus fuit Dauid ad facti veritatem credendam, & ad sententiam condemnatoriam pronuntiandam? Erat Dauid in castris, & præsidio, & negotia quæ accenso Marte, occurrunt, citissime ex circumstantijs, & coniecturis, quæ pro illo tunc breuissime considerari possunt, expedienda sunt; etsi periculo alicuius iniustitiæ incurrendæ iudex exponatur: excusandus quidem periculo grauioris damni ex dilatione, & cunctatione incurrendi.

VEL SIC.

Minus malũ est, statim male, quã post diuturnam moram bene, ac legitime sententiam pronuntiare.

207 Minus malum existimauit Dauid, sententiam iniustam, sed postea emmendabilem, statim pronuntiare, quam sententiam rectam, & iustam post longam, & diuturnam moram proferre.

VEL SIC.

Corpori læso leua mens solet inesse.

208 Miphiboseth erat claudus pedibus; coniecit ergo Dauid claudicasse animo, qui corpore claudicabat.

VEL SIC.

Iudex, quicũque sit muneribus corruptus male pronuntiat.

209 Dauid à Siba accusatore, & contra dominum suum actore munera acceperat, quid mirum, quod sententiam, non solum illegitimam, sed etiam iniquam, & iniustam pronuntiauerit.

CAP. 16. NVM. 15.

Absalom autem, & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem.

Populus, sicut aqua, ens fluidum & inconstans.

210 NOta rerum humanarum inconstantiã, nec non, & populi leuitatem, nunc dicitur Absalonis populus, qui paulo ante populus Dauidis fuerat. Et hinc infertur omnes, vel plures, é popularibus Ierosolimitanis ad Absalonem captandum, & demerendum proprias sedes reliquisse, & illi obuiam occurisse.

CAP. 16. NUM. 16.

Cum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: Salue rex, salue rex.

Aulicorum verba perscrutanda, frequenter enim sunt æquiuoca.

211 NON exprimit Chusai nomen Absalonis, sed nomen tantum dignitatis, & nõ sine mysterio politico, quod inexpertus iuuenis Absalom non percalluit; ad Dauidem enim absentem salutationem suam dirigebat, regem scilicet legitimum, non intrusum, & iniuste proclamatum, vt Absalom.

CAP. 16. NVM. 17.

Ad quem Absalom: Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum. Quare non tuisti cum amico tuo?

A debita fidelitate deficere, etiã ei, in cuius fauorem fit, turpe videtur.

212 DEficientia á debita fidelitate primorũ ministrorum in suos reges est res adeó turpis, quæ vel ab illo in cuius gratiam, fit notari, & sugillari valeat, & in faciem obijci debeat.

Prudentes, ac probi consiliarij non vt serui, sed tanquam amici á regibus æstimandi.

213 Et nota Dauidem primos, & benemeritos ministros, & consiliarios, non pro seruis, sed pro amicis habuisse, & coluisse, in quo, & eximie politicus, & propheticus imitator fuit illius regis regum qui dixit: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Ioan. 15. cap. 15,

CAP. 16. NVM. 23.

Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cũ Dauid, & cũ esset cum Absalom.

Hæc

In consiliorũ appretiatione populus frequentet errat.

214 HÆC consilij Achitophelici appretiatio, in falsâ populi, opinione, non in rei veritate consistebat: quomodo enim recta consilia præbere poterat, cui fides nut bunda in erat? Et certe hoc iniquum, & turpe consilium fuit, & quod, aduertere debebat, pessime olim primogenito Iacob cessisse, quandoquidem pro benedictione, maledictionem consecutus est Genes. 49.

CAP. 17. NVM. 1.

Dixit ergo Achithophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens, persequar Dauid hac nocte.

Diuersorũ principum praui ministri in machinationibus assimilari, & conuenire solent.

215 SImile huic fuit Iudæ proditoris consiliũ, per illum, non per Achitophelem executum, oportebat enim Christum pati, & Dauidem seruari.

VEL SIC.

216 In aliquo fuit istud Achitophelis consilium laude dignum, vt patet infra num. 14. quod cum esset consiliũ valde periculosum, se ipsum periculo obijciebat.

Qui consiliũ dat periculosum, si periculo se dedat, non est laude indignus.

CAP. 17. NUM. 3.

Unum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace.

Praui prauis inmentis conceptibus similes.

217 HÆC verba cum Caiphæ prophetia consonari videntur: *Nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Ioan. cap. 11. num. 50.

CAP. 17. NUM. 5.

Ait autem Absalom. Vocate Chusai Arachitem, & audiamus quid etiã ipse dicat.

Prudens consiliarius non se debet ad consilia præstanda ingerere.

218 NOn se ingessit Chusai concilio ab Absalone congregato, sed prudenter, cauteque expectauit donec expresse, & nominatim vocaretur, ne suspitiosus pro Dauide fieret. Et notandum Absalonem seorsim consiliarios interrogasse, vt liberius dictamina sua proferrent.

CAP. 17. NVM. 7.

Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice.

Promiscuis laudibus solent seriuales aulici impetere.

219 HAC vice: Ac si diceret: Achitophelem aliás semper bene consulere. In hac laude riualis sui consiliarij profunde celat Chusai suum pro Dauide tuendo conatum, & intentionem.

CAP. 10. A NVM. 11.

Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te vniuersus Israel, à Dan vsque Bersabee, &c,

Non est idem cõsilium præstitum esse rectum, ac esse bonum.

220 NON laudat Chusai consilium suum de bonitate, hoc est ad finem intentum ruinæ, scilicet Dauidicæ cõgruentia, sed de rectitudine, seu iustitia per illud enim puniebantur, tam rebellis filius Absalom, quam infideles subditi ipsius sequaces, & legitimi ipsorum regis desertores.

Quasi arena maris innumerabilis.

Inordinabilis exercitus ad fugiendum, quam vincendum aptior.

221 INnumerabilis, ac propterea inordinabilis ad præliandum; sed potius ad confusionem, & fugam aptior.

Et irruemus super eum, in quocumque loco inuentus fuerit.

Vir sincerus nequit animi sui sententiam, verbis saltem æquinocis, non proferre.

222 ARena potius patitur maris irruentis conatum, quam illum facit. Non potuit Chusai ex animi sui sincera ingenuitate, veritatem non proferre, sed illam verbis æquiuocis celauit, vt in ipsis præceps, & incautus Absalom impingeret, & laberetur.

CAP.

CAP. 17. NVM. 14.

Domini autem nutu diſsipatum eſt conſilium Achitophel vtile.

Conſilium eſſe vtile ac eſſe rectum non eſt idē.

223 NON dicitur conſilium Achitophelis *bonum*, ſeu *rectum*, erat enim in materia iniuſta; ſed *vtile*, ſeu congruū ad intentum ruinæ, & deſtructionis Dauidis, & ſuorum.

CAP. 17. NVM. 23.

Porro Achitophel videns, quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuum, ſurrexitque. & abijt in domum ſuam, & in ciuitatem ſuam: & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interijt.

Iniqui in mortis genere aſsimilari ſolent.

224 SVſpendiū elegit ſibi Achitophel, vt adequate, & complete Iudæ proditoris typus eſſet. Uide ſupra ad num. 1. huius cap.

VEL SIC.

Malus mauult ſe occidere, quam boni principis clementiam experiri.

225 Maluit ſe occidere, quā Dauidis clementiam, vel forte indignationem experiri, certo enim cognoſcebat, quod ſpreto conſilio ſuo, Dauid erat reſtituendus, & Abſalom perdendus.

Cui pro alijs bene cauet, ſibi male ſolet proſpicere.

226 Sed non poterat timidus iſte conſiliator apud regem exterum ſaluari exemplo Dauidis apud Achis 1. Regum cap. 27? Certè frequenter accidit, quod qui ad aliena negotia conſilijs abundant, ad ſua inopes conſilij ſint, & qui pro alijs optime cauēt, ſibi peſsime proſpiciant.

VEL SIC.

Facilius eſt vitam prodigere, quam honorem.

227 Maluit Achitophel vitam prodigere, quam opinionem experti, & optimi conſiliarij.

CAP. 17. A NUM. 27.

Cumque veniſſet Dauid in caſtra, Sobi filius Naas de Rabbat filiorū Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei ſtratoria, & tapetia, & vaſa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam, & ſabam, & lentem, & frixum cicer, & mel, & butyrum, oues, & pingues vitulos, dederunt que Dauid, & populo, qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſpicati enim ſunt populum fame, & ſiti fatigari in deſerto.

Tota Trinitas extremis noſtris neceſsitatibus ſubuenire dignatur.

228 MYſterium latet in Ternario numero amicorum unomet animo, & affectu Dauidi periclitanti occurrentium, & abunde ſuccurrentiū, Deus enim Trinus, & Vnus extremæ neceſsitati virorum iuſtorum ſemper præſto adeſt.

Uerus amicus, qui in calamitate verbo, & opere ſe declarat amicum.

229 Et certe amici illi fideliſsimi fuerunt, non enim ſolum ſe pro Dauide abiecto, & derelicto palam declarauerunt, ſed etiam indigentiæ illius, non manifeſtæ, & euidenti, ſed tantum ſuſpicatæ ſuccurrerunt.

Verus amicus nomine, & cognomine dignus.

230 Et nota: non ſolum nomina horum amicorum, ſed cognomina etiam omnium, & patriā recenſita.

In extrema proximi neceſsitate ē promptioribus ſuccurrendum.

231 Sed cur tot, & tam varias ſpecies attulerunt? Certe illas quę promptiores ad manum erant, & quibus cuiuſque prouintia abundabat.

Uel exigui exercitus commeatus pene innumeris rebus componitur.

232 Et notandum quantis, & quam diuerſis generibus commeatus vnius exiguæ cohortis, ne dicam numeroſi exercitus, componatur.

In regni conuulſione reges ſplēdide non bibant.

233 Et aduerte: Vaſa, quæ attulerunt fictilia fuiſſe: eſſet enim improprium, nec Dauidi gratum, turbato regno, & rege periclitante, quod vaſis aureis argenteiſque illi miniſtraretur.

Et

In strenuo duce negligentia circa alimoniã militum non præsumitur.

234 Et tandem. Cur indigentia Dauidis, & militum suorum in suspicionem tantum, & non in euidentiam amicorum venit? Quia tanta erat existimatio, & opinio peritiæ militaris Dauidis, & prouidentiæ suæ, vt vel in illo summé inopinato accidenti fugę, scilicet, & egressionis suæ de Ierusalem, crederent, omnia sibi, & suis necessaria prouidisse.

CAP. 18. *A* NUM. 1.

Igitur, considerato Dauid populo suo, constituit super eos tribunos, & centuriones. Et dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiæ fratris Ioab, &c.

Vide supra nu. 186.

235 STrenuus dux nullis accidentibus perturbatur, quin omnia ad fælicem belli euentum spectantia mature, & deliberatè consideret, congrueque ac prudenter expediat.

CAP. 18. NVM. 5.

Et præcepit rex Ioab, & Abisai, & Ethai, dicens: Seruate mihi puerum Absalom, & omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

Æternadamnatio præ omnibus malis timenda.

236 CRedibile est, Dauidem adeó solicitum fuisse de vita Absalonis, ne in illo peccato lethali defectionis paternæ periret, & animæ æternam damnationem incurreret.

VEL SIC.

Amor paternus non permittit filiũ, etiam enormissime delinquentem, aliter quam paterne corripere.

Rex, & pater vtrique muneri in filiorum causis debet attendere.

237 *Seruate mihi:* Vt ego paternâ charitate in eum animaduertam, non vos hostili vindictâ desæuiatis.

VEL SIC.

238 Absalonem nunc vocat puerum, vt, & illum redderet populo minus formidabilem, & super enormissimo delicto commisso magis excusabilem.

Cũ euidens iustitia adest, de victoria minime dubitandum.

239 Et nota Dauidem de victoriâ minime dubitare, sed illam tanquam certam supponere optimis rationibus, tam physicis, quam moralibus fundatum.

CAP. 18. NUM. 9.

Accidit autem, vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo.

Monstrosi mores monstrosis animalium speciebus delectantur.

240 NON sine ratione aduertit textus: mulum fuisse Absalonis vectorem: est enim animal pessimæ, & mõstrosæ naturæ proportionatũ malignitati equitantis super eum.

Cumque ingressus fuisset subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui,

Occasio peccati laqueus mortis.

241 ECce nunc infami põdere grauat cæsariẽ. quæ antea ipsum muliebri, & mũdano cultu grauabat. Vide supra cap. 14. ad num. 26.

Et illo suspenso inter cælum, & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit.

Rebellem subditum cælum, & terra sustinere nequeunt.

242 CÆlum, & terra tam durum, & graue põdus sustinere nequeunt fiat ergo fructus arboris duræ, rudis, & agrestis.

VEL SIC.

Suspensio inter cælum, & terrã indifferentiã prædestinationis indicat.

243 Cum Abulensis dicat: Terram sub pedibus Absalonis vsque ad infernum apertam fuisse, per illam phrasim denotatur: Absalonem fuisse in illa suspensione capacem, vel saluationis per veram pœnitentiam, vel condemnationis per obstinatam in peccato suo perseuerantiam.

CAP. 18. NVM. 14.

Et ait Ioab: Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom.

En

Vindicatiũ, & crudeles pro vna ablata ſpica triplex ſpiculũ rependunt.

244 EN pro vna agri incenſione triplicem vindictam, & pro paucis ſpicis hordeaceis ab Abſalone crematis tria ſpicula in ipſiuſmet corde infixa. Uide ſup. cap. 14. num. 30.

Cumque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum.

Prauo corpori videtur anima tenacius inhærere.

245 PRauis, & iniquis hominibus videtur, animam tenacius inhærere, ſiquidem tribus lanceis in ipſomet corde infixis, adhuc á corpore non expellitur, & decem iuuenum fortibus, & iteratis percuſsionibus indiget, vt corpus deſerat.

Quãdoque Deus peccatori vltra naturæ metas vitã prorrogare ſolet, vt reſipiſcat.

246 Niſi hoc ex ſpeciali prouidentia, & diuina miſericordia factum fuit ad hoc, vt Abſalom tempus reſipiſcendi, & veri doloris de errato ſuo concipiendi obtinere poſſet.

CAP. 18. *NVM.* 18.

Porro Abſalom erexerat ſibi, cum adhuc viueret, titulum qui eſt in valle regis, dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei: Uocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur: Manus Abſalom, vſque adhunc diem.

Aliquæ vitæ actiones mortis præſagia eſſe ſolent.

247 HOC certe videtur præſagium fuiſſe mortis Abſalonis, & ſui interitus monimentum, & ita potius *tumulus*, quam *titulus* fuit, & congruẽtius; *Manus contra Abſalonem*, quã *manus ipſius Abſalonis* nominandus.

VEL SIC.

Infame trophæũ poſteritas eſt rebellium.

248 Hæc eſt poſteritas, quam filij iniqui, & rebelles poſt ſe relinquunt Trophæum ſcilicet ſuæ infamis vitæ, & interitus.

249 Et notandum, hanc tituli erectionem ab Abſalone factã, fuiſſe in diuinæ legis contemptũ, contra præceptum cap. 26. num. 1. Leuitici expreſſum.

Principes ob vanitatis titulos leges facile tranſgrediuntur.

CAP. 18. *NUM.* 27.

Speculator autem, contemplor, ait, curſum prioris, quaſi curſum Achimaas filij Sadoc.

250 SPeculatores aulici nil perſpicatius, & propenſius, quam motus aliorum cõtemplantur.

Aulidi alienorũ motuum ſpeculatores.

CAP. 19. *NVM.* 5.

Ingreſſus ergo Ioab ad regem in domum, dixit: Confudiſti hodie vultum omnium ſeruorum tuorum, qui ſaluam fecerunt animam tuã, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.

Multa congerit qui ſuum erratũ excuſare intendit.

251 NOta, quot quantaque miſcet Ioab, vt & ſuam inobedientiam, & in Abſalonem vindictam celet confundat, & excuſet.

CAP. 19. *NUM.* 6.

Diligis odientes te, & odio habes diligentes te.

De bono principe bona verè; mala falſo enũtiantur.

252 PRimum eſt perfectio chriſtiana ſecundum crudelitas iniqua, & ferina. Primum veriſsime de Dauide aſcritur; ſecundum falſiſsime ipſi imputatur.

CAP. 19. *NVM.* 7.

Nunc igitur ſurge, & procede.

Dolor de peccatoris morte vſque ad ægritudinem debet inẽdi.

253 DOlor de Abſalonis miſerando interitu fecerat Dauidem ægrotare, & decumbere.

Et alloquens ſatisfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quod, ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quam omnia, quæ venerunt ſuper te, ab adoleſcentia tua vſque in præſens.

Non

De bono ac fideli ministro defectio á fide nõ facile credenda.

254 NON loquitur Ioab cõminatorie, quasi aliquid contra Dauidem in populo moliturus, non enim, & Dauidis reuerentiam, & propriam fidelitatem tantũ virũ offendere conari credendum est ; sed locutus fuit suspicatiue, ex prudenti, & rationali coniectura de populari inconstantia, & mobilitate, quod ei adeò certum apparuit, vt iuramento confirmare auderet, dicens: *Iuro enim tibi per Dominum, &c.*

CAP. 19. NVM. 19.

Dixit ad eum: (Semei) *Ne reputes mihi Domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es Domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo.*

Verbalia scommata virorũ fortium corda non penetrant.

255 NON dixit Semei: *Neque retineas in corde tuo*, sed: *Neque ponas*, sciebat enim generosissimum Dauidem, scommata illa, & verbalia iacula parui pendisse, neque ad cor vsque penetrasse.

CAP. 19. NUM. 29.

Quid vltra loqueris? Fixum est, quod locutus sum: tu, & Siba diuidite possessiones.

Decreta regia semper stabilia, licet in executione quandoque varientur.

256 QVomodo cum possessionum diuisione inter Miphibosethum, & Sibam fixum stare poterat, quod rex supra cap. 16. num. 4. Sibæ dixerat nempe: *Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphibosethi?* An quia decet authoritatem regiam, quod regalia decreta inuariata, & fixa permaneant, etiam si in eorum executione aliquid immutetur, quando expedit, vel noua causa seu ratio occurrit?

VEL SIC

Rex decretorum suorum interpres optimus.

257 Dauid suo decreto insistens, & in eo fixus inhærens sic illud prudenter, & legaliter expo-

suit: *Tu, & Siba diuidite possessiones*, idest, sint tuç, quoad proprietatem, non enim alio indiges ad tui sustentationem cum mensa mea frua ris, sint vero Sibæ, quoad vsum fructum; quo valde caute, & politice se gessit Dauid multis damnis, & inconuenientibus, quæ alioqui subsequi poterãt aditum præcludens.

Regibus ab ius ad regnum quoquomodo habẽtibus solicite euendum.

258 Sed quomodo Dauid, é Ierusalem fugiens Miphibosethũ claudum, & difficile mobilem socium desiderauit, cum consiliarios senes, & alios viros durioris vitæ inexpertes, sibi oneri futuros esse diceret? Quia in illo turbatissimo regni statu, á nullo alio, quam à Miphibosetho in Ierusalem remanente grauius periculum, & damnũ Dauidi prouenire poterat ob ius paternum ad Israeliticum imperium in Miphibosetho radicatum.

CAP. 19. NVM. 30.

Respondítque Miphiboseth regi: Etiam cuncta accipiat, post quam reuersus es Dominus meus rex pacifice in domum suam.

Nobili, & generoso genio gratia regũ nil æstimabilius.

259 GEnius vere nobilis, & regius Miphibosethi: in comparatione gratiæ Dauidis omnia despicit, & nihili pendet, sic Deus omnes appretiatores suos quærit.

Assentatio, si prudens, & discreta sit, quandoque licet.

260 Sed nota prudentem, & discretam Miphibosethi assentationem: *Restitutionem* Dauidis in regnum suum, vocat *In domum suam reuersionem:* Hoc modo loquendi innuens, & Dauidem nunquam à regno exclusum, & ob sui animi generosam benignitatem omnes subditos suos tanquam domesticos æstimare.

CAP. 19. NUM. 32.

Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, ideſt octogenarius, &c.

Cur

Non sinit Deus quod circa breuē præsentis vitæ durationem falsa aliqua apprehēsione decipiamur

261 CVR numerus octogenarius annorum Bercellai exprimitur? Ne forte audientes eum esse senem valde, vsque ad ducentos, vel trecentos annos crederemus vitæ illius decursum procesisse.

Pauci anni, vel ad decrepitudinem sufficiunt inducendam.

262 Et nota, quam pauci anni sufficiant ad inducendam superlatiuam senectutem, seu decrepitudinem.

Et ipse præbuit alimenta regi, cum moraretur in Castris: fuit quippe diues valde.

Plurimæ diuitiæ, & nimia senectus in auaritiam inclinare solent.

263 CUR ætas prouecta, & diuitiæ Berzellai exageratiue hic ponderantur? Certe ad ipsius liberalitatem extollendam, & commendandam, nimia enim senectus, & superabūdantes diuitiæ in auaritiam maxime inclinant, & declinant.

CAP. 19. NUM. 33.

Dixit itaque rex ad Berzellai: Veni mecum, vt requiescas securus mecum in Ierusalem.

In cælo solū vera requies.

264 HÆC ad requiem inuitatio verissima foret, si de Ierusalem cælesti sermo esset, sed cum de Ierusalem terrena loquatur Dauid, dubito quod in illa securus requiescere posset Berzellai.

UEL SIC.

Sub rege iusto, & pio quiete viuitur.

265 Sub rege iusto, & prudēti, vt Dauid, in ipso æstu aulici tumultus, tranquilla, secura, & quieta vita duci poterat.

UEL SIC.

Bene morati, etiam in aulico tumultu quiete viuunt.

266 Virtuosis, & benemoratis viris etiam cum aulico strepitu, & curis sæcularibus, quies, & tranquilitas spiritus compatibilis est.

UEL SIC.

Misericordes à Deo ad cælestes diuitias inuitantur.

267 Hic textus anagogice explicari potest de supremo rerū Domino Deo, in rege Dauide sub intellecto, inuitante ad quietem beatitudinis virum in egenos, & indigentes pie liberalem.

CAP. 19. NUM. 37.

Sed obsecro, vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ.

Senes bene morati, non de vita producenda; sed de morte bene suscipienda curant.

268 PIus, & bonus senex, non de vitâ producendâ, sed de morte, & sepulturâ quiete suscipiendâ curat.

VEL SIC.

Basallus bonus tam in absentia fidelis, quam in præsentia.

269 *Reuertar* non minus fidelis *seruus tuus* in absentiâ quam in præsentia.

CAP. 19. NVM. 38.

Dixit itaque ei rex: Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei, quidquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me impetrabis.

Qui mortem cōtinuo curat, nil excessiuum, vel iniustū procurat.

270 NON excesit Dauid modum liberalitatis in istâ adeó exuberanti, & illimitata promissione, sed valde prudenter, & politice se gessit, de homine enim, qui continuo mortem pręsentem habebat, & de excessu semper colloquebatur, timendum non erat, quod aliquid iniustum, aut excessiuum vsquā postularet; & sic secure, & absque iustitiæ vel commutatiuæ, vel distributiuæ damno magnanima, & illimitata Bercellai liberalitas magnanimâ, & illimitatâ remuneratione fuit repensa, & satisfacta.

De ambitione suspectis caute promittendum; secus bene moratis, ac modestis

271 Et nota, non dixisse Dauidem se facturum, quidquid Chamaam adolescens petijsset, & ipsi placuisset; sed, quidquid Berzellai patri seni morigerato, & sibi, suisque sufficienti, placuisset, & ab ipso postulatum fuisset.

CAP. 19. A NVM. 41.

Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo?

Sub-

Qui regem sibi, præ ceteris appropriant, regalem fructum committunt.

272 SVbditi, qui regem sibi præ alijs appropriãt furtũ regis, & in regẽ committunt. *Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel: Quia mihi proprior est rex cur irasceris super hac re? Numquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego sum apud regem, magisque ad me pertinet Dauid, quam ad te: Cur feci sti mihi iniuriam, & non mihi nũntiatum est priori, vt reducerẽ regem meum.*

Regum, etiã propinquissimi, sunt eorum subditi, & basalli.

273 NON curant viri Israel de propinquitate sanguinis cum Dauide à viris Iuda allegatâ, quia in regiâ dignitate non attendenda est ratio consanguinitatis, omnes enim, tam regiæ stirpis, quam ceteratum sunt regis subditi, & Basalli.

Popularis conditio summè instabilis.

274 Et attende disceptantes hodie pro reductione regis, quos heri pro ipsius eiectione certatim concurrentes videras: hæc instabilis populi conditio, & natura est.

Obsequiũ, quod Ecclesiasticæ personæ regibus debent, est ab obsequio sæcularium longe diuersum.

275 Sed cur vir Israel loquens ad viros Iuda ait: *Decem partibus* se maiorem esse apud regem, & non vndecim: vel duodecim? Uel quia tribus Beniamim cum tribu Iuda, cui coniuncta erat computabatur, vel quia duæ tribus Ephraim, & Manasse pro vna tribu scilicet Ioseph considerabantur, & in vtraque consideratione, notandum est tribum leuiticam ab hoc obsequio publico, & generali regi præstando directæque subiectionis regalis significatiuo mansisse exclusam.

CAP. 20. NUM. 3.

Cumque venisset rex in Domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbẽs. Et nõ est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsque ad diẽ mortis suæ in viduitate viuentes.

Impedimentum affinitatis in sacro textu fundamentum habet.

276 HINC impedimentum affinitatis ex copula illicita videturá Iure Canonico desumptum.

Cum periculum ignominiæ adest, nomen subticendum.

277 Et notandum, quod nomina harum feminarum, nec hic, nec supra cap. 15. num. 16. nec vnquam alibi exprimuntur, ne memoria feminarum alioqui honestarum tanto dedecore fædata ad posteros perueniret.

In humanis, honori præ omnibus attendendum.

278 Et nota quod primum omnium, quæ fecit Dauid regrediens, fuit suo honori in materiâ coniugali statim prospicere. Vide supra dicta ad cap. 19. Iudic. n. 10.

Alienam custodiã patiatur, qui se custodire nescit.

279 Sed cur hæ miseræ mulieres iniuriam violenter passæ in perpetuum carcerẽ detrusæ sunt? Iuste traditæ sunt in custodiam, & carcerem perpetuam quæ adeó malè tam regiam, quam propriam corporum suorum domum custodierunt, cum enim pro vtriusque defensione vsque ad mortem resistere, & vitã ipsã prodigere debuissent, non legitur, ipsas aliqualẽ, vel minimam repugnantiã turpissimæ Absalonis procacitati obiecisse.

In humanum est in perpetuã custodiam quemuis detrudere, & cõgruis alimentis non subuenire.

280 Sed cur aduertitur, eis alimenta præstita? Quia iniquũ foret illas perpetuæ custodiæ tradere, & congruo, sufficienti quæ alimento non subuenire. Nota pro Monialibus, & cæteris religiosis personis in perpetua clausurâ degentibus.

Femina, quæ cõiugalem torum, etiam violenta, violauit, tanquã marito orbatã de inceps segerat.

281 Cur autem habitum, & statum viduitatis coactæ sunt obseruare? Uel quia voluit Dauid, quod tanquam viduæ Absalonis occisi reputarentur: vel ad exẽplũ publicæ honestatis, & feminei pudoris, vt aduerterent omnes mulieres regni Israelitici, quod quæ viuẽte viro suo, aliũ torũ etiã violẽter subiret, spe ad virũ redeundi priuanda foret; & sic segerere debere, ac si vir ille mortuus esset.

CAP. 20. A NVM. 16.

Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecũ. Quicum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio.

Quando cũ hostibus agitur, pauciſsimis, & cautis verbis vtendum.

282 NON potuit Ioab paucioribus respõdere sapienti feminæ, quod in rebellicâ, præsertim quando cum hostibus agitur obseruare oportet.

Eloquentiâ, & animi robur rarò in eodem subiecto reperiuntur.

283 Et nota, quod huius strenui ducis plura leguntur in sacro textu, iam laudabilia, iam reprehensibilia, peracta facinora, quam verba prolata; imo cum Dauidi pro Absalone se interponere voluisset supra cap. 14. propriæ eloquentiæ diffidens feminã Thecuitidem adhibuit. Nescio quid naturalis disidij inter Martem, & Mercurium est, vt rarò ipsis videris conuenire.

CAP. 20. NVM. 26.

Irá autem Iairites erat Sacerdos Dauid.

Pio, & religioso rege sacerdos nunquam abest.

284 ISte erat *Sacerdos* specialis, & quasi *Dauidis Capellanus*, vt nunc dicere solemus, semper lateri religiosissimi regis adhærens, vt in qualibet, etiã minimâ occurrentiâ, vel consuleret Deum, vel quid iuris, seu legis diuinæ circa quodlibet negotium foret, ab eo perquireret.

CAP. 21. NVM. 1.

Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: Et consuluit Dauid oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

Felicitas per dies computatur, calamitas per annos durat.

285 SPatium regni Dauidici mensuratur per dies, spatium verò calamitatis publicæ per annos mensuratur.

Diuinæ prouidẽtiæ motiua minimè inuestigãda.

286 Sed cur non statim, vel saltem anno primo consuluit Dauid Dominum, quod in alijs etiam leuissimis accidentibus facere solebat, vt supra immediate dictum est? An quia illud accidens, non ab arbitrio humano, sed á Deo immediate proueniebat, & noluit religiosissimus rex ob tanti numinis reuerentiam rationes, & motiua prouidentiæ diuinæ inuestigare?

VEL SIC.

Quando oportet, Deus suam agit.

287 Fortè statim consuluit Dauid Dominum, & Dominus vsque ad annum tertium distulit responsionem.

Iustum supplicium differre solet Deus nõ auferre.

288 Sed cur per tam longum tempus suppresit Dominus illius criminis vindictam? Quia iustam punitionem differre solet Deus non auferre.

CAP. 21. NVM. 19.

Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, &c.

Vere modestus laudes proprias abhorret.

289 AN iste fuerit diuersus á Goliath á Dauide occiso, an idem, litterarij interpretes disquirunt, & adhuc sub iudice lis est: Mihi verosimilius, non fuisse diuersum. Cur ergo Danidis nomen subticetur, & per ambages metaphoricas tantum innuitur? An modestiæ causâ ob quam Dauid sui nominis laudes abhorrebat?

VEL SIC.

Eucharistiæ typus non solum vincibile vincit, sed inuincibile.

290 Per hunc modum significandi insinuatur, Dauidem, non propria virtute, sed diuinâ, & tanquam Dei ministrum, illud immane facinus aggressum fuisse, & perfecisse: ideó nec nomen, nec genus expri-

mi-

mitur, ſed Adeodatus appellatur, & Bethlehemites dicitur ob myſticam vtriuſque vocis ſignificationem Euchariſtiæ præfiguratiuam.

VEL SIC.

Relationem facinoris inuidiam concitantis prudens auris abhorret.

291 Credibile eſt adeò ab horruiſſe Dauidem puellarem illam cantinelam : *Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia* in applauſum illius victoriæ concinnatam, quæ, & Saulis inuidiam, & infinita mala inde ſubſecuta Dauidi peperit, vt noluerit, illum conflictum, etiam tunc, amoto iam periculo, clara expreſsione referri, ne odioſum illud canticum ſubrexeretur, vel de illo recordationem triſtem pateretur.

CAP. 22. *NUM.* 1.

Locutus eſt autem Dauid Domino verba carminis huius in die, qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.

Rex, etiam iniuſtus, á ſubditis nunquã pro inimico habendus.

292 NON annumeratur Saul inter inimicos Dauidis, quia non habuit illũ pro inimico, & ideô eum non occidit, etiam ſi ſemel, & iterum potuerit, ſed pro ſuo domino, & rege legitimo, etſi erga ſe inuido, crudeli, & iniuſto.

293 Et nota: rex, etſi iniquus, & iniuſtus, nõ debet appellari inimicus reſpectu cuiuſuis ſubditi, & Baſalli ſui. *Vide ſupra num. 292.*

VEL SIC.

Qui in nos inſurgunt, non tãquam inimici; ſed tanquã inſtrumento á Deo ad noſtram probationem admota conſiderandi.

294 Dauid æſtimauit Saulẽ, non tanquam inimicum, ſed tanquam Dei inſtrumentum ad tollerantiam, aliaſque multas animi dotes exercendas.

VEL SIC.

Solum Dei inimici pro inimicis noſtris habẽdi.

295 Dauid nunquam habuit pro inimico aliquem Iſraelitarũ, ſed tantum inimicos Dei, & religionis ſuæ aduerſarios, & impugnatores.

VEL SIC.

In ſummo gradu infenſus cum cõmunibus offenſoribus non cõputandus.

296 Saul fuit Dauidi infenſus in tam exceſsiuo, & extremo gradu, vt ille ſolus omnes inimicos Dauidis, etiam collectiue cõſideratos, in perſequendo longiſſime exceſſerit, & ideô cum illis non debuit annumerari, ſed ſeorſim reponi.

LIBER REGVM. TERTIVS

CAP. I. NVM. I.

Et rex Dauid ſenuerat, habebat que ætatis plurimos dies.

AD CAP. 1. N. 1. LIBRI 3. REGVM.

Vir prudens ſenili maturitate pollet prius quã anni accumulẽtur.

1 QVR DICIT: *Senuerat*, & nõ: *Senuit*? Forte, vt per illũ modum loquendi inſinuaretur, quod Dauid, antequam prouectiores anni ingruerent, ſenili prudentiâ, & moribus erat imbutus.

Dies, non iam menſes, vel anni ſatis ſunt ad ſenectutem inducendam.

2 Sed cur per *dies*, & non per *annos* Dauidis ætas menſuratur? An quia dies, non iam anni, ſatis ſunt ad ſenectutem humanæ vitæ periodo inducendam?

Inſignis principis facinora ſunt per dies computanda.

3 Vel quia egregia Dauidis opera, & facinora per dies, non per annos debebant computari, tam propter numerum, quam propter claritatem, & ſplendorem.

Cumque operiretur veſtibus non calefiebat.

Regalia indumenta plus ornatui, quam cõmoditati deſeruiunt.

4 VEſtes regales plus ornant, quam calefaciũt: plus ſunt corpori oneris, & honoris, quam commoditatis.

VEL SIC.

Nil ab induſtria humana excogitatum ſatis eſt ad naturæ incõmoda ſuperanda.

5 Nec regalis dignitas, & potentia, nec commoditates ab aſentatoria ſolertia excogitatæ, quæ illam comitantur, ſatis ſunt ad naturæ damna, & incommoda ſuperanda, vel minuenda.

CAP. 1. NVM. 2.

Dixerunt ergo ei ſerui ſui: Quæramus Domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, et ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrum regem.

Mi-

Regiæ dignitati ob ingruentem senectutem alia ve naturæ detrimenta nil propriæ authoritatis deperit.

6 MInistri Dauidis appellatione *seruorum*, hic apponuntur, & nomina *Domini*, & *Regis* semel, & iterum ad Dauidē applicantur, vt innuatur, quod Dauidi, propter senectutem, & iam ingruentem, vel contractam decrepitudinem, nihil suę authoritatis antiquæ, & summæ venerationis apud subditos deperierit.

CAP. 1. NVM. 3.

Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.

Leges Gratiæ, & Scripta, licet quoad tempus intimè coniunctæ, numquam tamē copulatæ.

7 LEgi scriptę iam veteri scenti adiungi conatur lex gratiæ iubenis, & pulcherrima, quæ ab illa vetula non fuit cognita, & licet ipsi intime coniuncta, nunquam tamen copulata: Uide num. 4. sequentem in sacro textu.

CAP. 1. NVM. 5.

Adonias autem filius Haggith elauabatur, dicens: Ego regnabo, fecitque sibi currus, & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.

Malus mali vestigia præmit, præcipitia nō curat.

8 ABsalonis fratris maioris præcipitata præsit vestigia Adonias, melius illi foret, si vereretur exempla, & tristissimum illius exitum aduerteret.

Cui alterius vitium arridet media ad illud asequendum arridēt.

9 Et notandum, quod isti ambitiosi, & rebelles filij statim sibi assumunt currus, & equites, & cursores, quæ sunt instrumenta mobilia, & instabilia.

CAP. 1. NVM. 6.

Nec corripuit eum pater suus aliquādo, dicens: Quare hoc fecisti: Erat autem, & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom.

Parentum erga filios amorem moderatæ sobrietatis regulis cōtinere est moraliter impossibile.

10 HIC multiplex defectus, & reprehensibilis tollerantia in Dauide notatur. Primo, quod, ex Absalone cautus, similes excessus reliquis omnibus filijs non interdixerit. Secundo, quod nunquam corripuerit Adoniam, cum statim deberet non solum grauiter reprehendere, sed etiam omnem illum apparatum ab eo introductum dissipare. Tertio, quod ex pulchritudine Adoniæ allectus, cum eo indulgentius, quam par erat, se gesit. Quarto, quod cum ex eadem materna progenie, ac Absalom, esset, mores, & genium Absalonis veritus in Adonia non fuerit. Et hinc infertur, quam difficile sit, Parentes, etiam prudentes, & expertos, imo sanctos, iustos, & Dei amicos, filios suos rectē dirigere, & bene educare, & esse rem moraliter impossibilem amorem erga filios regulatum, & ordinatum continere.

CAP. 1. NVM. 9.

Immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis, & vniuersis pinguibus.

Ambitiosi ad vitium suum occultandum religionem prætexunt.

11 SOlemne est omnibus ambitiosis defectionē molientibus, religionem prætexere.

Iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus Fonti rogel.

Qui exaltationem iniustā ambit pedū conculcationi se exponit.

12 IN congruum locum, & male ominosum elegit Adonias ad suam intronizationem, in illo enim fonte, & lapide lababantur vestes laneæ pedibus conculcatæ, vt notat Ioan. Mariana ibi.

Uocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non vocauit.

Qui inter fratres non numeratur frater non reputatur.

13 SI vniuersos fratres vocauit, quare non vocavit Salomonem? Ergo benè intulit Bethsabee hic num. 21. *Erimus peccatores*, ideſt: Ego æstimabor adultera ab Adoniâ, & filius meus spurius.

CAP. 1. A NUM. 11.

Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis: Num audisti, quod regnaret Adonias filius Haggith, & Dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, & filij que tui Salomonis: Uade, & ingredere ad regem Dauid, &c.

Qui instrumentum est ex parte Dei ad peccatoris conuersionē, fere semper instrumentum est ad eius exaltationem.

14 COngruum fuit, quod Nathan propheta curam pro Bethsabee, & filio eius Salomone susciperet, fuit enim instrumentum ex parte Dei, ad hoc vt peccatum á Dauide cum ea commissum aboleretur, & de inceps honeste viuerent, & tales resipiscentes Deus nunquam despicit; sed illorum curam, & causam pie suspicit.

VEL SIC.

Quæ vt leuissima in aliquo negotio transcurari solent, solent esse grauissima, & totius negotij destructiua.

15 Preteritio vnius Nathan prophetæ ab Adonia per obliuionem, vel certius ob despectum facta, cum reliquos ad sacrificium, & regale conuiuium conuocaret, totius regni Israelitici coronam ei constitit.

CAP. 1. A NUM. 15.

Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum, rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem, ad quam rex. Quid tibi, inquit vis?

Qui ad valde senes, vel morti proximos ingrediuntur pro sua non pro ipsorum vtilitate ingredi existimantur.

16 QUid tibi vis, ait Dauid senio confectus ad Bethsabee: Omnes, qui ad valde senes, vel morti proximos ingrediuntur, pro suâ ipsorum, non pro illorum vtilitate ingredi existimātur: Ideo non *Quid vis*, sed *Quid tibi vis* asseruit.

CAP. 1. NVM. 20.

Verumtamen Domine mi rex in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te.

17 HOC promeritum habet bonus, pius, & iustus rex â fideli populo.

Pius bonus, & iustus rex populi omnino obsequētem nanciscitur. In negotijs iustitiæ neruo rationis insistendum, á blanditijs, adulationibus, alijsque ludricis artibus abstinendū.

18 Sed cum Bethsabee fuerit á Dauide valde amata, cur non blāditijs vxori licitis, & permissis illum aggreditur ad suum intentum efficacius persuadendum, & certius consequendum? Ualde caute, & prudenter videtur segessisse Bethsabee, tum, quia cum muliebres illecebræ, & deliciæ, iam regi displicerent, nil ineptius eligere poterat ad finem intentum: Tum quia nolebat, negotium illud expediri in tribunali Dauicæ gratiæ, sed iustitiæ. Quod scilicet daretur regnum filio digniori, meliotis indolis, & sapientiori, quæ omnia in Salomone, præ cæteris fratribus eminenter splendebant: ideo noluit voluntatem Dauidis allicere, sed intellectum, & iustitiam aduocare, non gratiam, vt ex textu patet, non enim dixit: *Vt indices eis, quis sedere placeat:* Sed: *Quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te.*

CAP. 1. A NVM. 22.

Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit, & nuntiauerunt regi dicentes: Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectu regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan, domine mi rex, tu dixisti Adonias regnet post me? &c.

Cum res per media diuina expediuntur, media humana cessare debent.

19 AD ingressum Nathan exiuit Bethsabee, vt patet infra num. 28. Tum quia grauissimum negotium status, quale illud erat, cum rege, & coram rege solum, non cum alijs, & coram alijs, præsertim feminis conferri, & expediri debuit; tum etiam, quia cum res per Ecclesiasticos ministros, & media diuina disponuntur, humana media debent cessare, & intermitti.

CAP.

CAP. 1. NUM. 31.

Summissoque Bethsabee in terram vultu, adorauit regem, dicens: Uiuat Dominus meus Dauid in æternum.

Verbis operibus concordantibus, vel cæcis satis fieri potest.

20 AD summissam adorationem addit verba Bethsabee, ne forte à Dauide iam præ senectute caligantibus oculis adoratio illius non perciperetur.

Uiuat dominus meus Dauid in æternum.

Æterna vita, nō temporalis, & caduca, imprecatione digna.

21 HÆC non fuit Dauidis proclamatio, nec vitæ caducæ, & temporalis, sed supernaturalis, & supernæ imprecatiua postulatio.

Temporaria felicitates cū æterna comparatæ disparent.

22 Sed cur iam Bethsabee Dauidem non appellat regem, sicut paulo ante iterum, ac tertio facit? An quia cum æternam vitam imprecaretur, de caduca, & temporaria dignitate non curat?

VEL SIC.

Voluntatis pondus in personam amatam non in dignitatem fertur.

23 Bethsabee toti gratulabūdæ, & in affectus voluntatis ruenti voces maiestatem significantes non occurrunt, sed tantum illæ, quæ affectionem, & amorem exprimunt, nam, vt aiebat quidam: *Non bene conueniunt, neque in vna sede morantur maiestas, & amor.*

VEL SIC

Vt mater filium ducat, vel maritū expolliabit.

24 Iam ex tunc Bethsabee Dauidem regio titulo expoliabat, vt eo filium suum Salomonem condecoraret.

CAP. 1. A NVM. 32.

Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel.

Quæ quietè, & pacificè incipiūt, quietè, & pacificè vsque ad finē progredi solent.

25 HVnc locum elegit Dauid, ad vngendum Salomonem in regem, quia ibi erat fons Siloe, cuius aquæ vadūt cum silentio, vt dicitur Isaiæ cap. 8. num. 6. vt illa inuestitura regni foret quieta, & pacifica, regnique pacifici prænuntiatiua; nō tumultuaria, vt illa ab Adonia tunc intētata, & alia ab Absalone antea ambitiosè introducta.

CAP. 1. NVM. 35.

Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam, vt sit dux super Israel, & super Iudam.

Regem inaugurandū regij ministri præcedunt, inaugurati subsequuntur.

26 CVM præcipit Dauid Salomonem ad recipiendam vnctionem in regem ire, iubet sacerdotem, prophetam, & reliquos ministros illum ducere, ideſt: præcedere; cum verò iam vnctus reuertitur, iubet hos omnes illum subsequi.

Pater filium heredem relinquēs non moritur, sed perennat.

27 Et nota, quod non dicit: *Et ipse regnabit post me.* Sed: *Regnabit pro me*, pater enim in filio quasi viuens perseuerat, vt ait Ecclesiasticus cap. 30. num. 4. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.*

Vt sit dux super Israēl, & Iudam.

In regem inaugurando, vel regens inaugurato non tantæ dignitatis honor, sed onus proponendū

28 NON ait Dauid: *Vt sit rex*, quæ vox splendorem maiestatis, sed: *Vt sit dux*, quæ vox onus graue laboris significat. Sed cur prius nominat Israel, quam Iudam? Vt simul, & decem tribuum diffidentiam, & tribus regiæ præsumptionem corrigeret. Vide quæ sup. ad cap. 19. lib. 2. á num. 41. dicta sunt.

Vt regiæ maiestatis splendor omnes illustret à remotioribus est incipiendum.

29 Et vt aduerteret Salomō, remotiores subditos præferendos esse propinquioribus, vt ita omnes regalis prouidentiæ influxu æqualiter fruantur.

CAP.

CAP. 1. NUM. 49.

Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam.

Coniuratio quã facile conglomerari, tam facile dispergi solet, ex subiectis enim ad inuicem diffidẽtibus coalescit.

30 COniuratio quam facile solet conformari, tam facile dispergi solet, & nota quod nullus ex Adoniæ sequacibus simul cum alio viam capesijt, sed vnusquisque seorsim per semitam diuersam regressus fuit: in talibus enim accidentibus omnes ad inuicem diffidunt.

CAP. 1. A NVM. 51.

Et nuntiauerunt Salomoni dicentes: Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, &c. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari: Et ingressus adorauit regem Salomonem.

Regis inaugurationem sanguinis effusione, etiam iusta, & licita, maculare non decet.

31 NOluit prudens, & sapientissimus Salomõ suam inaugurationem effusione sanguinis, etiam licitâ, & iustâ, maculare, nec illam victimam rationalem ad altare, quod tenuerat litare regni sui pacifici primordijs.

Regum consanguinei, & reliqui de claritate sanguinis præsumẽtes in materia adorationis politicæ, & recognitionis vnicuique exhibendæ, sunt valde metaphysici præcisiores.

32 Et nota, quod semper, ac loquitur textus de Adonia, vel timente, vel adorante Salomonem, vox: *Rex*, Salomoni præponitur fortè ad denotandum, quod Adonias non timuit, nec adorauit Salomonem, sed regem, vel nonadorauit Salomonem in quantum Salomonem; sed in quantum regem: sunt enim isti aulici ambitiosi, præsertim, qui de claritate sanguinis præsumunt, valde metaphisici præcisiores.

CAP. 2. NVM. 3.

Appropinquauerunt autem dies Dauid, vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, &c.

Vir pius, & timens Deum vltimum diem nõ expectat, vt de suis rebus disponat.

33 CVR non dicit: *Appropinquauit dies*, in singulari, sed: *Appropinquauerunt dies* in plurali? Quia vir bonus, prudens, & virtuosus non expectat vltimum vitę diem, vt de rebus suis bene disponat.

Viro pio, & religioso mors lẽta venit, non præceps, & accelerata.

34 Et nota terminum: *Appropinquauerunt*, qui lentam, & spatiosam approximationem significat, non acceleratam, & impræuisam aduentationem.

CAP. 2. NVM. 3.

Et obserua custodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, &c.

Præscripta legis custodiæ appellãtur, quia custodiunt custodientem illa.

35 VAlde congruẽter, prę-cepta legis *Custodias* appellat Dauid, vt in ipso nomine eorum obseruantiam intimaret, & quia ipsa custodiunt custodientẽ illa, quod optimé Dauid per omnem vitæ suæ cursum claré, & indeficienter expertus fuerat.

Vt custodias cerimonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi, vt intelligas vniuersa, quæ facis, & quocunque te verteris.

Omnes actiones nostræ ad diuinæ legis normã dirigibiles.

36 VNiuersa quæ agere debuerunt Hebræi in lege Moysi præscripta erant, sicut in lege gratiæ cuncta, quæ nos agere debemus Christiani.

Lex diuina regibus simpliciter proponenda, & ab ipsis sincerè obseruanda.

37 Et notandum Dauidem præcipere Salomoni, quod custodiat præcepta atque iudicia, sicut in lege Moysi scripta sunt, ac si diceret: Custodi legem simpliciter, vt castis, & puris verbis in codice continetur, non vt violata, & corrupta tibi à malignis, & adulatoribus scribis, & interpretibus aliquando proponetur.

CAP. 2. A NVM. 5.

Tu quoque nosti, quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ filio Iether, &c.

Sed

Sed, & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, &c.

Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Iemini.

Omnis fere regalis poteſtas ad pœnam, præmiũque deuoluitur.

38 OMnis regalis authoritas ad præmium pœnamque bonis, & malis condigne diſtribuenda fere redducitur, cuius vltimo, & principaliter Dauid conſtituit heredem Salomonem.

Rex non vindicet in ſe, quando rex non erat, commiſſa.

39 Sed cur merita, & demerita, quæ hic referuntur, non rependit Dauid toto tempore vitæ ſuæ, cum optimé poſſet? An quia præſtita, & commiſſa fuerunt ipſi, & in ipſum tanquam perſonam priuatam, & noluit retribuere vt rex, quod in Dauidem actum, vel commiſſum fuerat, ſed maluit tãquam priuatus Salomonem regẽ pro iuſta ſatisfactione interpellare?

VEL SIC

Rex in cauſa propria iudicem non agat.

40 Etſi iſta in Dauidem vt regem acta, vel commiſſa fuiſſent, prudentiſsime noluit Dauid in cauſa propria remuneratorem agere, vel iudicem.

CAP. 2. NUM. 13.

Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Bethſabee matrem Salomonis.

Rex in quantum talis tanquam omni carens cõſanguinitate, & affinitate, & ſe gerere, & tractari debet.

41 QVando Bethſabee dicitur *mater*, non appellatur Salomon *rex*, & quando infra num. 19. Salomoni appellatio *regis* adiungitur, à Bethſabee nuncupatio *matris* auferetur, ad denotandum, quod reges, in quãtum tales non debent habere patrem, nec matrem, nec alium gradum conſanguinitatis, omnes enim, quicumque ſint, ſubditi eorum ſunt. Et forte ob hanc rationem Chriſtus in Canâ Galilææ nuptijs. Ioan. 2. num. 4. Mariã non appellat matrem: erat enim ibi tanquam ſupremus rex legem matrimonij Eccleſiæ ſuæ condens, & ad Sacramẽti ſublimitatẽ eleuans. Uide ad Hebræos cap. 7. à n. 1.

Quæ dixit ei: Pacificus, ne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit: Pacificus. Additque: Sermo mihi eſt ad te. Cui ait: Loquere.

Inter ſuſpectos breui, & conciſo ſtilo negotia tractari debent.

42 HÆC breuis, & conciſa vocum vſurpatio eſt modus agendi inter aulicos præſertim eorum, qui inter ſe ſuſpecti ſunt.

CAP. 2. NVM. 15.

Tu, inquit, noſti, quia meum erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem, ſed translatum eſt regnum, & factum eſt fratris mei.

Rex omniũ præter ſubditorum, at nullius frater eſt.

43 QVando Salomon erat frater Adoniæ non tractauit eum Adonias vt fratrẽ, vt conſtat ex cap. 1. huius lib. Nunc fraternitatem iactat, quando Salomon frater Adoniæ non eſt; ſed rex, & pater omnium Iſraelitarum.

Ambitioſus à ſuis, etiam attẽtatis, nunquam deſiſtit.

44 Et nota, quod legitimam Dauidis declarationem ſucceſoris ad regnum, translationem regiæ dignitatis á ſe in Salomonem appellat à iure per ſuam ambitioſam, & attentatam intruſionem acquiſito non deſiſtens.

CAP. 2. A NUM. 20.

Dixitque ei (Bethſabee Salomoni) Petitionem vnam paruulam ego deprecor á te, ne confundas faciem meam, &c. Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Reſponditque rex Salomon, & dixit matri ſuæ: Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? Poſtula ei, & regnum, &c.

Ingenium vere politicum in rerum appretiatione á ceteris valde differt.

45 PEtitionem paruulam vocat Bethſabee, quã Salomon exiſtimat maximum negotium ſtatus, quod bene percalebat Adonias, ideo petitionem ſuã

Beth-

Bethlabee non verbis diminuentibus, sed terminis grauitatem, & difficultatem negotij significantibus, proposuit supra à num. 17. Nota quantum differt ingenium vere politicum á ceteris.

CAP. 2. NVM. 28.

Venit autem nuntius ad Ioab, quod Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset.

Trabem, quæ in oculis nostris est frequenter non videmus.

46 MAla quæ facimus adeò non videmus, nec aduertimus, quod necessum sit nobis aliunde referri, ad hoc, vt illa cognoscamus.

Agratia regis expulsus quocũque incedat, cadens insedit.

47 Et nota quasi fatalẽ Ioab declinationem: nam tam post Salomonem, quam post Adoniam declinatio nuncupatur.

Deus ad certum tempus sibi soli notum peccatorem expectat, vt resipiscat.

48 Vel certius dic: impletum iam fuisse terminum diuinæ sufferentiæ huic, strenuo quidem duci, sed crudeli, & sanguinario vindici, ad resipiscendum, & de suis male actis pœnitendum á diuinâ clementiâ concessum.

CAP. 2. A NVM. 31.

Dixitque rex: Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentum, qui effusus est à Ioab, á me, & à domo patris mei, & reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioresque se.

Commissa, quæ per veram satisfactionem deleta non sunt, semper vindicatiuæ iustitiæ tam humanæ quam diuinæ obnoxia patent.

49 SI cum Banaias ex iussu Salomonis dixit Ioabo: *Egredere*, supra num. 30. non reniteretur, dicens: *Non egrediar*, sed potius signa doloris, & veræ pœnitentiæ suorum delictorum ostenderet, forte â pio rege veniam obtinuisset, sicut à patre Dauide tolerantiam consecutus fuerat. Si ergo peccata, quæ per condignam satisfactionem purgata non sunt, & abstersa semper iustitiæ humanæ præsentia manent ad vindictã, quanto magis diuinę iustitiæ patebunt obnoxia?

Interfice eum, & sepeli.

Primores reipũblicæ capite plexi, tum ex pietate, tũ ob alias rationes politicas statim sepeliendi.

50 SEpeli, non solum ex pietate, sed etiam propter bonum publicum, ne adeó iniquus homo, etiam defunctus appareat super terram, & omnes respicientes illum scandalo afficiat.

CAP. 3. NVM. 1.

Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est Pharaoni regi Ægypti, accepit namque filiam eius, & duxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitum.

In religionis augmento, & regis, & regni conseruatio consistit, & munimen.

51 TEmpli ædificatio cũ ædificatione domus, & circumuallatione vrbis regiæ coniungitur, & in medio collocatur, vt aduertant Principes, in veræ religionis professione, & augmento consistere, & stabilimentũ coronæ in suis familijs, & totius regni sui munimen.

Donec compleret ædificans.

Rex solicitus, & religiosus multis, & varijs modis ædificat.

52 ÆDificans, quia vel modelos Salomon ipse formabat, vel quia artificibus, & eorum præpositis immediate per se ipsum, & indeficienter assistebat, aliter enim numquam cõpleuisset domum Domini, nec suam.

VEL SIC.

Vide supra n. 52.

53 Ædificans, materialiter per artifices: moraliter, per exemplum piæ, & religiosæ actionis.

CAP. 3. NVM. 16.

Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo, &c.

Pri-

Primæ regū actiones indicatiuæ solent esse subsequentium.

54 PRimum istud inter meretrices Salomonis iudicium, præludium, & forte præsagium fuit lasciuę suæ conuersationis per totum regni spatium exercendæ.

CAP. 3. NUM. 24.

Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium.

Rex subditū percussurus se ipsum ferire existimet.

55 BEne, & politicé *Sibi* gladium petit, quia cū rex intendit, etsi comminatorié, & apparenter, vel ad alium finem, subditum percutere, taliter loqui debet, quod videatur velle se ipsum ferire.

VEL SIC.

Vindicatiuæ iustitiæ gladium nō semper habeat rex promptum, & paratum.

56 Rex non debet habere promptum, & paratum gladium ad feriendum, vel occidendum, sed aliunde debet ad ipsum adduci, quando oportet actum aliquem vindicatiuæ exercere iustitiæ.

VEL SIC.

Subditorum scēlera manus regias armant ad vindictam.

57 Delicta subditorum sunt, quæ gladium ad manus regis afferunt, quæ alioquin ab isto, & similibus crudelitatis instrumentis vacuæ debent esse, & alienæ.

CAP. 3. NUM. 26.

E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur.

Verbis, & factis Spiritus Sanctus manifestare intendit schismata & diuisiones nulli omnino prodesse.

58 NON videtur proprié loqui hæc mulier, dicens: *Nec mihi, nec tibi*; sed potius deberet dicere: Et mihi, & tibi, nam diuiso infante vtraque partem suam acceptura erat, sed per os huius insipientis, & subdolæ mulieris Spiritus Sanctus veritatem certopoliticam voluit pronuntiare: schismata scilicet, & diuisiones nulli omnino prodesse.

CAP. 4. A NUM. 22.

Erat autem cibus Salomonis per dies singulos, triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centū arietes, excepta venatione, &c.

Regales sumptus numero pondere, & mensura cōstare debent.

59 CIbus regius non solū mensuratus debet esse, & numeratus, sed regulis etiam prudentię taxatus, & ponderatus, ne ipsius onere subditi grauentur & populi.

CAP. 5. A NVM. 2.

Misit autem Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntatem Dauid patris mei.

Regum voluntas patere solet: mētis arcana inscrutabilia esse debēt.

60 VOluntatem Dauidis scisse Hiramum Salomon ait; non intellectum; nam mysteria consilij Dauid in negotijs status regni sui nemo finitimorum regum, vel dinastarum percallebat.

VEL SIC.

Verus amicus nil ad voluntatem pertinens ignorare debet.

61 Scis voluntatem tanquam verus amicus pattis mei, qui talis fuisti omni tempore.

Et quia non potuerit ædificare domū nomini Domini Dei sui, propter bella imminentia per circuitum.

De scrinio regij pectoris eatantū sciēda sunt, quæ occultari nequeunt.

62 DE intentione Dauidis regis in negotijs agendis, ea tantum sciebantur ab externis principibus, etiam finitimis, quæ nullo prorsus modo poterant occultari, & ignorari.

Donec daret Dominus eos sub vestigio pedum eius.

Rex pie, & religiose bellicus hostes suos non solū ad terram, sed infra terrā deijcit.

63 PER hæc verba denotatur, inimicos omnes Dauidis non solum fuisse ab illo victos, & subiugatos, sed etiam esse tunc temporis mortuos, & sepultos; quod assonat ad illud Mathæi cap. 2. num. 20. *Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*

CAP. 5. A NVM. 4.

Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum, & non est satan, neque occursus malus. Quam ob rem cogito ædificare templū nomini Domini Dei mei.

Occursus dæmonis, nec cum Mariæ symbolo compatibilis.

64 ACsi diceret Salomō: Si enim Satan, aut aliquis malus occursus foret, ædificare templum Domino, ideſt Mariæ ſymbolum conſtruere nequidem cogitare auderē, quanto minus ad opus accingi.

CAP. 5. NVM. 6.

Præcipe igitur, vt præcidant mihi ſerui tui cedros de Libano, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis, mercedē autem ſeruorum tuorum dabo tibi, &c.

Materiam corpoream Mariæ parentes miniſtrarunt; formā Deus indidit puriſsimā & ab omni face immunem.

65 MAteriam rudē præſtiterunt Progenitores Mariæ, qui fuerunt ex vtroque populo, Hebræo ſcilicet, & Gentili, quam materiam aptauit, & perpoliuit ſapientia veri Salomonis.

Mercedem autem ſeruorum tuorum dabo tibi, quamcumque petieris.

Qui laborē ſubditis imponit, laboris præmiū impendat.

66 CVR *Tibi*, & non *Seruis tuis*? Vt ſerui tui, non mihi, ſed tibi remuneraturo ſeruire videantur.

Vide ſupra n. 66

67 Vel, vt à te, á quo accepturi ſunt graue operoſi laboris præceptum, pro ueniat ipſis ſtipendij ſubſidium.

Circa Mariæ ſymbolum, nec vulgare, & cōmune pretium verſari debet, nec contēioſam diſenſionem audiri decet

68 Sed cur de mercede, & ſtipendio operantium non paciſcitur Salomon, ſed eam ampliſsimam, & ad Hirami libitum, & voluntatem offert? Primo, quia hoc eſſet regiæ dignitati vtriuſque in decens, & indecorum. Secundo, quia illę operæ, ob finem ad quem ordinabantur, non erant taxis cōmunibus metiendæ, ſed ſuperabundantér remunerandæ, ideſt, non ſecundum regulas vulgaris iuſtitiæ, ſed per ampliſsimos gratiæ fauores rependendæ. Tertio, quia foret valde diſſonum, quod in operatione circa materiam ex quā prēcipuus Mariæ typus formandus erat, inter Salomonem, & Hiramum contentio, controuerſia, & concertatio aliqua de pretij ſatisfactorij quantitate, aut qualitate audiretur.

CAP. 5. A NUM. 8.

Et miſit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcumque mandaſti mihi: Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis, &c.

Præbebiſque neceſſaria mihi, vt detur cibus domui meæ, &c,

Salomon autem præbebat Hiram coros tritici vigintimillia, in cibum domui eius, & viginti coros puriſſimi olei.

In rebus ad Dei cultum pertinētibus ab omni reprehenſibilis auaritiæ labe abſtinendum.

69 CVR alimenta ſolum neceſſaria, & non pecuniam, aut alia emolumenta petijt Hiram à Salomone quidquid vellet liberaliter, & generoſe offerente? An quia illa opera in rem ſacram, templi nempe ſtructuram deſignabantur, & noluit pius, & religioſus rex aliud lucrum præter neceſſarium, & honeſtum propriæ alimentationis, quod licite, & iuſto titulo acquirere, & retinere poſſet, captare, ſeu percipere, ne, vel minimâ Simoniacæ cupiditatis notâ inuri poſſet?

VEL SIC.

Nil ad Mariam, vel ſymbolice ſolum, pertinens, quod gratiam non reſonet.

70 Nil voluit Hiram pro rebus ad Matiæ typum deſeruientibus, quod, tam quoadmodum, quam, quoad ſubſtantiam gratiā non reſonaret: Triticum enim Euchariſtiam, quæ bona gratia eſt, ſignificat: Oleumque præcipuum gratiæ ſymbolū, & hæc gratioſe, & liberaliter impenſa.

CAP. 6. NVM. 4.

Fecitque in templo feneſtras obliquas.

Inter templū, ac cœlum commune continuumque commertium.

71 HÆ feneſtræ ex parte parietis exteriori erāt altæ, & ſuperiores, ex interiori vero

vero parte erant demissæ, & profundæ, & sic lux cæli vsque ad tẽpli pauimentum pertingebat, vt sic inter templum, & cælum continuum exerceretur commertiũ, & ministri templi ex suo quisque loco, & munere cælum respiceret.

Quo plus humiliamur, tanto magis cælitus illuminamur.

72 Vel vt ait Cassianus: Quia, quo magis humiliamur, tanto plus de cælesti lumine acquirimus.

A templo ad cælum viæ plurimæ.

73 Et nota quod numerus fenestrarum non refertur, istæ enim erant plurimæ, & omni ex parte collocatæ, vt vndique templum à cælesti lumine illustraretur.

CAP. 6. *NVM.* 7.

Domus autem, cum ædificaretur de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est.

In Dei domo collocandus non solũ debet esse elaboratus, sed etiã in sua specie perfectus.

74 DE lapidibus non solum ad artis regulam perfectè laboratis, sed vnusquisque in sua specie omni prorsus vitio carentibus.

Et malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.

In templo gloriæ tunsio, & dolatio lapidum non audiuntur, omnia hæc in vitæ præsentis officinis peraguntur.

75 IN templo gloriæ, cuius hoc templum Salomonis imago expressa fuit, malleus, & securis non audiuntur, omnis enim tunsio, & dolatio lapidum electorum in officinis separatis valdeque distantibus fit, in hâc nẽpe vitâ mortali per martyriũ labores, & pœnitentias à Deo immissas, vel voluntariè assumptas, & in Purgatorio per ignis excoctionem.

CAP. 6. *NVM.* 18.

Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur.

Per lignũ incorruptibile, crucis symbolum, beatitudinis æternitas congrue significatur.

76 PER incorruptibile lignum æternitas beatitudinis innuitur.

Habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas.

Tormenta martyrum sunt ornamenta cæloriũ.

77 HÆ *tornaturæ*, cũ fiũt, sunt tormenta Martirum, sed postea in maximum cæli ornatum conuertuntur.

Et cælaturas eminentes.

Sanctorum virtutes reliquis fidelium operibus supereminent.

78 CÆlaturæ istæ eminẽtes, sunt exẽpla sanctorum, quæ communibus aliorũ fidelium operibus, & virtutibus super eminent.

CAP. 6. *A NUM.* 20.

Et operuit illud (nempe oraculum) *atque vestiuit auro purissimo, sed & altare vestiuit cedro: Domum quoque ante oraculũ operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur.*

In duplici auro templi amor Dei, & proximi præsignatus.

79 AUrum, quo oraculum seu Sancta Sanctorũ, & illa pars templi, quæ dicebatur: *Sancta* operiebatur, *purissimum* appellatur, quia amorem Dei significat, reliquum aurum templi, quod sine adiectiuo: *Purissimũ*, est, amorem proximi significare potest.

CAP. 6. *A NVM.* 37.

Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio: Et in anno vndecimo mense Bul ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtẽsilibus suis: ædificauitque eam annis septem.

Nil imperfectum etsi extrinsecũs, & per accidens ad templũ spectare debet.

80 QVare septem anni integri referuntur in sumpti in templi ædificatione, & dimidius annus non adijcitur? Uel quia ædificatio templi septem annis integris incepta, & completa fuit, sex mensibus ad vtensilia formanda, & perficienda destinatis. Uel quia annus dimidiatus imperfectus annus est, & nihil imperfectum, etsi extrinsecè, ad templum pertinere dicendum est.

Numerus octauus, beatitudinis æternæ mysticè significatiuus.

81 Et notanda parenthesis numeri mensium: numerus enim octauus vltimum complementum, & maximam perfectionem significat. Ut ait D. Ambros. lib. 5. in Lucam cap. 6.

CAP. 7. A NUM. 7.

Porticum quoque foriy, in qua tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis a pauimento vsque ad summum: Et domunculæ in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media porticu.

Ex negotio otiũ facere praxis principum laude digna.

82 HOC *tribunal* á Salomone erectum fuit in domo saltus Libani, vt cum ob necessariam animi recreationem per campos spatiaretur, negotia populi expediret optimum omnibus regibus, & primis eorum ministris exemplum, & documẽtum præbens, vt ex negotio otium faciant.

VEL SIC.

Causas rusticorũ in iure audire, nec eos ad vrbana iudicia trahere mos valde laudabilis.

83 Fortem illo tribunali Salomon causas, & negotia rusticorum audiebat, decidebatque, ne ad Ierosolymitanum recursum grauarentur: in tribunalibus vero Hierosolymis erectis causas ciuium discernebat.

CAP. 7. NUM. 50.

Et cardines ostiorum domus interioris Sancti Sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erant.

Charitas Dei, & proximi Ecclesiastici ædificij cardines sunt.

84 INstrumentum in quo, & per quod omnia in Ecclesia mouentur, aurum purum, & perfectum debet esse, charitas nempe Dei, & Proximi.

CAP. 8. NUM. 8.

Cumque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris Sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltra extrinsecus.

De mysterijs hierosolymitani templi nos Christiani videmus, quam Hebræi viderunt, vel vident.

85 VEctes arcæ appositi denotantes eius mobilitatem, non apparent Iudæis extrinsecus scripturas sacras, & in cortice considerantibus; apparent autem illis, qui interne eas meditantur, sicut nos Christiani facimus quærentes spiritum viuificãtem, litteram verò occidentem relinquentes.

CAP. 8. NUM. 12.

Tunc ait Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula.

Verba Dei opera sunt.

86 HVgo Carensis hîc ait, nunquam legi, Dominum hæc verba protulisse, sed Dei dicere, facere est, & verba Dei, opera sunt.

CAP. 9. NUM. 3.

Dixitque Dominus ad eum: Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificaui domum hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Amor diuinus perspicax, & oculatus.

87 OCulos, & cor coniungit Deus vt aduertamus, quod amor diuinus non est cæcus, sicut humanus, sed valde perspicax, & oculatus.

CAP. 9. A NUM. 4.

Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: Et feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea, & iudicia mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum.

Machiabelica duplicitas nõ facit regnum florescere, sed perire.

88 TRia faciunt regnum florescere, & perennare; simplicitas, iustitia, & religio. Ecce á vera politica duplicitas Tiberiana, & Machiabelica omnino exclusa.

CAP. 9. A NUM. 6.

Si autem auersione auersi fueritis vos, & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & cæremonias meas, quas proposui vobis; sed abieritis, & coluerits Deos alienos, & adoraueritis eos: auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis.

Terræ

Totum cælum nobis cõcedit Deus: terræ vero solum superficiem.

89 TErræ superficiẽ Deus tantummodo concedit nobis, ne rebus terrenis profundius immergamur.

Et templum, quod sanctificauí nomini meo, proijciam à conspectu meo.

Ut fontes timeant, insonti minatur Deus.

90 CVR minatur Deus destructionẽ domus sanctę suæ, quæ incapax peccandi est? Non erit illa destructio supplicium, sed diuinæ indignationis exemplum, vt numero sequenti dicitur; quæ enim in insontem, & sacram domum sic desæuiet, quã vltionem in peccatores exequetur?

VEL SIC.

Cum Deus medium placationis de medio tollit implacabilis maneat necesse est.

91 Destruẽdo templum, tollet Deus medium vnicum suæ placationis, ne sit aliquis patronus, qui illum, á iustissima peccatorum vindicta cohibere possit.

VEL SIC.

Non vult Deus habere domũ in illa prouintia in qua non habitat

92 Destruat Deus domum suam tanquam inutilem, & inhabitabilem, vt quid enim vollet habere domum in illa prouincia, in qua non habitat, & in illo populo inter quem non degit, sed continuo ex intollerabili peccantium fętore exulare cogitur.

VEL SIC.

In Ieroſolymitanũ templi comminata deſtructione Chriſti mors præſignata.

93 In templo expiabãtur peccata, & erat symbolum Christi Domini, peccata generis humani in se suscepturi: in illa ergo præminitata destructione, prædicebat, vindictam peccatorum de Christo sumendam. Hinc peccati fæditas, & enormitas pensanda, & ponderanda venit.

Eritque Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis.

Peccato pena correspõdens ex enormitate incredibilis apparere potest.

94 CVR Israel peccans *erit in fabulam*, quæ narratio, non vera, sed conficta est? Quia adeo enormia, & terribilia erunt, quæ propter sua peccata perpetietur, vt incredibilia, & fabulosa appareant.

CAP. 9. NVM. 16.

Pharao rex Ægypti ascendit, & cepit Gazer, succenditque eam igni: & Chananæum, qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis.

Laudabilis regũ mos prouintijs ab hoſtibus legitimo belli iure ereptis filias dotare.

95 OPtima politica, & ab omnibus regibus imitatione digna. Prouincias hostiũ debellare, & ex ipsis filias regaliter, & magnifice dotare, ne prouintiæ propriæ, & hereditariæ diminutionem patiantur, & alia multa damna inde subsequenda experiantur.

CAP. 9. A NVM. 27.

Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos, & gnaros maris cum seruis Salomonis. Qui cum venissent in Ophir sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

Pro impensis in sui obsequiũ factis Deus liberaliſsimus repensor.

96 PRO centum, & viginti talentis tam in templo Dei, quam in domo suâ à Salomone impensis, & ab Hiramo missis, vt constat supra num. 14. dedit Deus Salomoni quadringentorum, & viginti talentorum summam ab Ophir allatam, præter alia centum, & viginti talenta á regina Saba dono accepta, vt constat ex num. 10. capitis subsequentis.

CAP. 10. NVM. 1.

Sed, & regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

Scientiæ omnes naturales ad sacram sapientiã ancillaturæ veniunt, & perficiendæ.

97 PER hanc reginam, scientiæ naturales intelligi possunt, quæ agunt de elementis, & mundo Animali, Vegetabili, & Minerali, propter quod dicitur attulisse Camelos Aromata, Aurũ, & Gemmas, quæ scientię omnes veniunt ad sapientiã Salomonis, hoc est scientiã sacrarũ Scripturarũ tum, vt instruãtur, tũ vt illi

obsequium præstent, tum, vt perficiantur, in hâc enim sacrâ sapientiâ profundiora latent mysteria, & fundamenta naturalium scientiarum. Vide Arias montanum. lib. de Historia naturæ.

CAP. 10. NVM. 2.

Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitijs, &c.

Femineam mobilitatem nil est, quod retardare valeat.

98 NOtanda venit mulierbris mobilitas: vix fama Salomonis á reginâ Saba refertur subaudita, & statim ingressus eius magnificus, & ostentatiuus in Ierusalem describitur.

Venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa, quæ habebat in corde suo.

Habere cor in lingua feminea proprietas.

99 NIL habet femina, cuiuscumque conditionis sit, in corde suo quod non statim ad os prosiliat.

CAP. 10. A NVM. 5.

Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ suæ: Et habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat vltra spiritum.

Amplam familiam bene regulare, & regere commodâ sapientiam arguit.

100 CVriositate feminea statim omnia lustrauit, sed cum dicitur omnem sapientiam Salomonis vidisse, illam euidenter cognouisse exprimitur; abstractiuam scilicet, & theoricam: in ænigmatum solutione, & dubiorum resolutione. Practicam: in regulatissimâ domus regiæ gubernatione, & ordinatione, & hinc inferri licet, quod recta domus regię seu cuiuslibet amplissimæ familiæ gubernatio sapientiam arguit, non quamcumque, sed omnimodam, tam scilicet practicam, quam speculatiuam, tam naturalem, quam supernaturalem, & infusam; & ideo inter primas optimi præsulis conditiones ponit apostolus quod domui suæ bene præsit. 1. ad Timoth. cap. 3.

CAP. 10. NVM. 6.

Dixitque ad regem: Verus est sermo, quem audiui in terra mea.

Quæ de cælesti patria legimus, & audimus vera quidem, sed valde diminuta sunt

101 QUomodo verus, cũ media pars ipsi nuntiata non fuerit, vt statim fatetur? Quia quod illi dictum fuerat, verum erat, sed incompletum imo valde diminutum: Sic accidit circa ea, quæ in hac vita de cælesti patria legimus, & audimus, quæ vera quidem sunt, sed valdé exigua, & diminuta sunt respectu eorum, quæ cernere speramus.

CAP. 10. NVM. 7.

Maior est sapientia, & opera tua, quam rumor, quem audiui.

Insignis rei notitia diminuta non vera fama, sed rumor appellandus.

102 IAM non appellat *famam*, vt supra num. 1. sed *rumorem*, quia visa auditis longissime inæqualia erant, & infinito fere excessu superabantur, ideoque notitia, quæ ad eam in regno suo aduentauerat, non vera fama, sed merus rumor, & iste obscurus, & confusus debuit appellari.

CAP. 10. NVM. 8.

Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper.

Angeli, homineſque beati magnam in cælo de Christi humanitate fruitionẽ capiunt.

103 HIC loqui videtur regina Saba in spiritu de Angelis, & hominibus beatis humanitatem Christi veri Salomonis in cælo summa fruitione videntibus, & contemplantibus.

Homines beati nobiliori præ angelis nomenclatura appellari solent.

104 Et nota Angelos vocari seruos, reliquos vero beatos appellari viros.

CAP. 10. NVM. 24.

Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis.

Hic

Rationali creaturæ innatũ Dei fruendi desiderium, non solum quoad spiritualẽ portionem, sed etiam quoad terrenam.

Vide supra num. 109.

105 HIC exprimitur innatum desiderium, quod omni rationali creaturæ inest cælestis beatitudinis consequendæ.

106 Sed cur nomine terræ natura humana significatur? Ad denotandum, non solum spiritualem portionem, sed etiam corpoream innatâ hac inclinatione pollere.

VEL SIC.

Virtuosa simplicitas optima ad finem vltimum asequendũ dispositio.

107 Ad innuendum, debere homines ad elementarem simplicitatem reduci, vt æternam vitam consequantur, ideó dicebat, & docebat Christus Marci cap. 10. *Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum.* Et: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum.* Matth. cap. 18. num. 3.

VEL SIC.

Eodem priuilegio gaudet humilitas.

108 Ad insinuandum quanti momenti sit humilitas ad cælestẽ beatitudinem consequendam, terra enim omnium elementorum infimum est, & humillimum, quæ doctrina in duplici illâ comparatione pulueris, & stellarum Abrahamo de semine suo facta Genes. cap. 13. & 15. continetur.

Deus iratus, & puniens sẽ nostram implicitè fouere solet.

109 Imo si audenter discurrere liceret: Dicerem, in illa maledictione Genes. 3. num. 19. *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.* Vel: *De qua creatus es.* Vt Chaldæus Paraphrastes vertit. Spem cælestis beatitudinis consequendæ Dominum imbibisse, & implicitam protulisse: frequenti enim Sacræ Scripturæ locutione sub terræ promissæ nomine cælestis patria venit intelligenda.

Vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde suo.

Sapientia regis in corde, vt curatus euadat.

110 IN corde Salomonis posita, fuit à Deo sapientia; quia sapientia regis in corde debet esse sita, & contenta, non in ore, vt illa reginæ Saba initio huius capitis memorata, quæ statim omnia, quæ erant in corde suo eructauit.

CAP. 10. NVM. 25.

Et singuli deferebant ei munera vasa argentea, & aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos per annos singulos.

Arma bellica digna regum munera.

111 INter reliqua munera afferebãtur Salomoni *arma bellica*, digna quidem munera quæ regi, etiam pacifico efferantur, & ab ipso diligenti curâ custodiantur, & conseruentur prompta, & parata ad ea, quæ accidere possunt.

CAP. 10. NVM. 29.

Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta.

Quæ nomine regio, & regulus eminentur omnia debent esse in suo genere selecta.

112 VAlor cuiusuis equi in singulari exprimitur, ad denotandum equos quadrigarum fuisse electos, siquidem tanti æstimabantur plures coniunctim empti, ac si seorsim singuli emerentur.

Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum, & Syriæ equos venundabant.

Mira politica dexteritas specie lucri finitimos reges enervare, & ad pacem conseruandam sensim necessitare.

113 NOtanda venit egregia hæc regnopolitica Salomonis ars: Augendo aliquantulum equorum pretium, reges finitimi, & antiqui Israelis hostes, cupiditate allecti, vendebant equos suos, & sic re in primis ad bellum necessariâ, sensim remanebant priuati: ex quo fiebat, vt in stabilitâ pace cum Salomone quieti continerentur, & diuturno tempore permanerent.

CAP. 11. A NVM. 1.

Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, &c.

His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

Ardentissimus, seu combustiuus amor, non spiritualis, sed carnalis amor est.

114 PER hoc adiectiuum: *Ardentissimo* denotatur non adamasse Salomonem vxores suas, & concubinas amore amicitiæ, qui spiritualis, & proprius amor est, sed amore concupiscentiæ, qui carnalis est, & improprius, ac combustiuus.

CAP. 11. NVM. 4.

Cumque iam esset senex (Salomon) *deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, &c.*

Feminæ se subdola humilitate viris, & rationi subjciunt, vt viros ac rationem, sibi subijciant.

115 DVM Salomon viriditate, & robore pollebat feminas subijciebat sibi, & rationi; ingruente verò senectute eneruis factus, se, & rationem feminis subiecit.

VEL SIC.

Nil pretiosum in viro quod á femi nea tyrannide non depredetur.

116 Salomonis luuenis, & virilis robustæque ætatis mulieres deprauauerunt corpus; Salomonis senis, & decrepiti mulieres deprauauerunt animam, seu cor.

CAP. 11. NVM. 14.

Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni, Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom.

Habet Deus suos satellites quibus in reges á se auersos animaduertat.

117 NON omnino destruit Deus inimicos principum fidelium, sed quandiu isti boni sunt, illos dormire facit, vt excitet, quando principes fideles á virtutibus ad vitia declinant.

CAP. 11. A NVM. 17.

Fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum... Et introierunt ad Pharaonem regem Ægypti, qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit.

118 ETiam si Pharao esset Salomonis Socer, nihilominus illius inimicum recepit, & fouit: hæc est politica communis terrenorum principum, & quod peius est, etiam fidelium, aduersarios aliorum principum, præsertim finitimorum, fouere, & cõseruare ad suos fines cacopoliticos. Vide infra num. 40.

Solemne regibus finitimorum regum hostes honesto quidē prætextu, sed certē maligna intentione protegere, & conseruare.

CAP. 11. A NVM. 29.

Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta opertus pallio nouo, &c.

Apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo opertus erat, scidit in duodecim partes: Et ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras.

Omnis potestas, quæcumque sit à Deo est.

119 IN pallio prophetæ dominium temporale significatur, ad denotandum, quod omnis potestas á Deo est.

Regia potestas est pallium, quo totum subditorũ corpus politicum protegitur.

120 Sed cur in pallio? Quia rex omnes suos subditos debet fouere, & cooperire, sicut pallium ex omnibus indumentis solum est quod totum corpus fouet, ac protegit.

Religionis schisma regni coniuratio est.

121 Et aduerte, pallium illud esse nouum ad denotandum regnum Hebræorum recens fundatum, quod statim ac schisma religionis propter Salomonis idololatriam sustinuit, fuit etiam in se ipso diuisum, ac diuulsum.

CAP. 11. NVM. 31.

Hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.

Pater in filio viuit: propterea quæ de hoc dicuntur de illo enuntiari possunt.

122 CVR ait Deus per os prophetæ: Ecce ego scindã regnũ de manu Salomonis, cum hæc sciſsio, mortuo iam Salomone, tempore Roboami filij eius facta fuerit, vt patet ex capite sequen-

quenti? Existimarem, quod, quia Salomon adhuc viuebat in filio suo, iure representationis, cum hæc regni Israelitici diuisio executa fuit.

CAP. 11. NUM. 34.

Nec auferam regnum de manu eius, (Salomonis) *sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum, quem elegi, qui custodiuit mandata mea, & præcepta mea.*

Querit Deus iusto benefaciēdi motiuum quod in peccatore inuenri nequit.

123 CVR propter Dauidis meritum tolleratur Salomon in regia dignitate per omne tempus vitę suæ, & non propter templi ædificationem, cū fuerit opus in primis magnum, religiosum, & Deo summé gratum? Quia propter peccata Salomonis, totum illud meritum emarcuerat, &, ac si non esset, euanuerat. Sed ò pietas admiranda Dei! Quærit rationem, & motiuum in Dauide iusto, ad benefaciendum peccatori, cum in peccatore motiuum ad benefaciendum inuenire nō possit.

Sancti corā Deo pro omnigenis bonis efficaciter intercedunt.

124 Et nota, quantæ sit efficacię intercessio Sanctorum, ad Dei misericordiam, & multa bona, etiam temporalia consequenda.

Sed ducem ponam eum.

Qnodponitur, nec à Deo statuitur facile amouetur.

125 NON dicit: *Statuam*, quod firmitatē significat, sed: *Ponam*, quod, leuem, & & facilé mobilem positionem indicat.

CAP. 11. NUM. 42.

Dies autem, quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel quadraginta anni sunt.

Multi anni imperij pauci imperanti ates apparent.

126 QVare non dicit: *Tempus*, seu *Spatium*, sed: *Dies quos regnauit, &c.* Quia forte illi quadraginta anni, quadraginta dies Salomoni apparuerunt.

Duæ egregiæ regis facta durant tempus ipsius non præterit

127 Sed cur non dicit: *quadraginta anni fuerunt*, sed *quadraginta anni sunt*? An quia templū, munitio Ierusalem, & alia præclarissima Salomonis opera adhuc florescebant, cum hæc scriberentur?

CAP. 12. NVM. 4.

Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis.

Rex, qui populū grauat, sibi ipsi imponit.

128 REX qui grauissimum iugum populo suo imponit, sibi, & populo imponit.

VEL SIC.

Facile populum quærulum politica industria sedare valet.

129 De grauissimo iugo exiguâ, & pusillâ imminutione populo quærulo, & oppresso satisfieri potest: talis est eius leuis, & facilis genius, & natura.



CAP. 12. A NVM. 5.

Cumque abijsset populus iniit consilium rex Roboam, cum senioribus, qui assistebant coram Salomone, &c.

Qui dixerunt: Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus.

A nulla melius virtute imperiū, quam ab obedientia, incipit.

130 OPtime dicunt isti scenes: *Si obedieris*, ad imperium enim stabiliendum, á nulla re melius, & congruentius, quam ab obedientia incipere oportet.

Rex electiuus sui promotorem populum nequit non recognoscere.

131 Sed cur addunt: *Et seruieris*? Hic denotatur, populi coadunati præferentia respectu regis seorsim, & singulariter considerati, præsertim in regnis electiuis, vel quasi, illis scilicet in quibus hereditarium ius nondum firmiter stabilitum est.

CAP.

CAP. 12. A NVM. 10.

Minimus digitus meus grosior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

Qui regi tyrannidem consulit, illũ naturæ monstrum constituere intendit.

132 NON aduertit iste incautus, inexpertus, & ambitiosus princeps, illos iuuenes, & iniquos consiliatores ipsum potius constituere monstrum, quam hominem; non iam dico regem, & reipublicæ parentem? Et non solum illum constituere intendunt monstrum naturæ, qualis esset ille cuius minimus digitus grosior esset dorso cuiusuis hominis; sed etiam prodigium & portentum crudelitatis: Quis á sapientissimo Salomone crederet tam stolidum brutum genitũ fuisse, vel generandum fore. Uide 2. Paralip. num. 65.

CAP. 12. NVM. 33.

Et ascendit super altare, quod extruxerat in Bethel quintadecima die mensis octaui, quem finxerat in corde suo, & fecit solemnitatem filijs Israel, & ascendit super altare vt adoleret incensum.

Qui profane litat altare conculcat.

133 QVI indebite, & profanè litat, altare non honorat, & veneratur; sed cõculcat, & potius pedibus, quam manibus super illo agit: ideo bis dicitur super altare ascendisse, & statim cap. sequenti num. 1. ait textus, thus non positum, sed iactum fuisse.

CAP. 13. NVM. 6.

Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi.

Impij manus contra ipsum.

134 MAnus impij, & iniqui regis ipsi soli restituitur, & in ipsum.

CAP. 13. A NVM. 7.

Locutus est autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Respondit que vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto: sic enim mandatum est mihi in sermone Domini, &c.

Excommunicationis gladius in lege veteri non solum adumbratus, sed quandoque euibratus.

135 SIC procedendum est cum hæreticis à fide, & religione deficientibus. Hîc excommunicationis gladius non solum apparet adumbratus, sed etiam euaginatus, & euibratus.

CAP. 13. A NUM. 21.

Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco isto, in quo præcepi tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.

Deus ex misericordia punienda præmonet.

136 HÆC non solum iusta punitio, sed etiam pia, & misericors Dei præmonitio fuit, ad hoc vt ille propheta de suo inobedientiæ commisso peccato resipisceret, & pœnitentiã ageret, ne in statu damnationis, per mortem statim inferendam periret.

Enormissime Deum offendit, qui ipsi inconstantiam imputauit.

137 Sed cur illi transgressioni, etsi graui, non adeó enormi, summum, capitale, & acceleratum supplicium inflictum? Transgressio illa non solum fuit grauis, & enormis, sed enormissima; totam enim Dei prouidentiam dehonestauit, & conculcauit, existimans Deum non sibi constare, sed in eodem negotio per diuersos minis-

tros

tros contraria præcipere posse, & aduersantia expedire decreta.

CAP. 13. NVM. 24.

Qui cum abijsset, inuenit eum Leo in via, & occidit.

Inobedientia primum, & tertè grauius naturæ humanæ peccatū omnia enim peccata transcēdit.

138 NOtanda grauitas peccati inobedientiæ, præsertim contra expressam voluntatem Dei: Homini idololatræ, & in peccato suo contumaci, qualis erat Ieroboamus, manus arida restituitur, & longum vitæ tempus ad resipiscentiam conceditur: Et viro prophetæ, alioquin iusto, ob vnam inobedientiam statim capite plectitur, & vitâ priuatur.

Et erat cadauer eius proiectum in itinere: Asinus stabat iuxta illum, & Leo stabat iuxta cadauer.

Hominū inobedientiā per bruta Deus punire solet.

139 LEO ille, nec asinum diseerpsit, nec de prophetæ corpore aliquid comedit; vt constaret, non præ fame, sed tanquam ministrum diuinæ iustitiæ prophetam inobedientem occidisse. Vide infra num. 28.

CAP. 13. NUM. 26.

Quod, cum audisset propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei est qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus Leoni, & confregit eum, & occidit, iuxta verbum Domini, quod locutus est ei.

Prophetiæ donum inter idolatrantes Israelitas imperfectum.

140 HINC infertur prophetam illum de Bethel non plenè intellexisse, cum protulit, verba illa, quæ spiritu prophetico contra prophetam de Iuda protulerat supra num. 21. sicut ex ijs, quæ dixerat num. 18. infertur, aliquos prophetas præsertim ex ijs, qui in defectione Ieroboamicâ cum Israelitis idololatris remanserunt sæpe sæpius populum fallere, & verba spiritu proprio pronuntiata, tanquam à Deo immissa, & inspirata venditare.

CAP. 13. NUM. 33.

Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed econtra fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.

Legis gratia sacerdotum magna circumspectione conferenda.

141 EX hoc discant præsules Ecclesiæ Dei non quemcumque volentem sacris initiari, neque ex fæcibus natos reipublicæ ad sacros ordines admittere; sed adolescentes nobiles, vel saltem ex honestis parentibus procreatos, & virtuosè educatos, tantoque munere dignos; non illos, quibus sors Domini vilescat, ac passim despiciatur.

CAP. 14. NUM. 3.

Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse enim indicabit tibi, quid eueniturum sit puero huic

Princeps subditos demulcere solet, vt ab ipsis demulceatur.

142 MEL fert, vt referret responsum melleum; non amarissimum, quod retulit. Sic solent principes suos subditos demereri, quando ipsis indigent.

Reges in manu leges habere solent, non vt custodiant; sed vt infringant.

143 Sed quid decem panes in manu significant? Forte decem legis præcepta ostentare cupiebat, vt hoc symbolo prophetam sibi gratum, redderet, & benignū: Nil solent frequentius præmanibus principes habere, quam diuinam legem, sed non semper, vt illam adimpleant, & integram cōseruent, sed potius, vt infringant.

In populo idolatrante lex diuina decoquitur, & marcescit.

144 Sed quid denotat illa crustula, quæ est panis siccus, & ex repetita decoctione aridus? An quod lex diuina, & omnis religiosus ritus, in illo idolatrante populo iam emarcuerat?

CAP.

CAP. 14. NUM. 5.

Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt consulat te super filio suo, qui ægrotat.

Simulatio feminea soli Deo patere potest.

145 FEminam velatam, & se dissimulantem solus Deus potest agnoscere, & detegere.

Hæc, & hæc loquèris ei.

Diuina instructio necessaria ad regibus coloquẽdum.

146 A Deo difficile, & periculosum est ad reges loqui, & verba cum ipsis miscere, vt necesium sit à Deo verba dictari: ideo singillatim dicitur: *Hæc, & hæc, &c.*

CAP. 14. NVM. 9.

Sed operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post corpus tuum.

Qui ex imperandi ambitione à vera religione deuiat, nullum Deum adorat, solum se ipsum colit.

147 *Fecisti tibi deos*, idest, non vt illos coleres, & adorares, quomodo enim venerari posses, vt deos, á te conflatos vitulos? Sed ex nequissima ratione statuis, vt scilicet subditi te adorarent, & á regno Iudæ in Religione dissiderent.

Impios animadcare nõ sine fundamento dici potest.

148 Sed cur dicit Deus se ab Ieroboamo, *post corpus suum*, proiectum, & non *post animam*? De anima mentio nulla fit, quia rex summe impius nõ videbatur animam habere posse.

CAP. 14. A NVM. 12.

Tu igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in vrbem morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepeliet, iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inuentus est super eo sermo bonus á Domino Deo Israel in domo Ieroboam.

Mors boni principis regis, regnique supplicium.

149 IMmatura bẽni principis adolescentis mors, est graue supplicium tam patris iniquè gubernantis, quam populi iniqui, & peruersi, ab irato Deo inflictum.

Sepulchrali honore frui, vel carere anteactæ vitæ præmiũ, vel supplicium.

150 Et notandum, quod sepulchrali honore frui, vel priuari, est præmium, & pœna, quibus Deus bonos, & malos principes condigne remunerari soler.

CAP. 14. NVM. 17.

Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abijt, & venit in Thersa: Cumque illa ingrederetur limen domus puer mortuus est.

Regum palatia in vrbiũ introitu constituere oportet.

151 EX hîc, & supradictis num. 13. infertur domum regiam in ipso introitu vrbis sitam fuisse, quod solemne principibus est in Basilicarum suarum ædificatione, ob causas physicas, & morales, seu ob rationes physicopoliticas. Vide Exodi cap. 9. num. 33.

CAP. 14. NVM. 25.

In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Ierusalem, & tulit thesauros domus Domini, & thesauros regios, & vniuersa diripuit.

Iura regum, etiã iniusta, solent nunquam præscribere.

152 FOrte hæc direptio thesaurorũ domus Domini, & regiæ executa fuit sub prætextu resarciendi direptionem illam Ægyptiorum ab Hebræis discedentibus quattuor, vel quinque ante sæcula perpetratam.

Inter reges sanguinis propinquitas nullius momenti esse solet.

153 En fratrẽ fratris expoliatorem, & quanti inter principes æstimetur naturæ necessitas, & sanguinis propinquitas: Et notandum, hîc aureum Hebræorum sæculum finitum fuisse, & æreum, seu ferreum inchoasse.

CAP.

CAP. 14. NVM. 28.

Cumque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea, qui præcundi habebant officium, & postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

Nunquã rex magis securus quã cum ad religionis exercitia prõgreditur.

154 HÆC ad ostentatiũ regij comitatus apparatum fiebant; nunquam enim minus scutarijs præcursoribus, & defensoribus rex indigebat, quam cum in templum adoraturus Dominum procedebat.

CAP. 16. NVM. 5.

Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcumque fecit, & prælia eius nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel?

Quæ in Dei ministros reges cõmittunt non vult Deus summatim referri sed diffuse ad ipsorum infamiam.

155 ET si hîc prælia, & reliqua huius regis gesta summatissime referantur, hoc sceleratissimum facinus iniustę, & sacrilegæ occisionis prophetæ propter veritatis à Deo reuelatæ enuntiationem, noluit Deus prætermitti, nec summatim dici, sed clarè, & sufficienter explicari.

CAP. 16. A NVM. 18.

Uidens autem Zambri quod expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis, quæ peccauerat faciens malum coram Domino, &c.

Reliqua autem sermonum Zambri, & insidiarum eius, & tyrannidis nõne hæc scripta sunt, &c.

Septem dierum tyrannis nota inuitur, quid plurium mensium, & annorum?

156 SCandalum septem dierum, quibus regnauit iste rex imputatur ei, tam ad culpam, quam ad pœnam, nec tyrannis eius, sine expressione, & declaratione relinquitur.

CAP. 16. NVM. 34.

In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

157 TOT annis transactis, non recordabantur iam filij Israel prophetiæ Iosue, sed memoria Dei est indefectibilis. At verosimilius est Israelitas idololatras, cum religione, & templo Ierosolymitano, libros etiam Mosaycæ legis despexisse.

Hebræi sub Ieroboannica tyrannide non solum fuerunt hæretici, sed apostatæ.

CAP. 17. NVM. 4.

Coruisque præcepi, vt pascant te ibi.

Perfecta in cælo resplendet obedientia.

158 Cur *coruis*, non *angelis*, ministris quidem tanto prophetæ non indignis? Quia cum Elias cælum terræ interdixerit, obediente Domino voci hominis, non permisit creaturam aliquam à cælo in terram descendere.

Publica onera inter omnes, vel plures aspergenda, non ad paucos glomeranda.

159 Cur *pluribus coruis* in generali, & non *vni, vel alteri*, in particulari iniungit Deus prophetæ alimoniam? An ne hoc onere paucos existâ specie grauaret; sed inter omnes coruos, vel plures in illa prouincia degentes distribueretur?

VEL SIC.

Dei ministris deseruire magnus honor.

160 Ut omnes coruos non tam oneraret, quam honoraret munere ministrandi; & tanto prophetæ deseruiendi.

VEL SIC.

Viro frugi plures ministram; homini lauto innumeri.

161 Multis coruis præcipit, quia forte vnus non sufficeret ad inquirendum prophetæ cotidianum victum; sed si viro frugi, & pugillo farinæ, vel subcineritio pane contento vnus minister non sufficit; hominibus lautis, & gulæ indulgentioribus, quanta ministrantium turba necessaria erit?

Non

Prouida prælati sufficientia subditos abſequentes paſcant.

162 Non dicit: *Præcipiam*, ſed iam *præcepi*. Notanda Dei prouidentia, & præmatura de prophetæ ſuſtentatione ſolicitudo: ſic debent omnes ſuperiores cum ſuis ſubditis, & miniſtris ſe gerere, prius quam illis onera, & præcepta iniungant, curent diligenter de ijs rebus, quæ eis ad vitam neceſſariè ſunt.

CAP. 17. NVM. 6.

Corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane, ſimiliter panem, & carnes veſperi, & bibebat de torrente.

Quem Deus ſpeciali prouidentia curat non ruſtice ſed laute, & ciuiliter alit.

163 CArnes ponuntur in plurali ad denotandum, quod non vnam tantum ſpeciem carnium, ſed plures corui miniſtrabant, & has non viles, & vulgares, ſed nobiles, & quæ menſas principum exornare ſolent; non enim decens eſſet, vt quem Deus ſpeciali curâ, & prouidentiâ paſcebat minus laute tractaretur.

Rebus à Deo affluenter conceſſis religioſa moderatione, & parſimonia vtẽdum.

164 Sed notandum, non dici in ſacro textu, quod propheta comederit de pane, & carnibus à coruis allatis, & miniſtratis; ſed ſolum quod bibebat de torrente. Ad Dei prouidentiam ſpectabat Eliæ abundé miniſtrari, & ad Eliæ auſteram parſimoniam, parcé, & cum ſummâ moderatione cibis miniſtratis vti.

VEL SIC.

Comedere quid plebeium ſonat; ſed aquam bibere nobilitatem ſapit.

165 Non dicitur de prophetâ, *quod comederit*, ſed ſolum, *quod biberit*, quia, comedere, quid quaſi vile, & plebeium eſt; ſed aquam bibere eſt quid nobile, & honeſtum.

CAP. 17. NVM. 12.

En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.

166 CIbus ad comedendum duobus lignis, ſcilicet crucis præparatus optime diſponit ad veram mortificationẽ, ideo non dicit: *Vt comedamus, & viuamus*, ſed, *vt comedamus, & moriamur.*

Cibus ligno crucis præparatus optime ad mortificationem natrit.

CAP. 17 NVM. 13.

Ad quam Elias ait: Noli timere. ſed vade, & fac ſicut dixiſti: Uerumtamen mihi primum fac de ipſa farinula, ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies poſtea.

Euchariſtia, vel in exigua quantitate ſubſtantialiſsima; & taliter à ſacerdote conficienda, vt omnibus ſufficiat

167 PAruulum panem ſibi Elias afferri petit, non ſolũ propter myſticã Euchariſtiæ ſignificationẽ ob quam, etiã in exigua quãtitate, ſubſtãtialiſsimus foret; ſed etiam propter vrbanam attentionem, ne tota farinula in pane ad prophetam præparando conſumeretur, & matri viduæ, orfanoque filio alimentum non remaneret.

CAP. 17. NVM. 14.

Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.

Dona ſupernaturalia præſtò ſunt cum vaſa capacia non deficiunt.

168 CVR non dicit: *Farina hydriæ non deficiet, & oleum lecythi non minuetur*, ſed econtra: *Hydria farinæ, & lecythus olei*? An quia hæc farina, & oleum ſignificant gratiam, & reliqua dona ſupernaturalia, quæ ſemper præſtò adſunt, dum vaſa capacia non deficiant?

CAP. 17. NVM. 21.

Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus.

Omnia in Trinitate facta, & refecta.

169 OMnia trina dimenſione conſtant; & in Trinitate facta, & refecta ſunt.

Elias omniũ religioſorum princeps, quia omnib humillimus.

170 Et nota Eliæ humilitatem, quæ tantum ipſum exinaniuit, vt neceſſum fuerit ſe expandere, ad hoc, vt puero paruulo adequaretur, ob quod forma Omniũ religioſorum factus eſt.

CAP.

CAP. 17. NVM. 23.

Tulitque Elias *puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ.*

Innocenti periculosior vita quã mors.

171 PUer mortuus in superiori domo erat, qui ad vitam reuocatas ad inferiorem domum delatus est, per quod denotari videtur, puerum illum iam in tuto, nempe Abrahæ sinu colocatum, ad inferiorem, & periculosam vitam, statum nempe viatoris, reductum fuisse.

Mundialium bonorum non possessores, sed custodes, & depositarij sumus.

172 Et nota terminos: *Deposuit*, & *Tradidit*, per quos denotatur, non tradidisse matri puerum filium, semper possidendum, sed tanquam depositum, ab illa, cum Domino placuerit, auferendum.

Et ait illi: En *viuit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.*

Viri sancti modesta humilitas præ miraculis æstimanda.

173 NON dixit Elias: *En resuscitauit filium tuũ iam mortuum*, sed: *En viuit filius tuus.* Videtur, matrem admirabũdam laudasse potius verborum Eliæ modestiam, quam stupendum resurrectionis filij miraculum.

VEL SIC.

Præcipua Euangelici declamatoris laus est peccatoris conuersio

174 Quando mortuus ad vitam reuocatur, hoc est, peccator ad gratiam restituitur, tunc cognoscitur, verbum Domini in ore prophetæ seu Euangelici Oratoris verum esse: Timeant ergo declamatores nostri, hinc inferri; Verbum Domini, quod argentum igne examinatum, & purgatum est, in ore ipsorum rubiginari, imo & falsificari posse, & de nobiliori metallo in vilissimum transformari.

CAP. 18. NVM. 4.

Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondidit eos quinquagenos, & quinquagenos in speluncis.

Perfectus religiosus, & in vita sepultus, & moderatissime alitus.

175 IN prophetis istis inspicitur typus perfectorum religiosorum sepulti enim erant in vita, & moderatissime alimentati.

CAP. 17. NVM. 5.

Dixit ergo Achab ad Abdiam: Uade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte possimus inuenire herbam, & saluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant.

Iniquus rex plus animalia bruta æstimat quã rationalia.

176 MAlus, & iniquus rex plus curat de brutis vtilitati suæ: vel gustui deseruientibus, quam de rationalibus sibi subditis.

VEL SIC.

Intellectus, ac voluntas deprauati sensualia curant spiritualia transeunt

177 Per Achab præcipientem, & Abdiam obsequentem, intelligere possumus, qui omnem in rebus sensualibus solicitudinẽ impendunt, nihil de spiritualibus curantes.

CAP. 18. NVM. 19.

Verumtamen nunc mitte, & congraga ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel.

Malus rex cum malis ministris liberalis, cum bonis auarus.

178 CErtum est non adeò liberalem, & munificam futuram Iezabelem cum veteris, & legitimis prophetis.

Sub malo rege malorum Ecclesiæ ministrorum excessiuus numerus; bonorum vero valde exiguus.

179 Et notanda redundantia malorum in tam exiguo numero bonorum prophetarum.

In ambitioso ad aulas principum accessu, vel fuga mali Ecclesiastici à bonis dignoscuntur.

180 Notandum etiam signũ manifeste distinctiuum bonorum prophetarum à falsis, & hypocritis: hi aulas principum, & regias personas toto nixu prosequũtur, illi semper fugiunt, & abhorrent.

VEL SIC.

Malus princeps malique religionis administri se ad inuicem pascunt.

181 Iezabel pascit, & pascitur à falsis prophetis: pascit de superba suâ, & corruptibili mensâ, pascitur ab eorum vaniloquâ, & falsâ doctrinâ.

CAP. 18. NUM. 21.

Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Usque quo claudicatis in duas partes.

Deum male colere est in vera religione claudicare.

182 PArtes sunt Deus verus, & deus falsus nempe Baal: Quomodo ergo in partem veri Dei claudicare poterant? Vel quia male, tepide, & sine deuotione colebant, vel quia illius cultum cum Baalis cultu simul coniungebant.

Si Dominus est Deus sequimini eum: Si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum.

De vera religione pronuntiare ad populum pertinere nequit.

183 BEne tacet populus, & non respondet, quia ad eum non pertinet, de verâ deitate, & religione discernere.

CAP. 18. NUM. 24.

Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei: Et Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus: Respondens omnis populus, ait: Optima propositio.

Superiores inter se committere iucundum populo spectaculum.

184 NIL gratius populo, quam videre superiores inter se committere, & decertare.

CAP. 18. NVM. 25.

Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis.

Praue ministri religionis nunquam honorifice compellandi.

185 QVia plures estis, non quia plus, vel pluris æstimabiles, noluit Elias eos indebitis laudibus, & præferentiâ sublimare, ne cultui veri Dei derogaret.

CAP. 18. NVM. 29.

Postquam autem transijt Meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat.

Falsi prophetæ verorum simiæ.

186 PRophetantibus, idest, orantibus ad modum verorum prophetarum. Et nota præcipuam rationem ob quam illos prius Elias litare permisit: vt scilicet aduentaret tempus sacrificij vespertini secundum legem; nam cum concertatio inter ipsum, & prophetas Baal commissa fuit, iam tempus legitimum sacrificij matutini transierat.

Dæmon suos asecelas in vrgentiori necessitate deserit.

187 Sed quare dæmon aliquod exterius signum non edidit, quo populus ille falleretur, & honori suorum asseclarum consuleret? Hæc est per antiqua dæmonis proprietas sequaces suos in vrgentiori necessitate, vel ex malitiâ propriâ, vel certius ex impeditiuâ Dei virtute, periculis, & damnis immersos deserere.

CAP. 18. NUM. 46.

Et manus Domini facta est super Eliã accinctisque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

Castimonia reliquas morales præcellit virtutes

188 QVI lumbos præcingit, idest continenter viuit omnes alios cuiuscumque gradus, & dignitatis per viam cõmunem incedentes antecedit.

CAP. 19. A NVM. 2.

Misitque Iezabel nuntium ad Eliã, dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac ora cras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis. Timuit ergo Elias.

Æternæ damnationis comminatio, etsi friuola, timenda est.

189 NON timuit Elias violentam mortem, sed æternam damnationem, quam sciebat, illos pseudo prophetas incurrisse: etsi enim certissimè cognoscebat, Iezabelẽ non habere potestatem inferendi æternum supplicium, nihilominus vir iustus, & æternæ vitæ solicitus ad comminationem damnationis, tametsi friuolam, expauit, & timore per-

percitus aufugit : Et hunc fuisse Eliæ discursum, claret ex eo quod dicit infra num. 4. *Domine tolle animam meam, &c.*

Timuit ergo Elias, & surgens abijt quocumque cum ferebat voluntas.

Quì virum etiam iniquum, & potentem non timet, feminā ira tam timeat.

190 QVI iniquo regi non dubitauit occurrere, impiæ fœminæ comminationem non sustinet, sed timore perculsus fugit, & quidem sufficienti motiuo, & rationali : *Non enim est ira super iram mulieris.* Eccli cap. 25. num. 22.

CAP. 19. NVM. 4.

Cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur.

Anima rationalis mori physice non potest, at moraliter potest.

191 ANima mori non potest physicé, quia immortalis est ; at mori potest moraliter, peccato scilicet, vel mortificatione, & hoc secundum videtur fuisse, quod propheta petijt animæ suæ, præsertim, cum esset iuxta arborem, quæ figura crucis erat.

CAP. 19. NVM. 5.

Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede.

Diuini honoris zelatori creaturæ omnes deseruiunt.

192 VEro honoris diuini zelatori omnes viuentes necessaria ministrant. Uidua, Corui, Angelus, imo, & iuniperus vmbram salutiferam.

Angeli hominē obedientiam docent.

193 Et nota, nunc angelum Eliæ ministrasse, quia iam cæli interdictum sublatum fuerat, supra cap. 18. Vide supra ad cap. 17. num. 5.

CAP. 19 NVM. 9.

Cumque venisset illuc, mansit in spelunca: & ecce sermo Domini ad eū dixitque illi: Quid hic agis Elia?

Viri indignitate cōstituti modeste reprehendendi

194 HOnestus modus reprehendendi virum in tanta dignitate constitutum.

VEL SIC.

Bonus præsul, etiam cum videtur quiescere, nō quiescit.

195 Bonus prælatus, etiam, cum videtur quiescere, agit, & satagit.

CAP. 19. NVM. 19.

Profectus ergo inde Elias reperit Eliseum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum.

Bonus præsul suā depositionem nec differt, nec recusat.

196 PRimo præcepit Deus Eliæ, quod vngeret Hazael in regem super Syriam, secundo, quod vngeret Iehu, filiū Namsi regem super Israel, tertio, & vltimo, quod vngeret Eliseum, filium Saphat in prophetam, cur ergo in diuini præcepti executione hunc ordinem non seruauit, sed à tertio, & vltimo incepit? An quia hæc erat quædam, tam regū in regnis illis tunc dominantium, quā ipsius Eliæ depositio, & voluit Elias á sua depositione incipere ad significandam animi sui resignationem, & obedientiæ prōptitudinem, ne de tanti muneris ambitiosa vnquam retentione notari posset, exemplum Moysis secutus num. cap. 31? Uide quæ ibi ad num. 3. notata sunt.

VEL SIC

Ministri Ecclesiastici præ secularibus ad bonū reipublicæ necessarij.

197 Illa fuit quædam prouidens Dei dispositio ministrorum, tam sæcularium, quam Ecclesiasticorum, qui ad fines prædeterminatos deseruituri erant, & Elias executionem illius dispositionis ab Ecclesiastico ministro incæpit, vtpote ad reipublicæ bonum in primis necessario.

Et ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat.

In Eliseo, & iugis boum Christus, & Apostoli præsignati.

198 Eliseus in duodecim iugis boum solus arans Christū præsignat in duodecim Apostolis mūdum colens, & Euangelicum semen spargens, ideo Lucæ cap. 10. num. 1. dicitur. Apostolos binos præmisisse ad loca ad quæ peruēturus erat.

CAP. 21. NVM. 1.

Post verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrael, iuxta palatiū Achab regis Samariæ.

Res periculosa ad reges quocunque modo approximare.

199 PEriculosissima res, & mille damnis expositā regum vicinitas est, non solum personalis, sed etiam prædialis. Uide lib. 2. Reg. cap. 14. num. 30.

CAP. 21. NUM. 2.

Dabo quæ tibi prò ea vineam meliorem.

Prædia eo meliòra, quo á regalibus distantiora.

200 QVam melioritatē vel ex eo solum, & euidenter probare poterat, quod non erat vicina domui tuæ.

CAP. 22. NUM. 6.

Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros.

Pseudoprophetæ decapitati repullulant.

201 EN citó reparatum, & restauratum numerum falsorum prophetarum ab Elia nuper occisorum, supra cap. 18.

CAP. 22. NVM. 8.

Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum: Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla.

Primi gradus ministri cum inferioribus non annumerandi.

202 Erat tunc etiam Elias, sed non annumeratur cum reliquis Domini prophetis, vtpote sublimioris, & super excellentioris spiritus, & ad eminentiorem categoriam spectantis.

Ab iniquis regibus seruus Dei, nec præficiuntur, nec discedentes retinentur.

203 Et nota terminum, quo de Michæa loquitur, *Remansit*, ac si diceret: Reliquis Domini prophetis à regno meo religionis causa abscedentibus. Michæas sponte remansit, non rogatus, nec retentus.

204 Nota etiam veros prophetas in male moratis regnis, seu rebuspublicis, *Remanere*, seu *relinqui*, cum mali prophetæ coram regibus semper obuersentur.

Boni prophetæ occulti, & absentes relinquuntur; mali semper ob oculos præcipuè obuersantur.

Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.

Ab ex proprio munere veridico nil, nisi veritas perquirendum.

205 ILlud, ob quod propheta regi displicere deberet, esset, quia verum non diceret, est enim ex suo munere veritatis assertor, & minister; sed rex qui á propheta, non verum, sed assentatorium, quodque ipsi magis arrideat, & aures suas demulceat audire vult, quid á parasitis, & adulatoribus auditurus est?

VEL SIC.

Malis regibus dulcis falsitas, amara veritas.

206 Nil prauis regibus odiosius, amarius, & peius, quam veritas; nil suauius iucundius, & melius quam falsitas, & ideo iste dicebat: *Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum*, ideſt, *falsum*, sed, *malum*, hoc est, *verum*.

CAP. 22. NUM. 15.

Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: Ascende, & vade prosperè, & tradet eam Dominus in manus regis.

Plures mali paucos bonos solent corrumpere.

207 EN verum Domini prophetam falsa, licet non ex corde, sed ironice proferentem, & promittentem, hæc est vis vniuersalitatis malorum ministrorum, vt vnum vel alterum bonum, & timoratum ministrum Domini ad falsam suam sententiam saltem exterius trahant, & compellant.

CAP. 22. NUM. 24.

Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?

Etsi

In viro crudeli, ac superbo Spiritus Domini non inhabitat.

208 ETsi Sedecias Spiritu Domini repletus esset, dicerem, quod ob hanc iniustam, & probrosam Michææ percussionem, ab illo illicò discessurum.

CAP. 22. A NVM. 37.

Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam: sepelieruntque regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius.

Dei mulctatrix sententia ob pœnitentiam reuocata ex relapsu in peccatum reintegratur.

209 CVR Achab violentér occisus, & sanguinis eius á canibus ebibitus, cũ sententia in ipsum pronuntiata supra cap. 21. num. 19. reuocata videatur eodem cap. num. 29. An quia in pœnitentiâ non perseuerauerit, sed ad peccata sua, idololatriamque redierit?

CAP. 22. NVM. 50.

Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat.

Societas in cõmercijs cum exteris fugienda.

210 EAmdem politicam, & quidem satis prudentem, & proficuam, obseruant Hispaniarum reges cum ceteris Europæis in expeditionibus cõmertiatorijs ad Indos Occidentis.



LIBER REGVM. QUARTVS

CAP. I. NVM. 4.

Quam ob rem, hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes.

AD CAP. 1. N. 4. LIBRI 4. REGVM.

Lectulus ægritudinalis regũ superbiam retundit.

1 OMMVNI loquendi more dicitur: *Cadere in lectulum*, nõ: *Ascendere*, sed, cumde regibus, & principibus agitur, sic loquendum est, vel ad denotandam superbiam stratorum suorum, ad quæ necessum sit ascendere, vel quia ipse lectulus ægritudinalis phantasticam eorum præsumptionem retundit, & ideo excelsior dicitur, quia illos suppeditat.

Impœnitentis defuncti corpus in sepulchro, anima in inferno sepelitur.

Non descendes sed morte morieris.

2 NON *descendes* per te ipsum, sed ope seruorum tuorum, vt corpus tuum ad sepulchrum efferatur, & ope dæmonum, vt anima tua in Inferno detrudatur, quę mors secunda est, & terribilior: ideo concludit: *Morte morieris.*

CAP. 1. A NVM 5.

Reuersique sunt nuntij ad Ochoziam.

Qui dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini ad regem, qui misit vos.

3 NOta, quanræ sit authoritatis zelosus, rectus & incorruptus Dei ministeri, etiam apud religionis contemptores, & pręuaricatores principes, vt legatos regios, non solum sistere, & deti-

Diuini honoris zelator minister vel inter impios, & infideles magnam habet authoritatem.

detinere, sed etiam retrocedere faciat, & reuerti.

Et dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israel, mittis, vt consulatur Beelzebub deus Accaron? Id circo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

Legatis principum verba mutare, vel variare non licet.

4 VEL ex hoc infertur, istos legatos esse bonos, & timoratos ministros: nam ipsissima prophetæ verba ad regē retulerunt absque additione vllâ, vel diminutione, sic omnes tali munere fungentes cum suis principibus agere debent.

CAP. 1. A NVM. 9.

Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta, qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: Sedentique in vertice montis, ait: Homo Dei rex præcipit, vt descendas. Respondensque Elias dixit quinquagenario: si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.

Sæcularis potestas in pontificiâ non habet imperium.

5 POtestati sæculari non licet Ecclesiasticæ, & pontificiæ potestati præcipere, sed deprecari: ideoque vsque dū supplicatoriè accedunt nō solum non exaudiuntur, sed capite plectuntur. Vide infra â num. 13.

VEL SIC.

A bella religiosa ad aulica negotia non ascenditur.

6 Viri spirituales cum à regibus ad palatia vocantur, de excelso contemplationis monte descendant necesse est.

CAP. 1. NUM. 11.

Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex: Festina, descende.

7 ISte non ait: *Rex præcipit vt descendas*, sed, *hæc dicit rex: Festina, descende.* Aliquanto modestius iste loquitur, sed adhuc præceptiuè, idéo eamdem pœnam subijt, quam præcedens. *Vide supra nu. 5.*

Solemnes actus Tribunalis fidei Christianæ Zelatoris in lege veteri adumbrati.

8 En iam tertium publicum, & solemnem Actum Fidei ab Eliâ vero diuinæ legis Zelatore celebratum, isti enim Israelitæ ex tempore separationis decem tribuum sub Ieroboamo. 3. reg. cap. 12. erant Mosaycæ legis hæretici, sectarij, & schismatici.

CAP. 1. NVM. 13.

Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta, qui erant cum eo. Qui cum venisset curuauit genua contra Eliam.

Vbi Trinitatis vestigium elucet omnia prospere succedunt.

9 IN expressione ternarij numeri pignus, & auspicium fœliciotis euentus Dux iste quinquagenarius adeptus est.

Humilitatis, & reuerentiæ signis potentiores ad infestionibus expugnantur.

10 Sed cur dicitur curuasse genua contra Eliam? Solemne est ministris executoribus mandatorum, quando cum proceribus, & alijs indignitate constitutis agendum est, mille genuflexionibus alijsque reuerentiæ signis vti, vt contra ipsos potentiores negotia suorum pattonorum permittantur exequi.

Et precatus est eum, & ait: Homo Dei, noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum, qui mecum sunt.

Æternæ salutis periculum à viro iusto nunquam despicitur.

11 NIL efficacius Eliam ad misericordiā flectere poterat, quam æternæ salutis periculum, licet forte Tribunus iste de illo non loqueretur.

CAP. 1. NVM. 17.

Mortuus est ergo (Ochozias) iuxta sermonem Domini, quem locutus est Elias.

For-

Sententia Dei per fidelem ministrum pronuntiata statim executioni mandatur.

12 FOrte statim in præsentiâ Eliæ sententiâ Dei pronuntiantis mortuus fuit Ochozias, vt verbum substantiuum de præsenti denotat.

CAP. 2. NUM. 3.

Cumque descendissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, &c.

Prælati prouinciales sic suas visitationes obeant ac si statim è vita essent decessuri.

13 PAulo antequam Elias in paradysum raperetur omnes congregationes, & collegia prophetarum inuisit, sic deberent prælati omnes visitationes suas facere, tanquam statim ex hoc mundo migraturi. Vide num. 4. sequentem.

CAP. 2. NUM. 4.

Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me in Iericho. Et ille ait, viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.

Viri sancti a Deo vocati facillimè charissima mundi deserunt.

14 VIri sancti hinc migraturi facile suos, etiam charissimos, derelinquunt, sed isti, si perfecti sunt vt Eliseus, eos non facile deserunt, sed comitari, & subsequi conantur.

CAP. 2. NUM. 6.

Dixit autem Elias: Sede hic, quia Dominus misit me vsque ad Iordanem.

Nulla præsentis vitæ discessio, etsi absque animæ separatione fiat, sine iudicij discussione fit.

15 ELias iam hinc discessurus ad Iordanem mittitur, *qui fluuius iudicij est*, noluit enim Deus, illam speciem mortis Eliæ, etsi non veram, sed apparentem, absque præuia iudicij, representatiua saltem, discussione concomitante fieri.

CAP. 2. NVM. 8.

Tulitque Elias pallium suum, & involuit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramque partem.

Etiam vbi adest diuina potentia, agere debet quātum potest natura.

16 INoluit pallium, vt fortius aquas percuteret, licet enim miraculosè diuidendę forent, nihilominus ex parte prophetæ omnis conatus possibilis debuit adhiberi.

CAP. 2. NUM. 9.

Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula, quod vis vt faciam tibi, ante quam tollar â te.

Perfectus religiosus, nec in mortis articulo constitutus, propriam voluntatem facit, sed alienam.

17 IN illo quasi mortis articulo, cum omnes propriam, & vltimam voluntatem faciunt, & pronuntiant, noluit Elias suam voluntatem facere, sed alienam, propterea meruit totius christianæ religionis, seu regularis obseruantiæ princeps, & coriphæus æstimari. Uide Reg. 3. nu. 170.

CAP. 2. NVM. 10.

Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quādo tollar á te, erit tibi quod petisti; si autem non videris, non erit.

Inuidentiæ nubes bona spiritualia videre impedit.

18 SI autem non videris, ideſt inuideris, *non erit*; nihil enim plus resistit consecutioni donorum supernaturalium, quam inuidentiæ nube obcæcatum esse.

CAP. 2. NVM. 11.

Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur.

Perfectorum virorum verba omnia non leuia, & euanida, sed rationalia sunt.

19 VIri spirituales tanta prudentiâ, ac perfectione præditi sicut Elias, & Eliseus cum inter se verba commiscent, non colloquntur, & confabulantur, sed *sermocinantur*, seu ratiocinantur.

Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque.

Se inuicem perfecte diligentes separari possunt corpore, sed non affectu.

20 DIuisor, seu mediator inter Eliam, & Eliseū fuit ignis, amoris symbolum, ad denotandum, quod viri perfecti, etsi

etsi longissimè corporibus separentur animorum affectione semper coniuncti remanent.

CAP. 2. A NVM. 12.

Apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.

Dilecti absentia, & præfecturæ onus in maiora intolerantiæ stimula impellunt.

21 SCidit vestimenta sua Eliseus ex intolerabili dolore absentiæ tanti Præsulis, & Magistri, vel ex impatienti consideratione quanti oneris, & laboris ex Eliæ discessu super humeros suos recidebat.

Pallio Zelo ornandus omnia alia despiciat, & abijciat.

22 Vel scidit vestimenta sua, vt pallio Eliæ solummodo vestiretur, & ornaretur.

Sanctorum reliquiæ communibus indumentis non coniungēdæ.

23 Vel scidit vestimenta sua tanquam indigna, quę cum pallio Eliæ ad sui vestitum, & ornatum coniungerentur.

CAP. 2. A NVM. 14.

Percussitque aquas (Iordanis) *& diuisæ sunt huc atque illuc, & transijt* Eliseus. *Videntes autem filij prophetarum, qui erant in Iericho contra, dixerunt. Requieuit spiritus Eliæ super* Eliseum, *Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram.*

Miracula necessaria sunt, vt subditi superioribus suis deferant.

24 NEcessum est quod subditi miracula videant, vt de superioribus suis bonum conceptum, & existimationem concipiant, ipsisque debitam exhibeant obedientiam.

CAP. 2. A NVM. 16.

Qui dixit: Nolite mittere (ad quærendum Eliam) *coegerunt que eum, donec acquiesceret, & diceret. Mittite.*

Cōmunitati collectiue sumptæ in licitis, & honestis à superiore deferendum.

25 OMnis communitas collectiuè sumpta pōtest suum superiorem ad rem licitam, & honestam exequendam obligare.

26 Sed nota, illos suâ authoritate, non misisse, imo nec licite potuisse mittere exploratores ad Eliam inquirendum, donec Eliseus illis prudenter condescendens, licentiam concederet, expresè dicens: *Mittite.*

Dum prælatia viget, omnis authoritas in prælato existit.

CAP. 12. NVM. 19.

Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis.

Situs natura incommodus mortificatis religiosis oportunus.

27 QUomodo potest esse optima habitatio, vbi aquæ pessimæ sunt; & terra sterilis? Talis habitatio optima dici potest, non quibuslibet, sed viris tantum religiosis; & vere mortificatis.

VEL SIC AD LITTERAM.

Amplæ domus habitatio multa incommoda deuotare facit.

28 In illa ciuitate erant domus amplæ, & palatia magnifica, vt splendore habitationis allecti incolæ natiui eam non relinquerent, & externi ad eam confluerēt: & vtrique incommoda aquarum, & terrenæ sterilitatis sustinerent.

VEL SIC.

Inter diuites religiosi pauperes degant, vt vtrique sibi ad inuicem necessaria ministrent.

29 In illa ciuitate habitare non poterant, nisi familię nobiles, & diuites, quæ de longinquo ad vitæ decessaria aduehere possent, ad hanc ergo Eliseus cum suâ prophetica, & paupere familiâ inuitatur, vt spiritualia bona ab ipsis percipiant, quæ corporali refectione, & alimonia rependant Vide 1. Corinth. cap. 9. num. 11.

VEL SIC ALLEGORICE.

In ciuitatibus hæreticorū religiosi degant, vt exemplo suo ac doctrina errores expellant, & in sanā mentē reducant.

30 Per aquas pessimas, malam doctrinam intelligere possumus, ex quâ humani cordis terra, sterilitatem contrahit: per amplas, & diuites habitationes, domus negotiationis, & cōmertij, quales ho-

hodie ferè omnes Hæreticorum ciuitates sunt, in quibus oportet familias religiosas degere, & habitare, vt illas pessimas doctrinæ aquas sanent, & in bonas, ac salutiferas conuertant, & sic terram illam humanam, & rationalem fæcundent, & spirituali rore gratię cælestis viuificent.

VEL SIC.

Aquæ prauorum dogmatũ á nullo melius quam á primo, & summo pastore sanari possunt.

31 Recte viri Ierichontini ad primum pastorem, & illius Ecclesiæ ministrum, nempe Eliseum, recurrunt, vt aquas malæ doctrinæ, & pessimorum dogmatum, quibus infecti erant corrigat, & sanet.

CAP. 2. A NUM. 20.

At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud Sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ, &c.

Euangelicæ doctrinæ sal omnem Mosaicæ legis ægritudinem sanat, & corrigit.

32 PER Eliam allegoricé intelligere possumus legem Moysis; per Eliseum legem gratiæ duplici spiritu animatam, & ideo primum eius miraculum in aquâ factum, & mediante Sale, qui Euangelicæ doctrinæ, & Ministrorum eius symbolum est Matthæi cap. 5. n. 13. Vide Ioan. cap. 2. n. 11.

CAP. 2. A NVM. 23.

Ascendit autem inde in Bethel, cumque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calue, ascende calue. Qui, cum respexisset vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.

33 NON sustinuit Eliseus, vt superior, & ob exemplum prophetarum sibi subditorum eum comitantium, opprobrium, quod tanquam persona priuata vtique sustinuisset. *Superior ob personalem mortificationem, dignitatem suam sperni non permittat.*

34 Et nota, per duos illos vrsos, non incongrue præsignatos esse Vespasianum, & Titum Hebræorum dilaceratores. *Hebræorum dilaceratores per vrsos designati.*

VEL SIC MORALITER.

35 Per pueros paruulos intelligi possunt viri mundiales exiguâ, vel nullâ virtute præditi, qui viros spirituales per viam, seu vitæ discursum ascẽdentes ad Deũ, publice vilipendunt, & scommatibus persequuntur, qui digni sunt quod capite plectantur, & immatura crudelique morte intereant. *Virtutum illisores violenta morte plectendi.*

CAP. 3. NUM. 10.

Dixitque rex Israel: Heu, heu, heu congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manus Moab.

36 PRudenter, & politicè terdicit: *Heu* ad denotandum vtramque fortunã æqualem tribus regibus futuram. *Reges confœderati æquali fortunæ obnoxij esse debent.*

CAP. 4. A NVM. 1.

Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliseũ, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti, quia seruus tuus fuit timens Dominum, & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus; quid vis, vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua, &c.

37 NON expectat Eliseus, quod vidua respondeat, quid sibi velit, sed statim ad illius leuamen procedit, & exaudit illam antequam audiat. *Viduarum necessitati antequam propaletur, succurrendum.*

UEL

VEL SIC.

Ex viduitate legitime paupertas infertur.

38 Statim ac audiuit Eliseus illam feminam esse viduam, non amplius expectauit, vt illam, & pauperem, & indigentem esse crederet; ideoque absque morà ad illius miseriam subleuandam processit.

VEL SIC.

Ecclesiasticæ dignitatis honori minime derogandum.

39 Mulier illa in hunc miseriæ statum deuenerat propter debita à viro suo contracta, qui prophetæ fuit, & in Ecclesiastica dignitate constitutus, noluit ergo Eliseus eam prolixius examinare & interrogare, imo nec suam narrationem ad finem vsque deducere permisit, ne aliquam in maritum culpam iniceret, quę dignitatis Ecclesiasticæ honori derogaret.

At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar.

Fœminæ diligentius ornatui, quàm victui corporis attendunt.

40 Vlnuæ isti omnia ad suam, & filiorum vitam sustentandam defecerãt, oleũ tamen vnctionis, seu muliebris cultus, & ornamenti non defecerat.

VEL SIC.

Cui superflua anxie curat, necessaria, necessario desunt.

41 Quomodo poterant non deesse necessaria illi, cui tantæ curæ erant superflua.

VEL SIC.

Fœminis pigmẽta ornatus propriis filijs pretiosiora.

42 Mulier illa de libertate filiorum periclitabatur; & tamen oleum ornatui suo deseruiens distrahere nolebat.

VEL SIC.

De ornatus apparatu & instrumentis fœminis numquam satis.

43 Forte illa olei quantitas non erat valde exigua, & nihilominus á vidua diminutiue appellatur, scilicet: *Parum olei*, quia fœminis, quæ ad luxum, & ornatum spectant nunquam multa, & magna, semper pauca, & exigua apparent. Et notandum, quod non dicit: *Parum oleum*, sed: *Parum olei*, vt adiectiuum diminuens, & quasi contemptiuum caderet supra quantitatem, nõ supra materiam, seu olei speciem fœminæ illi charissimam.

Nec extrema paupertas fœminis moderationem ornatus vãtet inducere.

44 Et notandum iterũ, quod illa vidua non solum erat summe pauper, sed etiam ære alieno obnoxia, & vsque ad periculum distractionis, & amissionis filiorum deducta, & nolebat adhuc ornatus sui luxum, & vanitatem deponere.

CAP. 4. NVM. 3.

Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

Vide supra n. 41

45 VAsa olei naturalis, & vsualis deerant, cui vasa olei artificialis, & ad luxum confecti non deerant.

Deus ad nostræ mensuram capacitatis beneficit.

46 Sed cur illa vasa á vicinis iubentur exigi, cum possent simul cum oleo comproduci? Primo, ne media naturalia, quæ adhiberi poterant, omitterentur. Secundo, vt ostenderetur, Deum nobis, secundum capacitatem nostram benefacere, propterea ad nos spectat capacitatem præparare, nam olei influxus, & incrementum cessauit statim, ac vasa cessauerũt, vt patet infra num. 6.

Memoriali opus, ne beneficij memoria excidat.

Tertio, vt mulier illa beneficij adeó singularis memoriam retineret, quoties enim vasa repeterentur, beneficæ liberalitatis diuinæ recordaretur.

ALITER ALLEGORICÈ.

Oleum gratiæ in legibus naturali, & scripta eximium, & quasi externum, at in lege Euangelicâ abundantissimũ, & internum.

47 HÆC mulier typus fuit præsentis Ecclesiæ, & antiquæ synagogę, cui post mortem sui viri, nempe Christi, oleum vnctionis, in oleum comestibile conuersum fuit, idest gratia, quæ ante Christi mortem synagogam exterius, & quasi perfunc-

functorie vngebat, post Christi mortem, lege gratiæ stabilita, ad interiora, & intima penetrauit. *Uasa* illa mutuo accepta, & quæ nunquam dicuntur, & leguntur reddita, sunt sacramenta, quæ appellantur, *non pauca*, quia septem sunt, qui numerus secundum scripturæ phrasim, multitudinis est. *Uicinæ* illæ sunt duæ leges naturalis scilicet, & Scripta: *Vacua* dicuntur, quia sacramenta in istis legibus vacua fuerunt, & egena. Domum suam mulier illa, seu Ecclesia super se, & super filios suos clausit, quia Ecclesiæ nullum cum alijs cætibus commertium, filios enim tantum suos, qui sunt vere credentes ad participationem Sacramentorum suorum admittit. Demum, mulier illa omnem olei sui dispositionem ab Eliseo, qui *Vir Dei*, seu *Uir Deus* interpretatur expectat, quia Ecclesia á suo capite, & viro Christo, eiusque Vicario omnia disposita habet, & ordinata.

CAP. 4. NUM. 4.

Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui: Et mitte inde in omnia vasa hæc: & cum plena fuerint, tolles.

Eleemosyna secretissime impertienda,

48 NON solum ingredi domum iubetur mulier, & ostium claudere, sed etiam vsque ad occultiora, & interiora domus penetrare: Cur tantum secretum ad affectationem vsque procuratum? Quia hæc erat quædam eleemosyna, quam Deus voluit secretiori modo possibilli illam facere; erat enim idem elargitor, qui aliquando dicturus, & docturus erat: *Nescia sinistra tua, quod facit dextera tua.* Matth. cap. 6. num. 3.

Eleemosyna caute, & circunspecte eroganda.

VEL SIC.

49 Tantum secretum procurauit Deus, ne aliquando fugillaretur, quod fœminæ habenti oleũ aromatizatum, & ad luxum muliebris ornatus præparatum, eleemosynam erogaret, licet ex multis alijs motiuis legitimam, & cõdignam.

VEL SIC

Taliter facienda bona, vt inde nõ sub oriantur mala.

50 Secretissimé hanc eleemosynam erogauit Deus, ne reliquæ viduæ negligentiores in medijs naturalibus quærendis ad vitam sustentandam redderentur.

Cum Deus super naturaliter agit natura, quantũ potest, operetur.

51 Sed cum illi viduæ miraculose succurrendum esset, & de diuinitaris penu vasa implenda, cur gutta olei illius artificialiter præparati adhibetur? An quia Deus, etiam cum miraculose operatur, quod natura ex parte suâ præstare potest, non despicit?

VEL SIC.

Vide supra n. 51

52 Antequam Deus miraculum de sua omnipotentia depromat, vult nos, media naturalia, quantum fieri potest, adhibere, & propterea huic mulieri dicitur: *Vade, pete, &c.* Vide supra num. 46. & 51.

VEL SIC.

Qui superfluis vale dixerit, necessarijs abundabit.

53 Oleum illud artificiose ad luxum, & ornatum confectum, in oleum commune, & vsuale fuit conuersum, ex quo, & debita á marito contracta soluta, & vidua illa cum filijs per totam vitam sustentata, vt videas, aduertasque, quod parum rei superfluæ, si in necessaria, & naturæ debita conuertatur, & proprijs indigentijs, & alienis obligationibus sufficiat satisfacere.

VEL SIC.

Quod fœmina ornatum suum libenter abijciat mirandum, imo miraculum dici potest.

54 In vnicâ actione duo admirari possumus miracula, seu prodigia; vnum, quod oleum in tam excessiuam quantitatem creuerit. Alterum, quod fœmina oleo orna-

ornatui suo defetuienti libenter, & absque vllâ repugnatia se priuauerit.

VELSIC.

Vide supra n. 53

55 Statim ac mulier illa cæpit superfluis carere, omnibus sibi, filijsque necessarijs rebus abūdare cæpit.

CAP. 4. NVM. 7.

Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tuo tu autem, & filij tui viuite de reliquo.

Theologia Elisei prius iustitiæ quā naturæ attendit.

56 THeologi morum gubernatores, & directores hunc ordinem communiter inuertunt: dicunt enim, primum naturæ necessaria prouidenda: & postea solutioni debitorum attendendum; sed hæc dispositiua ordinatio cum Elisei Theologia contrariari videtur.

CAP. 4. NUM. 14.

Et ait (Eliseus) *Quid ergo vult, vt faciam ei?* (Sunamitidi) *Dixitque Giezi: Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius senex est.*

Religiosus perfectus à sæcularium negotijs omnino abstinet; imperfectus verò eisdemse immiscet.

57 IN Eliseo, & Giezi videre est exemplum perfecti, & imperfecti religiosi: Elias enim, cum frequenter in ædibus illius matronæ hospitaretur, de ijs quæ ad eam pertinebant omnino ignarus erat, imo nec nomen proprium eius sciebat, & propterea nomine appellatiuo ciuitatis in quâ habitabat desumpto vtebatur: At vero Giezi eam, & filio carere cognouerat, & mariti ætatem inuestigauerat, imo, & intimius animi desiderium, nemini adhuc propalatum, penetrauerat.

CAP. 4. A NVM. 21.

Et egressa vocauit virum suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, vnum de pueris, & asinam, vt ex curram vsque ad hominem Dei, & reuertar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt Kalendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit: Vadem, &c.

Agricolæ fruges suas præ filijs æstimare solent.

58 PRudenter hæc matrona celauit à viro suo filij mortem, quem firmiter credebat ab Eliseo fore resuscitandum, sed notanda hominis agriculturæ dediti distractio (ne mentis stupiditatem dicam) tempore præsertim collectionis frugum, vt tunc erat, qui de filio vnico, in senectute adepto, & ægrotante ad matrem remisso, nil curat, & interrogat.

Prudentia ex circunstantiarū diuersitate contraria consulit faciendo.

59 Notandum etiam inter hanc matronam & Abigailem. 1. Reg. cap. 25. discrimen: Hæc á marito ad itinerandum licentiam, & commeatum petit, & ad quem iter suum destinet manifestat: Illa nihil horum facit, & ex casuū, & circunstantiarum diuersitate vtraque prudentissimé operata fuit.

CAP. 4. NUM. 27.

Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: Et accessit Giezi, vt amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.

Primi principum ministri principatus spoliatores

60 PRimi principum ministri, prætextu liberādi eos ab importunitatibus subditorum, illos obsequijs debitis priuant, & quasi principatu expolliāt.

Veros prophetæ semper veridicus nunquam simulator.

61 Sed nota veri prophetæ, & ministri Dei sinceram ingenuitatem: ignorantiam causæ afflictionis, quę Sunamitidem præmebat, fatetur, quam nunquam pseudo propheta propalaret, imo falsam illius notitiam per reuelationem internam affectaret.

CAP. 4. NUM. 29.

Et ille ait Giezi: Accinge lumbos tuos & tolle baculum meum in manu tua & vade: Si occurrerit tibi homo non salutes eum: Et si salutauerit te quispiam, non respondeas illi.

Minister potestatis ostentator potestatem eneruat.

62 MInister ostentatiuus iurisdictionis, & facultatis sibi commissę nihil faciet, quod prosit, & ideo Giezi non suscitauit puerum, quia forte superioris sui Eliśei præceptum non seruauit, sed in omnes obuiam occurrentes baculi virtutem effudit, ac propterea illum virtute eua cuauit.

CAP. 4. NVM. 31.

Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox neque sensus: reuersusque est in occursum eius, & nuntiauit ei, dicens: Non surrexit puer.

suprema potestas non cuilibet subdeleganda.

63 BAculus Eliśei in manu Giezi est potestas suprema per ministrum inferiorē exercenoa; quæ, etsi conuenientibus cautionibus ab Eliśeo tradita fuerit, ex subdelegati defectu, omnino inutilis, & inefficax effecta fuit.

CAP. 5. NUM. 1.

Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ.

Solum de republica benemeritos debent principes exaltare.

64 NON quemlibet, sed illum, qui de republica, & omni regno fuerit benemeritus, debent principes honorare, & exaltare.

Erat autem vir fortis, & dives; sed leprosus.

Mundialia bona malis semper associata.

65 NUnquam mundialia bona absque ponderе grauis detrimenti, quod illa euanescere faciat, possidentur.

CAP. 5. A NUM 2.

Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset Dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum á lepra, quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei, dicens: Sic, & sic locuta est puella de terra Israel.

Vxores viris nil occultare solent.

66 VXorem Naaman statim renuntiasse viro suo, quod á puella Israelitica audierat, non asseritur à textu, sed supponitur.

VEL SIC.

Matrimonij identitas sensuum communionem effecit.

67 Puella Israelitica ad solāvxorem locuta fuit, sed hoc satis, vt maritus audiret, quia vir, & vxor *duo sunt in carne vna*, ac propterea sensus corporei ipsis communes.

Ad Hebræis salus in gentes deriuata.

68 Et notandum per Hebræos, tanquam instrumenta, à Deo salutem gentibus communicatam: nempe per Iosephum Ægyptijs: per hanc puellam Syris: per Tobiam Assyrijs: per Ionam Niniuitis: per Danielem Chaldæis, &c.

CAP. 5. NVM. 7.

Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua & ait: Numquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua?

Non semper malus male loquitur.

69 LOquitur rex Israel, etsi malus, & irreligiosus, de lepra in sensu vero, legitimo, & catholico inter Hebræos, apud quos, hic morbus, ægritudinem, & mortem animæ significabat.

CAP.

CAP. 5. NUM. 14.

Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.

Bapsismi lauacrum etiam corpori, cum oportet profuit.

70 REstituta fuit caro Naaman meliori temperamento, quam illi, quod suæ ætati conueniebat.

71 Vel insinuatur restitutio, non solum carnis, sed spiritus in puerilem innocentiam, virtute baptismatis in illa ablutione præfigurati.

CAP. 1. A NVM. 18.

Hoc autem solum est, de quo deprecaris Dominum pro seruo tuo, quando ingredietur dominus meus tẽplum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace.

Actio externa minus religiosa quandoque ex bona intentione toleranda.

72 TOlerauit quidem Eliseus exteriorem illam idololatriam, sed non expresse, & positiue permisit, vel forte per hoc insinuauit omnem idololatriæ culpam, tam huius, quam aliorum subditorum in ipsum syriæ regem refundi.

CAP. 5. NVM. 20.

Dixitque Giezi puer viri Dei: pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo, quæ attulit: viuit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.

Nullus fere principum minister ab auaritiæ vitio liber.

In male morata republica idem est ditari, ac delinquentem esse.

73 CVM tanti ministet prophetæ fuerit auaritiâ infectus, quis principũ quorumcumque seruus ab hoc vitio liber existimabitur? Sed cur dicit: *Pepercit dominus meus Naaman Syro isti?* An eo tempore delictum erat pecuniam copiosam possidere? Vbi enim pepertio adest, delictum præcedat necesse est. Certé in male moratâ republicâ idem est ditari, ac delinquere.

CAP. 5. A NVM. 25.

Ipse autem ingressus stetit coram domino suo, & dixit Eliseus: Unde venis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quoquam. At ille ait: Nonne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui, &c.

Bonus præsul subditis suis oculis, vel mente debet adesse.

74 BOnus prælatus, quando præsentialiter non adest corpore subditis suis, debet adesse corde, & eos diligendo, & eorum curam gerendo.

Nunc igitur accepisti argentum, accepisti vestes, vt emas oliueta & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas, sed, & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Delicto auaritiæ ministrorum á principibus diu quam parcendum.

75 DElicta auaritiæ ministrorum, qui præsulibus, & principibus immediate assistunt, non propinquitas, non beneuolentia ex frequenti communicatione contracta, nec aliud quidquam obesse debet, quominus statim, & grauissime puniantur.

Sint participes pœnæ qui gaudẽt participio culpæ.

76 Sed cur semen etiam Giezi plagâ lepræ feritur? Quia Giezi, non solum pro se, sed pro suis etiã filijs, & descendentibus ditandis auaritię attem colebat, sint ergo participes pœnæ, qui aliquali gaudent participio culpę.

CAP. 6. A NVM. 1.

Dixerunt autem filij prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus vsque ad Iordanem, & tollant singuli de silua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite.

Crescente religiosorum numero habitatio crescat necesse est.

77 NOtanda religiosorũ incrementa; locus, qui primis fundatoribus sufficiẽs erat, exiguo tempore transacto angustus redditur.

CAP. 6. NUM. 3.

Et ait vnus ex illis: Veni ergo, & tu cum seruis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abijt cum eis.

Subditi absque prælati assistentia & directione potius destruunt quam ædificant.

78 SUbditi sine prælato potius destruerent, quã ędificarent: ideo Eliseus absque vlla detentione, vel cunctatione cum eis perrexit.

A NUM. 5.

Accidit autem, vt cum vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: Exclamauitque ille, & ait: Heu, heu, heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperã. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitque ferrum, & ait: Tolle qui extendit manum, & tulit illud.

Diuturna coexistentia, etiam in insensibilibus, affectionem generat.

79 AN propensio ad manubrium, cui diuturno tempore assotiatum fuerat ferrum, illud contra naturalem suam grauitatem subleuauit? Vt appareat mutuam simul commorantium inclinationem, & propensionem, etiam in omni sensu carentibus rebus, suo modo vigere.

Genij antipathia etiam in insensibilibus viget.

80 Sed aduerte, lignum in aquam missum non fuisse manubrium, nam hoc, verisimile est, quod frater cessor statim ac ferrum amisit ex quadam animi perturbatione, & impatientia in aera ventilauerit, & longissime à se proiecerit. Lignum ergo in aquã missum, fuit lignum tunc ab ipsomet Eliseo cedente, vel præcipiẽte, ab arbore siluestri præcisum, Dicamus ergo ex duplici contraria causa eundem effectum moraliter prouenire potuisse, & quod securis ferrum, sicut ex simpatiã ad manubrium poterat enatare, sic ex antipatia ad lignum ceduũ in aquam proiectum feriendum enatauerit.

CAP. 6. NUM. 26.

Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: Salua me domine mi rex.

Cui in extremâ necessitate succurritur vita donatur.

81 PER hæc verba mulier illa extremam necessitatem expressit, ac si diceret; statim perituram, si ei alimentum á rege non preberetur.

CAP. 6. NVM. 29.

Coximus ergo filium meum, & comedimus.

Pœnæ â Deo inflictæ impœnitẽtibus certissimẽ adueniunt.

82 HIC incursa apparet pœna comminata á Moyse. Leuitici cap. 26. num. 29. & Deuter. cap. 28. num, 33.

CAP. 6. NUM. 30.

Quod, cum audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

Pœnalia pœnitẽtiæ opera quo secretiora tanto Deo gratiora.

83 HÆC opera pœnalia interiora, & non apparentia sunt gratiora Deo, & propitiatoria, non quæ exterius ad aliorum oculos iactantur.

Regalium actionum notitia â parte populi percepta statim in totum populum diffunditur.

84 Sed quomodo omnis populus, etiam si in vnum collectus esset, poterat regis cilicium oculis percipere, quod certe moraliter impossibile, videtur? An quia parte, licet modica, vidente, statim in reliquũ populum notitia diffusa fuit?

VEL SIC.

Interiora regum difficile occultari solent.

85 Interiora regum, etiam si non omnibus, é populo appareãt, solent nihîlominus omni populo patere.

Sed

Veri pœnitentis cilicium non solum carni applicatur, sed etiam carni penetratur

86 Sed cur dicitur vestitum cilicio regem ad carnem *intrinsecus*, & non *interius*, quæ videbatur magis propria locutio? An quia pœnitens ille rex habebat cilicium, non solum intime applicatum, sed etiam carni penetratum?

CAP. 6. NVM. 32.

Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.

Cum rex vigilat subditus in magnis etiam periculis securus quiescit.

87 CUM rex per muros solicitus diligenter incedit securé possunt senes, etiam periculosissimæ obsidionis tempore, in domo sedere.

Mentis innocentiæ omnem animi perturbationem expellit.

88 Et notanda rectæ, innocentisque mentis securitas: capitali sententia à rege cum iureiurando in Eliseum pronuntiatâ ab ipsoque statim scitâ, quiete sedet: imo nec appropinquante iam apparitore, nec mentis tranquilitatem, nec corporis immutat positionem.

CAP. 7. NVM. 13.

Respondit autem vnus seruorum eius: Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel, alij enim consumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus.

Portio animalis hominis per bruta in sacro textu significari solet.

89 PER istos quinque equos exploratores, quinque sensus tropologice intelligi possunt.

CAP. 7. NVM. 18.

Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quãdo ait: Duo modij hordei statere vno erunt, & modius similæ statere vno, hoc eodem tempore eras in porta Samariæ. Quando responderat dux ille viro Dei, &c.

90 HIC eadem ipsissima verba repetuntur, quę præcesserant, n. 1. huius cap. vt palam fieret, nullum Elisei verbum in terram cecidisse.

Nullum verbum propheticum in cassum pronuntiatur.

CAP. 9. A NVM. 5.

Dixitque Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ò princeps, Et surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vnxi te in regem super populum Domini Israel, & percuties domum Achab domini tui, &c.

Oleo Deus, quãdo oportet, corda indurare solet humana.

91 EN per suauissimum, & lenissimum oleum quantam in animum audaciam, & inflexibilitatem ingerit Deus, quando ipsi sontium iusta punitio placet. Ut ex Iehu actis apparet.

Seruus in regem elevatus regni flagellum.

92 Cum vult Deus grauissimum flagellum in aliquod regnum immittere, illi seruum in regem elevatum mittit.

Mali propter bonos honorifica nomenclatura compellantur.

93 Sed cur regnum decem tribuum, ex tempore Ieroboam idolatrantium, populus Dei appellatur? Quia multi adhuc in illo populo erant, qui genua idolis nõ flexerant, & spatium reliquis ad resipiscendum á diuina benignitate concessum, nondum finitum erat; ideo prophetas magnos, Eliã, nempe, & Eliseum illis immittebat, & per alia media eos in sanam mentem reducere procurabat.

CAP. 9. NVM. 11.

Iehu autem egressus est ad seruos Domini sui, qui dixerunt ei: Recte ne sunt omnia? Quid venit insanus iste ad te?

Milites, præsertim schismatici Ecclesiasticos ministros despiciunt.

94 SOlemne est militibus, præsertim schismaticis Ecclesiasticos ministros despicere, ac vilipendere.

CAP. 9. NVM. 14.

Coniurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filij Namſi contra Ioram.

In regem, etiam iniquū, iuſu Dei inſurgere, coniuratio dicitur.

95 HInc claret, quale, quãtumque ſit ius regũ, etiam iniquorum regnum ſuum poſſidentium: ſiquidem declaratio contra ipſos hominis à Deo electi, & à legitimo miniſtro ſacro oleo in regem inuncti, clarè, & expreſsé in ſacro textu coniuratio nuncupatur.

CAP. 9. NUM. 15.

Dixitque Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Hezrabel.

Principes tyranni in primis ſuis actionibus faciles ſe gerunt, ac benignos.

96 IEhu commilitonũ placito ſe accommodat, omnes enim Tyranni, & principes æquo, vel iniquo iure recens introducti in primis eorum motibus, & actionibus oſtendunt ſe faciles, dociles, & benignos.

CAP. 9. NUM. 20.

Nuntiauit autem ſpeculator, dicens: Uenit vſque ad eos, & non reuertitur: eſt autem inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi, præceps enim graditur.

Primorũ cuiuſque regni non ſolum graues motus, ſed etiam leues, notantur, & obſeruantur.

97 ADuertant primores cuiuſque regni, præcellenteſque Miniſtri, eorum non ſolum genium, naturam, affectiones, inclinationes, aliaque grauiora ſub obſeruationem cadere, ſed etiam, modum incedendi, alioſque leuiores motus notari.

VEL SIC.

Primi regum miniſtri præcipites plerunque incedunt.

98 Omnes aulici, præſertim qui regibus immediate adhærent, inceſſu ſuo Iehu filio Namſi aſſimilantur.

CAP. 9. NUM. 22.

Cumque vidiſſet Ioram Iehu, dixit: Pax eſt Iehu? At ille reſpondit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent.

In regno, in quo idololatria, & præſtigiæ vigent, nequit dari pax.

99 IN illo regno in quo adulteria, veneficia, præſtigiæ, & idololatria vigent, nequit dari pax.

CAP. 10. NVM. 7.

Cumque veniſſent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in Iezrahel.

Vide ſupra n. 90.

100 ECce impletam Eliæ prophetiam contra Achab lib. 3. reg. cap. 21. num. 21. Et nota, cophinos eſſe inſtrumenta, quibus vindemiantur vineæ.

CAP. 10. NUM. 18.

Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos: Achab coluit Baal parum; ego autem colam eum amplius.

Idolum condigne colit, qui eiuſdẽ ſacrificulos ipſe mactat, & ſacrificat.

101 ACchab coluit Baal parum, illius cultui plurimos miniſtros, & ſacrificulos deſtinando, & dedicando; ego verò colam Baal amplius, eos omnes ſacrifices, & miniſtros mactando, & in holocauſtum idolo huic iure debitum offerendo.

CAP. 10. ANVM. 28.

Deleuit itaque Iehu Baal de Iſrael: Uerumtamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, non receſſit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.

Deus malos malis quandoque perdere ſolet.

102 PER impium Iehu deſtruxit Dominus impium Achab, & alios plurimos impios ex Iſrael; ſic frequenter vtitur Deus diabolo, vt vindicatiuæ iuſtitiæ ſuæ miniſtro, & inſtrumento.

CAP. 10. NUM. 30.

Dixit autem Dominus ad Iehu: Quia ſtudioſe egiſti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti con-

contra domum Achab: Filij tui vsque ad quartam generationem, sedebunt super thronum Israel.

Nullum obsequiũ Deo præstitum, absque condigna remuneratione relinquitur.

103 QVomodo opus hominis peccatoris, & in statu peccati permanentis oculis Domini placere potuit, cum omnia opera hominis impij, quæcumque sint, oculis Domini displiceant? Displicuerunt quidẽ Domino Iehu opera ex parte subiecti, seu agentis considerata; sed considerata ex parte obiecti grata Deo fuerunt, & remuneratione digna, non quidem æternâ, sed temporali, coronæ scilicet Israeliticæ per quattuor generationes conseruandæ, vt vel hinc appareat, nullum obsequium Deo præstitum, quodcumque illud sit, irremuneratum relinqui.

CAP. 11. A NVM. 4.

Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones, & milites, introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis: & præcepit illis, dicens: Iste est sermo, quem facere debitis: Tertia pars vestrum introeat Sabbato, & obseruet excubias domini regis, &c.

In aliquibus, sed raris, casibus ministrum Ecclesiasticum militẽm agere oportet.

104 TAlia in regnorum œconomiâ aduenire solent accidentia, vt licitum sit, imo expediens, ministrum Ecclesiasticum militem agere, & negotia bellica tractare.

CAP. 11. A NVM. 9.

Et assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur Sabbatum, cum his, qui egrediebantur Sabbato, venerunt ad Ioiadam sacerdotem, qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini.

A bonis principibus arma, religionis causa, potissimum assumenda.

105 ARma ab hostibus erepta deponebat Danid in tabernaculo Domini, in templum postea transferenda, non solum in victoriæ gratificationẽ, sed etiam ad denotandum, arma á regibus, & principibus causâ religionis defensandæ, vel amplificandæ potissimum assumenda esse.

VEL SIC.

Quæ templo reges donari non amittunt, sed sibi iusque conseruant.

106 Quod templis reges offerunt quodcumque illud sit, nunquam amittunt, nec ipsis perit, sed in vrgentioribus necessitatibus promptum habent.

CAP. 11. NVM. 12.

Produxitque filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium.

De persona priuata in regiam aliquem exaltare, ipsum generare est.

107 PRoduxit: Non solum denotat motum localem, sed etiam physicum, qui enim aliquem è tenebris, & vitâ priuatâ ad splendorem regiæ dignitatis euocat, illum genuisse, dici potest.

Reges non sola diademate, sed lege etiam diuina coronantur.

108 Et nota Hebræorum reges non solum diademate, coronari, sed etiam libro legis, quid *testimonium* appellatur.

CAP. 11. NVM. 16.

Imposuerunt que ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium, & interfecta est.

Brutalis mors brutalem indicat vitam.

109 PER viam equorum ducitur, & in eâdem occiditur, vt brutalis illius vita, & mors denotarentur.

CAP. 11. NVM. 17.

Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regem, & populum.

Vt

Qui cum Deo fœderantur firmiter inter se fœderantur.

110 VT fœdus inter populum, & regem ſtet firmum, & permanens, prius inter regem, & populum cum Deo ſtatuendum eſt, & ſtabiliendum.

CAP. 11. NUM. 19.

Tulitque centuriones, & Cerethi, & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thronum regum.

In religione fundata regna ſecure ſtabilita.

111 POſt fœdus cum Domino ſtabilitũ, alioſque pios, & religioſos actus exercitos, per viam portæ ſcutariorũ ducitur ad thronum, vt denotaretur ſecuritas regis ab omni externo impetu, & impulſu præcedentibus pijs, ac religioſis actionibus bene fundata.

CAP. 12. A NUM 4.

Dixitque Ioas ad Sacerdotes: Omnem pecuniam Sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini á prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam ſponte, & pro arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini, accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus ſi quid neceſſarium viderint inſtauratione. Igitur vſque ad vigeſsimum tertium annum regis Ioas, nõ inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta templi, &c.

Cauſa publica, quantumuis pia, & religioſa, negligitur, cum priuatæ aſſotiantur vtilitati.

112 CVM multa eſſent in templo, quæ inſtauratione indigerent, nihil videbatur ſacerdotibus per totum illud decem, & ſex annorum tempus inſtauratione, & reparatione indigere, quia illam pecuniæ ſummam proprijs eorum vſibus applicabant. Videtur regem Ioas illam pecuniam ſacerdotibus applicuiſſe cum onere templum reficiendi, ex quo forte exemplo, quæ olim in Eccleſia ad pauperum alimoniam deſtinata erant, Epiſcopis, & Capitulis diſtribuenda commiſſa ſunt.

113 Et nota, hunc regem in templo nutritum, & educatum ad res Eccleſiaſticas tam formales, quam materiales pié, & religioſè affectum euaſiſſe.

Rex religioſe educatus religioni affectus.

CAP. 12. NUM. 8.

Prohibitique ſunt ſacerdotes vltra accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta domus.

114 VSque dum pecuniam ab illis ſacerdotibus accipi prohibitum fuit hiulca, dehiſcentiaque templi reparata non fuerunt.

Dum templi ſacerdotes proprijs lucris intendunt templum dilabitur.

CAP. 12. NVM. 13.

Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ, & thuribula, & tubæ.

115 DE eleemoſynis templo oblatis non fiebant *hydriæ*, quæ auare ſeruant aquam, non *fuſcinulæ*, quæ ſunt inſtrumenta ad arripiendum, & attrahendum, non *thuribula*, quæ fumum vanitatis emittere poſsint, non *tubæ*, quæ inanem gloriam reſonent, ideo Chriſtus in Euangelio. Matthæi cap. 6. num. 2. aiebat: *Cum facis eleemoſynam noli tubacanere ante te.*

De templi donarijs non licet facere inſtrumẽta, auaritiæ, & vanitatis.

CAP. 12. NVM. 18.

Quam ob rem tulit Ioas rex Iudæ omnia ſanctificata, quæ conſecrauerant Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias, pater eius, reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat: & vniuerſum argentum, quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: miſitque Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalem.

Op-

Bono publico vtiliter & lucratiuè consulit qui qualibet impensa furorem bellicū auertit.

116 OPtima prudensque resolutio, hæc enim omnia, vel ab inimicis diripienda, vel in defensionem regiæ vrbis totiusque prouintiæ, imo multo plura impendenda erant; & insuper belli damna (quę omnium malorum pessima sunt) perpetienda.

Suum æs vltimū est quod reges pro salute populi & sua expendere solent.

117 Et nota regem Ioas, prius templum Domini, quam palatium suum ad hostium contributionem expoliauisse.

CAP. 13. NVM. 14.

Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua, & mortuus est: descenditque ad eum Ioas rex Israel, & flebat cū eo, dicebatque: Pater mi, currus Israel, & auriga eius.

Discipulus magistro æqualis æqualiter laudandus.

118 HÆC eadem verba dixerat Eliseus parenti suo Eliæ in paradysum abeunti sup. cap. 2. num. 12. quibusmet voluit eum salutare, & consolari rex Israel in vitæ discessu, vt vel consortium præmij, & remunerationis significaret, vel ad denotandum Eliseum talem discipulum euasisse, qui easdem ac magister eius laudes mereretur.

CAP. 13. A NVM. 15.

Et ait illi Eliseus: Affer arcum, & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, &c.

Regia manus Ecclesiæ subiecta iactum nō errat.

119 NVnquam errabunt reges iactum si potestati Ecclesiæ subiecerint manum.

VEL SIC.

Contra infideles Ecclesiasticū, & regum braquiū mouendum.

120 In bello contra infideles vtraque manus, & vtrumque braquium Ecclesiasticum nempe, & seculare debet concurrere, sed manus ministri Ecclesiastici, propter honorem religioni debitum superponi.

CAP. 13. NVM. 20.

Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum.

Peccatores de iustorum morte non dolere solēt.

121 NON plānxerunt Eliseum ingrati, & irreligiosi Israelitæ, nam impij, & peccatores non dolere; imo gaudere solent de morte iustorum, ipsorum vitia, & peccata corripientium.

CAP. 13. NVM. 21.

Quidam autem sepelientes hominē, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei: Quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.

In reuiuiscentia peccatoris veritas, & efficacia Euangelici cognoscitur declamatoris.

122 HOC fuit prophetare ossa Elisei, vt dicitur Ecclesiastici cap. 48. num. 14. Peccatorem, in hoc mortuo significatum, á culpa eruere, & ad meliorem vitam suscitare, & super pedes suos rectum stare facere.

VEL SIC.

Mortuum, vel leuiter considerationē tangere viuificare solet.

123 Tangere ossa arida, mortis spolium, hoc est, vel leui tantum consideratione, aduertere, etiam mortuum ad vitam suscitabit. Uide, quæ infra ad cap. Ecclesiastici 48 num. 14. dicuntur.

Vel inanimatæ res sanctorū reliquias appetunt, & quo possunt modo venerātur.

124 Sed quomodo Elisei recens humati ossa tangi potuerunt, & omni nudata carne apparere? An ex anxia terrę appetentia illius venerabilis materiæ caro statim comesta, & consumpta fuit?

Sancti vere pœnitentes, & mortificati in carne sine carne degunt.

125 Vel quod certus est, quia Eliseus continuis ieiunijs, & pœnitentijs ferè nihil habebat carnis, quæ à terra consumeretur.

CAP. 15. NVM. 5.

Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum.

Aza-

In reges solus Deus audet.

126 AZarias dicitur á Domino percussus, per quod innuitur, in regem, nec ipsam naturam, sed solum Deum audere.

VEL SIC.

Maria est domus ab omni inquinamento libera.

127 Rex iste, non solum progenitor, sed etiam typus Christi fuit, qui lepram nostrorum peccatorum super se tulit, propter quod Isaias cap. 53. num. 4. dicit: *Putauimus eum quasi leprosum, & percussum á Deo*, & non sine mysterio aduertitur á Sacro textu regem istum habitasse *in domo libera*, per quam Beata Uirgo Maria ab omni labe libera, & immunis significatur.

CAP. 16. NUM. 5.

Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalem ad præliandum, cumque obsiderent Achaz non valuerunt superare eum.

Rex pro tota regni metropoli supponitur.

128 CVMque obsiderent Achaz: Rex supponitur pro vniuersa ciuitate Ierusalem totius regni metropoli.

Aduersus regem pium, & fidelem nulla infidelitatis coadunatio præualet.

129 Et nota hîc per regem Syriæ significari gentilismum; per regem Israel á cultu veri Dei auersum, hæreticismum exprimi: qui etsi aduersus regem fidelem coadunentur, nunquam præualebunt.

CAP. 16. NVM. 8.

Et cum collegisset argentum, & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis misit regi Assyriorum munera.

In templo nil iniusto titulo reponendum.

130 IN templo, nec in thesauris regis esse debet aurum, & argentum, quod inueniri non possit, hoc est, deceat, omnia enim in hæc repositoria iusto titulo, & ratione intrare debent.

CAP. 16. A NUM. 10.

Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum, cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque Urias sacerdos altare iuxta omnia, quæ præceperat rex Achaz de Damasco.

Impossibile est fidelem cum infidelibus absque religionis detrimento familiariter agere.

131 CUM in lege præscripta esset forma materia, & magnitudo altaris: & quæuis circa hæc mutatio, vel alteratio prohibita, cur misit rex Achaz exemplar altaris prophani ad sacerdotem? Certé impossibile moraliter est, quod fidelis cum infideli familiariter viuat, vel cõuersetur, quin veræ religioni graue damnum, & detrimentum proueniat.

CAP. 16. NVM. 14.

Porro altare æreum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini; posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem.

A cultus, & altaris indebita mutatione incipit nutare religio.

132 EN reiectum altare antiquum à Deo Moysi præscriptum, & delineatũ, & loco ipsius erectum altare sacrilegum, idololatricum, & á dæmone suggerente inspiratum, iam ex hoc nutare incipit regnum Iuda, & vniuersa Hebræorum religio relaxari.

CAP. 17 NVM. 17.

Et consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem: & diuinationibus inseruiebant, & augurijs: & tradiderunt se, vt facerent malum coram Domino.

Se ipsam tradit ad peccandum depraua voluntas.

133 PER illud verbum: *Tradiderunt se*, indicatur ratio voluntarij in peccatis commissis, non ex alienâ sugges-

tio-

tione, sed ex propria praua voluntate, & inclinatione.

UEL SIC.

Qui enormiter peccat se visibilibus, ac inuisibilibus hostibus tradit.

134 Adeo enormiter, & sacrilege peccare, est, se prodere, & tradere in potestatem inimicorum tam visibilium, quam inuisibiliū.

CAP. 17. NUM. 26.

Nuntiatumque est regi Assyriorum, & dictum: Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ ignorant legitima Dei terræ: Et immisit in eos Dominus Leones, & ecce interficiūt eos.

In loco sacro enormiter delinquere iram diuinam prouocat, & vindictam.

135 AD istos Assyrios in sua natiua prouintia idolatrantes, non immisit Deus leones, sed ad idolatrantes in terra sacra, & ad Dei cultum specialiter destinata: Hinc grauitas peccati in templo, vel alio quouis loco sacro commissi ponderanda venit.

CAP. 17. NUM. 28.

Igitur, cum venisset vnus de sacerdotibus his, qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos, quomodo colerent Dominum. Et vnaquæque gens fabricata est Deum suum.

Indignus nomine sacerdos muneris sui ignarus

136 SI non solum docuisset sacerdos iste ritum sacrificiorum, sed etiam cui Domino illa offerre, & destinare deberent, credibile est gentes illas, veram tunc religionem admissuras, nec vnamquamque sibi proprium idolum fabricaturas, & forte ideo nomen istius nefarij sacerdotis non exprimitur: indignus enim nomine, qui munus suum adeo inique, & peruerse adimpleuit.

CAP. 17. NUM. 41.

Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus, & idolis suis seruientes.

Deus non seruili, sed filiali timore cupit reuereri.

137 TImentes quidem Dominum, timore seruili, ne Leones in ipsos immitteret, non timore reuerentiali, & filiali. Sic multi peccatores bono aliquo motu interno, vel externa actione pia, & religiosa contenti grauissima scelera, & continua peccata committere non verentur.

CAP. 18. A NUM. 6.

Et adhæsit Domino, & non recessit a vestigijs eius, fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi. Vnde, & erat Dominus cū eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat.

Qui Deo fidelissime seruit suum negotium agit.

138 REX qui Deo adhæret, & legem eius perfecte obseruat, non solum negotium subditorum, sed etiam se, vel suum negotium agit.

CAP. 18. NUM. 16.

In tempore illo confregit Ezechias Valuas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & tradidit regi Assyriorum.

Quod templo offertur, & Deo, & offerenti proficuum.

139 SI non affixisset Ezechias ianuis templi aurum illud, iam in alios vsus, & forte profanos, in sumptum fuisset, & nunc careret efficaci medio ad pacem redimendam: Uide quomodo, quod templis apponditur, & Deo datur, & dantibus ipsis conseruatur.

CAP. 18. NUM. 21.

An speras in baculo arundineo, atque confracto Ægypto super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? Sic est Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in se.

Rex superior inferiori non tam auxilium præstare solet, quam excidium.

140 SIC est Pharao rex Ægypti omnibus in se confidentibus, & sic, vt plurimum, sunt omnes reges, à quibus

alij

alij debilioris potentiæ præstolãtur auxilium.

CAP. 19. A NVM. 2.

Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus, opertos sacco, ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: Venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturiẽs. Si forte audiat Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, &c.

Quando cũ Deo agimus non tam verbis, quam animo attendendũ.

141 EZechias Isaiæ per internuntios loquẽs dicit: *Deus tuus*, non ex irreligioso despectu, sed potius ex pia, & religiosa humilitate, ex qua non ausus fuit dicere, *Deus meus.*

CAP. 20. NVM. 1.

In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: Et venit ad eum Isaias filius Amos, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ morieris enim tu, & non viues.

Regibus mortem solus Deus denũtiare audet.

142 REgi, quis mortem audeat denuntiare, nisi tantus propheta, & hic non ex ore proprio, sed Dei?

Ad testamentũ confisiendũ mortis articulus expectari nõ debet.

143 Et nota, quod, prius dicit Ezechiæ, quod res suas disponat, & posterius mortem enuntiat, ad instruendum, expectari non debere mortis articulum, ad congruã rerum temporalium dispositionem.

Regi regnũ propria domus, & subditi tanquam domestici reputandi.

144 Sed cur non dicit: *Præcipe regno tuo*, siquidem de toto imperio suo disponere debebat, sed *Præcipe domui tuæ*? Quia bonus rex, cum omnium pater sit, totum regnum, tanquam domum suam, & subditos, tanquam domesticos reputare debet: Vide ad. 2. reg. cap. 3, num. 1.

VEL SIC.

Quo prouidentia humana nõ pertingit diuinæ relinquendum.

145 Cum Ezechias esset iam infirmitate grauatus, & in limine mortis constitutus capax nõ erat tantæ operationis, ac foret; de regno disponere, & ideo solũ præcepit, vt res suas familiares, & domesticas ageret, cetera diuinæ prouidentiæ relinquens.

Morieris enim tu, & non viues.

Iustis mors suauis, & quieta, vita temporalis molesta, & ærũnosa.

146 NON dixit: *Morte morieris*, qui est modus loquendi ad reprobos, sed *morieris*, morte quietâ, & pacifica iustorum, & *non viues* vitâ scilicet, temporali ærumnosâ, & curis regnantium plenâ.

VEL SIC.

Cum Deus verba multiplicat, non resolutiuè, sed comminatoriè agere solet.

147 Ex illa verborum geminatione inferrem, sententiam illã fuisse tantùm comminatoriam, Deus enim in suis resolutorijs decretis semel loqui solet, & solum ad corripiendum verba multiplicat. Vide ad Gen. n. 58.

VEL SIC.

Vita ærumnosa mors est potius dicenda, quam vita.

148 *Non viues*, nam etiam si alij quindecim vitæ anni concedendi sint, cum vita illa futura sit plurimis curis, & ærumnis obnoxia, non meretur appellari vita, sed repetita mors, & ideo reduplicatiuè dico tibi: Quia morieris tu, & non viues.

VEL SIC.

Certitudo mortis vitam minuit.

149 Cum ex illo tempore certo cognoscituras esset Ezechias numerum annorum suorũ, quotidie sciebat, quid ipsi de esset, & sic quotidie moriebatur, iuxta illud Dauidicum Psalm. 38. num. 5. *Notum fac mihi, Domine finẽ meũ, & numerum dierum meorum quis sit, &c.* Et quindecim anni residui, & velocissimé decursuri, tanquã minuta quindecim, seu momenta temporis apparebant.

CAP. 20. A NVM. 15.

At ille respondit: Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcumque sunt in domo mea viderunt: nihil est, quod non monstrauerim eis, in thesauris meis.

Di-

Dixit itaque Isaias Ezechiæ: Audi sermonem Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc in Babilonem.

Rex qui cum alio rum regum ministris caute non agit, & se prodit, & sua prodigit.

150 ADuertant reges, quã caute, & continenter cum alijs regibus, eorumque legatis agere opotteat: Rex enim qui, sine debita circunspectione sed ex quadam animi leuitate thesauros suos, & interiora cordis, aliorum regum, præsertim finitimorum ministris propallat, & se prodit, & illos prodigit.

VEL SIC TROPOLOGICE.

Animæ thesaurus caute ab eius dẽ inimicis custodiendus, & occultandus.

151 Uir spiritualis, & rex passionum suarum, qui thesaurũ virtutum suarum, & thecam cælestium immissionum caute, & prudenter non custodit, sed ministris satanæ, quem deuoret anxie circuentis, & circumueientis, leuiter manifestat, absque dubio, manifesto amissionis, & direptionis periculo exponit.

CAP. 21. A NUM. 2.

Fecitque (Manasses) *malum in conspectu Domini, iuxta idola Gentiũ, quas deleuit Dominus á facie filiorum Israel. Conuersusque est, & ædificauit excelsa, &c.*

Rex qui veram religionem abijcit in naturæ monstrum conuertitur.

152 Conuersusque est in monstrũ naturæ, seu à rege supremo in diaboli infimum mancipium.

CAP. 21. NVM. 3.

Et adorauit omnem militiam cæli, & coluit eam.

Idololatriæ obiectum æternæ salati bellum infert, ideo militari nomine insignitur.

153 Astra idolatrice adorata militari nomine insigniũtur, quia bellum æternæ saluti inferunt.

CAP. 21. A NUM. 10.

Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum prophetarũ, dicens: Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorrhæi, &c.

Idololatria respectu hominis fidelis peccatum lõge grauius quã respectu infidelis.

154 SVpra num. 2. dicitur, Manassem idololatriam gentium, quas Deus, é terra promissionis expulerat, imitatum fuisse; quomodo nunc excessisse, & superasse dicitur? Quia idololatria, & quiuis alius contra religionẽ actus ab homine fideli perpetratus longe grauius piaculũ, & peccatũ est, quã idemmet à quouis homine infideli cõmissus.

CAP. 22. NUM. 7.

Uerumtamen non supputetur eis argentum, quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide.

Argentum Deo dicatum sacrilegæ obnoxiũ subreptioni existimandum non est.

155 PIA, & religiosa hæc Iosiæ regis dispositio, & præceptio: Non enim credibile videtur: pecuniam Deo dicatam, iniustis, & sacrilegis subreptionibus, & vsurpationibus futuram obnoxiam. Vel sic.

Quæ á fidelibus Deo religiosè erogantur bona fide sunt expẽdenda.

156 Quæ à fidelibus Deo libere liberaliter, & religiosè erogantur, libere liberaliter, & fide bona expendenda sunt. Vel sic.

Pecunia inter ministrorum, & calculantiũ manus dilabi solet.

157 Si prædicta pecunia manibus notariorum, & calculis arithmeticis subijceretur, maior ipsius pars inter prædictas manus dilapsura foret, & numquam, vel sero, & male rempli diruta repararentur, & reædificarentur.

CAP. 23. NUM. 12.

Et altaria, quæ fecerat Manasses in duobus atrijs templi Domini destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerẽ eorũ in Torrẽtem cedron.

Idololatriæ instrumenta velociter abjciendæ, ne abijcientem inquiuent.

158 ILla actio fuit ab ipsomet pio, & religioso rege Iosia exercita, & velocissime aduertitur, executa, ne ille sacrilegus cinis illius vectorem, & proiectiuum dispersorem regem fœdaret, & macularet.

CAP. 23. NUM. 29.

In diebus eius ascẽdit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regẽ Assyriorum ad flumen Euphratẽ, & abijt Iosias rex in occursũ eius. & occisus est in Mageddo, cum vidisset eum.

Rex pius ac religionis restitutor martirio coronari dignus.

159 PIissimus rex Iosias occisus est in odium religionis, quam restituerat, & zelatus fuerat.

CAP. 24. A NVM. 3.

Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se, propter peccata Manasse vniuersa, quæ fecit, & propter sanguinem innoxium, quem effudit, & impleuit Ieruſalē cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari.

Idololatria Deū iratū reddit; sed innocētia persecuta inexorabilem.

160 NON tam propter idololatriam, quæ maximum peccatum est, quam propter sanguinem innocentem impie effusū, se Deus inexorabilem ostendit.

UEL SIC.

Vide supra num. 160.

161 Propter idololatriam, & alia plurima scelera Manasses, & peccata ostenditur Deus iratus, & vindex; sed propter sanguinem innocentem effusum, inexorabilis.

CAP. 25. A NVM. 5.

Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locutus est cum eo iudicium.

Cum peccator ad Dei iudiciū sistitur omnia, quæ eum iuuare poterant derelinquūt

162 CVM Deus ad iudicium vocat, peccator, nil, quod eum iuuare possit secum defert, sed omnia eum derelinquntsimo Christus ipse, cum peccatoris personam egit ab omnibus derelictus est. Matth. cap. 26. num. 56. & cap. 27 n 46.

CAP. 25. NUM. 7.

Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.

Miserrimorum oculi lacrymis, non visu indigēt.

163 NON fuit actio adeò crudelis, vt apparet illa oculorum Sedeciæ effosio, vt quid enim rex ille miserrimus, post aspectum tristissimi spectaculi occisionis filiorum suorum, indigeret oculis ad videndum, sed tantum ad plorandum.

Ferrea catena regat, quē suaue iugum legis diuinæ non regit.

164 Sed ad quid catenæ oculis orbato adijciuntur, numquid cæcus fugam capesurus erat? Nō: Sed voluit Deus, quod catena ferrea, & ignominiosa duceret, & regeret, quem recta ratio, & diuinæ legis frænum suaue non rexerat.

UEL SIC TROPOLOGICE.

Diabolus oculos eruere satagit, vt suas catenas injiciat.

165 Diabolus, primum nos cæcare intendit, vt postea suas catenas injiciat, & ad tyrannicam suam seruitutem attrahat.

LI-

LIBER PRIMUS PARALIPOMENON.

CAP. I. A NVM. I.

Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth.

AD CAP. 1. A N. 1.
LIBRI 1. PARALIP.

Pueraſcente mũdo pauci viri memoria commendabiles.

1 IN TOTO illo primæuo ſæculorũ tractu vſque ad diluuium, tredecim tantum perſonæ fuerunt, ſelectæ, & nomine dignæ, memoriæque commendabiles: Abel enim vix fuit, cum defuit.

CAP. 4. NVM. 10.

Inuocauit verò Iabes Deum Iſrael, dicens: Si benedicens, benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præſtitit Deus, quæ precatus eſt.

Bona quæ facimus, potius in noſtrã, quã Dei vtilitatem cedunt.

2 NON refert textus, quid Iabes Deo promiſerit, ſe facturum, ſi bona illa reciperet; & forté, quia, quæ recté facimus, vel potius in noſtram, quam in Dei vtilitatem cedunt; vel quaſi nihil ſunt reſpectu bonorũ á Deo receptorũ. Niſi hîc innuitur prima gratia, quę abſque vllis noſtris meritis á Deo nobis donatur.

CAP. 4 NVM. 22.

Hæc autem verba vetera,

3 VErba vetera, ideſt veterum, ſeu traditiones maiorum: *Verba veterũ, verba vetera.*

CAP. 5. A NVM. 1.

Filij quoque Ruben primogeniti Iſrael (ipſe quippe fuit primogenitus eius, ſed, cum violaſſet thorum patris ſui, data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph. filij Iſrael, & non eſt ille reputatus in primogenitũ. Porro Iudas, qui erat fortiſsimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primogenita aut ẽ reputata ſunt Ioſeph.)

In lege gratiæ natalibus merita præferuntur.

4 HInc infertur, primogenitalem portionem apud Hebræos fuisse vnam partẽ aliquotam ex ijs, quæ reliquis fratribus obtingebant; itaque, primogenitus, quoad hereditatem, quasi duo filij, reputabatur, sed in nostra lege gratiæ ius Ecclesiasticum, non naturæ, sed merito dat primogenituram.

CAP. 9. *NUM.* 1.

Vniuersus ergo Israel dinumeratus est: & summa eorum scripta est in libro regum Israel, & Iuda.

Subditorum scire numerũ regibus ad multa profi-cuum.

5 IN *libro regum* memoratur summa subditorum, tum propter necessariam inter reges subditosque relationem: tum quia ab hac summâ, regum magnitudo, & potentia pendet: tum etiam quia multum interest ad rectam cuiusuis regni vel reipublicæ gubernationem scire numerum subditorum.

CAP. 9. *NVM.* 13.

Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei.

Ad recte Deo in templo ministrãdum tam animi quam corporis vires requiruntur.

6 FOrtissimi robore, non solum spiritus, sed etiã corporis, nam ad recte in templo ministrandum vtrumque robur necessarium est.

CAP. 9. *NUM.* 33.

Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in exedris morabantur, vt die ac nocte iugiter suo muneri deseruirent.

Qui continuas preces Deo fundunt, & memoria aterna, & laude digni.

7 HÆC verba ponderari possũt in anniuersario religiosorum, vel ministrorum & Ecclesiæ choro deseruientium in communi.

CAP. 10. *NVM.* 10.

Arma autem eius (Saulis) conseuerauerunt in fano dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon.

Vindicta consolari dæmonis proprietas.

8 HOC fecerunt, vt idolũ Dagon consolarentur super truncatione capitis sui coram arca testamenti primo regum cap. 5.

CAP. 10. *NVM.* 13.

Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiam pythonissam consulucrit, nec sperauerit in Domino.

De grauibus etiã peccatoribus circa prædestinationem ad vitã pie præsumendum.

9 NON dicit textus: *Mortuus est ergo Saul in iniquitatibus suis*, qui est modus loquendi Sacræ Scripturæ de euidenter reprobis; sed: *Mortuus est Saul propter iniquitates suas*, quod fauet opinioni Hebræorum de prædestinatione ad vitam huius infausti principis. Uide quæ ad 1. Reg. cap. 28. à num. 24. dicta sunt.

10 Et notandum, quod plurima Saulis scelera, & peccata ad duo tantum capita reducũtur, *inobedientiam*, scilicet, & *superstitionẽ*.

Grauissima principum peccata inobedientia ad Deũ, & superstitio.

CAP. 11. *NVM.* 1.

Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua.

In generalibus comitijs populus cum rege potius politice, quã affectiue agere solet.

11 HÆC verba summum & intimum amorem erga Dauidem sonant, sed sensus illorum est magis politicus, quam affectiuus, sic in comitijs generalibus cum regibus agi solet; proferuntur verba amoris, reuerentiæ, & submissionis erga reges plena; sed quæ nihilominus iura populorum non destruant, nec velicent; sed potius adstruant, & augescant, quod infra ex ponderatione horum verborum manifestum fiet.

Os

Populus in vnum collectus á rege honorifice tractandus.

12 *Os tuum sumus, & caro tua:* Aduerte, quod tibi sumus, genere, æquales, & sanguine coniunctissimi; debes ergo nos, tanquam consanguineos tuos honorificentissime tractare.

VEL SIC.

Subditi à principe, non tanquam membra sua naturalia, sed tanquã naturalia considerandi.

13 *Os tuum sumus, & caro tua,* vt intelligas, teneri te nostræ cõseruationi, & indemnitati incumbere, sicut carnem, & ossa tua iure naturali conseruare teneris.

VEL SIC.

Principibus respectu subditorũ vsus, non abusus iure concedẽdus.

14 *Os tuum sumus, & caro tua,* Ne existimes, te habere super nos dominium despoticum, & absolutum arbitrarium vitæ, necisque; sed merum vsum fructum, & hunc legibus diuinis, & humanis taxatum, moderatum, & regulatum, quem ad modum in membra tua dominium non habes concessum, sed vsuram tantum.

CAP. 11. NVM. 4.

Abijt quoque Dauid, & omnis Israel, in Ierusalem, hæc est Iebus, vbi erant Iebusæi habitatores terræ.

Recens inauguratus rex, & milites seligat, & actionem decorã aggrediatur.

15 STatim, ac Dauid in regem proclamatur, bellum iustum, & decorum aggreditur, & viros robore, & fortitudine selectissimos varijs muneribus honorat, & ad se allicit.

CAP. 11. NVM 9.

Proficiebatque Dauid vadens, & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo.

In regijs actionibus securius est lente vadere, quã præcipitãter currere.

16 VAdens, non currens, nec præcipitanter agens, vt Saul: sic enim, nec proficeret, nec Dei fauorem mereretur.

CAP. 11. A NVM. 24.

Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus, verumtamen ad tres vsque non perueuerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam.

Robore præditi frequenter taciturni esse solent.

17 PRudenter elegit Dauid in famulum à secretis, virum, é fortioribus, nam hi, vt in plurimum solent esse valde taciturni.

Magno robore opus est ad secretũ intra clausuram pectoris continendum.

18 Vel quia cognoscebar, magnam fortitudinem, & animi constantiam requiri ad secretum intra pectus humanum continendum.

CAP. 12. A NVM. 16.

Venerunt autem de Beniamin, & de Iuda ad præsidium in quo morabatur Dauid. Egressusque est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacifice venistis ad me, vt auxilietmini mihi, cor meum iungatur vobis: si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet.

Prudens cautelæ regibus ex nullo respectu despiciendæ.

19 NON legitur Dauidem hac suspectiua, & cauta præuentione vsum fuisse cum ceteris aliarum tribuum; sed cum proprijs contribulibus, & eorum amicitiâ, & habitatione coniunctissimis, nempe Beniamitis.

Regnandi vsus simplicitatem in duplicitatẽ transmutat.

20 Sed cur dicit Dauid, se non habere iniquitatem, *in manibus*, hoc est patentẽ, & in operibus? Quia, cum nondum regis munus exercuisset, calidas regnandi artes, & actiones ad cor retrahere, non nouerat, & sic in pectore non habebat iniquitatem, quæ in manibus non apparebat.

CAP. 12. NVM. 32.

De filijs quoque Issachar, viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum, quid facere deberet Israel, principes ducenti: Omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur.

Cauti, & prudentes pedetentim agunt.

21 CVM é reliquis tribubus tam copiosus numerus militum, & partialium ad Dauidem venerit, vt ex contextu huius capitis constat, cur ex tribu Issachar ducenti, tantum mittuntur? Quia isti, cum essent, eruditi, vt aduertit textus, paucos præmisserunt, reliquos expectare facientes, vt quid tempus, & occasio faciendum dictaret caute, & prudenter recognoscerent.

VEL SIC.

Paucissimi, si prudentes, & cauti sint, quam plurimis præferendi.

22 Paucos quidem mittunt ad Dauidem, sed *eruditos*, qui æquiualuerunt, imo, & excesserunt plurimos ab alijs tribubus missos.

Soli sapientes principes ore pleno vōpellandi

23 Et nota, quod isti, *principes* appellantur, non sic turmæ militares ceterarum tribuum.

CAP. 13. NVM. 11.

Contristatusque est Dauid eo, quod diuisisset Dominus Ozam: Vocauitque locum illum: Diuisio Oziæ vsque in præsentem diem.

Coram Mariæ symbolo originalis peccati pœna, nec nominanda.

24 CVR Oza, non dicitur mortuus, vel *occisus*, sed *diuisus*? Quia mors fuit pœna peccato originali inflicta, quæ coram arca testamenti, Mariæ Virginis Symbolo, nominari non decebat.

VEL SIC.

Sacerdos moriēs inter Deum, & homines diuidēdus.

25 Mors sacerdotis non debet alio compellari nomine, quā diuisionis, quia cum sit sequester, & medius inter Deum, & homines, cum resoluitur, vnusquisque debet suam portionem accipere.

CAP. 15. A NVM. 12.

Et dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum sanctificamini cum fratribus vestris, & asserte arcam Domini Dei Israel, ad locum, qui ei præparatus est: Ne vt á principio, quia non eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.

Cuiusuis ê populo suo damnum bonus rex tanquam proprium reputat.

26 FIdelis bonus, & timoratus rex, cum aliquis, é populo suo á Deo percutitur, se & reliquum populum percussum, & castigatum existimat, & vt talis emmendationem procurat.

Rarus rex aliquid sibi illicitū existimat.

27 Nec omittenda illa Dauidis verba modestiæ, & religionis plena, scilicet: *Illicitum quid nobis agentibus.* Rarus enim rex aliquid sibi illicitū recognoscit, vel pronuntiat.

CAP. 15. NVM. 23.

Et Barachias, & Elcana ianitores arcæ.

Synagogica munera, seu officia vmbratilia tantum, & apparētia.

28 HInc infertur fuisse in synagogaofficia quædam ad titulum honorificum solum deseruientia, & sine aliquo exercitio.

CAP. 15. NVM. 27.

Porro Dauid erat indutus stola byssina.

Vestes sacerdotales regali clamydē sanctiores.

29 SI quid regali, & imperatoriæ clamidi, honoris, ac decoris causâ, super indui potest, maxime Ecclesiastica suppelles, & leuiticæ vestes sunt.

CAP. 15. NVM. 29.

Cumque preuenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

Erga Eucharistiam, & Mariā virginem indeuotas omni honorifica compellatione indignus.

30 MIchol, etsi esset filia, & vxor regis, nō appellatur regina propter irreligiositatem, & cum arca testamenti, Eucharistiæ, & Mariæ symbolo indeuotionem; at vero Dauid pijssimus, & arcæ testamenti Mariæ, & Eucharistiæ symboli deuotissimus, *rex* honorifice compellatur.

Et

Rex quo se magis coram Deo deiecit, tanto plus à subditis reuereri facit.

31 Et nota, quod iste Dauid ex religionis iubilo feré insanien; & coram Deo se, & suam dignitatem contemnens, adeó faciebat se ab omnibus subditis reuereri, quod vxor sua eum nō ausa fuerit signo aliquo exteriori, sed solum interne, & in intimo cordis despicere.

Impietatem vult Deus ad ipsorum infamiam mundo propalari.

32 Sed si despectus fuit adeô internus, quis eum propallauit, & mundo vniuerso manifestū fecit? Deus ipse, qui non solum Micholis impietatem sterilitate puniuit, sed etiam infamiâ publicâ mulctare voluit. Vide quæ lib. 2. Reg. cap. 6. ad num. 16. dicta sunt.

CAP. 17. NVM. 7.

Nunc itaque sic loqueris ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus exercituum: Ergo tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel.

Munus pastoritium artis regēdi populos magisterium.

33 NON tuli te cincinno capitis sicut Habacuc prophetam, sed per media naturalia, causas secundas meâ speciali prouidentiâ disponendo, & coordinando. Et nota, frequentem fieri á Deo Dauidi de pastoritio munere mentionem, vt in illo artem regendi homines fundatam esse intelligeret.

CAP. 17. NVM. 8.

Fecique tibi nomen quasi vnius magnorum, qui celebrantur in terra.

Adverbium quasi non minuere, sed æquare solet.

34 ADuerbium relatiuum *quasi* non ponitur hic diminutiue, sed æquiparatiue.

CAP. 17. NUM. 11.

Cumque impleueris dies tuos.

Vitæ nostræ dies sunt vasa bonis operibus adimplenda.

35 DIes vitæ nostræ sunt quædam vasa vacua à Deo nobis tradita, vt illa bonis operibus impleamus: ideo Psal. 72, n. 10. dicitur de iustis: *Dies pleni inuenientur in eis.*

CAP. 17. NUM. 13.

Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.

Ita loquitur Sacra Scriptura, vt sinceriter intelligenti nulla erroris occasio detur.

36 SAlomoni non dixit Deus: *Ego ero illi pater, & ipse erit mihi filius*, sed: *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium*: Perperam ergô Salomoni accommodare conantur Hebræi plurima Sacræ Scripturæ loca, quæ alteri conuenire nequeunt, quam illi cui dixit Deus Psal. 109. *Sede á dextris meis: Filius meus, & tu, ego hodie genui te.* Et: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Matth. cap. 17. n. 5. Et *misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit.*

Impiorum nomē putrescit, ideo eorundem fama fœtet.

37 NON nominat propheta Saulem Dauidis antecessorem, vt verificetur illud proverb. cap 10. num. 7 *Nomen impiorum putrescet.*

Diuinæ misericordiæ conseruatio, vel ablatio, prædestinationis, vel reprobationis argumentum

38 Et hinc conijci potest cōtra Saulis prædestinationem ad vitam, & ex nominis suppressione, & ex diuinæ misericordię ablatione, quam cum á Salomone nūquam ablaturum dixerit, non leue, pro illius æterna salute argumentum desumi potest.

Quod ex Sacra Scriptura cognosci potest Deus reuelare non solet.

39 Et forte propter hoc pie curiosis super hac re multarum animarum sanctarum desiderijs Deus nunquam satisfecit, quia quod ex sacrâ paginâ inuestigari potest, Deus declarare non vult, tum ob Sacræ Scripturæ authoritatem, tum, vt illius studium non negligenter, magno nostri spiritus damno, deseratur, sed in lege Domini die ac nocte meditemur.

VEL SIC.

Quasi erubescit Deus nominare hominem misericordia sua indignum.

40 Saulem nō nominat quasi erubescens Deus nominare hominem á quo, etsi vi peccatorum suorum coactus, misericordiam suam abstulit.

CAP.

CAP. 17. NUM. 27.

Et cœpisti benedicere domui serui tui vt sit semper coram te, te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

Benedictio Mariana domus à primo instanti incœpit per æternitatem durazura.

41 ET *cœpisti benedicere domui serui tui*, idest Mariæ, quæ semper á primo instanti coram te fuit: Ideo in salutatione ipsius, Lucæ cap. 2. fit mentio de domo Dauid, de benedictione, & assistentia Dei.

CAP. 18. NUM. 17.

Porro filij Dauid, primi ad manum regis.

Subditorum nullus regum filijs præferendus.

42 NUllum è seruis, & ministris prætulit Dauid filijs suis, quem non omnes reges imitantur.

VEL SIC.

Rex prudens sub honoris specie de sibi suspectis cauet.

43 Sub specie honoris à filijs proprijs cauebat prudentissimus rex.

Rex prudens filiorum suorum optimus pedagogus, & magister.

44 Vel filios semper iuxta se habebat Dauid, vt mores regios, & eximiam, difficilemque artem regendi populos discerent, etiamque, vt obseruaret, quis illorum aptior esset ad regni successionē, tunc non primogenito destinatā, sed parenti arbitrariam.

CAP. 19. A NUM 2.

Misitque Dauid nuntios ad consolandum eum super morte patris sui: Qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon, ad Hanon: Tu forsitam putas, quod Dauid honoris causa in patrem tuum miserit, qui consoletur te, nec animaduertis, quod, vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius.

Praui consiliarij & regem destruunt, & regnum conuellunt.

45 HIS artibus solent iniqui consiliarij suos principes demereri, & simul perdere, & destruere, quare ergo illi non suggesserunt, vt cautelà vteretur contra cautelam cum seruis Dauid, & non iniuriâ manifestâ? Quia forté intentio eorum erat regem præcipitare, & Martem accendere ipsis solis vtilem, & proficuum, ceteris omnibus pernitiosum, & nociuum, vt euentus cōprobauit.

CAP. 19. NUM. 4.

Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit, & rasit, & præcidit tunicas eorum á natibus vsque ad pedes, & dimisit eos.

Regiæ dignitatis recens adeptæ fastus naturæ, imo, & rationis leges solet inuertere.

46 FAcile credidit Hanon principibus suggerentibus, Dauidem, & diuersa, & maligna intentione legatos misisse, & non ex humano ciuilique motiuo consolationis, quoniam ipse Hanon ex vana gloria regię dignitatis adeptæ de paterna morte nullum mœrorem sentiebat.

CAP. 19. NUM. 17.

Quod, cum nuntiatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitque in eos.

Cū hostibus, quā longe à propria ditione fieri potest, congrediendum.

47 OPtima politica, & belligerendi ars, hostes, non intra prouintiam expectare, sed extra ipsam cum illis cōgredi.

In honore Iesus prius illum recuperet, quam generosum quemuis ædium aggrediatur.

48 Et non sine aduertentia prætereundum, quod ad primam expeditionem contra Ammonitas post legatorum contumeliam, non perrexit ipse Dauid, vel quia se considerabat generoso belligerandi exercitio indignum, dum honor ipsius in legatis vulneratus erat donec per iustam vindictam restauraretur.

Rex in seruis suis offensus per seruos suos se vindicet.

49 Vel quia volebat, quod iniuria seruis suis illata, per eosdem seruos suos vindicaretur.

CAP. dicet.

CAP. 20. NVM. 2.

Tullit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema.

Fœlix regnũ, in quo subditi regẽ adorant.

50 MElchom nomen est idoli, quod hebraice significat: *Rex eorum*: Felix respublica, in qua subditi regem adorant, forte ex hoc inductus fuit Dauid ad conficiendum sibi diadema ex illa corona.

CAP. 20. NVM. 3.

Populum autem, qui erat in ea eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur, sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon.

Totius regni vniuersale vulnus magno indiget medicamine.

51 PRo vindicta sectionis vestium Legatorum Dauidis secuit corpora viua Ammonitarum. An excessiua fuerit vltio, an condigna, alterius iudicium esto: sed certum est, honorem vnius integri regni in Legatis vulneratum, non sine magno medicamine sanari posse.

CAP. 21. A NVM. 2.

Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi: Ite, & numerate Israel à Bersabee vsque Dan: & afferte mihi numerum, vt sciam. Responditque Ioab: Augeat Dominus populum suum centuplum, quam sunt: nonne Domine mi rex omnes serui tui sunt? Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli? Sed sermo regis magis præualuit: egressusque est Ioab, &c.

Minister fidelis, etiam cũ proprij dictaminis repugnantia, est obediens.

52 HIC patet satisfactio, quam habebat rex Dauid de hoc fideli optimoque ministro: etsi enim dictamen contrarium ostendisset, per ipsum, mandatum suum executioni mãdari voluit, sciebat enim illud exactissime completurum, sed regem fefellit opinio, vt patet infra num. 6.

A populi contributiuo grauamine, etiam ad causas pias, quantum fieri potest, abstinendum.

53 Sed cum hæc recensitio fieri posset absque peccato, vel populi damno iuxta præscriptum legis Exodi cap. 30. num. 12. offerendo scilicet singuli Domino pretium pro animabus suis, quare dixit Ioab: Quod in peccatum reputetur Israeli? An quia sciebat adeo auersari Dauidem vniuersales populi contributiones, & gabellas, etiam ad res sacras applicandas, vt mallet legem infringere, quam populum grauare? Et forté hoc expressit Dauid, cum dixit: *Afferte mihi numerum, vt sciam*, idest: Vt ad dispositionem regiminis cognoscam, vel curiositati satisfaciam, non vt tabernaculo Domini collecta fiat.

CAP. 21. A NVM. 11.

Hæc dicit Dominus: Elige, quod volueris, aut tribus annis famem, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam versari in terra tua.

Mitius Deus per se ipsum, quam per creaturas punit.

54 SVpplicium á Deo immediate infligendum longe breuiori tempore, quam reliqua duraturum erat: Et nota, quod de illa pestilentia non dicitur, quod *grasatura erat*, in populo, sed, cum esset gladius Domini, quod esset tantum *versatura*.

CAP. 21. NVM. 13.

Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustiæ premunt, sed melius mihi est, vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quam in manus hominum.

De

Boni principis character est, tãquam propria membra subditos æstimare.

55 DE damno populi loquitur Dauid tanquam de malo ipsiusmet cor præmente, & à se ipso totaliter sustinendo, quia tanquam propriam ipsius personam subditos suos æstimabat, quæ optimorũ principum proprietas, & character est.

CAP. 21. *A* NVM. 16.

Leuansque Dauid oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cælum, & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum contra Ieruſalem, & ceciderunt tam ipse quam maiores natu vestiti cilicijs, proni in terram. Dixitque Dauid ad Deum: Nonne ego sum, qui iussi, vt numeraretur populus? Ego qui peccaui: ego, qui malum feci: iste grex, quid commeruit?

Non pauci principes, non suis, sed alienis oculis vident.

56 DAuidem *oculos suos* leuasse aduertit textus, quia sunt multi reges, qui non vident oculis suis, sed alienis.

Perperam cum ministro executore incorruptibili de supplicij suspensione agitur.

57 Et notandum, quod cum angelum viderit non dirigit orationem suam ad angelum, ministrum executorem, sed ad Deum Imperatorem.

Multe artibus vti tur bonus rex, vt damna imminẽtia à populo suo auertat.

58 Et nota, quod Dauid, qui paulo ante, populum suum tanquam propriam personam reputabat, iam se ab illo discernit, & separat, cum scilicet supplicium diuinum ad se trahere, & ab illo auertere nititur; & de populo cũ Deo loquens, ei nomen rei pecuariæ accommodat, & gregem ouiũ appellat, tum, vt populi innocentiam innueret, tum, vt se ipsum humiliaret, sua primordia recolens, vel, vt primi ab angelo occisi tanquam sacrificium placationis à Deo acciperentur, quo ira ipsius mitigaretur, & ceteris parceret.

CAP. 21. *A* NVM. 24.

Dixitque rex Dauid: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo, quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos.

Deo gratificatoria munera de proprio penu, nõ de alieno censu offrenda.

59 HÆC aduertant, qui cum Deo ex alienis liberales, & gratificaui se ostentare volunt.

Rei emptæ satisfactio, non denumerata soluũ, sed de appensa pecunia debet fieri.

60 Et nota: Verba illa: *Iustissimi ponderis*, significare, Dauidem non solum numerari iussisse, sed etiam appendi pecuniam illam, ne minimum quid deficeret, vel etiam illud, quod ex fricatione, & aureæ monetæ vsu deperisse poterat.

In Christi, & Mariæ typo nil alterius, quam diuini iuris reperitur

61 Nota etiam, quod in toto illo spatio locali, in quo illud sacrificium oblatum, & postea templum ædificatum fuit nihil omnino iuris alieni remanserit: quod Deiparæ immutati accomodari potest.

CAP. 21. NVM. 30.

Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

Qui iræ diuinæ gladium, vel solo visu, percipit. ad Mariæ symbolum accedere nõ valet.

62 AD locum in quo Maria Virgo Immaculata, vt cumque significatur, non solum ire non præualet, qui gladiũ iræ diuinæ in se expertus est, sed nec qui illum visu, vel alio sensu percepit.

CAP. 23. NVM. 4.

Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, viginti quatuor millia: præpositorum autem, & iudicum sex millia.

In Ecclesiasticorum moribus cõponendis ingens cura adhibenda

63 PRO quaternis quibusque Leuitis vnus præpositus, seu prælatus assignatur, ad

est,

ad denotandam exactissimā huius Leuitici, & Ecclesiastici status morigerationem, & quantum curæ adhibere oporteat, ne in leues deffectus, quantominus grauia peccata prolabantur, quorum exemplo ceteri fideles corrumpantur.

CAP. 23. NVM. 29.

Sacerdotes autem super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram.

Pœnitentiale Ecclesiæ forum in lege veteri præsignatum.

64 SAcerdotes *super omne pondus* præficiuntur, per quod denotatur: omnia iudicio diuino reseruanda: hoc enim fuit figura fori pœnitentialis in lege gratiæ exercendi: *Pondera* enim in notissima, & frequentissima phrasi Sacræ Scripturæ peccata significant.

Vide supra n. 64.

65 Et nota, in hoc textu Sacerdotium legis gratiæ plene, & adequate figuratum: Potestas, scilicet in corpus Domini verum, in præfectura panum aliorumque sacrificiorum similagineorum. Potestas in Corpus Christi mysticū, quod est Ecclesia, in præfectiua authoritate super omnia ponderā.

CAP. 25. NVM. 6.

Uniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis, & psalteriis, & citharis in ministeria domus Domini iuxta regem.

Sub pio ac religioso rege Ecclesiæ ministri conregnant.

66 REgnante pio, & religioso rege omnes tēpli ministri, sunt etiam ministri regis, & non quales cumque, seu remotiores, sed ipsius regis personæ intimi, & proximiores. Uide n. 3. & 5. huius capitis. Forte ex hoc exemplo in Hispaniarum imperio, omnes Ecclesiarum præsules sunt consiliarij status regis honoris gratiâ.

CAP. 25. NVM 8.

Miserūtque sortes per vices suas, ex æquo tam maior, quam minor, doctus pariter, & indoctus.

Quandoque in promotionibus sors electioni præferenda.

67 SOrs cæca maiorem, & minorem, doctum, & indoctum pariter miscet, & confundit, non sic discreta prudens, & rationalis electio, sed quandoque ita in distributiua iustitia procedere oportet, vt disturbia, schismataque præsertim in comunitatibus euitentur.

CAP. 26. NVM 5.

Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi Dominus.

Octauus numerus, fortunatus.

68 OCtauus semper est numerus fortunatus, & benedictus.

CAP. 26. NVM. 15.

Obededon vero, & filij eius ad Austrum: in qua parte domus erat seniorum concilium.

Triclinia à sole illustrata ad habitandum commodiora.

69 HÆC pars meridionalis erat magis sanitati & commoditati congruens, vtpote radijs solaribus tempore hiemali magis illustrata, ideoque senioribus ætate prouectis applicata fuit.

CAP. 26. NVM. 32.

Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei, & regis.

Vide supra n. 66.

70 PRudens, & religiosa politica Dauidis; ministeria Dei, regisque semper cōiunxit.

CAP. 27. A NVM. 5.

Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio erat Banaias filius Ioiadæ sacerdos, & in diuisione sua viginti quattuor millia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta, præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius eius.

Sacerdotium nomen est muneris, & honoris.

71 FOrte Banaias iste dicitur *sacerdos*, non propter

ter officium á maioribus natiuitatis iure acquisitum, sed propter personalem præeminẽtiam, sicut, 2.reg.cap.8.num.18.dicitur: *Filij autem Dauid sacerdotes erant.* Vel si Banaias erat legitimus sacerdos, vt certius videtur, ob id dicere possumus, quod militaris ducatus habebat solum honorificum titulũ, & Amizabad filius eius iuuenis, nondumque sacrificiorum muneri applicatus, habebat ducatus paterni exercitium.

CAP.27. NVM.32.

Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, vir prudens, & litteratus.

Prudẽtia, & litteræ boni consiliarij constitutiuum.

72 HÆC duo sunt quæ præcisè requiruntur ad bonum consiliarium constituẽdum, prudentia, & litteræ, sed prudentia, principalius, ideo in sacro textu litteris præponitur.

CAP.28. NVM.5.

Sed, & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini super Israel.

Rex Dei vicarius minister est.

73 NON dixit Dauid: *Vt sedeat in throno meo,* vel: *In throno regni mei,* sed: *In throno regni Domini,* vt aduertant reges: regna quibus præsunt nõ esse sua, sed Dei, nec in illis habere proprietatem, sed vicariam Dei administrationem: *Domini enim est regnum, & ipse dominabitur gentiũ:* Psal.21.num.29.

CAP.28.A NVM.9.

Tu autem Salomon, fili mi, scito Deum patris tui, &c.

Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum.

Prius Deum relinquimus quam à Deo relinquimur.

74 PRius nos relinquimus Deum, quã Deus proijciat nos. Et nota verbum illud *in æternum,* contrarium esse opinioni de æterna Salominis salute.

CAP.28. NVM.11.

Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & tẽpli, & cellariorũ, & cænaculi, &c.

Omnes templi lineas Deus delineat.

75 SIcut olim delineatio arcæ testamenti, tabernaculi, & reliquorum ad illud pertinentium à Deo excogitata fuit, & Moysi tradita, sic nunc delineatio templi, á Deo in Dauidem peruenit, & per hunc in Salomonem. Vide infra in hoc cap. num. 19.

CAP.29. NVM.1.

Locutusque est Dauid rex ad omnem Ecclesiam: Salomonem filium meũ vnum elegit Deus,

Virsapientia præcellens vnus, imo vnicus appellãdus.

79 VNum, idest solum, seu tantum, vel *vnum,* idest vnicum, & inter reliquos filios meos singularissimum sapientiâ ceterisque donis tam naturalibus, quam supernaturalibus.

Adhuc puerum, & tenellum: opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.

In puerili innocentia Deus libentius habitat.

77 AD opus grande nonne melius eligeretur iuuenis robustas, quã tenellus puer? Non quidem, nam cum illud grãde opus sit habitatio, non homini præparanda sed Deo, ad illud aptior est pueri simplex innocentia, quam iuuenis corrupta malitia.

CAP.29. NVM.11.

Tua est, Domine, magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria.

Dei magnificẽtia ceteris attributis præstat.

78 MAgnificentiam Dei præfert Dauid ceteris attributis, vt suis principibus & tribunis, reliquoque populo deliberalitate erga Deum à num.6. relata gratularetur.

Victoria Deo digna, homines ad liberalitatem inducere.

79 Sed cur hîc Deo attribuit victoriam? An quia mouere homines ad tam profusam liberalitatem fuit victoria Deo digna?

LI-

LIBER SECVNDUS PARALIPOMENON.

CAP. I. NVM. 9.

Nunc ergo Domine Deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo, tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quam puluis terræ.

AD CAP. 1. N. 9.

LIBRI 2. PARALIP.

Reges naturali-ter subditorum appetunt depressionem.

1 EDVABUS cõparationibus Abrahamo á Deo factis, stellarum scilicet, & pulueris, non primam vsurpauit Salomon, sed secundam, forte ex indita iam, & quasi naturali ambitione, qua subiectum sibi populum despiciebat, & calcabilem habere cupiebat.

CAP. 1. *NUM.* 11.

Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animos eorum, qui te oderant.

Vindictam, etiã licitam, Deus nõ approbare solet.

2 FOrte per vltima verba sugillatur á Deo postrema Dauidis dispositio Salomoni commendantis vindictam aliquorum, qui in se peccauerunt. 3. Regum cap. 2. á num. 5.

CAP. 1. *NVM.* 12.

Sapientia, & scientia data sunt tibi: diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi.

Scientia regibus necessaria, diuitiæ accidentaliter sunt.

3 SApientia, & scientia regiæ dignitati non solum necessariæ sunt, sed etiam quasi essentialiter constitutiuę; diuitiæ vero, & gloria ad eandem dignitatem accidentales, & accesoriæ sunt, ideo loquens de primis, ait textus: *Data sunt.* Loquens verò de secundis, ait: *Dabo tibi.*

Inferiorũ genio se Deus accõmodare solet ad regum institutionẽ

4 Sed modus iste loquendi notari dignus: *Sapientia, & scientia data sunt*, sine personæ tantis expressione, non sic *diuitiæ substantia, & gloria*, quarum Deus se largitorem exprimere dignatur, dicens: *Dabo tibi.* An Deus acommodat se aliquando stilo hominum, qui, cum pluris æstiment mundiales, & corporeas, licet vanas, quam spirituales, licet veras, & solidas, diuitias, illarum se, non veró istarum largitorem ostentare vult?

VEL SIC.

Deus humanitatis candidatus se hominũ opinioni quandoque accõmodat.

5 Prænouerat Deus, Salomonem aliquando dicturum: *Qui addit scientiam, addit, & laborem.* Eccleſiastes cap. 1. num. 18. Et: *Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea*, supra nu. 13. Noluit autem, Deus se tanti mali, in Salomonis opinione, inductorem expresse nominare.

VEL SIC.

Promissiones humanæ, nisi diuina authoritate firmentur, fallibiles, & incertæ.

6 *Sapientia, & scientia* de præsenti *data sunt; diuitiæ substantia, & gloria*, de futuro promissæ, has ergo roboret Deus authoritate suâ; omnes enim promissiones humanæ fallibiles, & incertæ sunt, nisi diuinâ authoritate firmentur.

CAP. 1. NUM. 17.

Quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta.

Res selecta, ex pluralitate, de æstimatione non cadunt.

7 IN hoc denotatur, quod erant omnes equi selecti, & ideo tantum pretij dabatur respectiue pro pluribus simul emptis, quantum pro vnoquoque singillatim pecuniâ commutato.

CAP. 2. NUM. 1.

Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi.

8 DEO *domum*, sibi *palatium*, quę est vox grandi loqua, & ostentatiua: diligentius, & magnificentius solent multi reges rebus temporalibus ad fastum, & dignitatem suam spectantibus prouidere, quam rebus spiritualibus, & ad diuinum cultum pertinentibus.

Non nulli reges amplius vanitati suæ, quam religioni attendũt.

VEL SIC.

Immenso Deo quoduis ædificiũ angustũ, augustum nullum.

9 Cuilibet regi, etsi amplissimo dominio polleat, potest in terra palatium satis augustum ædificari; sed vero Deo, quoduis palatium, etsi immensa amplitudine distendatur, domus ex gua erit.

VEL SIC

Rex religioni attendens sibi prospicit.

10 Eadem actio est in regibus, & reliquis principibus, cultum Dei procurare, ac sibi prospicere, & domum suam regiam stabilire.

VEL SIC.

Patentior debet esse omnibus domus regia quam Dei basilica.

11 Deo *domum*, quod est nomen obscurius, quia in illa domo futura erant multa loca arcana; alia vni soli, nempe summo Sacerdoti, semel in anno: alia minoribus sacerdotibus per vices suas bis in die tantum penetrabilia, alia leuitis solum permissa, & pauca, eaque remotiora, omnibus patentia: At regis habitatio, *palatium* esse debet, quæ vox, vel à: *Palam*, vel à: *Patendo omnibus*, ortum habet.

VEL SIC.

Templum est domus communis in qua debemus immorari, & spiritualiter comedere; non vero sterlere.

12 Deo *domum*, quæ vox habitationes communes ciuium significat, ad denotandum, quod templum habere debemus tanquam domos proprias, vt in illo quotidie, & frequenter de-

detineamur, commoremur, & spiritualiter comedamus, non tamen vt dormiamus, vt reprehensiue aduertit Apostolus 1 Corinth. cap. 11.

CAP. 2. NUM 9.

Vt parent mihi ligna plurima. Domus enim, quam cupio ædificare, magna est nimis, & inclyta.

Res á regibus efficaciter volitæ, etiam infectæ, pro factis reputantur.

13 SI Domus Dei adhuc solum erat in mente, & desiderio Salomonis, quomodo de illa enuntiat, quod *magna, & inclyta* de facto, & de præsenti sit? An quia, quod reges, & principes in desiderio feruenti habent pro iam facto, & completo iudicant, & ennuntiant?

VEL SIC.

Res in regũ mẽte conceptæ maiores sunt, quam re ipsa executæ.

14 Domus illa adhuc erat solum in idea, & mente Salomonis, & omnia, dum in mente nostra sunt, magna nimis sunt, vel certè maiora, quam re ipsa sunt.

VEL SIC.

Mariæ typus in sui conceptione perfectus, & magnificus.

15 Domus illa, etsi nondum ædificata, nec incœpta, sed tãtum concepta, iam *magna, & inclyta* erat, propter typicam Mariæ Uirginis Deiparæ representationem.

CAP. 2. NUM. 13.

Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum Hiram, patrem meum.

Viri in quauis arte insignes á regibus, tanquã patres æstimãdi.

16 HIram, patrem appellat, non physice, sed moraliter, propter voluntatis affectum, & venerabilem illius senectutem, ob quam etiam rationem, dicitur pater Salomonis infra cap. 4. num. 16.

CAP. 3. NUM. 1.

Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi.

Typus Synagogæ vagus: typus Ecclesiæ stabilis.

17 TAbernaculum synagogæ typus, & compendium, semper vagum incertum, & tandem dissipatum: At verò templum, Ecclesiæ symbolũ, & prophetia, solidum firmum, stabile, & in possessione viri gentilis ædificatum.

VEL SIC.

Mariæ typus ante formationem redemptus.

18 Templum Salomonis expressissimum Virginis matris symbolum in portione terræ prius præparatæ, & redemptæ ædificatum, seu ædificari incœptum, & consummatum fuit.

CAP. 3. A NUM. 6.

Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. Porro aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, &c.

Omnes ministri Ecclesiæ selectissimi esse debent.

19 MArmor pretiosissimum pauimenti sunt ministri inferiores Ecclesiæ: aurum sacerdotes sunt, qui non indiscrete, & inconsiderate, leuique, & perfunctorio præeunte examine eligi, & initiari debent, sed quasi aurum ad ignem excoctum, & omnibus fæcibus repurgatum.

CAP. 4. NUM. 4.

Et ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant, ad Aquilonem, & alij tres ad Occidentem: porro tres alij Meridiem, & tres, qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum.

In synagoga visceribus latebat Ecclesia.

20 MAre significat vnum baptisma, *boues*, Apostoli, eorũque successores, per quod vas, tẽpli maximũ, & rotundũ cũ om-

omnibus ad illud pertinentibus exprimebatur, vnũ baptiſma, per vniuerſum mundum prædicandum, & indiuiduæ Trinitatis inuocatione conferendum Ideo dicitur infra num. 15. *Mare vnum, &c.*

Baptiſma frigus infidelitatis calefacit, & illuminat.

21 Et nota quod reſpicientia boum baptiſma ferentium incipit ab Aquilone infidelitatis, & terminatur in Oriente beatitudinis.

CAP. 5. A NVM. 2.

Poſt quæ congregauit (Salomon) *maiores natu Iſrael, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Iſrael in Ieruſalem, vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quæ eſt Sion. Venerunt itaque ad regẽ omnes viri Iſrael in die ſolemni menſis ſeptimi.*

Rex ſubditorum commoditati ſe. quantum fieri poteſt, accommodet.

22 ATtendens Salomon, & proſpiciens populi quieti, & commoditati noluit eum alio tempore conuocare, quam, quo ex præcepto legis conuenire debebant, iuxta præſcriptum cap. 23. & 34. Exodi, & cap. 16. Deuteronomij.

CAP. 5. NVM. 9.

Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululum longiores erãt capita patebant ante oraculum.

Nil infectũ omiſit Deus, vt breuis ſynagogæ duratio omnibus pateret.

23 ARca iam in templo quieſcente, & collocata, vectes ab illa extracti non ſunt iuxta præſcriptum legis Exodi cap. 25. num. 14. & 15. vt intelligerent Hebræi non futuram perpetuam arcæ, non ſolum in pelliceo tabernaculo, ſed nec in templo illo manſionem; quod, vt clarius illis conſtaret, diſpoſuit Deus, quod vectium capita non manerent intra oraculum occulta, ſed patentia.

Si vero quis paululum fuiſſet extrinſecus, eos videre non poterat.

Sacræ Scripturæ non littera; ſed ſpiritus principaliter attendẽdus.

24 SI quis percipiat extrinſecus, hoc eſt in cortice litteram Sacræ Scripturæ, nec vectes, quibus arca transferenda, nec alia plurima penetrabit myſteria; ſecus ſi intrinſecus, & medullitus ſpiritum eius, purgatis animę oculis, inſpexerit.

CAP. 5. NVM. 14.

Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

Beatorum animæ templa ſunt gloria Dei completa.

25 SYmbolum ęternæ beatitudinis, quâ quiuis iuſtus glorificandus eſt, qui domus, & templum Dei in hac vita fuit, & ita diſceſit.

CAP. 6. A NVM. 5.

Neque elegi quemquam alium virum, vt eſſet dux in populo meo Iſrael, ſed elegi Ieruſalem, vt ſit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt conſtituerem eum ſuper populum meum Iſrael.

Electio non duratura, quaſi nõ fuiſſet, reputanda.

26 NOnne elegit Deus Samuelem, & alios in iudices, & Saulem in regem, cur de ſola Dauidis electione mẽtionem facit? Quia illos non ſtabili, & ſucceſsiuâ in filios permanentiâ populo Iſraelitico præfecit, ſicut Dauidem, & filios eius.

VEL SIC.

A Diuina vocatione excluditur, qui Deo vocanti non reſpondet.

27 Saul excluditur, quia diuinæ vocationi non correſpondit, talis enim ab electione diuinâ excludi commeretur.

Deus libertati hominum nunquam derogat.

28 Et nota textum dicere: Deum conſtituiſſe Dauidem ſuper populum Iſrael, generice, ſed non dicere ſpecificé, quid muneris illi impoſuerit, quia Deus hominem præficit, illum regulis, & præceptis tam internis, quam externis ad bene operandum inſtruit, & inſtituit, relinquens in manu conſilij ſui liberique arbitrij vſu regem agere, vel tyrannum.

CAP.

CAP. 6. NVM. 18.

Ergo ne credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram?

Nobis Christianis credita, quæ Iudæis incredibilia.

29 NON solum credibile, sed credendum, cum Dominus fiat *Emmanuel*, id est: *Nobiscum Deus.*

CAP. 6. NVM. 24.

Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuū, & fuerint deprecati in loco isto, tu exaudies de cælo, &c.

Omnia mala ciuilia, & naturalia à peccatis oriunda.

30 BElla quę in prouintijs, & regnis insurgunt, & grasantur, pœna sunt peccatorū; similiter, siccitas cæli, sterilitas terræ, corruptio aeris, cathaclysmi aquarum, ceteraque elementaria mala, vt ex contextu huius capitis perspicuum est.

CAP. 6. NUM. 30.

Tu enim solus nosti corda filiorum hominum.

Humani cordis scrutatio magna Dei perfectio est.

31 MAgna perfectio Dei, scrutari corda, & renes hominum, quæ in prærrogatiuâ imparticipabilitatis à creaturis, alias Dei perfectiones videtur præcelere: ideo in textu exprimitur: *Tu enim solus nosti corda filiorum hominum.*

CAP. 6 NVM. 32.

Externum, quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, &c.

Gentilitatis cōuersio pluries in sacris litteris prophetata.

32 HÆc videtur prophetia populi gentilici ad Deum conuertendi.

CAP. 7. NUM. 1.

Cumque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta, & victimas.

Cor liquescens pretiosum precū metallū fundit.

33 FVsio optime cōgruit precibus ardentissimis Salomonis, illæ enim ex corde liquescenti fluxerunt.

34 Et nota quam auidus, imo & famelicus est ignis diuinus de oblationibus nostris puro corde factis, quod non aferat textus holocausta cremata, sed deuorata fuisse.

Diuinus ignis pia holocausta deuorat.

VEL SIC.

Passiones Diuinæ per humanas veniunt cognoscendæ.

35 Ut ignis diuini explicaret consumptiuam violentiam, ab humanâ auiditate sumpsit metaphoram.

CAP. 7. NUM. 6.

Sacerdotes autem stabant in officijs suis: & leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus suas.

Peritus instrumēti musici pulsator ipsum, non solum resonare facit, sed etiam pronuntiare.

36 HYmnos Dauidis manibus, seu per manus canébant, quia adeo artificialiter dextere, & perite organa, ceteraque instrumenta percutiebant, vt ipsa facerent hymnos, & psalmos Dauidicos pronuntiare.

CAP 7. NUM. 11.

Compleuitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia, quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est.

Qui quæ corde concipit, opere exequitur rarissimus est.

37 RArissimus est, qui omnia quæ concipit in corde suo, consequitur opere executa, talisque iure debet, prosperatus dici.

CAP. 7. NUM. 15.

Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationē eius, qui in loco isto orauerit.

Deus preces nostras non solum audit, sed considerat, & iudicat.

38 AD preces percipiendas satis sunt aures erectæ, vt quid ergo Deus oculos apertos etiam se habiturum promittit? Vt notet, an debitâ reuerentiâ, & circunspectione in templo orantes existant.

CAP. 8 A NUM. 5.

Extruxitque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas, & vectes, & feras: Balaath etiam, & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, &c.

Præcipui regum thesauri arma sunt, & frumēta.

39 HEbræus habet: *Vrbes thesaurorum*, qui autē fuerint hi thesauri, ab interpretibus communiter existimantur fuisse horrea tritici, & repositoria armorum, qui sunt verisimi, & ditissimi thesauri regum, & prouintiarum.

CAP. 8. NVM. 10.

Omnes autem principes exercitus Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

Bellandi theorica in pace potius, & per plures magistros excolēda.

40 NON ad vnum, vel alterum aulicorum, rerum arbitrium deferebat Salomon, sed ad plures. Etsi isti bellica tantum negotia tractabant, & populum artes bellicas docebant, vt quid tot magistri militiæ in regno, & rege pacifico? Nunquam melius, & congruentius, quam in pace vniuersali cuiusuis regni theorica belli tractanda est: ne reges, & subditi desidiosi fiant, suâque inermi inertiâ ambitionem finitimorum regum accendant, & ipsorum arma ad suam perniciem trahant.

CAP. 8. NVM. 11.

Filiam vero Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid, in domum, quam ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quod sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini.

Nulla, etsi ardentissima, humana affectio religioni præferenda.

41 NON obfuit affectio intensa, & ardentissima regis Salomonis ad Pharaonis filiam, quominus religioni attenderet, & consuleret, ob temporalem illam, licet breuem, arcæ in domo Dauidis existentiam. Vtinā in hoc religioso, ac pio dictamine ad finem vsque vitæ Salomō perstitisset.

CAP. 9. NVM. 1.

Regina quoque Saba, cum audisset famam Salomonis, venit, vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ierusalem.

Nulla femina absque detrimēto suo curiosa.

42 HÆC regina non solū venit, vt tentaret Salomonem, sed etiam, vt ab eo tentaretur, vt euentus comprobauit, onustior enim reuersa fuit, quam venerat.

Vide supra n. 42.

43 Et notandum, hanc nimiam curiositatem nobilium feminarum, plerunque eis male cedere, vt Dinæ accidit, Genesis cap. 34.

Mobilitas, & curiositas nobilium feminarum passiones sunt.

44 Notandum etiam precipuas feminarum proprietates hîc exprimi: *Mobilitatem*, scilicet, & *curiositatem.*

Cum magnis opibus, & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque pretiosas.

Fœminæ in delectabilia potius quā vtilia propēdent.

45 PRius refert aromata, quæ ad luxum, & vanitatem faciunt, quam aurum, & gemmas, quæ solidioris pretij, & æstimationis sunt, in quo etiam fœminea notatur proprietas ad delectabilia potius, quam ad solidiora, vtiliaque propensior.

Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei, quæcumque erant in corde suo.

Fœminā sola taciturnitas lasat.

46 NON dicitur, reginam ex labore longissimi itineris aliquantulum quieuisse, sed statim Salomonem allocutam fuisse, vel quia fœminæ loquendo requiescunt, & de lassitudine reparantur, vel quia fœminæ omnem laborem, omnemque incommoditatem sufferre, & tollerare possunt; silentium, non possunt.

Et

Fœmineum cor virile apertius.

47 Et nota Heroinam istam, etsi negotijs secretissimis status, & regni sui versatam, sapientiæque amatricem, nihil in corde suo reseruasse, quod Salomoni non patefaceret: quod minime insinuat textus de Salomone respectu illius.

VEL SIC.

Vide supra n. 47.

48 Nihil est in corde feminæ quod ore non possit facile eructari; at vero in corde viri multa solent esse inenarrabilia.

CAP. 9. *NUM.* 2.

Et exposuit ei Salomon omnia, quæ proposuerat, nec quidquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit.

Responsio euidens dubia extinguit.

49 ITA euidenter, & clare quæstionibus, & dubijs satisfecit, vt etiam á femineo captu solutio comprehenderetur, nihilque hæsitationis, seu difficultatis remaneret.

CAP. 9. *NUM.* 3.

Quæ postquam vidit sapientiam scilicet Salomonis, & domum, quam ædificauerat, nec non, & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum.

Visio, à corpore ad animã transferri solet.

50 CVM sapientia Salomonis quid spirituale esset, quomodo dicitur visa, seu corporeis oculis percepta? Quia terminus iste, hic, & frequenter in Sacra Scriptura transfertur, ad significandum spiritualem, & intellectiuam comprehensionem.

VEL SIC.

In effectu corporeo res spirituales videri potest.

51 Sapientia Salomonis non fuit solum speculatiua, sed etiam practica, vt patet ex ordinatissima domus regiæ, & totius regni dispositione, & regimine, propterea que oculis corporeis clare videri, & percipi poterat.

Bona œconomia regalis sufficiẽtiæ argumentum est. Paul. ad Timot. 1. cap. 3. n. 5.

52 Et nota: Apponi in textu illam particulam: *Scilicet*, quæ reduplicatiua est super Salomonis personam, ad denotandum per se ipsum; & non ope, & industria alicuius seruorum suorum ad hanc omnem superexcellentem œconomiam vsum fuisse.

CAP. 9. *A NUM.* 5.

Dixitque ad regem: Verus est sermo, quem audieram in terra mea de virtutibus, & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa vidissem, & vidissent oculi met, & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam.

Quæ de Deo catholici ennũtiamus, vera quidẽ, sed valde diminuta sunt.

53 SI vix medietas sapientiæ, & magnificentiæ Salomonis narrata fuerat, quomodo dicit regina Saba: *Verus est sermo, quem audieram* cum esset deficiens, & consequenter ex diminuta narratione falsus? Diminutam quidem narrationem concedo, sed falsam, nego, alioquin de ijs, quæ captum nostrum excedunt vere loqui non possemus, vt patet in ijs, quæ de Deo, in Salomone figurato, catholici ennũtiamus, quæ cum, non falsa, sed verissima sint, sunt tamẽ valde quoad ennuntiationem, & declarationem diminuta.

Magna fama magnus inimicus.

Vicisti famam virtutibus tuis.

54 FAma solet esse maximus hominum inimicus, & ideo ei attribuitur vincibilitas.

CAP. 9. *NUM.* 8.

Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum, regem Domini Dei tui.

Rex non attendat ad suã exaltationem, sed ad Dei ordinationẽ.

55 NON dixit: *Sublimare*, seu *exaltare* in regem sed, *Ordinare*, quia Salomon erat rex Dei, seu á Dei speciali prouidentiâ præordinatus.

CAP.

CAP. 9. A NVM. 18.

Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola, sed, & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte.

Supplicia ab hominibus inflicta, ficta sunt respectu diuinorum.

56 TRibunalia principũ terrenorum sunt effictis leonibus horrida, & apparenter terribilia, sed quod in solio Salomonis effictum est, in throno summi regis verum, & plusquam naturale est; ideo dicebat Christus Lucę cap. 12. num. 4. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant. Ostendam autem vobis, quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.*

Maria immunitas in vniuersis regnis singularis

57 Et notandum, tale solium in vniuersis regnis non fuisse: vtpote immaculatę Mariæ symbolum, cuius prærrogatiua, *nec similem visa est, nec habere sequentem.*

CAP. 9. NVM. 20.

Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea.

Rex strenuos viros ad mensam suam quotidie admittat.

58 IVge, & cotidianum Salomonis prandium cõuiuium dicitur: vel quia admensam suam strenuos milites, & alios ex dignioribus subditos ex more Dauidis, & Saulis admittebat.

Eucharistia in aureis charitatis vasis suscipiẽda.

59 Uel propter mysticam Eucharistiæ significationem, ad quã alia vasa præter ex amore diuino aurea, deseruire non decet.

CAP. 9. NVM. 21.

Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram semel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & simias, & pauos.

60 CVM auro, argento, & bure similæ, & pauconiunguntur, vt aduertamus, mundiales omnes diuitias res esse ridiculas ventosas, & euanidas;

Mundanæ diuitiæ ventosæ, & ridiculæ.

CAP. 10. NVM. 8.

At ille reliquit consilium senum, & cũ iuuenibus tractare cæpit, qui cũ eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius.

61 CVM negotium istud prius cum senibus tractauerit, vt patet ex num. 6. huius capitit, quomodo ait textus quod *cũ iuuenibus tractare cæpit*? Quia consilium senum suę velleitati disonum adeò contempsit, & nihili æstimauit, vt se gereret, cum iuuenibus, ac si nunquam de negotio consuluisset.

Consilium non arridens irrideri solet.

VEL SIC.

62 Qui inexpertos iuuenes de aliquo negotio consulit, incipere quidem poterit, sed perficere non poterit.

Inexperti negotia publica incipere poterunt, sed non perficere

63 Et nota, quod isti consiliarij ceteris omnibus, & quidem senioribus expertisque prælati, nõ solum erant valde iuuenes, sed qui puerilem habitum nondum deposuerant, siquidem, non de eorum educatione, sed solum de nutritione mentio fit.

Rex male indolis pueros senibus anteponit.

CAP. 10. A NVM. 10.

At illi responderunt, vt iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atque dixerunt: Sic loqueris populo, &c.

64 QVis tam durum, & asperum consilium à delicatis iuuenibus, & indelicijs enutritis expectaret?

Qui sibi blandus, & delicatus, alijs durus, & crudelis frequenter est.

Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam: pater meus cecidit vos flagellis: ego verò cædam vos scorpionibus.

Sed

Qui onera publica non ferunt, ipsorum grauamen nesciunt.

65 SED, si attendatur istorũ ciuilis æconomiæ ignorantia, absonum non fuit, qui enim reipublicæ administrationis inexpertus est, nescit, quantum tributa, gabellæ, & alia onera publica premunt, & opprimunt.

CAP. 10. NVM. 14.

Locutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum &c.

Malum consiliũ à praua potius voluntate quam à bono intellectu procedit.

66 PER hæc verba: *Iuxta iuuenum voluntatem*, aduertere nos facit textus, consilium illud potius fuisse deprauatæ voluntatis, quam cordati intellectus.

CAP. 11. NVM. 1.

Uenit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda, & Beniamin, centum octogintamillia electorum, atque bellatium, vt dimicarent contra Israel.

Difficilime amissa recuperantur, quæ facilime poterant nõ amitti

67 ADuerte, quanto sumptu, militarique apparatu non valuit Roboam ad se reducere, quos paucissimis verbis benignis poterat non auertisse.

CAP. 11. A NVM. 22.

Constituit verò in capite Abiam filium Maacha, ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius.

Audacia insipiẽs temeritas est.

68 SApientia Abię præsupponitur, quia sine illa, non fuisset vera potentia, quæ mox illi attribuitur, sed potius, audacia foret, vel temeritas.

VEL SIC.

Animi virtus sapientiam præ requirit.

69 Potentia quæ animi virtus est sapientiam præsupponit.

CAP. 12. A NVM 9.

Recessitque itaque Sesac rex Ægypti ab Ierusalem sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniaque secum tulit, & clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex æneos.

Ad aueam regnorum ætatem ferrea subsequitur.

70 HIC explicit, & terminatur ætas aurea regni Hebræorum, & incipit ætas ferrea.

CAP. 13. A NVM. 4.

Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboam, & omnis Israel: Num ignoratis, quod Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi, & filijs eius in pactum salis? Et surrexit Ieroboam filius Nabat, seruus Salomonis filij Dauid, & rebellauit contra dominum suum. Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial: & prævaluerunt contra Roboam filiũ Salomonis: porro Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.

Cui prudentia deest, etiã quadragenarius, puer est.

71 PRO illis verbis: *Roboam erat rudis, & corde pauido.* Hebræa habent: *Puer, & tener corde.* Sed quomodo, puer, qui erat plusquam quadragenarius, cum regnare cæpit, vt supra cap. 12. n. 13. constat? Puer quidem erat, nõ ætate, sed prudentiâ, prouidentiâ, rerumque agendarum dexteritate.

Reges naturæ vincula, cum ipsis conuenit, disrumpunt.

72 Et nota qualiter, & quam despectiue loquitur filius de parẽte, sed hæc est ratio, quam vocant status, regum, vt quando illis conuenit, reputent parentes suos, & cognatos, non solum, vt extraneos, & incognitos, sed etiam vt insciosi niustos, & iniquos.

Ob rationes humanopoliticas vera religio nũquam deserenda.

73 Sed non sine aduertentia pretereundum est: Roboamum, non destitisse ab inferendo bello Ieroboamo, propter timiditatem,

&

& pauorem cordis, sed propter diuinam prohibitionem ipsi á Semeia propheta intimatam, vt cōstat ex 3. regum cap. 12. num. 22. & tamen hîc Abia, nec mendacij in simulatur, nec Deus eum in hoc prælio adiuuare destitit, quia, etsi voluntate diuinâ, regnum Israel á regno Iuda fuerat diuulsum; contra voluntatem diuinam fuit à religione, & vero Dei cultu ad idololatriam impie segregatum, & illectum, ob rationes mere politicas, & humanas, quas si Ieroboamus, vt debuerat, spreuisset, regnum Israel tam sibi, quam filijs suis stabile permansisset, nec irreparabilem Asyriorum ruinam passum fuisset.

CAP. 13. NVM. 12.

Ergo in exercitu nostro dux Deus est.

A Deo fideliter culto ad Deum defensorem optima consequentia.

74 OPtima consequentia: Deus legitimé, fideliter, & religiose colitur, ergo est Dux exercitus, & populi defensor.

Et sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos.

Sacerdos contra vitia, & peccata populi tuba resonans. Isaiæ 58. 1

75 TUbæ sacerdotales resonant contra peccatores, & legis transgresores.

CAP. 13. NUM. 17.

Percussit ergo eos Abia, & populus eius, plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium.

A vera religione defectionem stupēda clade Deus vlciscitur.

76 NOta, quam stupendâ clade, quâ forte maior ex bellico conflictu, nec ab initio mundi fuit, nec ad finem vsque futura erit vltus fuerit Deus Ieroboami idololatriam, & populi Israelitici defectionem.

CAP. 14. NVM. 6.

Ædificauit quoque (Asa) vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerāt, pacem Domino largiente.

In pace bella imminentia non despicienda.

77 TEmpus pacis ad muniendas ciuitates aptissimus, propter bella, quæ accidere possunt, quæ bonus rex numquam debet negligere.

Magnum Dei beneficium pax prouintiarum.

78 Et nota speciale esse Dei donum, pacem prouintiarum, & regnorum.

CAP. 16. A NUM. 9.

Stulte igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. Iratusque Asa aduersus Videntem, iussit, cum mitti in neruum: valde quippe super hoc fuerat indignatus.

Ministri inferiores Ecclesiæ in regum correptione modestia vtātur.

79 NON reprehenditur rex ob huius prophetæ incarcerationem, quia, etsi verè, & ex parte Dei locutus fuerit, forte in modo loquendi excessit, dicens: *Stulte egisti*, cum enim esset propheta inferioris gradus, & hierarchiæ, tantum voluit verbaliter audere in regem Asa, quantum magnus Samuel, dux, & iudex populi, prophetarumque princeps, in Saulem 1. reg. cap. 13. num. 13.

CAP. 16. NVM. 12.

Ægrotauit etiam Asa anno trigessimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.

Habet Deus ægritudinis neruum quo irreligiosi regis pedes comprimat.

80 COmpressit Deus, & concatenauit impedimento, & dolore vehementissimo pedes regis, qui pedes prophetæ plus vindicatiue, quam iuste neruo compressit.

Vide supra n. 80

81 Habet etiam Deus suum neruum, podagram scilicet, quo pedes potentiorum indigne, & rigorose suos veridicos ministros opprimentium, comprimat, quod autem hic morbus, non ex vitio naturæ huic regi prouenerit; sed spe-

speciali Dei voluntate, & prouidentia immissus fuerit, vel ex eo patet, quod de omissione, & negligentia recusus ad Deum notetur, & reprehendatur.

Ægritudines potius theologice, quam physice curandæ.

82 Hinc etiam inferre licet, ad morbos, quos contrahimus cum frequentissime in pœnam peccatorum nobis proueniant, non esse solum remedia physica, & naturalia adhibenda, sed etiam spiritualia, & supernaturalia: peccatorum scilicet expiationes, & deprecationes ad Deum, & in his potissimũ debere inniti ad optatum finem bonæ valetudinis cõsequendum.

CAP. 16. NUM. 14.

Et sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in Ciuitate Dauid: posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

Actio pia ex prauo fine redditur laude indigna.

83 FOrté non laudatur iste rex ob exemplarem actionem, & religiosam præparationis sepulchri, quia illo luxuriose, & meretricie vsurus erat; ambitionem suam nimiam vsque ad mortem prorrogans.

Primus rex actionis turpis exercitor reprehendendus, ne ceteri imitentur.

84 Et nota, hunc esse primũ regum, qui, vt ex Sacra Scriptura constat, fuerunt aromatibus conditi, seu imbalsamati, nam licet Iacob aromatibus conditus fuerit. Genesis cap. 50. num. 2. non ad regum, sed Patriarcharum cathegoriam pertinet, nec illud factum fuit more Hebraico, sed Ægyptiaco.

CAP. 17. NVM. 6.

Cumque sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini etiam excelsa, & lucos de Iuda abstulit.

Actio religiosa, etiã incompleta, laude digna.

85 VIdentur hæc opponi dictis infra cap. 20. n. 33. sed conciliari possunt textus asserendo: Abstuliisse quidem multa excelsa, sed non omnia.

Religionis virtus ad omnia omnibus profícua.

86 Et nota virtutem Religionis, non solum ceteris virtutibus supernaturalibus, & moralibus, sed etiam physicis, & naturalibus proficuam esse, ob quod dicebat Apostolus Philip. 4. num. 13. *Omnia possum in eo, qui me confortat.*

CAP. 17. A NVM. 9.

Docebantque populum Iuda habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda (Elisama scilicet, & Ioram sacerdotes, cum alijs Leuitis) atque erudiebant populum. Itaque factus est pauor Domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda.

Religionis vnitas inuincibilis.

87 ECce quomodo feruor, & vniformitas religionis facit gentem formidabilem. Vide Genes. num. 239.

Missiones Ecclesiasticæ spiritualiter, & temporaliter vtilissimæ.

88 Et hinc apparet, quanti profectus sint, non solum ad effectus supernaturales salutis animarum, sed etiam ad politicos, & naturales incolumitatis prouintiarum, circuitiones, & peregrinationes virorum Ecclesiasticorum, & religiosorum, populi instruendi, & corripiendi causâ, factas, quas communiter: *Missiones* appellamus.

CAP. 18. NUM. 5.

Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandam ire debemus, an quiescere? At illi: Ascende, inquiunt, & tradet Deus in manus regis.

Praui ministri nõ solum mendaces, sed inurbani.

89 REX Achab interrogat in plurali, dicens: Ire debemus, de se, & de rege Iosaphat loquens, ad eum comitèr, & vr-

vrbanè attendens: At ille pseudo prophetæ respondent in singulari; vel vrbanitatem nescientes, vel regi suo Achabo adulantes, vel regem Iosaphat, verum Dei cultorem, ac propterea ipsis contrarium, & infensum, despicere, & in honorare intendentes. Decentiore, & vrbaniore stilo vsus fuit Michæas propheta Domini, vt patet infra num. 14.

CAP. 18. NVM. 7.

Et ait rex Israel ad Iosaphat. Est vir vnus, à quo possumus quærere Domini voluntatem; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore; est autem Michæas filius Iemla. Dixitque Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo.

Bonos Dei ministros vel solum verbaliter despicere, nec ipsis regibus tollerandũ

90 MInistros Dei bonos, & legitimos, non solum, non velle audire, sed illos despicere, & de ipsis indigne, & contumelioſe loqui, est res summe intollerabilis, & de quâ, vel ipsæ personæ regiæ in faciem merentur reprehendi.

CAP. 18. NVM. 10.

Sedecias verò, filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam donec conteras eam.

Qui falsa præloquitur, malum sibi prophetizat.

91 *Fecit sibi:* Quia sibi malum molichatur illâ prophetizatione, vt patet infra n. 24.

Pseudopropheta ex diabolo, vel ex se loquitur.

92 Uel: *Fecit sibi*: Quia non ex diuinâ inspiratione, sed ex suo spiritu loquebatur.

CAP. 18. NVM. 14.

Uenit ergo ad regem. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandũ, an quiescere? Cui ille respondit: Ascendite, cuncta enim prospera cuenient, & tradentur hostes in manus vestras.

93 NOtanda vis concordantię multorum inter se, etsi enim illi essent falsi prophetæ, verum proferam ex primo motu ad suum dictamen traxerunt, & nisi á rege iterum atque iterum adiuraretur, in ipsomet dictamine crederem perstiturum.

Plurium peccantium concordia bonos, præuaricare facit.

CAP. 18. NVM. 21.

At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.

94 IN ore tantum, non in corde.

Spiritus nequam ore suorum vtitur, vt præcipuo ad nocendũ instrumento.

CAP. 19. NUM. 2.

Cui occurrit Iehu filius Hannani Videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum amicitia iungeris?

95 NON imputat prophetа Domini regi Iosaphat affinitatem cum rege Achab, sed amicitiam, & iuuamen.

Cum impio rege, etiam affine. fœdus nũquam ineundum.

CAP. 19. NVM. 4.

Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: rursumque egressus est ad populum de Bersabee vsque ad mõtem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

96 HOC facere curauit Iosaphat corrigere, & emmendare cupiens malum auersionis à Deo, quod populus incurrerat ex pessimo suo expeditionis Achabicæ exemplo.

Peccante rege populi peccatum vt certum supponendum.

CAP. 21. A NVM. 1.

Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid, regnauitque Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres, filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, &c.

97 HAC voce: *Dormiuit*, solet Scriptura Sacra significare mortem virorum, præsertim iustorum, ad denotandam eorum in resurrectione vniuersali ad æternam vitam expergiscẽtiam.

Mors iustorum dormitio, peccatorum perditio est.

Sed

Vox frater cõsanguinitatem generice significat, non specificè.

98 Sed cur cum Azariam, Jahiel, Zachariam, & reliquos, *fratres Ioram* nominauerit, vlterius se explicans, eosdem, filios Josaphat fuisse superaddit? Quia vox *frater* secundum scripturæ phrasim, propinquitatem sanguinis significat, sed gradum illius ad primum, secundum, vel tertium non determinat, vnde Matthei cap. 12. num. 46. & 47. consanguinei remoti Christi Domini, *fratres ipsius* appellantur.

CAP. 21. *NVM.* 3.

Deditque eis pater suus multa munera argenti, & auri, & pensitationes.

Copiosa filiorum à parentibus legata, exigua vtrisque videntur.

99 CUm Josaphat reliquis filijs, Jorami in regno successoris fratribus, multa munera argenti, & auri reliquerit, cur pensitationes diminutiuè ait textus eis reliquisse? An quia quæ à parentibus, filijs ex testamento relinquuntur, semper parua vtrisque videntur ex diuersis affectibus: Filijs ex cupiditate, & auaritia; parentibus, ex liberali erga filios amoris propensione?

Qui summas auri, & argenti possidet, non patùm graues pẽsiones possidet.

100 Sed quæres: An hæ pensitationes, ab argẽti aurique summis ex testamento legatis diuersæ fuerint? Ego dicerem, in ipsismet auri, & argenti summis, non exiguas pensiones reliquisse.

Cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autẽm tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus.

Qui diuitias legat, legatarios muniat nã mitte hostibus expositos relinquit.

101 CIuitates etiam munitissimas eis dedit, vt resistere possent inuidentiæ, & inuasionibus Jorami fratris eorũ ad regnum eleuati, si fortè aliquid contra ipsos moliretur, quod iam extunc cor prudentis, & optimi regis Iosaphat præsagiens præcauebat.

VEL SIC.

Vide supra nu 101.

102 Statim ac Josaphat, filios suos ditâuit auri, & argenti summis, alijsque pensionibus, necessum fuit, eorundem attendere defensioni, proptér frequentes inuasiones, quas vndique passuri erant.

CAP. 21. *NUM.* 4.

Surrexit ergo Ioram super regnum patris sui: cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel.

Malus rex in regno non succedit, sed supér regnum surgit.

103 SUrrexit supèr regnũ, vt scilicét illud conculcaret, & fœdissimis, atrocissimisque crudelitatibus pollueret.

Malũ regni successorem Deus non approbat, nec confirmat.

104 Et nota textum asserere, Joramum se ipsum confirmasse; non à Deo confirmatum fuisse.

CAP. 21. *NVM.* 19.

Cumque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorũ annorum expletus est circulus.

Infirmitatis tẽpus, etsi breue, diuturnum valdé apparet.

105 CUR breue duorum tempus annorum, per tot ambages, ac si longissimũ esset, significatur? Ratio huius ex num. 18. antecedenti clarescit: *Et super hæc omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili.* Cum enim tempus illud grauissimæ, & continuæ infirmitatis fuerit, ac si diuturnum, & longissimum foret, referri, & describi debuit.

Et sic lõga cõsumptus tabe ita vt egereret etiam viscera sua, languore paritèr, & vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima.

Infirmitas, qua impio tollit vitam non agritudo, sed peccatum est.

106 ETsi languor vsque ad vltimum vitæ momentum durauerit, vt particula: *Paritèr* explicatiué manifestat, priùs tamén carentia languoris, quam vitæ nominatur, vt cum in sacro textu subsequitur: *Mortuusque est in infirmitate pessima.*

intelligeremus non solum fuisse mortuum in infirmitate languoris naturalis, quam patiebatur, sed etiam, & præcipuè in infirmitate morali suorum peccatorum, & finali eorum impœnitentiâ, quod adeó euidens fuit, vt populus, parentationem, & alia funeralia officia, & beneficia ei exequi supernacaneum duxerit.

CAP. 22. NUM. 3.

Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret.

Praua matrum exempla filios ad peccandum non solum excitant, sed impellunt.

107 PRaua exempla parẽtum, præsertim materna, filios non inducunt ad imitationem, non excitant solum, persuadent, mouent, sed etiam impellunt.

Dæmonis viæ infinitæ plurimæ; Dominus vna, & vnica via est.

108 Et notandum, non dicere. *Per viam*; sed: *Per vias*, quia peccatorum multæ viæ sunt; via Domini vna est, ideo dixit: *Ego sum via, &c.* Ioan. cap. 14. num. 6.

CAP. 23. NVM. 9.

Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque, & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo Domini.

Quæ reges templis donant, sibi, vel suis sempèr proficiunt.

109 HÆC armorum donatio, & consecratio fortè fuit prophetica, præscientе Dauide, illa huic nepoti suo futura necessaria ad sui defensionem & incolumitatem.

VEL SIC.

Vide supra num. 109.

110 Quæ reges templis donant sempèr in eorundem vtilitatem conuertuntur.

VEL SIC.

Templa optimũ armamentarium regum.

111 Templum est optimum armorum regalium repositorium, & armamentarium in illo enim maxima ipsorum securitas consistit.

CAP. 23. ANUM. 14.

Præcepitque sacerdos, ne occideretur in templo Domini. Et imposuerunt cerui cibus eius manus cumque intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi.

Qui irreligiosè vixit bestialitèr perit.

112 IN porta equorum, nõ in templo Athaliam occidi oportebat vt potè, quæ bestialitér effrenatè, luxuriosè, & irreligiosé vixerat.

Tyranicé reg... nec regnum, imo nec propriam domum denominare valet.

113 Sed cur porta illa palatij, in quo Athalia vixerat: Porta domus regis, non reginæ nuncupatur? Nota, quod, etsi per tot annos tyrannicé, despoticè, & absolutè regnauerit, non propterea potuit obtinere, quod palatium suæ habitationis, domus reginæ appellaretur.

CAP. 23. NUM. 20.

Assumpsitque centuriones, & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de Domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regis.

Omnium subditorum pater rex ab omnibus proclamandus.

114 ACregum intronizationem, & proclamationem, non solum militares viri, non solum principes populi, sed etiam infimum terræ vulgus conuocandum, & adhibendum est.

Principalis palatij porta regi legitimo recens inaugurato aperiẽda.

115 Sed cur Regem Ioasum per medium portæ superioris in palatium suum introire fecerunt? Per portam principalem ingressus fuit vt legitimum ipsius ius in regnum omnibus pateret.

Rex ad neutram partem declinet.

116 Per medium verò portæ huius vt aduerteret ipse rex non debere, vel ad dexteram, vel ad sinistram declinare.

CAP. 23. NVM. 21.

Lætatusque est omnis populus terræ.

Regum initia lætа, fines tristes, intermedia alternantia sunt.

117 PRoclamationes, & initia regum semper lęta sunt, fines mœsti, & tristes, intermedia, lætitiâ, & mœrore variegata, sed frequentissimé in deterius declinantia.

Po-

Porro Athalia interfecta est gladio.

In plurium intuëtium confusione verus interfector non discernitur.

118 ADuerte, quod, nec hic, nec supra. num. 15. interfector Athaliæ nominatur, vel quia populi multitudo adeó confuse in illam irruit vt occisor nequiuerit discerni.

Ex indecoro facinore gloria non captanda.

119 Uel quia, etsi actio illa iusta fuerit, ob Ioiadæ pontificis præceptum, & Athaliæ tyrānicam impietatem, tamèn ob reuerentiam regiæ dignitatis, etsi non legitimé acquisitæ, & possessæ, nomen interfectoris subticetur, ne ex illo indecóro facinore fama captaretur.

CAP. 24. NUM. 13.

Egeruntque hi, qui operabantur industriè, & ob ducebatur parietū cicatrix per manus eorum, ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum.

Templum Dei reparatum peccatorum resipiscētium typus.

120 NON dicit: *Reædificauerunt* sed: *suscitauerunt*, loquens de templo Domini, quasi de re viuente, & animatâ, quæ mortua, vel sopita fuerat, per quod tropologicé peccatorum conuersio significatur.

CAP. 24. NUM. 22.

Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum.

Latissima misericordiæ sphera vsquè ad ipsos reges extenditur.

121 MIsericordia est adeó eximia, & excellēs virtus, vt etiam erga ipsos reges exerceri valeat.

CAP. 26. NUM. 10.

Extruxit etiam (Ozias) *turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in campestribus, quam in eremi vastitate: vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & in carmelo, erat quippe homo agriculturæ deditus,*

Rex agricolanō rex, sed agricultor compellandus.

122 CVR ait textus: *Erat quippe homo*, & non: *Erat quippe rex agriculturæ deditus?* Quia Princeps qui alteri muneri, & negotio, quam regendi populum enixé, & principaliter incumbit, non meretur nomine regis compellari.

VEL SIC.

Rex, qui non aliud quam humum colit, non alitèr quam homo nominandus.

123 Dicitur Ozias *homo*, ab humo, quam colebat: non *rex* â regimine, quod non exercebat.

CAP. 26. NUM. 11.

Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris.

Pallas, & Minerua non sunt in eodem subiecto incompatibiles.

124 QVandoque litterati sunt boni bellorum administratores, & strenui duces.

UEL SIC.

Sub rege non regente omnia reipublicæ munera inuertuntur.

125 Sub rege negligenté, & agriculturæ plùs, quam regnandi artibus dedito, omnia reipublicæ munera inuertuntur: litterati bella gerunt: milites negotijs ciuilibus incumbunt: Ecclesiastica profanantur, profana sacrari nituntur, vt statim videre est.

CAP. 26. NUM. 16.

Sed cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimque ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi.

Virtus animi, potius quam corporis, fortitudo obpellanda.

126 VIri fortissimi sacerdotes isti appellantur, non quidem corporis viribus, sed animi virtute, & constantiâ ad resistendum regali authoritati, & resolutioni, necessariâ: vide num. 18. sequentem.

CAP. 26. NVM. 18.

Restiterunt regi, atque dixerunt: Non est officij tui Ozia, vt adoleas incẽsum Domino

Regia dignitas officium est, non Ecclesiasticum, sed ciuile.

127 DUo admonent, & Oziam aduertere faciunt: primum, dignitatem regiam, officium esse: secundum, nõ esse officium sacerdotale seu sacrum, sed ciuile, & profanum, seu laicum.

Egredere de sanctuario: ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

Obiectio priuationis gloriæ optimum medium ad á peccato abs terrendum.

128 NOn reputabitur in gloriam; sed in æternam damnationem.

Præcipua regum temporalis gloria in religionis zelo sita est.

129. Etsi de gloria temporali loquuntur, quæ in hominum æstimatione sita est, Oziam admonẽt, maximam regum mundialem gloriam in obsequiosa, & deuota cultus diuini professione, & promotione, non verò in eiusdem profanatione consistere.

CAP. 26. A NUM. 20.

Sed, & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quod sensisset illicò plagam Domini.

Qui peccatum nõ abhorret supplicium illius abhorrebit.

130 QUEM commissio peccati non perterret, punitio illius perterritum faciet,

CAP. 26. A NUM. 21.

Fuit igitur Ozias rex leprosus vsquè ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam electus fuerat de domo Domini.

Perseverantia in peccato, finalem arguit impœnitentiam.

131 HÆc pœnæ persequentia vsque ad mortem arguit impœnitentiam finalem huius miserrimi, & infausti regis.

CAP. 26. NVM. 23.

Dormierunt que Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum eo quod esset leprosus.

132 CVR in sepulchro maiorum non sepultus Ozias, vel saltẽm iuxta illos? Ne lepra suorum peccatorum, vel ipsos iam defunctos, inquinaret. Quantum á peccatore viuens abhorrere debèt, cum mortuos ab ipso oporteat separari?

Peccatum, vel mortuos iam cõsumptos valet inficere.

CAP. 27. NVM. 2.

Fecitque (Ioatham) quod rectum erat coràm Domino iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, excepto, quod non est ingressus templum Domini, & adhuc populus delinquebat.

133 VIdetur ironicè de Ioathã pronuntiari: Fecisse quod rectum erat corãm Domino sicut Genes. cap 3. num. 22. dicitur: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.*

Cũ exceptio regulam destruit, ironica locutio existimanda.

134 Et nota: peccata populi regi Ioatham imputari, & computari, & fortè non solum in ratione famæ, sed etiàm, quod grauius est, in ratione culpæ.

Peccata populi regi non solùm imputantur, sed computantur.

135 Notandũ secundo, Oziã patrem peccasse in templum arrogantiá, & excessu, & Ioatham filium eius, omissione, & defectu in idem templum deliquisse.

In religionem nõ solùm peccatur per defectum, sed etiam per excessum.

VEL SIC.

136 Supplicium patris, quod debebat reddere filium religiosiorem, & obseruantiorem, illum, fecit irreligiosum, negligentem, & omissum, sic multi solent diuinis flagellationibus abuti.

Dum vitãt stulti vitia, in contraria currunt.

Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam, & in muro ophel multa construxit.

137 ÆDificauit portam domus Domini excelsam, magnificam, & structura admirabilem, sed non intrauit per eam in templum ad Deum adorandum, & ritè colendum; Sic multi sunt, ad ostentationem tantum

Verus Dei cultus, non in externa pompa, sed in interna cordis deuotione consistit.

rum deuoti, & religiosi, eum in corde tepidi sint, & frigidi.

CAP. 28. NUM. 9.

Ea tempestate erat ibi propheta Domini nomine Oded: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contrà Iudam tradidit eos in manus vestras &c.

Bella tàm externa, quàm interna reipublicæ tempestates sunt.

138 CUr dicit textus: *Ea tempestate*, Et non: *Eo tempore*? Quiâ cùm Prouintiæ, & regna bellis, præsertim ciuilibus, exercentur, quãdo chronologicé de ipsis agitur, spatium illud, propriè loquendo, non debet dici, *Tempus*, sed: *Tempestas*.

Ministri Dei, etsi millés repellãtur, á suo munere nõ desistant.

139 Sed notanda illius prophetæ in casu adeó desperato plusquam naturalis audacia, & quæ humanis oculis temerarius ausus appareret, vt aduertant prędicatores veritatis, & ministri Dei, non oportere à suo munere vnquàm desistere, etsi milliés repellantur, spernantur, & infructuosé agant, imó euidens vitæ periculum subeant; nâm quandó res desperatior est, solet Deus per illos efficacitèr agere, vt patet in prędicti casu, & infrà cap. 30. n. 10. & 11. & alijs plurimis.

CAP. 28. NVM. 19.

Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quod nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum.

Plus spoliat populum rex irreligiosus, quàm auarus.

140 PLùs nudat, & spoliat populum rex irreligiosus, exemplo suo populum irreligiosum faciens, quam rex auarus, & cupidus, multa tributa exigens, & plurimas gauellas imponens.

CAP. 28. NUM. 24.

Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem.

Qui malè agit odit lucem.

141 IN angulis fecit altaria, non in plateis, vt potè altaria sacrilega, & indigna, quę oculis solis huius exponerentur, & paterent.

CAP. 29. NUM. 3.

Ipse (Ezechias) *anno, & mense primo regni sui, aperuit valuas domus Domini, & instauranit eas.*

In Ecclesia ministrorum selectione magna cura adhibenda.

142 PRimum omniũ curauit Ezechias de templi Ianuis, ipsæ enim sunt, quæ dignos admittunt, & indignos excludunt: vnde Ecclesiæ præsulibus prima, & maxima cura est, & esse debet, diligenter attendere, quos sacris ordinibus initiandos admittant, & excludant: per ipsos enim Ecclesia Dei vel constituitur, vel dissipatur.

CAP. 29. NVM. 5.

Dixitque ad eos: Audite me leuitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario.

Minister Ecclesiæ inquinatus aliorum munditiem non perficiet.

143 PRimũ admonet Leuitas, quod curent de sua sanctificatione, & mũditie, & postea, quod ab Ecclesia omnẽ immunditiam auferant, & eijciant.

Boni ex humilitate, mali ex prauitate Deum sibi non appropriant.

144 Et aduerte, non dicere Ezechiam: *Dei patrum nostrorũ*, sed *vestrorum* ex humilitate. Nec: *Dei nostri*, quia propter idolatriam, & infinita populi peccata existimabat Israelitas hâc honorificâ denominatione indignos.

CAP. 29. NUM. 6.

Peccauerunt patres nostri, & fecemalum in conspectu Domini Dei nostri & relinquentes eum, auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.

Eadem actione, quâ peccatum cõmittitur, peccati supplium admittitur.

145 PRæbuerunt dorsum. Eodem verbo, quo significatur sacrilegium, significatur etiam sacrilegorum supplicium: *Præbuerunt*, scilicet, *dorsum sanctuario Domini*, & *præbuerunt dorsum* flagellis propter hoc commeritis.

CAP. 29. NVM. 8.

Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum.

Grauius malum altorum despectus, quã proprius interitus.

146 IN *sibilum*: ideſt deſpectum aliarum nationum, quod grauius malum reputatur, quam ipse interitus, ideò vltimo loco ponitur. Vide annotationem ad num. 7. cap. 9. lib. 1. Esdræ.

CAP. 29. NVM. 11.

Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus, ut stetis coram eo.

Ministri Ecclesiæ à regibus tanquã filij æstimandi, & nuncupandi.

147 LEuitas appellat filios rex pius, & religiosus Ezechias; non seruos, nec bassallos

CAP. 29. NUM. 25.

Constituit quoque Leuitas in domo Domini, cum cymbalis, & psalteriis, & citharis secundum dispositionem Dauid regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ, siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum eius.

Dei œconomia semper eadem quoad substantiam.

148 EOdem stilo, & tenore gubernat Deus Ecclesiam, quo olim synagogam gubernauit, per decreta scilicet summorum Pontificum, Sacrorum Canonum, Conciliorum, & Ecclesiæ patrum.

CAP. 29. NUM. 34.

Sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent: vnde, & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos.

Ad alios denudandos iuuamẽ inuenire, non est difficile.

149 AD pelles detrahendas facile est adiutorium inuenire: Hinc moraliter desumi potest argumentum, ad auaritiam fugillandam, & prauos mores corripiendos.

CAP. 29. NVM. 36.

Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eo quod ministerium Domini esset expletum De repente quippe hoc fieri placuerat.

In ministerio altaris, vel minimæ cæremoniæ non transcurandæ.

150 DE *repente*, hæc facta dicuntur ad excusationem illius illegitimi adiumenti Leuitarum relati supra num. 34. in materiâ enim ceremoniali religionis, & diuini cultus nullus, etiam minimus defectus est admittendus, vel saltem absque sufficienti causâ, & excusatione relinquendus.

Nil de repente factũ perfectè fit.

151 Et nota: esse moraliter impossibile, quod de repentè aliquid, graue præsertim, & arduum aggrediatur, quin circa illud aliquis, & quandoque multi defectus committantur.

CAP. 30. A NVM. 2.

Inito ergo consilio regis & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt, vt facerent phase mense secundo. Non enim potuerant facere in tempore suo.

Ruinæ exponitur religio in cuius præceptis fundamentalibus dispensatur.

152 IAM phasæ, & ceremoniæ veteris legis nutabant, & sensim collabebantur, vt patet ex hoc, & supra dictis cap. 29. ad num. 34. & 36. & ex subsequentibus.

CAP.

CAP. 30. A NUM. 18.

Magna etiã pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar, & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit Phase, non iuxtá quod scriptum est: & orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum, & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo.

153 HOC facit pro cotidiana, vel frequenti sacræ Synaxis participatione etiam imperfectorum, & in leues, & communes defectus relabentium, sed differentiam figuræ á figurato valde notare oportet.

Frequẽtatio Eucharistiæ typice in sacris literis innixa.

CAP. 30. NVM. 23.

Placuitque vniuersæ multitudini, vt celebrarent etiam alios dies septem: quod, & fecerunt cum ingenti gaudio.

154 ECce ex vna legis dispensatione, translationis scilicet phase ad mensem secundum, quot, & quantæ sunt subsecutæ: cum Leuitis dispensatum, vt sacerdotale munus exercerent supra num. 16. cum populo, vt sine debitâ sanctificatione præcedente immolaret phase. Nu. 17. Cum ipsâ Phase solemnitate, quod iterum celebraretur.

Ex vna permissa transgressione plurima subsequuntur.

CAP. 31. NUM. 2.

Ezechias autem constituit turmas Sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas, vnumquemque in officio proprio, tam Sacerdotum videlicet, quam Leuitarum, ad holocausta, & pacifica, vt ministrarent, & confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini.

155 TEmplum per vocem: *Castra Domini*, significatur in figuram militantis Ecclesiæ.

Ecclesia militãs in synagoga præsignata.

CAP. 32 NVM. 27.

Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valdè, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni pretij.

156 COngregatio copiæ vniuersi generis armorum inter præcipuos regis thesauros numeratur.

Armorum repositoria præcipui regum thesauri sunt.

CAP. 32. NUM. 31.

Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogaretur de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.

157 SIncera, & simplex ingenuitas, quæ communiter in homine particulari, seu subdito laudabilis virtus est: in principe vitium est reprehensibile. Et nota Chaldæos semper auidos, & solertes astronomiæ inuestigatores.

Regum virtutes, á subditorũ virtutibus diuersa, & aliquando oppositæ esse debẽt.

CAP. 32. NVM. 33.

Regnauit que Manasses filius eius pro eo.

158 PRO eo; non: *Posteum*: frequens modus regum successiones referendi, per quem denotatur, patrem in filio viuere, & qui filium heredem relinquit, non mortuum, sed viuum existimari, iuxta illud Ecclesiastici cap. 30. num. 4. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquid sibi post se.*

Pater in filio, legali consideratione viuit.

CAP. 33. NUM. 3.

Et conuersus instaurauit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius.

159 CONuersus, scilet à creatore in creaturam, sed cur non dixit: *Auersus*, qui

Regum peccata honestiori modo possibili declinanda.

qui terminus proprius, & significantius hanc peruersam mutationem explicat? An vt honestiori verbo peccatum regis exprimeretur?

CAP. 33. NVM. 6.

Maleficis artibus inseruiebat.

Maleficæ artes vel regem in seruum transferūt.

160 CVR de Manasse non dicitur, quod maleficis artibus studebat, vel operam dabat, sed quod inseruiebat? Quia maleficæ artes impium Manassem de rege in seruum transtulerunt.

CAP. 33. NVM. 20.

Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua.

Sepulchra, præsertim regalia, non solum religiosè, sed etiam decore tractāda.

161 CVR non sepultus fuit Manasses in sepulchris regum, cum tandem resipuerit, & commissa sua lacrymis deleuerit? An ex humilitate, moriens, sic ordinauit, existimans se tanto honore indignum propter abominationes, & scelera perpetrata? An sic à populo dispositum propter ignominiam, & indignitatem in Babilonicâ captiuitate á rege contractam, ne locum illum adeò religiosum, & ab ipsis in summâ veneratione, & æstimatione habitum, præteritis catenis fædaret, ac dehonestaret? Quod Deiparæ immunitati accommodatitie aptari potest.

CAP. 34. NVM. 25.

Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum, idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur.

Nullū crudelius bellum quam lētum, & diuturnum.

162 GRauior est furor stillatus, quam simul ictruens; hinc infertur, nullum crudelius bellum, quam lentum prolixum, & diuturnum.

CAP. 35. A NVM. 24.

Mortuusque est, & sepultus in mausoleo patrum suorum, & vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerunt eum: Ieremias maxime: cuius omnes cantores atque cantatrices, vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant: & quasi lex obtinuit in Israel.

Dolor de boni principis immatura morte, non temporalis, sed aternus esse debet.

163 LAmentatio super boni principis morte, non solum sæpius iteranda, sed tanquam lex perpetua stabilienda: quæ notari possunt pro anniuersarijs parentationibus Pontificum, & principum virtutibus præcellentium.

CAP. 36. NVM. 9.

Octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Ierusalem, fecitque malum in conspectu Domini,

164 MAlum á tutoribus, & pro Ioachino reipublicæ rectoribus perpetratum ipsi regi octonario imputatur: Nota, quam periculosum officium regis. *Vide supra num. 134.*

CAP. 36. A NVM. 11.

Viginti, & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Domini.

Rex, qui Dei ministrum non reuerētur, Deum ipsum despicit.

165 NOta hinc quanta reuerētia illis prophetis exhibebatur, vt inter grauissima peccata huius regis contra Deum commissa referatur, quod faciem Ieremiæ non erubuerit.

CAP.

CAP. 36. NVM. 15.

Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum de nocte consurgens.

166 DE nocte Dominus consurgere dicitur, non solum, quia diluculo, & præmature, sed etiam, quia, cum in illo populo regnaret peccatum, ibi semper erat continua nox.

Ubi regnat peccatū lux Diuinæ gratiæ non illucescit.



LI-

LIBER PRIMUS ESDRÆ.

CAP. I. NUM. 4.

Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento, & auro, & substantia, & pecoribus, excepto, quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem.

AD CAP. 1. N. 4.

Vide supra lib. 2. Paralipomenon num. 3.

1 DE TEMPLO Ierosolimitano nondum ædificato, nec fabricari incœpto tanquam de iam ædificato loquitur Cyrus, quia, quæ in mentem principum facienda deueniunt, etiam si infecta sint, pro iam factis, & consummatis volunt haberi, & reputari: Uide quæ ad 2. Reg. cap. 16. num. 3. & 4. considerauimus.

CAP. 4. A NVM. 1.

Audierunt autem hostes Iudæ, & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel: & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum dixerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita vt vos, quærimus Deum vestrum, &c.

Cacopolitici, & hypocritæ in modo conueniunt, in materia differunt.

2 COædificandi prætextu venerunt hostes Iudæ ad impediendam templi Dei ædificationem, sic cauti politici agere solent, & omnes hypocritæ semper faciunt vitia sua virtutibus contrarijs operientes, & prætextantes.

CAP. 4. NVM. 5.

Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum.

Plus nocere solet prauus consiliarius, quã hostilis exercitus.

3 COnducendo consiliatores aduersus eos plus nocumenti ipsis intulerunt, quam si exercitum militum conduxissent.

CAP. 4. NVM. 7.

Epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro.

Verba obscure, & confuse cõmmuta alterius linguæ sunt, quam sonant.

4 PER hæc verba denotatur: Epistolam illam accusatoriam, & calumniatricem Hebræorum claris disertis, & intelligibilibus verbis, & clausulis fuisse compositam, non offuscatis, & sub obscuris, vt solemne est ijs, qui stilicultores æstimari volunt: nonnulla videmus hispanè scripta, quæ non hispano sermone leguntur.

CAP.

CAP. 4. *NUM.* 14.

Nos autem memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, &c.

Sal, qui in aulis principum in summitur, non diuinæ, sed humanæ & subdolæ sopiētiæ esse solet.

5 SAL, quem in palatio versuti isti accusatores comederunt fuit sal sapientię humanæ, & astutiæ cacopoliticæ.

CAP. 7. *A NUM.* 21.

Quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis, vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad batos olei centum, sal verò absque mensura.

Omnes virtutes morales, præter prudentiam certis regulis moderari possunt.

6 CEtera cum pondere, numero, & mensura inbentur dari, sal verò absque mēsura: quia omnes virtutes morales per illas species significatæ certis regulis legibus, & præceptis includuntur, & definiuntur; at verò prudentia, quę per salem exprimitur, nullis regulis, & legibus subijcibilis est.

CAP. 9 *NVM.* 2.

Et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum, & magistratuū fuit in transgressione hac prima.

Principes diuinæ legis transgressores ceteris viā iniquam sternunt,

7 PRincipes, & magistratus sunt, qui vallum legum diuinarum, humanarumque demoliuntur, viamque faciunt, & sternunt, per quam reliqui inferiores incedant.

CAP. 9. *NVM.* 6.

Et dixi: Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum.

Peccata non solū vita æterna, sed etiam temporali priuant.

8 PER *caput*, vita temporalis, per cælum vita æterna significari potest: ac si diceret: Peccata nostra adeò multiplicata, & aggrauata sunt, vt propter illa mereamur amittere, non solum vitam temporalem, sed etiam æternam.

CAP. 9. *NVM.* 7.

Sed, & nos ipsi peccauimus graviter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri, & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinā, & in confusionē vultus.

Honoris amissione nullum malū grauius.

9 POst mortem, captiuitatem, rapinam bonorum, & alia mala ponit amissionem honoris, seu vultus confusionem tanquam quid grauius.

CAP. 9. *NVM.* 8.

Et nunc quasi parum, & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto eius.

Quoduis Dei adiutorium, etsi leuissimum, nos firmare valet.

10 PRO voce: *Paxillus*, septuaginta legunt: *Firmamentum*, per quod tropologice Crux Christi Domini significatur, simulque exprimitur, quoduis Dei adiutorium, etsi leuissimum, nobis magnum firmamentū esse.

CAP. 9. *NUM* 14.

Ecce coram te sumus in delicto nostro, non enim stari potest coram te super hoc.

Peccata coram Deo humiliter confitenda; non audaciter committenda.

11 SI *coram te sumus*, quomodo non possumus stare coram te, nam ab actu ad potentiam necessaria datur consequentia? Stamus *coram te*, peccata confitendo, *non possumus stare*, peccata committendo. Vel sic.

Pœnitentia adeò peccata condecorat, vt coram Deo apparere possint.

12 Resipiscentia & vera pœnitentia adeo peccata ipsa condecorant; quod digne coram Deo apparere possunt. Uel sic.

Uere pœnitens priuilegijs virorum virtute præcellentium potiri valet.

13 De viris virtute præcellentibus, per exagerationem dicitur, quod sint, vel ambulent coram Deo, & hoc ipsum encomiū peccatori vere pœnitenti ad aptatur.

LIBER SECVNDUS ESDRÆ.

CAP. I. NUM. 6.

Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti vt audias orationem serui tui.

AD CAP. 1. N. 6.

Auris conducit ad auditionem; sed calamitatis visio ad exauditionem.

1  MNES aures, non impeditæ, audiunt; sed non omnes auscultãt, seu exaudiũt: Ar, quid faciunt oculi ad auditionem? Nihil. Ad exauditionem vero, multum: videre enim calamitatem opprimentem, Deo efficacissimum motiuum est ad subuentionem.

CAP. 2. *NVM.* 2.

Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum, nescio quod in corde tuo est.

Reges in continuo suæ incolumitatis timore versantur.

2 MIseranda regum conditio: in continuâ solicitudine circa ministros, & seruos sibi assistentes viuunt, eorum facies considerantes, & omnia externa signa, & motus contemplantes, vt ex ipsis occulta cordis rimentur, ad hoc vt sibi caueant, & prospiciant, malaque imminentia, in quorum semper continuo timore versantur, à se auertant: Uide ad Ecclesiasticum num. 52.

Et timui valde, ac nimis.

Timor nimius foras erumpit.

3 TImui valde, ideſt interno cordis pauore: *Nimis*, ideſt externa demonstratione, quæ á rege aduerti, & notari posset.

CAP. 2. *NVM.* 3.

Et dixi regi: Rex in æternum viue.

Qui æternam vitam alteri desiderat, omnem mali temporalis suspitionem eliminat.

4 VItam regi, non solum temporalem, sed etiam æternam imprecatur Nehemias, vt omnem suspitionem auerteret ex ipsius pallore contractam.

Quare non mæreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni?

Ciuitas destructa non dat, sed recipit denominationem, quia nomen amisit.

5 DOmus ciuitatis, & non: *Ciuitas domus* videbatur dicendum, sed tunc Ierusalem adeò misera erat, & destructa, vt potius ab vna domo particulari denominationem acciperet, quã domui alicui denominationem conferre posset.

Ciuitas destructa magnũ quoddã mausolæum dissipatum est.

6 Et notandum non dixisse Nehemiam: *Domus habitationis*, sed: *Domus sepulchrorum*, tota enim Ierusalem erat tunc magnũ quoddam mausolæum, & hoc non extructum quidem, & adornatum, sed destructum, & dissipatum.

CAP.

CAP. 3. NUM. 1.

Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis, ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius.

Sacerdos debet Diuino cultui in primis attendere, & suam vtilitatem non despicere.

7 HAnc portam, per quam gregum erat introitus, primum ædificauerunt sacerdotes, & cultui diuino attendentes, & suam vtilitatem non despicientes.

CAP. 4. NVM. 5.

Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes.

Bonorum Ecclesiæ ministrorum irrisoribus iuste pœna imprecãda.

8 ATQué iusta pœna imprecabilis est ijs, qui bonos ministros ædificatores, & Ecclesiæ operarios irrident, & aspernantur.

CAP. 4. NVM. 17.

Una manu sua faciebant opus, & altera tenebant gladium.

Qui templũ Dei in se ædificat, vna manu laboret, & altera resistat.

9 SIC facere opus est omnibus, qui in semetipsis templum Spiritus Sancti ædificare studeant: Vnâ manu opera virtutum diligenter aggredi, & alterâ manu se ab insurgentibus inimicis, tam externis, quam interioribus defendere.

CAP. 5. A NVM. 2.

Et erant, qui dicerent: Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Et erant, qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant: Mutuo sumamus pecuniam in tributa regis, &c.

Nil molestius, quam ære alieno grauatum esse.

10 IN vrgentissimâ famis, & tributorũ præmẽtiũ necessitate, ad eam subleuandã prius recurrunt ad filiorũ, filiarumque distractionem, aliaque media, & vltimo ponunt loco pecuniæ mutuæ acceptionem tanquam mediũ & remedium grauius, difficilius, & molestius.

Miserrimus reipublicæ status cũ parentes filiorũ numero grauantur.

11 Et nota miserrimum reipublicæ illius statum, in quo, & filij videbantur parentibus suis multi inimis, & propter præmentem necessitatem distrahibiles.

CAP. 5. NVM. 12.

Et dixerunt: Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus vt loqueris.

Reformationem, quam primates reipublicæ ineipiunt inferiores perficiunt.

12 CUM reformatio, & obseruãtia legum incipit à primatibus, vt patet hîc supra num. 10. populus, non solum vniformiter, sed etiam hilariter illam exequitur.

CAP. 5. NVM. 15.

Duces autem primi, qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidié siclos quadraginta; sed, & ministri eorum deprœserunt populum.

Principes populũ tributis grauant, sed exactores opprimunt.

13 PRimi duces, seu principes grauant tributis populum: Exactores autem tributorum populum deprimunt, supprimunt, opprimũt, comprimunt.

CAP. 5. A NVM. 18.

Insuper, & annonas ducatus mei non quæsiui, valde enim attenuatus erat populus. Memento mei Deus meus in bonum, secundum omnia, quæ feci populo huic.

Nil Deo gratius principes efficiũt quam cum populo afflicto tributa relaxant.

14 IN populi angustijs debent principes primitiua tributa, quæ regaliæ vocantur, ad tempus relaxare, quod adeò gratum, & obligatorium Deo est, vt super illo permittat se Deus conueniri.

CAP. 6. NVM. 2.

Miserunt Sanaballat, & Gosem ad me, dicentes: Veni, & percutiamus fœdus in viculis in campo Ono.

Aulici inimici tunc magis duplices, cū magis simplices apparere nitantur.

15 IN viculis, ideſt locis apertis, & non munitis, in quibus me non poſſem ab eorum inuaſione defendere: en maligna duplicitas rurali ſimplicitate palliata.

CAP. 6. A NUM. 5.

Et miſit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum ſuum, & epiſtolam habebat in manu ſua ſcriptam hoc modo: In gentibus auditum eſt, & Goſſem dixit, quod tu, & Iudæi cogitetis rebellare.

Aulici inimici cogitationes ritualium non compertas ſolum, ſed diuulgatas eſſe volunt.

16 ISte Sanaballat hoſtis Dei, & Hebræorum, ſuiſmet verbis ſe prodit, & calumniatorem ſe eſſe conuincit, nam quomodo in gentibus audiri poterat reb illio, quæ nondum extra cogitationem erat?

In corruptus miniſter calumniā non timet.

17 Et nota, quantum timorem incuteret in Nehemiam hæc calumnia, ſi ipſe non fuiſſet incorruptus, & fidelis miniſter Domini.

CAP. 6. NUM. 12.

Et intellexi, quod Dominus non miſiſſet eum, ſed quaſi vaticinans locutus eſſet ad me.

Qui illicita proponit ex ſpiritu Dei loqui nequit

18 INtellexit Nehemias Semeiam prophetam ex corde ſuo, & intentione maligna, non ex diuino impulſu prophetare, eo quod rem illicitam perſuaderet, vt patet ex num. ſequenti.

CAP. 7. NUM. 2.

Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ieruſalem (ipſe enim, quaſi vir verax, & timens Deum plus ceteris videbatur) & dixi eis, &c.

In confuſo reipublicæ ſtatu pauci vere virtuoſi eſſe ſolent.

19 IN illo confuſo, & inordinato reipublicæ ſtatu recens ſoluta captiuitate, fere in nullo erat vera, & ſolida virtus, ſed tantum apparens.

VEL SIC.

Cor hominis, præſertim aulici inſcrutabile.

20 Non dicit, quod vere erat verax, ac timens Deum, ſed quod videbatur, quis enim certo cognoſcet abſcondita cordis, præſertim hominis aulici.

CAP. 7. NUM 3.

Et dixi eis: Non aperiantur portæ Ieruſalem vſque ad calorem ſolis.

Cum hoſtes imminent ciuitas ſolicite cuſtoniēda.

21 IDeſt non circa ortum ſolis, ſed inter oram tertiam, & ſextam.

CAP. 8. NUM. 2.

Attulit ergo Eſdras ſacerdos legē coram multitudine virorum, & mulierum, cunctiſque, qui poterant intelligere.

A concionibus paruuli excludēdi.

22 EXcluſis pueris ante decennium, tales enim non intelligerent, & non parum impedimenti intelligentibus afferrēt, tum naturali inquietudine, tum puerilibus indigentijs.

CAP. 8. NUM 4.

Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum.

Conciones ad populum ex loco eminenti fiant.

23 HEbræa habent: *Turrim ligneam*, quæ eſt forma noſtrorum ſuggeſtorum, ſeu cathedrarum.

CAP. 9. NUM. 7.

Tu ipſe Domine Deus, qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum de igne Chaldæorum.

Qui de infidelitū regione educitur, quaſi de inferno liberatur.

24 NON ſolum, quia: *Vir* nomen illius ciuitatis, de qua eductus à Deo fuit Abraham, ignem ſignificat, ſed etiam, quia cum de idolatria Chaldæorum liberauit, quæ in ignem æternum perducebat.

CAP. 9. NUM. 24.

Et venerunt filij, & poſſederunt terram, & humiliaſti coram eis habitatores terræ Chananæos.

Per

Nec grauius málum confusio proximi.

25 PER terminum: *Humiliasti*, significatur inteructio omnium illarum gentium, vt vel hinc pensemus, quam grauius malũ, & quanta mortificatio sit proximum humiliare, ac rubore suffundere.

CAP. 9. *NVM.* 29.

Et dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierunt.

Lex Diuina onus leuissimum lex peccati onus grauissimum.

26 QVI humerum extrahunt à lege Dei, dant humerum illum grauissimo oneri peccatorum.

CAP. 10. *NVM.* 14.

Capita populi Pharos, Phahathmoab, Aelam Zethu, Bani, &c.

In generalibus comitijs Ecclesiastici laicis præsidendi.

27 PRincipes sæculares, secundo loco post sacerdotes, & Leuitas signant fœdus á Nehemia percussum.

CAP. 11. *NVM.* 17.

Et Mathania filius Micha filius Zebedet, filius Asaph princeps ad laudandum, & confitendum in oratione.

In Dei ministerio primus, princeps iure compellari debet.

28 NOtandum, quod primus ex destinatis, ad cultum Dei, in quocumque ministerio, dicitur *princeps*, secundum communem, & frequentem loquẽdi morem sacræ Scripturæ.

CAP. 12. *NVM.* 41.

Et clarè cecinerunt cantores, & Iezraia præpositus.

Cantus perceptibilis auribus grauior.

29 CLare cecinerunt, id est perceptibili, non solũ melodiâ, sed etiam himno, non confusè, & vociferanti clamore rithmico, vt solent cantores copulatiué, & gregatim modulantes, seu potius clamitantes.

CAP. 13. *NVM.* 1.

In die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo, & inuentum est scriptum in eo, quod nõ debeant introire Ammonites, & Moabites in Ecclesiam Dei vsque in æternum.

Exclusio immisericordiũ á gloria in lege veteri prophetatur, & in Euangelio declaratur.

30 PRophetia reiectionis immisericordium ab Ieruſalem cælesti secundum illud Matthei cap. 25. *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum, &c.* Vide Deuter. cap. 23. à num. 3.

LIBER TOBIÆ.

CAP. I. A NVM. 8.

Hæc, & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. Cum verò adultus esset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua.

AD CAP. 1. A N. 8.

Qui charitatis opera exercet, cũ gratia matrimonium contrahit.

1 QVI A PRIMIS annis tot tantaque charitatis, ac religionis opera exercuerat, consequens est quod sibi in vinculũ indissolubile copularet *Annam*, ideſt, gratiam.

CAP. 1. *A NVM.* 13.

Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis, & dedit illi potestatem quocumque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset.

Bene moratus legali coercitione non indiget.

2 QVI indulgentiâ Domini fui, & libertate cõcessa bene vtitur, nullis debet legibus coerceri: ideò potestatem, & libertatem, non adhoc, vel illud, sed ad quodcumque vellet Tobiæ Salmanasar concesit.

CAP. 1. *NVM.* 23.

Tobias verò cum filio suo, & vxore fugiens, nudus latuit.

Homo pauper nõ solum ignotus, sed inuisibilis.

3 LAtuit, quia nudus, & omnibus bonis expoliatus. si enim se non nudasset, non latuisset, homo namque in extrema paupertate constitutus, non solum latens & ignotus, sed etiam inuisibilis redditur.

CAP. 2. *NVM.* 18.

Quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidē suā nunquam mutant ab eo.

Cœlestis beatitudo ab antiquis patribus cognita & fideliter credita.

4 ÈN testimonium clarum, & manifestum alterius vitæ, & æternæ beatitudinis, quã re promisit Deus diligentibus se.

CAP.

CAP. 2. NVM. 21.

Videte, ne forte furtiuus sit, reddite eum dominis suis.

Dignitas ab aliquibus solet amitti, & dignitatis fastus nō dimitti.

5 CVM vxore sua loquens Tobias vtitur numero plurali: *Videte*, & *reddite*, qui loquendi stilus principibus, & hominibus in dignitate constitutis solemnis est: Tobias ergo diuitias, dignitates, & honores apud Salmanasar acquisitos amiserat, sed stilum, & modum loquendi non amiserat.

VEL SIC, ET VERIUS.

In materia peccati caute, & generaliter loquēdū

6 Illam actionem furti in simulabat, ne ergo videretur, vel notari posset, aliquam in particulari deturpare, loquitur pluraliter, & in commune.

CAP. 3. NVM. 1.

Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, dicens: Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, &c.

Increpatio vxoris viri præcordia pungit.

7 AD increpationem consanguineorum, non solum, non ingemuit Tobias, sed etiam ipsos increpauit, vt patet supra cap. 2. num. 17. ad vxoris vero increpationem, eodem cap. num. 22. ingemuit, & eiulatus est.

CAP. 3. ANVM. 9.

Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens: amplius ex to non videamus filium, aut filiam super terram interfectrix virorum tuorum. Nunquid, & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ, &c.

Qui improperia patienter tollerat, cælo appropinquat.

8 AD superius cubiculum pergit Sara improperijs lancinata, quasi cælo appropinquans, & terram deserens, seu despiciens.

VEL SIC.

Qui de proximo non se vindicat cælo approximatur.

9 Statim cælo appropinquet necesse est, quæ à vili ancillula conuitij, & improperijs appetita, non re improperat, nec propriam vindictam curat.

Qui de improperante fratre non se vindicat in cœlum ius acquirit.

10 Et non solum cælo appropinquat, sed ius certissimum ad cælum acquirit possidendum: ideo Christus dixit Matth. cap. 5. inimicorum benefactoribus: *Vt sitis filij patris vestri*: & Paulus ad Rom. cap. 8. num. 17. *Si filij, & heredes.*

Qui de proximo non se vindicat summum, quod creatura exaltari potest, se exaltat.

11 Sed cum illud cubiculum esset superius respectu pauimenti, & trichinij, in quo erat Sara cum ab ancilla increpabatur, quare ait textus ex loco illo perrexisse, quod incessum, & de ambulationem per æquale pauimentum significat, & non ait: Ascendisse, quod de inferiori in superius habitaculum eleuationem explicat? An quia, qui cū possit, non se vindicat de illata ipsi iniuria, statim se in adeò sublimi gradu collocat, & constituit, vt nullus, etsi supremus, & superexcelsus, locus sit, ad quem ex illo gradu pateat ascensus?

Sed in oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, vt ab illo improperio liberaret eam.

Lacrymæ coram Deo aduocati optimi.

12 LAcrymis pro verbis vtebatur, istæ enim efficacius quam eloquentiores Patroni, & Aduocati, coram Deo causas nostras agunt. Uide paulo infra ad num. 25. huius capitis.

CAP. 3. NVM. 15.

Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me.

Mors ereptio à terra propriissimo dicitur.

13 MOrtē appellat: *Ereptionem à terra*, tanquā ab iniquo detentore.

CAP. 3. NUM. 25.

Et missus est angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

Vide supra n. 12.

14 A Quibus oratoribus recitatæ sunt? A lacrymis Tobiæ, & Saræ. Uide quæ supra ad num. 12. huius capitis dicta sunt.

Boni medici honorifice tractandi, & compellandi,

15 Et nota Angelum Tobiæ, & Saræ medicum curatorem hîc honorificè nominari cum appellatione sancti, quod in Sacræ scripturæ textu insolitum, & rarum est.

CAP. 4. *A NUM.* 1.

Igitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei: Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum construe.

Mortis approximatio expectari non debet ad testamenti conditionem.

16 BOnus, pius, & timoratus senex ad hoc, vt testamentum conderet non expectauit mortem imminentem, sed possibilem.

Bonus testator hæredem prius instruit, quam instituit.

17 Et notandum, quam bonus testator fuerit Tobias, prius heredem instruit, quam instituit. Vide infra num. 21. huius cap.

CAP. 4. NUM. 3.

Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli.

Viro misericordi fidenter de prædestinatione sua loqui licet,

18 COnfidenter loquitur de sua prædestinatione ad vitam, qui tot misericordiæ opera in viuentes defunctosque impenderat.

Defunctus fidelis, qui statim nō beatus, Deum nō accipit sed à Deo accipitur.

19 Et nota proprietatem loquendi de beatitudine in illo statu in quo Deus nondum, saluandis patebat: non enim dicit: Cum anima mea Deum acceperit, sed: *Cum acceperit Deus animam meam,* in Abrahæ scilicet sinu collocādā.

Qui aliorum sepulturam curat, non transiuret suam.

20 Et de corpore agens, ipsius humationem non negligit, qui aliorum sepulturam adeó impense diligenterque curauerat.

Et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cū autem, & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me.

Tam naturale est senem mori, quā in ventre concep tum nasci.

21 MOrtem suam cum gestatione in vtero filij sui coniungit bonus senex, ad significandum, tam naturale esse senem mori, quam puerum in vtero existentem nasci.

VEL SIC.

Super mortis fundamēto benemoratæ vitæ artificiū constituendum.

22 Inter mortem suam, & vxoris collocat Tobias filij sui conceptionem, & natiuitatem vt super hoc fundamento totius magnæ huius institutionis subsequentis fabricam construeret. Vide supra num. 2. huius cap.

CAP. 4. *NUM.* 7.

Ex substantia tua fac eleemosynam.

Non solum ex possessis, sed ex intimis eleemosyna eroganda.

23 *EX substātia tua fac eleemosynam*, id est, ex re á te iuste acquisita, vel legitimé possessa: vel ex tua met carne, & sanguine intimisque visceribus, sicut faciunt illi, qui ob peccatorū cōuersionem, & proximorum salutem vitam prodigunt.

Et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere.

Ex visu mouetur cor ad eleemosynam elargiendā.

24 NON dicit, quod det eleemosynam omni pauperi, sed quod faciem à nullo paupere auertat, quis enim necessitatem proximi clare videat, quin illi plenissime non succurrat?

VEL SIC.

Eleemosyna discrete eroganda non indiscriminatim essundēda.

25 Videat omnem pauperē, vt de legitima verorum pauperum necessitate certioretur, nec det æra minuta indiscriminatim omni petenti: hoc enim non tam est eleemosynam erogare, quam pecuniam effundere.

Ita enim fiet, vt nec à te, auertatur facies Domini.

Eleemosyna sine præmio a Deo nunquam relinquitur.

26 ELeemosynam in Sacra Scriptura, sine præmio statim illi correspondente nunquam legimus,

Et

Qui intensè cœlum desiderat, de cœlo frequẽtèr loquitur.

27 Et nota quam frequenter Tobias senior de cælesti beatitudine mentionem facit, quam semper in corde, mente que habebat.

CAP. 4. NVM. 18.

Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.

Figura Eucharistiæ fidelibus antiquæ legis defunctis leuamen.

28 HÆC verba ponderari possunt in parentationibus, & exequijs defunctorum: Et videntur prophetia de pane, & vino Eucharistico in lege gratiæ pro viuis, & defunctis in Ecclesia offerendo, quod iure diuino aduertitur non esse manducandum cum peccatoribus.

CAP. 5. A NVM. 1.

Tunc respondit Tobias patri suo, & dixit: Omnia, quæcumque præcepisti mihi faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram ignoro: ille me nescit, & ego eum ignoro, quod signum dabo ei, &c.

Iuuenes terrena potiùs quàm cœlestia intensiùs procurant.

29 TObias filius, vt pote iuuenis, & adhuc imperfectus, â salutaribus patris sui monitis vno vel altero verbo se expedit, de recuperanda verò pecunia prolixè agit, vt ex contextu videre est.

CAP. 5. NVM. 8.

Cui respondit (Raphael Angelus) *nouit: & omnia itinera eius frequenter ambulauit.*

Angeli boni per prouintias discurrunt vt angelos malignos aligant.

30 HInc infertur Angelos bonos, per terras, & Prouintias frequentèr cursitare, & ad dæmonum incursus depellendos, & ad immissiones bonas suggerendas.

Et mansit apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages Ciuitate Medorum.

Angeli boni apud bonos mansionem faciunt.

31 ANgeli boni per vias cursitant, sed in domibus piorum virorum mansionem faciunt.

CAP. 5. NVM. 10.

Tunc ingressus Tobias indicauit vniuersa hæc patri suo, super quæ admiratus pater rogauit vt introiret ad eum.

Admiratio prudentis non ex ignorantia; sed ex Diuinæ prouidentiæ aduertentia nascitur.

32 PER hanc admirationem innuitur Tobiã seniorem specialem Dei prouidentiam circa hoc negotium percepisse.

CAP. 5. A NVM. 13.

Cui ait iuuenis: Forti animo esto, in proximo est, vt à Deo cureris. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum?

Exiguas filiorũ vtilitates proprijs, et tam magnis, parentes præferunt.

33 CVm tam bonam, & proximam spem exhiberet Angelus Tobiæ seniori de recuperatione visus, mirum est, quod super hoc negotio nullum verbum adijcit, quasi nihil de illo curæ habens, sed statim ad negotium ducatus filij transitum facit, vt appareat, quantùm cõmoda, & negotia filiorum, proprijs commodis, & vtilitatibus parentes præferant.

VEL SIC.

Non aliud, quã calamitates visurus vt quid visum appetat?

34 Forté Tobias senior oculorum vsuram non desiderabat, ne tam propriam: quam suorum contribulum captiuorum calamitatem videret.

Et cum redieris restituam tibi mercedem tuam.

Humani laboris stipendia strictissimo iure debita.

35 NOn dicit: *Dabo*, sed: *Restituam*, vt aduertant illi, qui opera, & sudore humano ad suam vtilitatem vtuntur, mercenariorum stipendium non pertinere ad verbum: *Do*, sed ad verbum: *Soluo*, seu: *Restituo.*

CAP. 5. A NVM. 15.

Et dixit ei angelus: Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

Ex. m.

Filiorum pedagogi educatores prima cura parentum.

36 EXemplũ curæ, & solicitudinis, quam omnes parentes habere debent circa socios, ductoresque filiorum, seu pedagogos.

CAP. 5. A NUM. 18.

Sed ne forte solicitum te reddã: Ego sum Azarias Ananiæ magni filius,

Humilis bono sacerdoti quàm Angelo fidendum.

37 CVR non se angelum Domini statim declarauit, sicut postèa in redditu fecit? Quia intentio angeli erat securissimum de se facere seniorem Tobiam, & ad hoc visum fuit illi congruentius, se de genere sacerdotali, de quo fuit Ananias, quam se Dei Angelum declarare.

CAP. 5. NUM. 19.

Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu.

Ab negatio auaritiæ nobilitatem conuincit.

38 NON leuiter, sed valdè rationabiliter, & prudenter credidit Tobias senior generis nobilitatem, etsi â solo mercenario, & de se ipso asserta, aduertens illum super conductionis filij stipendio, non solum non altercasse, sed nec vllum verbum protulisse.

CAP. 5. NUM. 25.

Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

Filium diuitijs præferre exageratio amoris materni est.

39 NON solum commẽdatio, sed etiam exageratio amoris materni, filium tanquam diuitias computare, & plusquam diuitias æstimare.

Bonorum coniugum, non solum sensa, sed etiam sensus communes sunt.

40 Sed cur ait: *Videbamus*, pluralitèr cum Tobias maritus eius tunc cæcus esset? Quia inter bonos coniuges, quales isti erant, etsi vnus eorum aliquo sensu careat, non debet dici, tali sensu carere, sensu enim consortis vtitur, & fruitur.

VEL SIC.

Amor cæcus cæcos videre facit.

41 Sic loquitur Anna, quia Tobias coniux lumen quidem oculorum amiserat, sed lumen dilectionis erga filium non amiserat.

CAP. 5. NVM. 28.

Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

Femina flendo fatur.

42 FÆmineus flectus, non solet esse taciturnus, sed loquax.

Femineum fletũ compescere, linguamque frænare vtrumque difficile.

43 Et nota, quod duos magnos effectus causauit illa pia prudensque Tobiæ senioris persuasio, & fæmineum eiulatum sedauit, & loquelam compescuit.

CAP. 6. NVM. 4.

Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset attraxit eum in siccum

Diuinis auxilijs cooperando diabolum subijciemus.

44 CVR Angelus non attraxit piscem, ad cuius extractionem Tobias paruidus, & tremens aptus non videbatur? An quia Angelus gerebat vices auxilij diuini, quod nos ad benè operãdum inducit adiuuatque, sed nos debemus ad opus accingi, & manus fiducialitèr applicare, nec enim illud solũ sine nobis, bonũ opus perficiet, aut Diabolũ, in hoc pisce significatum vincet, & subijciet: ideo dicebat Apostolus 1. Corinth. cap. 15. num. 10. *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

Et palpitare cæpit ante pedes eius.

Diabolus ante pedes sternitur in ipsum dominantiam tremit.

45 EN piscis immanis, id est leuiathan, seu Diabolus, qui cum in nos insurgit, non solum victurus, & vincturus, sed etiam deuoraturus videtur, si contrà eum fortitèr, diuino auxiliò, quod nunquàm deest, confidentes egerimus, ante pedes nostros videbimus eum, non solum debellatum, sed palpitatem etiam, seu trementem.

CAP.

CAP. 6. NVM. 5.

Tunc dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtilitêr.

Nulla creatura in ordine ad hominis seruitium inutilis.

46 QUÆ inutilia sunt ad comedendum, vtilia solent esse ad curandum.

VEL SIC.

Non omnia, quæ medicinalia proclamantur medicinalia sunt.

47 Dixit Angelus: *Ad medicamenta vtilitér*, quia multa sunt, quæ pro medicamentis, & quandoqué exageratiuè venditantur, quæ inutilia omnino sunt.

VEL SIC.

Dilacerato dæmone spiritualis vita proficit.

48 Exenterato dæmone, magna, & valde vtilia nobis, ad vitam spiritualem conseruandam medicamenta proueniunt.

VEL SIC.

Galenus dat opes.

49 Mirarer si cum medicamentis vtilitas coniuncta nõ esset.

CAP. 6. A NUM. 7.

Tunc interrogauit Tobias Angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater.

Homo innocens, & benemoratus Angelorum consanguineus.

50 VEré, dignè, & æqué Angelum fratrẽ appellauit, qui Angelicis moribus præditus erat.

Ut dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens Angelus, dixit ei, &c.

Necessitatibus humanis tã corporeis, quam spiritualibus auxiliũ diuinũ prestò adest.

51 Nobis salutaria animæ quærentibus, & sciscitantibus responsio diuina præstó adest.

Medicinæ Angelicæ infallibiles.

52 Et nota quod non dicit: *Quod remedium habere solent, vel possũt ista, quæ de pisce seruare iussisti.* Sed: *Quod remedium habebunt*, quæ futura erant prophetizans.

Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos.

Cor igne charitatis crematũ dæmones extricat.

53 NIL melius extricat dæmonem, & longè aufugere facit, quam cordis particula igne charitatis accensa.

CAP. 6. A NVM. 11.

Respondensque Angelus ait: Est hic Raguel nomine vir propinquus dẽ tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculũ, neque feminàm vllã habet aliam, præter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem.

Substantia cum onere vxoris potius grauat quã ditat.

54 TIbi debetur omnis substantia eius, sed cum suis simul accidentibus, filiæ scilicet in vxorem accipiendæ, & alijs.

CAP. 6 NVM. 14.

Tunc respondit Tobias, & dixit: Audio, quod tradita est septem viris, & mortui sunt.

Detractorij conuitij fremor diu durat.

55 NON dixit Tobias: *Audiui*, sed: *Audio*, quia forté adhuc in auribus suis resonabat strepitus, & rumor conuitiorum, quæ supra cap. 3. num. 9 referuntur ab ancilla in Saram virginem eiaculata.

CAP. 6. NVM. 18.

Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea.

Umbra Trinitatis pias Hebræorum acciones perficiebat.

56 PEr hunc sacratum numerum veram religionem in Trinitate profitendo, & vt matrimonium confirmetur, & quasi in Sacramentum nouæ legis propheticé eleuetur, & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti perficiatur.

CAP. 6. NVM. 22.

Transactâ autem tertiâ nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus.

Qui naturalia accidentia excludit Naturam inuertere intendit.

57 NON excludit libidinem, seu concupiscentiam carnis, quæ passio naturalis est, sed eam ex bono fine honestat,

neſtat, & perficit, & in loco inferiori collocat.

CAP. 7. NVM. 9.

Poſt quam autem locuti ſunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium.

Dulcis conuerſatio famem, ſi nō extinguat, ſuſpēdit.

58 CVR non ante collocutionem iuſsit occidi arietem Raguel, vt finito colloquio, prandium paratum eſſet? An quia ſuauitas conuerſationis de rebus, & negotijs vtriuſque domus bonorum adeó, dilectorumque ad inuicem conſanguineorum ſic colloquentes reficiebat, vt de comeſtione minime recordarentur, nec il, â indigerent?

CAP. 7. NVM. 15.

Et apprehendens (Raguel) dexteram filiæ ſuæ dexteræ Tobiæ tradidit.

Bonorum voluntas filiorum in parentibus reſignata.

59 DE exploratione volūtatis Saræ non fit mētio in ſacro textu, quia vel ſupponitur facta, vel quia Sara in parentis ſui voluntate erat omnino reſignata.

VEL SIC.

Quæ ſecūdas nuptias nō recuſauit ceſſe non erat explorare, quæ â æquam plurimis non reſiſtet.

60 Voluntatem feminæ neceſſe non erat explorare, quæ â ſeptemplici coniugum propoſitione non abnuerat.

Dicens: Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe con ūgat vos, impleatque benedictionem ſuam in vobis.

Hebræorum nuptiæ humanæ, Chriſtianorum diuinæ vocari poſſunt.

61 IN veteris legis connubijs, etſi inuocabatur Deus qui illa ordinauit, perſonæ tamen non diuinæ ſed humanæ exprimentabantur; At in connubijs legis gratiæ ad ſupernaturalem ſacramenti naturam eleuatis, non iam perſonæ humanæ, ſed diuinæ ad illorum confirmationem inuocantur.

CAP. 8. A NVM. 13.

Cumque paraſſent foſſam, reuerſus Raguel ad vxorem ſuam, dixit ei: Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat, ſi mortuus eſt.

62 NON reprehēditur Raguel ob præmaturam foſſæ apertionem, ante quam Tobiæ mortem examinaret, ob ſeptuplicem experientiam generum occiſſorum.

Quod plurièſ accidit, ſemper credi poteſt accidere.

CAP. 9. A NVM. 1.

Tunc vocauit Tobias Angelum ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto, vt auſcultes verba mea: Si me ipſum tradam tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ Tamen obſecro te, vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum, &c.

Beneficij accepti confeſsio, alterius impetratio eſt.

63 OPtima diſpoſitio ad impetrandum nouū beneficium, confeſsio præcedentium acceptorum.

CAP. 9. NVM. 4.

Scis enim ipſe, quoniam numerat pater meus dies, etſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius.

De malis filiorū imminētibus parentes non de futuro, ſed de præſenti dolent.

64 NON dicit: *Si tardauero contriſtabitur*, ſed: *Si tardauero contriſtatur.* Vt certitudinē doloris patēti ſignificaret, & ad exagerandam patris anxietatem, de abſentia ſuâ.

CAP. 9. NVM. 6.

Tunc Raphael aſſumens quattuor ex ſeruis Raguelis, & duos camelos, in Rages Ciuitatem Medorū perrexit.

Confidentia proxim. bene vtendum.

65 QUattuor ſeruos aſſūpſit Raphael, nō tam propter ſecuritatem pecuniæ recuperandæ, quam propter Tobiæ aſſecurationem, ne anxius remaneret ob confidentiam de ipſo nōdum ſatis prauato factam: Angelus enim humano more ſe gerebat.

CAP. 10. A NVM. 12.

Et apprehendentes parentes filiam ſuam oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: monentes eam honorare ſoceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere.

Hæc

Coniugalis perfectio vitæ ad præcepta quinque reducitur.

66 HÆC quinque verba seu præcepta sunt synopsis, & compendium perfectæ coniugatę.

CAP. 11. NVM. 6.

Et dum ex eodem loco specularetur (Anna mater Tobiæ) *aduentum eius vidit â longé, & illicò agnouit venientem filium suum:*

Rationalis amor non cæcus; sed summé perspicax.

67 QVis dicat cæcũ amorem, qui oculos huius piæ matris adeo acuit, vt filiũ adhuc longe distantem videret, & statim cognosceret. Vide Lucæ cap. 15. num. 20.

VEL SIC.

Ad filij, vel distantissimam præsentiam cor matris, nõ subsilire, nèquit.

68 Radio oculorum motum â longe venientis pręcepit, sed motu cordis, cum filium suum esse cognouit.

Currensque nuntiauit viro suo, dicẽs: Ecce venit filius tuus.

Passio vehemens mentem perturbat.

69 HInc apparet, quantum affectus vehementes animum moueant, & perturbent: hæc matrona alioqui grauis, & circumspecta per mediam vrbem ad maritum currit, & viro cæco Ecce demonstratiuum dicit.

Passio vehementior in feminis ennuntiatiua loquacitas.

70 Sed cur non prius ad filiũ osculandum currit, quam ad maritum certiorem faciendum? præsertim cum visus circa obiectũ illud falli posset? An quia pręualet in fèminis affectus loquax, & nuntiatiuus, etiam incertorum, reliquis affectibus, etiam ijsqui circa filios versantur?

CAP. 11. NVM 8.

Statimque lini super oculos eius ex felle isto prius, quod portasti tecum: scias enim, quoniam mox aperientur oculi eius, vt videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit.

Gratia humanã naturam, perficit, non inuertit.

71 NON tollit affectus ad superna, in lumine cæli Anagogicé significatus, affectum licitum, honestum, naturalẽque filiorum: vide num. 72. seq.

CAP. 12. NVM. 3.

Te quoque videre fecit lumen cæli.

Angeli sancti nõ interius solum, sed etiam exterius illuminare solent.

72 IDest illuminauit spiritualiter, & corporaliter.

CAP. 12. NVM. 7.

Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est

Politica humana quandoque, inculpatè, diuina contrariari solet.

73 IN politica humana oportet occultare consilia: in diuina verò politica, manifestare conuenit mysteria, & magnalia Dei.

Propria scelera in sacramentali confessione propalare honorem auget, non minuit.

74 Et notandum, honorificã appellari confessionem, qui à hominem conuerti, quod Dei maximum opus est, & peccatorem scelera sua, & commissa propalare, non solum dedecus non affert, sed maximum honorem, & decorem inducit.

CAP. 12. NVM 9.

Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.

Eleemosyna Beatitudinis definitiuum decretum est.

75 SEntentiæ iudicum terrenorum non diuulgãtur ante legitimam è suo tribunali pronuntiationem secus sententiæ diuinæ, præsertim, quam misericordibus daturus est Matth. 25. dicens: *Venite benedicti patris mei, &c.* Ideo supra num. 7. Raphael dixerat: *Opera Dei reuelare honorificum esse.*

CAP. 12. NVM 12.

Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuũ, & mortuos abscondebas perdiẽ in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

Misericordia virtualis quæd m oratio, & exoratio est.

76 DVO optima Tobiæ exercitia recenset Raphael: & orationem cum lacrymis, & in defunctos misericordiam: Quomodo ergo orationem tantum Domino obtulisse dicit?

cit? An quia opera misericordiæ exercere genus quoddam orationis est, & sic in illa oblatione inclusum?

VEL SIC.

Misericordia per se ipsam coram Deo, absque patrono, vel interuntio apparet.

77 Opera misericordiæ non indiguerunt internūtio perquem ante conspectum Dei peruenirēt, sed per se ipsa coram Deo apparuerunt, & præsentata sunt, quod cum Raphael Angelus certò sciret, orationem tantum Deo obtulit, cetera representare omittens.

CAP. 12. A NVM. 14.

Et nunc misit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.

Qui prandium relinquit, vt mortuum curet optime saluti suæ cōsulit.

78 EN cui prandium relinquit, vt mortuos sepeliat, ægrotāti medicus de cælisti camera â Deo mittitur, vt curetur.

Gratitudinis mira efficacia est.

79 Et nota, quod vsque dum vterque Tobias gratam Angelo remunerationem exhibere voluerunt, distulit Raphael, & suam manifestationem, & virtutum eorundem extollentiam, Deoque gratissimam acceptationem, talis tantaque virtus, & efficatia gratitudinis est.

CAP. 12. A NVM. 17.

Pax vobis, nolite timere.

Pax interior, exteriorque timorē omnem expellit.

80 QVi pacem in se, & cū ceteris habet, nil habet, vnde timeat.

CAP. 12. NVM. 19.

Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri nō potest, vtor.

Intellectus, & voluntas Deum respicientes angelorum refectio est.

81 CIbus Angelicus est ille actus intellectus, quo Beatus cōtēplatur seu spiritualiter luminat Deum, potus est actus voluntatis fruentis, & sitim explentis, ideo Psal. 35. num. 9. dicitur: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Deus hominibus in vita mortali videndus non creditur, at datur comedendus.

82 Et nota, non dixisse Angelum Raphaelem, se vti cibo, & potu, *qui ab hominibus manducari, & bibi non possit*: Sed *qui ab hominibus videri nō potest*, scilicet in hac mortali vita de gentibus: quod pro Eucharistiam digné sumentibus notandum est.

Temperantiæ virtus hominibus ab angelis efficacissimé commendatur.

83 Sed cur Angelus de illa immensa, & interminabili fruitione loquens, dixit: *Utor*, & non dixit: *Perfundor, repleor, satior*, sicut ex fidei lumine ductus aiebat David Psal. 16. 15. Quia cum de cælesti gaudio loqueretur sub methaphorá cibi, & potus, maluit loqui verbo moderationem, & parsimoniam significante, ad temperantiæ virtutem hominibus commendandam.

VEL SIC.

Potior Medicinæ pars præseruatiua est.

84 Cum Angelus ille esset *Raphael* qui est: *Medicina Dei*, per hunc loquendi modum voluit innuere: optimam Medicinæ partem, quæ præseruatiua dicitur, in moderatione cibi, potusque consistere.

CAP. 12. NVM. 22.

Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum.

Diuina Trinitas ab antiquis patribus adorata.

85 PER horas tres vniformitér prostrantur in honorem indiuiduæ Trinitatis.

CAP. 13. A NVM. 1.

Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, &c.

Qui cum Angelis conuersatur angelicos mores cōtrahit.

86 EX breuissimà cum angelo collocutione euasit Tobias, & cælesti gaudio repletus, & prophetiá alijsque plurimis donis supernaturalibus ditatus, & nobilitatus, vt ex huius capitis contextu patet.

CAP.

CAP. 14. NUM. 10.

Audite ergo filij mei patrem vestrũ seruite Domino in veritate, & inquirite, vt faciatis, quæ placita sunt illi: & filijs vestris mandate, vt faciant iustitias & eleemosynas.

Eleemosyna non ad pietatem solũ, sed etiam ad iustitiam pertinet.

87 ELeemosynas iustitijs adiungit, ad intimandam obligationem ex iustitia eas elargiendi pauperibus.

CAP. 14. A NUM. 12.

Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic: sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc; Video enim, quia iniquitas eius finem dabit ei.

88 QUod peccata destruãt quamlibet rempublicam, non indiget intellectus discursu, est enim res ipso visu perceptibilis, ideo non dixit: *Existimo, iudico,* vel *considero,* sed: *Video enim, quia iniquitas eius finem dabit ei.*

Quod peccata Rẽpublicam destruant non intellectus solum, sed oculorum etiam obiectum est.



LIBER JUDITH.

CAP. I, NVM. 4.

Et gloriabatur (Arphaxad) *quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.*

AD CAP. 1. N. 4.
LIBRI JUDITH.

Cui Deus non adest, omnis humana potentia deest.

1 EN iste rex muris, nænibus, exercitu, & quadrigis instructus nondicitur *veré potens*, sed: *Quasi potens*, quia deerat illi Deus exercituum in quo vera virtus, & fortitudo consistit.

VEL SIC.

Potentia quæ a se non est, non vera sed apparens potentia est.

2 Qui in alio extra se nititur, quicumque ille sit, non est *potens*, sed *quasi potens*; Solus Deus vere potens, & omnipotens, qui in nullo alio, quam in semetipso nititur, nec niti indiget.

CAP. 1. NVM. 12.

Tunc indignatus Nabuchodonosor rex aduersus omnem terram illam, iurauit per thronum, & regnū suum, quod defenderet se de omnibus regionibus his.

Humana politica honestis semper prætextibus malignitatem contegit.

3 HOnesto hoc nomine defensionis celat Nabuchodonosor iniquam, & iniustam vindictam, quam de illis gentibus, & prouincijs vsurpare intendebat. Sic assolent nonnulli reges ambitionem suam prætextare.

CAP. 2. A NVM. 2.

Vocauitque omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui; dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.

Terrenorū principum ambitio vltra vitium metas progredi solet.

4 EN suis confidentiatijs consulentibus aperit Nabuchodonosor mysterium voluntatis suæ, vastissimam scilicet totius orbis subiugandi ambitionem sub larua in excusabilis, & necessariæ defensionis, ceteris, tam sub-

subditis, quam subijciendis prætextatam: cuius exemplum succedentibus annis Alexander Philipi Macedo secutus, & intentum ferè cõsecus fuit.

VEL SIC.

Vide supra nu. 4. 5 Omnem terrarum orbem ab vno subiugari, non humanæ, sed diuinæ virtutis, & potentiæ negotium est idcoque consilium super hâc vastissima intentione arcanâ, diuinâque mysterij voce â Nabuchodonosore compellatur; Et hinc immanitas, & insolentia regalium apprehensionum, & cogitatuum metiri licet. Vide infra cap. 3. num. 13.

CAP. 2. *NUM.* 4.

Quod dictum, cũ placuisset omnibus.

Resolutis tyrãnorum principum propositionibus consulentiũ nullus audet reclamare. 6 NON mirandum subditos illos Consiliarios, vel certius tyranicé subiugatos, vesanæ propositioni eius, qui totum orbem subiugare intendebat, consensum præbuisse, sed nihilominus aduertendum est, eos non dici intellectu sed voluntate, tantum consensisse: ideo dicitur: *Cum placuisset omnibus.*

CAP. 2. *NVM.* 6.

Non parcet oculus tuus vlli regno.

Furor bellicus visuale venenum. 7 FUror bellicus vel solo visu omnia vastat, consumit, destruit, & sicut mors nemini parcit.

CAP. 2. *NVM* 8.

Omnemque expeditionem suam fecit præire, in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè.

Præciputum exercituum robur militaris annonæ præparatio, ac præmissio. 8 BEllum aggressuro victus militum nõ solum prouide præparandus, sed etiam ante omnia reliqua præmittendus.

CAP. 3. *A NVM.* 1.

Tunc miserunt legatos suos, vniuersarum vrbium ac prouinciarum reges, ac principes, &c.

Qui venientes ad Holophernem dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim, vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes, cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur &c.

Dæmonis tyrannide nulla grauior, ac durior. 9 SIC mundani se suaque dæmonis iurisdictioni subijciunt, falsò existimãtes, propter hoc, ipsos securé illis fruituros; qui tamen, vt iniquus, & iniustus tyrannus, nec sic delinitur, sed facit, quod infra num. 12. refertur Holofernem cum istis infelicibus prouincijs, earumque dominatoribus fecisse.

Exiguis quandoque medijs oportuné adhibitis magna detrimẽta euitari possũt. 10 ET notandum, quam exiguo vel nullo impendio, comi scilicet vrbanitate legatis ante missis exhibita, poterant se istæ prouinciæ incolumes conseruare, & tot tantaque mala, periculaque euadere. Vide supra cap. 1. á num. 7. ad 12.

CAP. 3. *A NVM.* 11.

Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt: nam, & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet, vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.

Tyrannorum principum ambitio nõ solum vltra vi. ig metas, sed vltra Naturæ terminos transgreditur. 11 EN reuelatum, diuulgatum, & patens omnibus mysterium consilij Nabuchodonosoris supra cap. 2. nu. 3. cum subditis suis habitum consiliatoribus, & quidem non solum vastissimum, sed etiam impijssimum: totum scilicet orbem, non tantum corporeum visibilem, & naturalẽ, sed etiam incorporeum, & rationalem, imo inuisibilem, spiritua-

lem, & supernaturalem subiugandè, intendens se non solum regem omnium, Dominumque, sed etiã Deum constituere, & adorari.

CAP. 4. NVM. 4.

Et muris circundederunt vicos suos (Filij Israel) & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.

Vide supra nu. 8.

12 NON curant de armorum præuentione, sed frumentorum, hæc enim sunt optima ad pugnam præparamenta. Vide supra cap. 2. ad num. 8.

CAP. 5. A NVM. 1.

Nuntiatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorum quod filij Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent, & furore nimio exarsit in iracundia magna.

Iracundia amplius subiecto, quã obiecto nocua.

13 FUror, & iracundia plus nocent ipsi concipienti, quam eis in quos fulminantur, siquidem illum, non istos exardescere faciunt, & compellũt.

CAP. 5 NVM. 5.

Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto, qui in montanis habitat, & nõ egredietur verbum falsum ex ore meo,

Apud malos principes veritas cõdimento, & recommendatione indiget; secus falsitas.

14 AD veritatem proferendam Achior animi captationem præmittit; non sic præloqueretur, si falsitatem assentatorié pronuntiare intenderet, ipsa enim adulatio apud principes secum habet imbibitam recomendationem.

CAP. 6. A NUM. 1.

Factum est autem, cum cessasset loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior: Quoniam prophetasti nobis, dicens: quod gens Israel defendatur à Deo suo, &c.

15 SI Holofernes fidem non adhibebat ab Achiore dictis, cur vtitur verbo: *Prophetasti*? rẽ certo euenturam significãte? An prophetauit etiã Holofernes materialiter, seu instrumentaliter, sicut Caiphas?

Praui, & precatores diuinæ quãdoque vocis instrumenta sunt.

UEL SIC.

16 Cum Achior in Holofernis existimatione falsa, & friuola pronuntiaret, consultó, & ex animi malignitate cum prophetare dicit, vt vno eodẽque verbo, & propheta, & propheriam contemneret.

Principes infideles vno ictu, & veram Religionem, & ministros eius ferire intendunt.

CAP. 7. A NVM. 9.

Ut ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius.

17 HOC maximé placet diabolo, & angelis eius, fontes vere, & sanæ doctrinæ, seu inscriptis contentos, seu ex ore apostolicorum virorum profluentes præcidere, & præcludere.

Sanæ fontes doctrinæ præcludere ingens dæmonis cura est.

CAP. 7. NUM. 23.

Æquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam.

18 QVinque integros dies absque vllâ omnino aquâ trãsigere plus videtur patientia miraculosa quam naturalis, & humana.

Sitis per plures dies toleraui, nisi miraculose, nequit.

VEL SIC.

19 Per hos quinque dies sine aqua transactos ariditas legis Mosaycæ significatur, quinque libris contentæ.

Legis Mosaycæ ariditas, tum in deserto, tum pluriès alibi insinuata.

CAP. 8. NUM. 21.

Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum ad eloquium vestrum corda eorũ erigite.

Ani-

Æterna vita populorum ab exẽplo, & doctrina pendet sacerdotum.

20 ANima, ideſt vita æterna populorum â conuerſatione, & exemplo monitiſque presbyterorũ ſeu ſacerdotum pendet.

CAP. 9. NUM. 2.

Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti ei gladium in defenſionem alienigenarũ, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem.

Quandoque cum bono cordis zelo comungi ſolet prauus operis exceſſus.

21 QUomodo laudat Iudith, & Dei motioni attribuit, quod Iacob Geneſ. cap. 29 â num. 50. reprehendit, & maledictione percutit? Iudith laudat zelum patris ſui Simeonis, qui bonus, & â Deo fuit: Iacob reprehendit exceſſum, & fraudem religione prætexam ad vindictæ conſummationẽ, quod malum, & peccaminoſum fuit, origoque multorum malorum, niſi Deus, ob merita tanti Patriarchæ ſpeciali prouidentiâ obſtitiſſet.

CAP. 9 NUM. 4.

Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.

Operum ad extra ſucceſſio diuinæ menti adaptari ſolet.

22 *ET illa poſt illa cogitaſti*, ideſt ſucceſsiue produxiſti.

De perfectionibus diuinis rectè credentibus, & bene ſentientibus minus propriè loqui non eſt culpæ imputandum.

23 Et ſi de cogitatione intellectuali ſermo eſt, liceat piæ feminæ de perfectionibus diuinis abſque rigore theologico, & ſcolaſtico loqui: ſeu liceat bene ſentire, & minus bene proprièque ſententiam explicare.

CAP. 9. NUM. 14.

Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum, & virtutem, vt euertam illum.

Libido hoſtis infenſior, vt pote proximior.

24 PRius poſtulat â Deo Iudith conſtantiam ad non conſentiẽdum libidini, quam animi valorẽ, & virtutem ad Holofernis occaſionem, exiſtimans prius poſteriore arduius, & difficilius.

CAP. 9. NUM. 15.

Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus feminæ deiecerit eum.

Mariæ immunitas gloriæ Dei perpetua recordatio.

25 VIctoria Mariæ de culpa originali memoriale perpetuum eſt maximæ gloriæ Dei; Et nota, non dixiſſe: *Occiderit*, ſed: *Deiecerit*, vt clarius Maria conterens caput Draconis exprimatur.

CAP. 9. NUM. 18.

Memento Domine teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione tua permaneat.

Pudicitia in ſubiecto ipſius templum Dei adificat.

26 *DOmus tua in ſanctificatione permaneat*: Orat ſolicita Iudith, non ſolum pro incolumitate templi Heroſolymitani, ſed etiam pro incontaminatione domus corporis ſui.

CAP. 10. A NVM 1.

Factum eſt autem, cum ceſſaſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco in quo iacuerat proſtrata ad Dominum. Vocauitque abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, &c.

Cilicium mentẽ in Deum erigit; mundus muliebris ad terram deprimit.

27 OPtime collocatã habebat ſupellectilem Iudith: cilicium ſcilicet in ſuperiori domo, mundum muliebrẽ in inferiori, cilicium enim facit mentem erigi in Deum, mundus muliebris cor femineum ad terrena deprimit.

VEL SIC.

A contemplatione ad actionem ſemper deſcenditur.

28 Iudith in ſuperiori domo orationi feruidæ ad Dominum vacabat; in inferiori vero ſe lauit, vnxit, adornauit ad finem, honeſtiſsimum quidem, & glorioſiſsimum, attamẽ â contemplatione ad negotia temporalia, quæcumque illa ſint ſemper deſcenditur: vide Lucæ cap. 10. num 42.

CAP. 10. NVM. 16.

Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.

Affectiones voluntariæ principum continuæ studia sunt aulicorum.

29 VNde istis exploratoribus tanta certitudo benevolæ affectionis futuræ Holofernis erga Iudith, ad hoc, vt tam euidenter, & secure pronuntient? Nil diligentius, & intensius penetrare student serui omnes, præsertim aulici, quam motus affectiuos, & voluntarias inclinationes dominorum suorum.

CAP. 10. NVM. 18.

Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent.

Fœminea modestia homines, etiã immodestos, componit.

30 NON dixerunt: *Pulchras elegantes, speciosas, formosas*, sed: *Decoras*: Adeó modesta erat pulchritudo Iudith, vt obligaret satellites, homines alioqui inurbanos, & procaces, ad eam honestissimâ voce explicandam.

Vnius insignis fœminæ modestia totum femineum sexum condecorat.

31 Et nota: Propter vnicam Iudith totum femineum sexum Hebræorum collaudatum.

CAP. 11. NVM. 1.

Tunc Holofernes dixit ei: Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.

Primi principum ministri nil minus opere complent, quam quod ore frequentare solent.

32 FEré semper verba aulicorum, & principalium ministrorum regum iustitiã, & æquitatem præseferunt, licet opera non correspondeant, imo contraria sint, vt patet supra cap. 3. â num. 11.

CAP. 11. NVM. 4.

Et dixit illi Iudith: Iume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ perfectam rem faciet Dominus tecum.

33 PErfectam rem faciet Dominus tecum ideſt sumet de te per manum meam rectã iustamque vindictam.

Sontes iustissimè punire magnæ Dei perfectio est.

34 Et nota: Non remansisse Holoferni contra Iudith vllam iustæ rationem quærelæ: Si enim ipsi verba dedit, iam claré præmonuit se illi verba dare; dicens: *Sume verba ancillæ tuæ*, &c.

Discreta æquivocatione, & iusta verborum cautela vtens veritati non derogat.

CAP. 11. NVM. 5.

Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ.

35 ADuertenter, & cauté sic loquitur Iudith, dicens: *Rex terræ*, non *cæli*, vt ipse temèrario, & sacrilego ausu vult ab omnibus appellari vide supra cap. 3. num. 13.

Pij, atque prudentes in aliorũ laudibus non excedunt.

Quoniam non solum homines seruiũt illi per te, sed, & bestiæ agri obtemperant illi.

Vide supra num. 34.

36 CAlide insimulat brutalitatem colentium Nabuchodonosorem tanquam Deum.

CAP. 11. NVM. 12.

Et volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum est, quod in perditionem dabuntur.

Argumentũ sophisticum non semper censurâ dignum.

37 SAcra polluentium certissima perditio est, sed in isto casu Iudith non intendit arguere efficaciter contra Hebræos, tum quia ob extremam necessitatem excusabiles forent; sed arguit amphibologicè, & prudenter sophistice ad capiendum Holofernem.

CAP. 11. NVM. 15.

Ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem.

Vide supra num. 34.

38 ADducam te scilicet decollatum seu adducam caput tuum abscissum, & manu mea deportatum.

Et habebis omnem populum Israel, sicut ouis, quibus non est pastor.

Qui-

Vide supra n. 34.

39 *Quibus non est pastor*, scilicet, *tu*, non enim adduceris dominaturus, sed dominandus, & illudendus. Vel forte de Messia expectato, & nondum apparente loqui intendit prudens, & discretissima Iudith.

CAP. 11. *A NUM.* 18.

Et dicebat alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

Insipientibus laudatoribus sæcula abundant.

40 Isti laudabant verba Iudith, & præcipue sensum eorum, cum neutrum percallerent, nam omnis Iudith sermocinatio erat æquiuoca, & palliata! Non pauci sunt, fuerunt, & erunt, qui immodicis laudibus extollant, quæ non capiunt, nec intelligunt.

Non omnes, qui verba excipiunt, conceptus percipiunt.

41 Vel dicamus: Istos percepisse quidem, Iudith verba prægnantia loqui, sed conceptum non cepisse.

CAP. 11. *NUM.* 20.

Et dixit ad illam Holofernes: Bene fecit Deus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris.

Infidelis, etiam cum verum Deū laudat, in honorat.

42 Lætetur Deus Israel, habet enim iam pro se, & in approbationem suarum dispositionum suffragium Holofernis.

CAP. 11. *NUM.* 21.

Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit, & Deus meus.

Amor amantis arrogantiā euanescit.

43 Vbi nunc Holofernis arrogantia, & tumor, fuit ne emollitus statim, ac ab Iudith amore captus, & correptus?

De victoria dubitat, imo desperat victus.

44 Et notandum, quod iam dubitat de victoria populi à siti fere enecti, & consumpti.

Deipara cunctarum hæresium sola interemptrix.

45 Sed cum intentum huius expeditionis fuerit, omnem Deitatem anihilare, ex hominum præcordijs auellere, & in Nabuchodonosorem transfere, quomodo Holofernes sui muneris, & potissimæ obligationis oblitus, Deum Iudith non solum, non destruit, sed potius ad fidem illius admittendam se disponit? An ex quo in Iudith Mariæ figuram conspexit, non solum omnem animi tumorem, & asperitatem, sed etiam omnem apostasiam ab animo suo abdicauit, ad veramque fidem capessendam se disposuit? Hinc patet quam proprie, digneque canat Ecclesia de Maria, quod cunctas hæreses sola interemerit.

Et tu in domo Nabuchodonosor magneris.

Ex sapientium collocutione sapiens loquela adducitur.

46 *Eris magna*, imo *maxima*, præualebis enim mihi, qui magnus in domo illa sum, & potentię Nabucodonosoris, qui maior me est.

Et nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

Ex collocutione cum Maria symbolo supernaturalia dona adquiruntur.

47 Prophetauit per hæc verba Holofernes, sicut Caiphas, nescieus, quid diceret, plenissime enim verificata fuerunt de Iudith vera, & potissimum de figuratâ. Ex Iudith collocutione verba mystica Holofernes pronuntiare didicit.

CAP. 12. *NUM.* 1.

Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit, illos manere eam.

Pretiosissima virtutum gemma in nobiliori thesauro recondenda.

48 In Gazophilacio Holofernis reponitur, & reconditur Iudith, tum propter ipsius æstimabilitatem, tum propter Holofernis æstimationem, tum etiam, quia erat iustum, & condignum stipendium Holoferni á Deo destinatum.

Et

Et constituit, quid daretur illi de cōuiuio suo.

Non tam in donatione, quam in donorum qualitate æstimatio dignoscitur.

49 NON dicit: *Et constituit, quod daretur*, sed: *Quid daretur*; non enim solum volebat Holofernes assignare Iudith cibos ad victu quotidianum, sed etiam qualitatem ciborum, scilicet ex lautioribus, & pretiosioribus mensæ suæ.

Epulones Epulonis diuitis sortem subeunt.

50 Notandum etiam, non dixisse: *De victu*, vel *mensa sua*, sed: *De conuiuio*, epulabatur enim Holofernes quotidiè splendide, ideoque fortè eâdem nocte perijt, sicut dives ille parabolæ Euangelicæ. Lucæ. 16.

CAP. 12. A NUM. 15.

Et surrexit (Iudith) *& ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.*

Quandoque ex duplici causa vnus, atque idem effectus.

51 COncussum fuit Holofernis cor ex ardore libidinis, vt ait textus, & forte etiam ex naturaliter præsagâ futuri euētus præsensione.

Deipara coram dæmone numquā lapsui obnoxia.

52 Et in Iudith stante coram Holoferne considera Mariam coram dæmone semper stantem, nūquam lapsam, vel lapsui obnoxiā.

CAP. 12. NVM. 20.

Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum numquam biberat in vita sua.

Qui Vaco, & Veneri litant, istorum victima efficiuntur.

53 PRæliuauit Baco, sacrificaturus Ueneri, nesciens miser, se esse victimam spurcitię idolo feriendam.

CAP. 13. NUM. 20.

Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis.

Prima Deiparæ cum immunitatem ipsius ab omni culpa apud fidelem populum stabilitæ.

54 IMmanitas tanti facinoris fortissime aggressi, & fælicissimé peracti, & necessaria animi applicatio ad facti enarrationem, in qua feruide tunc versabatur Iudith, illius mentem non obliterauit, aut distraxit, quin pudicitiam suam, & à peccato omnimodam exclusionem, apud populum, iuramento iuste, necessariè, & legitime interposito, tueretur. Quod notandum pro votis, quæ pro defendenda immaculata Deiparæ in primo instanti conceptione communitè fiunt.

CAP. 14. NUM. 1.

Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me, fratres, suspendite caput hoc super muros vestros, &c.

Caput aliquando impurum numquam iuxta se admittendum.

55 CVR caput hoc, saltem post fugatos Assyrios non detulit Iudith in domum suā, vel in memoriam tanti facinoris, vel ad mortis recordationem excitandam, vtpote spiritualis, & cōtemplatiua heroina? Non detulit Iudith in domum suam, ne prope se haberet caput, cuius oculi eam in honeste conspicari aliquando ausi fuerunt.

CAP. 15. NUM. 1.

Cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset fugit mens, & consilium ab eis.

Vbi mens nō adest, consilium necessario deest.

56 DEficiente mente, deficiat consilium necesse est, quia consilium est mentis operatio; ex quo mirandum, quod aliqui vellint inuenire consilium vbi non est mens.

LIBER ESTHER.

CAP. I. A NVM. 3.

Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet, & octoginta diebus, cumque implerentur dies conuiuij inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan â maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari, &c.

AD CAP. 1. A N. 3. LIBRI ESTHER.

Tubditi corã superioribus vsque ad puericiſmum decreſcunt.

1 HIC TEXTUS apparenti amphibologia nõ caret, vel enim hîc duo conuiuia referuntur, vt aliqui autumant, primum, centum octoginta dierum spatium durans magnatibus regni, prouintiarumque præfectis exhibitum; secundum conuiuium septem dierum reliquo populo indiscriminatim oblatum: & sic patet, quanta disparitas, & differentia æstimationis apud reges gradus magnatum, & præfectorum comparatione populi obtineat. Quæ tanta est, quanta inter primos ministros regibus assistentes, & reges ipsos versatur, ideo illi frequenter in Sacra Scriptura pueri compellantur, quia à magnitudine, & maiestatis splendore, coram quo obuersantur, exinaniuntur, ac taliter minorantur, ac si ad puericiſmum retrocederent.

Nimijs, ac diuturnis impendijs exigua mũdi gaudia comparantur.

2 Uel illi centum octoginta dies, secundum aliorum placitum, quod litteræ conformius videtur, fuerunt insumpti in præparatione rerum ad illud conuiuium deseruiturarum, quod per septem dies, tam primoribus regni, quam populo promiscué ministratum fuit, & sic patet; quantam rerum copiam, quantumque temporis, ad tantillũ gaudij mundus impẽdat.

UEL

VEL SIC ALLEGORICE.

Ad Eucharistiam digne suscipiendam magna, ac solicita præparatio antecedat.

3 Mystice per hoc conuiuiũ, Eucharisticum communiter intelligitur significatum: Aduertamus ergo, quanta debet esse præparatio, & dispositio ad hoc vere magnificum, & regale conuiuium accedentis, cum centum octoginta dies impendat omnipotentia exhibentis.

Communicantiũ Deus non solum altor, sed inspector.

4 Aduertamus etiam, non solum Deum, sed coram Deo comedere, ideo in Euangelica parabola Matthæi 22. num. 11. Intrauit rex vt videret discumbentes.

CAP. 1. A NUM. 10.

Itaque die septimo cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman, & Bazatha, &c. Vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

Eucharistia digne accipientium sensus suis modis recreat.

5 NON solum gustum selectioribus cibis, sed etiam visum exquisitioribus obiectis recreare volebat rex suis commensalibus.

VEL SIC.

Pulchritudo animæ digne communicantis admirandum cælicolis spectaculum.

6 Pulchritudo animæ digne Eucharistiam recipientis tanta est, vt eam Deus angelis regni sui magnatibus, reliquis que cælicolis ad ostentationem magnificentiæ suę proponere non dedignetur.

VEL SIC.

Si quid, vltra Deũ clare visum, videndum restat, anima digne cõmunicantis est.

7 Fruentibus Deo, beatitudinis obiecto, aliud adhuc obiectum videtur esse, quod eorum mentem allicere, & recreare vlterius possit, nempe anima viatoris dignè Eucharistiam accipientis.

CAP. 1. NVM. 12.

Quærenuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit.

8 IN mundialibus gaudijs, ad diem maioris hilaritatis grauior animi perculsio, & exulceratio reseruari solet.

Mundialia gaudia amaritudinibus semper admixta.

VEL SIC.

Grauis cuiusuis præcepti transgressio totam animam deturpat.

9 In Vasthi significatur anima quæ facile per contemptum, & transgressionem alicuius præcepti diuini gratiam Dei amittit.

CAP. 1. A NVM. 12.

Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes.

Sapientium consilia à regibus numquam omittenda.

10 ECce, rex temulentus, & non minus iracundia, quam vino inebriatus, non resoluitur ad aliquid decernendum absque præuio sapientum consilio.

Qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum.

Sapientes á regũ latere numquam amouendi.

11 OPtimus mos, & summis laudibus extollẽdus: sapientes semper regibus adesse, & ab ipsorum latere numquã recedere.

CAP. 1. NVM. 14.

Erant autem primi, & proximi, Charsena, & Sethar, &c.

Septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis.

Vide Danielis n. 25. & Ecclesiastici num. 186.

12 QUI videbant faciem regis, eiusque motus summo studio attendebant, varioque aspectus contemplabãtur, vt secundum illos sententiam dicerent: Vide Danielis num. 25. Et Ecclesiastici num. 186.

CAP. 1. NVM. 16.

Respondit que Mamuchan, audiente rege, atque principibus: Non solum regem læsit regina Vasthi, sed, & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouintijs regis Assueri.

In iustitiæ consessibus potior existimari solet sententia durior,

13 ISte Mamuchan erat vltimus, è septem sapientibus iudicibus, quibus magnus ille

ille præcipuusque consessus componebatur, vt patet ex eorundem numeratione supra num. 14. Loquitur tamen primus, vel ex prudenti illius Areo pagi institutione, qua statutum erat, quod nouissimi sententiam primi dicerent, ne ab antiquiorum authoritate, & reuerentiâ dictaminum violentiam paterentur, vel ex infimorum cujusuis communitatis inolita ambitione; vel quia cum proferre intenderet rigidiorem sententiam, aut cognouit præualituram, aut voluit illam ante alios proponere, vt præualeret.

Sententiæ à iudicibus, non clancularie, & submisse, sed palam, ac elata voce pronuntiandæ.

14 Et nota rigidam adeó sententiam contra reginæ ipsius personam, non solum clara voce, sed etiam clamorosa protulisse, vt colligitur, ex verbis illis: *Audiente rege, atque principibus.*

CAP. 1. A NVM. 21.

Fecitque rex iuxta consilium Mamuchan, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire, & legere poterat, diuersis linguis, & litteris: Esse viros principes, ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

Natura fecit virum mulieris caput, sed abusus in pedes transferre solet.

15 VIros esse dominos in domibus suis, & superiores respectu vxorum suarum, hoc ipsa natura, ipsa feminæ formatio clamitat, sed corruptis hominum moribus, adeó iste legitimus ordo inuersus est, vt necesse sit per leges positiuas seueras, imo & pænales quandoque restitui, & reparari.

VEL SIC ALLEGORICE.

Lex gratiæ femineas passiones virili rationi subijcit.

16 Quando noua lex gratiæ, in Esther significata, introducitur, & vetus lex, in Vasthi representata, excluditur, per vniuersum mũdum diuersis, & varijs linguis diuulgari iubetur, viros, idest rationem in domibus corporum nostrorum dominari debere, & feminas, idest passiones subijci, & obedire.

CAP. 2. A NVM. 4.

Et quæcumque puella virgo, ac speciosa) *inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi, & ita, vt suggesserant iussit fieri.*

Nonnulli consiliarij voluntate potius, quam intellectu consiliũ prebent.

17 PER hunc modum dicendi innuitur, consilium illud fuisse subdolâ caliditate regi Assuero á ministris Uasthi contrarijs sumministratum, vt memoria reginæ Vasthi alté animo, & cordi regis inhærens eradicaretur, & per introductionem nouę pulchritudinis aboleretur.

CAP. 2. NVM. 9.

Quæ (Esther) *placuit et, & inuenit gratiam in conspectu illius: Et præcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quam pedissequas eius ornaret, atque excoleret.*

Superexcelllens pulchritudo aliarum comparatione non minuitur.

18 NON fuit veritus Assuerus, quod vel speciositas superlatiua, vel ornatus assignandarum Edissæ puellarum eximiam, & superexcellentem illius pulchritudinem imminueret, vel quo quomodo, etiam leuissime confunderet, vel offuscaret.

Sacræ theologiæ scientiæ septem artes liberales ancillantur.

19 Hîc per Esther regi adeó grata placensque sacræ Theologiæ scientia tropologice intelligi potest, cui septem puellæ speciosissimæ de domo magni regis, hoc est septem artes liberales tamquã pedissequæ, & ancillulæ designantur.

VEL SIC.

Deiparæ omnes cælicolæ tamquã dominæ, ac reginæ deseruiunt.

20 Hîc per Esther Mariam Deiparam intellige respectu cuius pulchritudinis, & dignitatis, omnes

nes cęlicolę, qui sunt septem puellæ speciosissimæ de domo regis, pedissequæ ancillæ sunt.

CAP. 2. NUM. 19.

Quæ noluit indicare ei populum, & patriam suam: Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret.

Deipara, nec typice representata, vnquam, tãquam captiua, cognita.

21 CAute, & prouidenter præceptum hoc imposuit Ediſſæ Mardochæus, ne vel à ministris muneri quærendarum virginum destinatis, vel ab ipso rege ob captiuam, & seruilem cõditionem despiceretur.

Aditum ad innocentiæ effugium semper Dei prouidentia apertũ relinquit.

22 Nec inspiratione diuinâ, specialique prouidentiâ caruit, hæc præmonitio, ne impijssimus Aman hunc aditum ad Hebræorum innocentum liberationem aulicis artibus, malignisque machinationibus, præcluderet.

Nec inter aulicos natalium solertes inuestigatores Deiparæ ingenuitas in dubium vertitur.

23 Sed quęnam ista de cuius ingenuitate, nec discutitur, nec inter aulicos, præcipuos, & propenssos natalium inuestigatores, minimum dubium vertitur, nisi illa, de qua dictum est: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol,* &c. Canticorum 6. num. 9.

CAP. 2. NUM. 18.

Et iussit conuiuium præparari per magnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther: & dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

Exactio tributorum maximus labor prouinciarum.

24 *Dedit requiem vniuersis prouincijs*, hoc est, á tributis ad certum tempus absoluit, seu ab exactione tributorum quiescere fecit: tributa enim, vel certius, exactio tributorum est maximus labor prouinciarum.

VEL SIC.

Animæ sanctæ & Christi connubiũ Eucharistiæ conuiuio celebrandũ.

25 In hoc Assueri, & Esther connubio, spirituales nuptiæ Christi, & animæ sanctæ videntur delineatæ, quas splendidissimo corporis sui conuiuio lautissimè celebrat.

Spirituale Christi & Animæ sanctæ connubium spiritualia sponsalia præcedunt.

26 Sed aduertere oportet, hìc duos actus describi: *Coniunctionem*, scilicet, & *Nuptias*: Coniunctio est quædam vnio intellectus, & voluntatis animæ cum Deo, quæ vices sponsalium gerit: Nuptiæ sunt, ipsum spirituale Dei, & animę coniugium, qui actus, licet immediati sint, diuersi tamen, & distincti sunt, nec semper coniuncti, solet enim Deus frequenter animam sibi amore vnitam, & strictissimâ ardẽtissimâque charitate intimius copulandam, per varias tẽtationes, sicut Abrahamum probare, & postquam inuenerit se dignam, ad spirituales, & optatas nuptias peruenire; & tunc requies, & tranquilitas conceditur vniuersis naturæ humanæ passionibus, quæ rationalis Mycrocosmi Prouinciæ sunt, & superiores animæ potentiæ maximis, & inennarrabilibus donis, & immissionibus supernaturalibus illustrantur, & remunerantur.

CAP. 2. NVM. 23.

Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo.

Tunc respublica bene regitur, cum omnes causæ per legales terminos, ac dispositiones expediuntur.

27 HInc magnis laudibus extollenda venit rectissima regis, & regni huius institutio, siquidem in tam enormi, & execrando scelere, quale est in ipsius principis personam, & vitam machinatio, in quo vel extra iudicialiter, vel summarissime procedi solet ad vindictam, & capitalem pœnam infligendam; non sic cum istis iniquissimis nebulonibus actum est; sed diligenti, & iuridicà inquisitione facta, & euidentiâ facti

facti per legales actus compertâ, condigno supplicio adiudicati fuerunt.

CAP. 3. NVM. 5.

Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde.

Christus ac Maria soli à dæmonis dominio exëpti.

28 ISte est dæmon á solis Christo, & Maria, in Mardochæo, & Esther figuratis, non adoratus, seu tanquam dominus, princepsque recognitus. Vide Matthæi cap. 4. num. 10.

CAP. 3. NVM. 6.

Et pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manum suam, audierat enim, quod esset gentis Iudææ, magisque voluit omnium Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.

Ira, superbia, & ambitio iudices iniquissimi.

29 NOtandum, quam iniqui iudices ira, superbia, & ambitio sint: pro culpa, non vera, sed ab ipsis iniquo iure imputata, vnius indiuidui, non vnam domum, & familiam, non vnam cognationem, sed totam integram nationem condemnant. Vide quam per antiquus in mundo sit iniquissimus, & abominandus Machiabelismus potentium aulicorum.

CAP. 3. NUM. 7.

Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam, quæ Hebraice dicitur phur, coram Aman, quo die, & quo mense gens Iudæorum deberet interfici.

Aulici infideles fere omnes sortilegi, ac dæmonis cultores.

30 PRius quam artes aulicas, & cacopoliticas ad Hebræos perdendos Aman adaptare aggrederetur, sortilegia, seu artes sacrilegas, & diabolicas applicuit. Vide num. sequentem.

CAP. 3. A NUM. 9.

Si tibi placet, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex annulum, &c.

Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum sit: de populo age, quod tibi placet.

Rex iniquus subditos nihili æstimat.

31 PLus æstimauit Aman Hebræos, quos, vt hostes, & sibi infensos odio prosequebatur, quam rex Assuerus, vt subditos, & basallos, siquidem ille aurum pro eis obtulit, iste cõtemsit, & nihili appretiauit.

VEL SIC.

Rex populi certissima cũ rex, ac primus minister sibi mutuem complacere studeant.

32 Aman dixit Assuero: *Si tibi placet.* Assuerus respondit *Age, quod tibi placet*: Cum rex primusque minister sibi ad inuicem complacere studeant, credant subditi de ipsis actum esse, & certissimam necem illis imminere.

VEL SIC.

Pretium sanguinis humani à regibus numquam admittendum.

33 Noluit Assuerus, ob falsas iniquas, & subdolas informationes Aman, sententiam mortis in Hebræos, ex falsa præsumptione prolaturus, pretium pro sanguine hominum, etiam existimatorũ grauissime delinquentium, acceptare: quod, euidentissimo reipublicæ, iustitiæ, imo, & propriæ conscientiæ damno, aliqui principes exequi non verentur.

VEL SIC.

Diuitias, quas primi regum ministri adglomerant insquo iure possidere solent.

34 Hæc verba: *Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum sit:* Seorsim considerata, & à reliquis præcisa sic explicari possunt, ac si rex Assuerus diceret Aman: Hanc pollicitationem acceptarem, dummodo argentum promissum esset veré tuum, à

te legitime adquisitum, & possessum, non iniquis vestris artibus aulicis, piscatoriâ scilicet, & venatoriâ á meis subditis ademptum, & adeptum. Quæ verba sic ad mores corripiendos ponderari possunt, cum aduertentia tamen, quod hęc expositio cum reliquo contextu, & historiæ serie non cohæret.

CAP. 4. A NVM. 1.

Quæ cum audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare.

Aulicorum mœrores in corde residunt, foras non erumpunt.

35 HAbitus dolentis, & eiulantis palatium non intrat, non ex hoc, quod aulici mœroribus non abundent, sed quia eos in corde retinere coguntur, foris autem ostendere, vel ostentare nefas est, ob suspiciosas principum apprehensiones. Uide quæ ad lib. 2. Esdræ cap. 2. num. 2. diximus.

CAP. 5. NVM. 2.

Cumque vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius.

In Deiparâ clementiam Deus singulariſsimam exercuit.

36 QUomodo *contra eam*, cum esset virga clementiæ? An quia illa virga erat instrumentum clementiæ communis, & vniuersalis, & cum Esther, idest Maria non exercuit Christus clementiam communem, sed singularem?

Ad primum Deiparæ instans virgæ Diuinæ clementiæ extraordinario, ac singulari motu extensa.

VEL SIC.

37 Illa præpositio: *Contra*, vel: *Coram* per quod denotatur, semper Mariam coram Deo stetisse, ideoque dicitur: virgam clementiæ ad Mariam extensam, reliquæ enim omnes creaturæ rationales ad clementiæ Dei virgam perueniunt, secus Maria, ad quam ipsa Dei clementiæ virga extraordinario motu, & impulsu extenditur, & anticipatur; sed qualis, & quanta hæc extensio, & anticipatio fuit? Primi quidem puncti, & instantis: in cuius significationem, Maria, non totam clementiæ virgam, sed summitatem virgæ, quod est primum illius punctum indiuisibile, osculata fuit.

VEL SIC.

Gratia Dei erga Deiparam communes omnium creaturarum metas transgressa est.

38 Uirga diuinæ misericordiæ, & in genus hominum clemētiæ coram Maria extenditur, & vltra prescriptos à Deo fines, terminosque progeditur.

CAP. 6. A NVM. 1.

Noctem illam rex duxit insomnem, iussitque sibi afferri historias, & annales priorum temporum: Quæ, cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat, quomodo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan, & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium, &c.

Rex vigilans non regnum solum, sed, vel ipsum etiam tempus regit.

39 NON dicit: *Noctem illam peregit, vel transegit insomnem*, sed: *Duxit*, ad denotandum, quod rex vigilans, non solum regnum, & subditos, sed vel ipsum etiam tempus ducit, idest regit ac gubernat, qui enim stertit, potius à nocte duci, quam nocte ducere dicendus est.

Regis vigilia magnum regni lucrum.

40 Et nota, quanta bona illi regi, regnoque ex vnius noctis vigilia regia subsecuta sunt.

CAP.

CAP. 6. NVM. 3.

Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius, ac Ministri: Nihil omnino mercedis accepit.

41 CVR nihil omnino mercedis accepisse dicitur Madochæum, cum inferius cap. 12. num. 5. dicatur: *Datis ei* scilicet Mardochæo ob istam fidelissimam actionem) *pro delatione muneribus*? An quia nulla satisfactio poterat exhiberi tantæ condigna fidelitati?

Eximiæ fidelitati munera nulla æquivalent.

42 An quia magnanimus ille princeps nolebat in sui temporis fastis munera, & præmia subditis condigne impensa recenseri, sed tantum eorum erga se obsequia referri, & egregia facinora?

In magnanimorum regum fastis non subditorum præmia, sed merita recensenda.

43 Nec sine aduertentia præterundus est regius Assueri genius, sic ministrum annalogistam interrogantis: *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est*? Primo enim, & principali loco honorem, secundo, & inferiori præmium collocat, nil enim generosis animis honore æstimabilius.

In animi generosi æstimatione nil honore æstimabilius.

CAP. 6. NVM. 4.

Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggeret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.

44 PAtibulum Madochæo ab Aman fuerat præparatum, sed facer scriptor tali stilo vsus est, vt æquiuoce referri posset ad Aman, dicens: *Quod ei fuerat præparatum.* Forte præmature indicare volens, quod postea, disponente Deo, & iustâ ratione exigente completum, & executum fuit.

Sons insontis necem quærens suã inuenit.

CAP. 6. NUM 6.

Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat?

45 NON desideret rex honorare quemquam, nisi valde benemeritum, & cui honor conferendus legitime debeatur.

A regibus honores, non nisi benemeritis, conferendi.

Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans, quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit, &c.

46 HÆC cogitatio interna, & reputatio Amã hîc propalatur, vt agnoscant Reges, & principes ambitiosum genium, & vastissimam suorũ Priuatorum apprehensionem, nullũ alium, præter se ipsos, honore dignum, nec à suis principibus æstimabilem existimantium.

Priuati regum honoribus omnes, præter se ipsos, priuare conãtur.

CAP. 6. NUM 9.

Et primus de regis principibus, ac tyrannis teneat equum eius, &c.

47 SUbditi ad principalia munera exaltati in quouis opulento regno, & imperio, fere semper tytanni sunt vel fiunt.

Subditus nimium exaltatus in tyrannum conuerti solet.

CAP. 6. NUM. 10.

Dixitque ei rex: Festina, & sumpta stola, & equo, fac, vt locutus es, Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij: Caue, ne quidquam de his, quæ locutus es, prætermittas.

48 DUM iniquus, & ambitiosus prorex supremam perniciem fidelissimo suo, & basallo procurat; bonus, & æquus rex supremum illi honoris gradum disponit.

Quem malus prorex opprimere conatur, bonus rex sublimare sagit.

CAP 6. NUM. 14.

Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt.

Naturali præsensione cor hominis imminentia mala præsagire solet.

49 IAM non vadit Aman voluntarius, & gaudens ad conuiuium, sicut præcedenti die, sed violentus, & compulsus ducitur propter perturbatissimi animi abiectionem, ex ijs, quæ sibi ipso die inopinato acciderant, vel forte ex præsagientis animi prænotione, propriam ruinam, quam nō aduertebat, auertere nitentis.

VEL SIC ANAGOGICE.

Qui ad Eucharistiam cum peccato accedit, cū damnationis sententia recedit.

50 Ad conuiuium summi regis, & animæ sanctę iniquus non libenter it, sed violenter adducitur sententiam reprobatiuā, & cōdemnatoriam accepturus.

CAP. 7. *NUM.* 1.

Intrauit itaque rex, & Aman, vt biberent cum regina.

Potabilia comestibilibus decentiora, ac nobiliora.

51 MAgnifica regalis mēsę opulentia, non per comestibilia, sed per potabilia explicatur, vnde liquor quanto subtilioris, tanto nobilioris substantiæ est, si cum materialitate comestibilium comparetur. Vide 3. Reg. num. 165.

Basallus cum rege, nec numerum auget, nec supponit.

52 Sed cur non dicitur: *Intrauerunt rex, & Aman*, sed: *Intrauit rex, & Aman*? Tum ob honorem regię dignitati debitum, ne basallus cum rege compositus numerum augeret, & coram illo supponeret.

Regalis amor amatum supponat.

53 Tum, quia cum adhuc Aman esset à rege in summo amore, & æstimatione habitus pro vnâ eâdemque personâ cum illo reputabatur.

Coactus non it, seu intrat; sed trahitur.

54 Tum etiam, quia cum Aman non venerit hoc die volūtarius, & gaudens ad reginæ conuiuium, sicut antecedenti die, sed mæstus renuens, & violēter attractus, vt capite 6. num. 14. notatum est, non dicitur de illo, sed de rege tantum, quod intrauerit ad reginæ conuiuium.

CAP. 7. *NUM.* 4.

Atque vtinam in seruos, & ancillas vendercmur (ait Esther) *esset tolerabile malum, & gemens tacerē.*

Homini seruire malum graue; at dæmoni intolerabile.

55 ESse seruum, & ancillā hominum, etiam iniquorū, malum torerabile est; alia seruitus est, quæ malum intolerabile secum affert, nempe esse mancipium dæmonis per peccatum.

Et gemens tacerem.

Reliquas superat gemituum eloquentia.

56 QUI gemit, hominibus quidem tacet, sed Deo diserte loquitur, taceat ergo, qui gemit, rethorica enim gemitus, & singultus efficacior est, & persuasibilior quauis ornatâ locutione, ac figuratâ, & tropica elocutione.

Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.

Qui subdito fideli nocet regi ipsi nocet.

57 REdundat quidem euidentissime, nam occidere intendit regiæ incolumitatis fidelissimos zelatores in Mardochæo, & ceteris Hebræis, vt patet supra cap. 2. num. 21. & 22.

Vide supra n. 57

58 Et nota, quod qui subditos alicuius regis, præsertim bonos, & fideles occidere audet, in ipsummet regem audere, & quodammodo occidere.

CAP. 7. *NUM.* 9.

Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman.

Punitiuæ iustitiæ consiliarijs, & executoribus regna abundant.

59 NOtandū, quā promptos, & paratos habēt reges ministros, & consiliarios ad seueriora, & rigida decreta, & pronuntianda, & exequenda, siquidē; nedum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciē eius, vt ait textus num. 8. antecedenti, qui mos, & laude dignus, & regalis benignitatis expressiuus, ne rex videns mæstissimam damnati faciē, rigorem iustitiæ temperaret, & sic sontes, maximo reipublicæ detrimento, impuniti remanerent.

Sed

Cautopolitici nil solertius quam inimicitias celãt.

60 Sed prætereundum non est, quod isti ministri, præsertim Harbona inimicitias cum Aman gerebant, vt ex hac actione claresçit, sed cur de illis hæc historia nullam mentionem facit, sicut de ijs, quæ inter eumdem Aman, & Mardochæum versabantur? An quia isti, vtpote cauti aulici, & astuti politici inimicitias suas in intimo cordis fouebant, & nutriebant, donec oportunam erumpendi occasionem nanciscerentur?

CAP. 8. NVM. 2.

Tulit itaque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo.

Cui rex annulũ tradit regem sigillat.

61 ILle cui rex regium sigillum tradit regem sigillat, & se voluntati suę mãcipat. Uide infra num. 8.

CAP. 8. NUM. 17.

Apud omnes populos vrbes, atque prouincias quocumque regis iussa veniebant, mira exultatio epulæ atque conuiuia, & festos dies, in tantum, vt plures alterius gentis, & sectæ, eorum religioni, & cerimonijs iungerentur.

Ad impune se vindicantes multi glomerantur.

62 FOrte non pauci ex illis, qui de diuersis sectis in illa occasione iudaicum ritum susceperunt, eâ de causa fuit, quia Iudæis per regem licebat, ab inimicis suis vindictam sumere, & quos vellent impune occidere. Uide supra in hoc cap. num. 11. & infra cap. 9. á num. 5.

CAP. 9. NVM. 29.

Scripseruntque Esther regina filia Abigail, & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solemnis sanciretur in posterum, &c.

Superior qui subditis pœnalia opera indicit, eorũdẽ leuamina non transcuret.

63 QVÆ tãta cura Esther, vt dies sortium cõuiuijs, & tripudijs celebrentur, & pauperibus munera mittantur, ita vt nullus, etiam miserrimus Hebræorum famen, & inædiam sentiret, aut incænatus remaneret? Iuste quidem, congruenterque prouisum, vt ipsamet Esther, quæ ieiunium trium dierum indixerat, esuriem, mæstitiamque horum dierum abundantiâ, & lætitiâ aliorum compensaret.

CAP. 10. NUM 7.

Duo autem dracones: ego sum, & Aman.

Aulicis tam bonis, quam malis prudenti cautela opus est.

64 AMan malus aulicus; Mardochæus bonus, sed vterque prudens, & cautus, ideoque valde congrue in serpentibus significati. Vide infra cap. 11. num. 6.

CAP. 12. NUM. 1.

Morabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagatha, & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatij.

Ex morositatẽ seruitus infertur.

65 MORabatur Mardocheus cum Bagatha, & Thara, vt vnus è ministris inferioribus, & seruis eorum.

CAP. 12. NVM. 5.

Præcipitque ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

Qui obsequium acceptum aterna memoriæ tradit, satis, abundeque remunerat.

66 ADantinomiam, quæ versatur inter hunc textum, & illum cap. 6. num. 3. huius libri videnda, quæ ibi dicta sunt, ad quæ addimus; Non exiguum muneris Mardochæo datum fuisse, in eo, quod iussu regis fidelitas ipsius in publicos regni annales relata fuerit.

U E L S I C.

Remuneratio onerosa, oneratio non vero remuneratio, compellanda.

67 Munera quidem data fuerunt, sed cum onere in palatio cõmorandi, quod onus, non solum illis muneribus æquiualens, sed longissimo excessu prævalentius & præponderabilius fuit, adeó, vt æquo iure dicto cap. 6. de Mardochæo dicatur, quod nullo modo remuneratus fuerit, & nihil omnino mercedis acceperit.

CAP. 14. *NVM.* 2.

Omniaque loca, quibus antea lætari consuuerat, crinium lacerâtione compleuit.

Vera contritio vanitatis instrumenta dilacerat.

68 ESther non dilacerauit crines suos ex aliquo impatientiæ furore; sed ex verâ, & dolorosâ peccatorum suorum, & populi Hebraici contritione.

CAP. 14. *NVM.* 9.

Uolunt tua mutare promissi, & delere hereditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi, & altaris tui.

Cor iusti templũ Deo patens, ac suaue fumigans.

69 TVnc non erat templũ materiale Ierosolymi tanum, sed erat templum spirituale cordibus sanctorum inuisibiliter erectum, & ædificatum, Deoque non minus patens, & suauiter fumans, quam Salomonicum.

CAP. 15. *NVM.* 1.

Et mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo, & pro patria sua.

Mariæ, ac Ioseph castissimum cõtubernii in lege veteri præsignatum.

70 QUÆ in toto hoc libro de Esther regina dicuntur Beatę Mariæ ab omnibus feré expositoribus catholicis tropologice accommodantur, & præsertim, quæ in hoc capite continentur, & consequenter, non minus propriè, quæ de Mardochæo legimus Beato Iosepho applicari possunt, qui fuit B. Mariæ auunculus secundum sanguinem, sicut respectu Esther Mardocheus, & fidelissimus custos illius palatij regij, Dei singularissimæ habitationi destinati, vicitque fælicissimè superbiam Aman, per quem carnis superbia significatur, tam illam, quam ipsius passiones obtruncando, & iugulando.

CAP. 15. *NVM.* 2.

Memorare, inquit [Mardochæus Esther] *dierum humilitatis tuæ.*

Maria numquam humilitatis immemor.

71 QVando, scilicet dixisti: *Ecce ancilla Domini.* Lucæ cap. 1. n. 38.

Quemodo nutrita sis in manu mea.

Ioseph Mariam dulcissimo manuum suarum labore sustentauit.

72 NUtrita seu sustentata fuit B. Maria à sanctissimo, & castissimo Ioseph auunculo suo, manuum suarum labore, & exercitio.

CAP. 15. *NVM.* 3.

Et tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Maria apud æternum regem perpetua mediatrix.

73 HInc forte Ecclesia desumpsit salutationis angelicæ conclusionem, dicens: *Sancta Maria ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ.*

CAP. 15. *NVM.* 4.

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua.

Mariæ in sui ad æternam vitam reuocatione Filiũ imitata.

74 VErosimilius est, Mariam Sanctissimam tertio die ad imitationem filij sui vestimenta sepulchralia deposuisse, & glorificatam corpore, & anima, é tumulo surrexisse.

Christo, & Mariæ sepulchrales vestes non ad corruptionẽ contegendam, sed ad sacratissima corpora exornanda deseruierunt.

75 Et nota, quod solum respectu Christi, & Mariæ vestes sepulchrales, *indumenta ornatus*, dici potuerunt, isti enim soli, non tanquam serui, & captiui, sed liberi, & voluntarij mortem susceperunt, ideoque de Christo dicitur. Psal 87. verb. 6. *Inter mortuos liber*: & Machabæorum 1. cap. 15. num. 7. *Ierusalem autem sanctam esse, & liberam*, quæ de Maria typice, & tropologice communiter explicantur.

Et circumdata est gloria sua.

Gloria Deiparæ de condigno debita.

76 GLoria ipsi Mariæ tanquam reginæ cæli, & terræ de condigno debita.

CAP. 15. *NVM.* 5.

Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem, & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas.

Maria

Deipara vtraque natura in cælum conscendens vtrãque naturam coniunctam nacta fuit.

77 MAria iter cæleste aggressura, Deum cæli terræque rectorem, & ipsius specialissimum Redemptorem Christũ filium suum inuocauit, & duas famulas, naturã scilicet spiritualem, & corpoream, quæ semper tam Deo, quam ipsi fidelissimé famulatæ fuerant, assumpsit: vel assumpsit creaturas naturæ humanæ, & naturæ angelicæ ipsi â Deo in comitatiuum famulatum missas, & destinatas, vt regiæ maiestati, & Deiparæ dignitati decebat.

CAP. 15. NVM. 6.

Et super vnam quidem innitebatur, quasi præ delicijs, & teneritudine, corpus suum ferre non sustinens.

Deipara gloriã dotibus adornata, non propria, sed filij sui virtute cælum conscendit.

78 HAC teneritudine dotes gloriæ significari videntur. Uel certius, quod Maria non propriâ virtute, sicut Christus, sed angelorum adiuuante ministerio cælum ascendit.

CAP. 15. A NVM. 7.

Altera autem famularum sequebatur dominam.

Amplissimo Deipara comitatu cælum ingressa.

79 VT sicut Christus in cælum captiuam duxit captiuitatem, sic Maria sibi inseruiuientium copiosam duceret cæteruam.

Deipara, creationis iure, ipsi à Deo communicato, omnium creaturarum domina compellanda.

80 Et nota, textum non dicere: *Sequebatur dominam suam*, sed *sequebatur dominam*, absolutè; sicut enim Deus omnium creaturarum naturâ Dominus, sic Maria, gratiâ, & dignatione ipsius Dei, omnium creaturarum Domina iure creationis est, ideoque cap. 8. Prouerb. dicitur: *Cum eo eram cũcta componens.*

Defluentia in humum indumenta sustentans.

Deiparæ glorioſâ veſtis naturali impulſu humanas protegit creaturas.

81 ADuerte, quam naturali inclinatione, & propensione Maria suis glorioſis ornamentis humanos protegat.

CAP. 15. NVM. 8.

Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animum, & nimio timore contractum.

Cũ honestas præualet in facie cõspicuè legitur.

82 QUomodo animo nimio timore cõtracto, non apparet in facie Ediſiæ pallor, sed roseus color? An quia in Esther nimius quidem erat timor, sed honestas, & verecundia abundantior, & ideo hæc præualuit, & in reginæ facie suo se colore propalauit?

Mariæ iam glorificatæ periculaq; noſtra inefabilis timoris cauſa ſũt

83 Et si ad Mariam hæc tropologicè accommodemus: Quomodo in Maria glorificata, cum immensa beatitudinis lætitia, tristitia, & timor compatiuntur? Bene quidem ex diuersis obiectis; de Deo clarè viso, & comprehenso inennarrabiliter gaudet, sed de nostris periculis, & miserijs inefabiliter timet.

VEL SIC.

Vide supra num 83.

84 In Maria iam glorificata est, eo modo quo potest, tristitia, & timor respectu fidelium, præsertim sibi speciali affectu, & deuotione addictorum: tristitia de damnatis, si qui verè Deiparæ affecti damnantur, quod moraliter impossibile existimo: timor de viatoribus.

CAP. 15. A NVM. 9.

Ingressa, igitur cuncta per ordinem ostia.

Nulli creaturæ reſpectu Deiparæ ſuperioritas, vel nominalis ſolum, concedenda.

85 HOC est: omnes cælos vsque ad empyreum, quos non dicitur ascendisse, sed ingressam fuisse, ne alicui creaturę respectu Mariæ superioritas aliqua, etsi solum nominalis, applicaretur.

Stetit contra Regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, auroque fulgens, & pretioſis lapidibus, eratque terribilis aſpectu.

Quę

Deipara pro suis clientulis non dubitat Deo ineffabili quodammodo repugnare.

86 QVæ coram Deo staret nisi Maria? Et quæ Deo in humanum genus irato *contra* staret, nisi ipsa? Et nota descriptionem huius solij, cum descriptionibus prophetarum, quibus thronus Dei apparuit, conuenire.

CAP. 15. *NVM.* 10.

Cumque eleuasset faciem (Assuerus) *& ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lasum super ancillulam reclinauit caput.*

Deiparæ inferior portio â superexcellenti animæ gloria quãdoque oppressa.

87 HIC denotatur quædam portionis inferioris Mariæ oppressio â superexcellenti gloriâ.

Deiparæ mediatio Diuinum in homines furorem vel sedat, vel extinguit.

88 Sed cur furor diuinus Mariæ ostenditur? Non alia quidem de causa, quam, vt illum sedaret, & contra genus humanum iustissimé accensum, vel extingueret, vel saltem tepescere, & sopire faceret. Vel dic.

A potentissima Deiparæ intercessione sacrã quãdam, ac ineffabilem violentiam Deus pati dignatur.

89 Per illum furorem significari quandam violentiam, quam Deus ex potentissima Mariæ intercessione in se quodammodo experitur, & eo, quo potest modo, patitur: Similis illi, quæ â Ioanne cap. 2. in Cana Galilææ nuptijs refertur, qui textus ad inuicem se, meo videri, illustrant.

CAP. 15. *NVM.* 11.

Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis,

Amor Dei erga Deiparam tenerrimus, humano more, passionibus abundat.

90 ISTI motus *mansuetudinis, festinationis metus, exilitionis, & sustentationis* sunt ardentissimi affectus amantis illam, *quæ ascendit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suum.* Cant. 8.

CAP. 15. *NVM.* 12.

Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere.

Sicut Deus Deiparæ, sic Deipara Deo quoddammodo omnia.

91 EGo sum frater, *filius, & sponsus: Frater* natura; *filius*, generatione: *sponsus*, affectione, & intimi summique amoris, quo natura humana capax est, copulatione: qui te septies sororem in vno cãticorum cantico compello: Et nota, quod auferens Christus â Maria timorem magnam præbet fidelibus suis deuotis securitatem æternæ salutis consequendæ. Vide quæ supra in hoc cap. ad num. 8 dicta sunt.

CAP. 15. *NVM.* 13.

Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Regina semper â communibus subditorum legibus exempta.

Deipara in peccati legibus non inclusa.

92 REgina nũquam in populo nec includitur, nec subintelligitur.

93 Et nota, mysticam propositionis illius expositionem. Genes. cap. 2. fulminatæ: *In quacumque enim die comederis ex eo morte morieris.*

CAP. 15. *NVM.* 15.

Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam.

Deipara præ omnibus creaturis amplissime glorificata.

94 IN hoc osculo significatur plenissima Virginis Mariæ glorificatio ob redundantiam gratiæ, & carentiam omnis culpæ.

CAP. 15. *NVM.* 19.

Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Vide supra num. 90.

95 SOlicitudo amantis turbationem inducit, ideo dixit Christus Lucæ cap. 10. num. 41. *Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima.*

Et

Omnes cælicolæ, si liceret, omnem glorificationem suam Deigenitrici impenderēt.

96 Et nota, quod omnes cælicolæ, præsertim angeli, qui sunt *ministri Dei* Beatæ Marię defferunt, & ei consolationem gloriæ suæ impertiri student.

CAP. 16. NUM. 9.

Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitatate; sed pro qualitate, & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam.

Quandoque subditis â superioribus actionū suarū ratio reddi oportet.

97 NON est animi regalis leuitas, nec regiminis vitium, pro varia temporum, qualitate, & necessitate negotiorum, non solum diuersa, sed contraria decernere, sed aduertant principes, quod in tali decretorum mutatione debent se apud subditos compurgare. rationem, & causas exhibendo.

CAP. 16. A NUM. 13.

Nam Mardochæum, cuius fide, & beneficijs viuimus.

Fidelis subditus regis anima.

98 BOni, & fideles subditi, & basalli sunt spiritus, & vita regum.

Beneficia nō descendunt semper, quandoque ascēdunt.

99 Et nota non esse casum moraliter impossibilem, quod reges â subditis beneficia accipiant.



LI-

LIBER JOB.

CAP. I. NVM. 1.

Vir erat in Terra Hus nomine Iob.

AD CAP. 1. N. 1.
LIBRI JOB.

Doloris exemplis mundus abūdat.

1 IOB idest: *Dolens* non solum nomine; sed re, ad mundi exemplum, & Christi præludium.

CAP. 1. NVM. 6.

Quadam autem die, cum venissent filij Dei vt assisterent coram Domino.

Angeli sunt administratorij spiritus.

2 VEnerunt Angelí, vt assisterent Deo â cuius pręsentia, & obsequio nunquam aberant; ad denotandum, eos habere aliud ministerium, nempe assistentiam hominum, & custodiam.

Ad fuit inter eos etiam satan.

Satā coram Deo grauius torquetur.

3 NON ad tormentorum leuamen, sed potius incrementum, & ad hominum accusationem astitit satan coram Deo.

CAP. 1, NUM. 7.

Cui dixit Dominus: Unde venis?

Dæmonis vias Deus non approbat.

4 VIÆ Diaboli, vt poté prauæ, & peruersæ, ignorantur â scientia, scilicet approbatiua, Dei.

VEL SIC.

Dei interrogatio ad dæmonem, nō dubitantis, sed iudicialiter inquirentis est.

5 Non est interrogatio ignorantis, vel dubitantis, sed examinantis, & iudicialitèr inquirentis. *Qui respondens, ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.*

Viæ dæmonis tortuosæ.

6 PErambulaui, at non via recta, sed obliqua, & circulari: Ideo dixit Dauid Psal. 11. Uers. 9. *In circuitu impij ambulant.*

CAP. 1. NVM. 8.

Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti seruum meum Iob?

Spiritualem dæmon naturam fæ dauit, non amisit.

7 NON ait Dominus: *Uidisti*, sed: *Considerasti*, quia cum creaturâ de spirituum categoriâ loquebatur.

Dæmon iustum non solum considerat, sed interiora rimari studet.

8 Quod autem dæmon non solum considerauerit Iob, sed etiā profundé & pertinaciter super eo discurrerit more suo, ex ipsius responsione liquet.

Quod

Quod non sit ei similis in terra.

Christianæ Iob patientiæ præluctum.

9 NUnc non est, sed erit, quando inter homines fuerit ille filius hominis de quo Psal. 68. Vers. 30, dicitur: *Ego sum pauper, & dolens*, pro quo in Hebræo est: *Ego sum pauper, & Iob.*

Homo simplex, & rectus, ac timens Deum

Diuina politica amorem timori præfert.

10 DEus agens de timore, de se, tanquam de diuersâ personâ loquitur, potius enim appetit amari ab hominibus, quam timeri, nec est Deus ostentator timoris hominum, sed amoris.

CAP. 1. *A NVM* 9.

Cui respondens satan, ait: Numquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum.

A dæmonum incursibus diuina circumuallatione protegimur.

11 ADuerte, quomodo nos, nostraque circumuallat Deus inuisibiliter propter diabolicas infestationes, & incursus,

Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra.

In maledicta terra Marianum Fundum absque vlla omnino maledictione floret, germinat.

12 ECce in terrâ maledictâ. Genes. cap. 3. nu. 17. est aliqua possessio, quæ in ea crescat absque vlla omnino maledictione, nempè Marianum fundum.

CAP. 1. *NVM.* 11.

Sed extende paululũ manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

Ad minimum voluntatis diuinæ motum terrena omnia disparere possunt.

13 VT Deus cuncta terrena destruat, necessum non est, quod manum multum exerat, & extendat; paululum satis superque est.

Coram Deo dæmones contremiscunt.

14 Sed cur non ait dæmon: *In faciem maledixerit*, sed decentiori stilo vtens, ait: *In faciem benedixerit?* Tum ob reuerentiam tanto nomini debitam, coram quo dæmon contremiscit.

Maledictionem audire, vel dæmoni intolerabile.

15 Tum quia adeò horrescit satan maledictionem illam, quam è cælo eiectus, audiuit, & quam in die extremo mundi audire expectat, vt eam, vel nominare non audeat.

CAP. 1. *A NVM.* 14.

Nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabãt, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerunt que omnia.

Studiosorum fructum desidiosi colligunt, & comedunt.

16 SIC solet in Rebus publicis, etiam bene moratis, & gubernatis frequenter accidere *Boues*, idest studiosi, & vtiles viri arant, & *Asinæ* idest inutiles, & vitiosi, desidiosique omnia de pascunt.

Calamitas, & mors nesciunt distinguere.

17 Sed maximè dolẽdum est, quod in cõmuni calamitate proficuus homo, & inutilis æqualiter periclitentur, & pereant, quod impatienter ferens Salomon aiebat, Ecclesiastes cap. 2. num. 16. *Moritur doctus similiter vt indoctus, & idcirco tæduit me vitæ meæ.*

CAP. 1. *NVM.* 16.

Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit é cælo, & tactas oues, pueros que consumpsit.

Simplices omnia accidentia Deo absque debita distinctione attribuunt.

18 IGnis ille non fuit Dei scilicet imperantis, sed solum permittentis, & verè fuit ignis diaboli, seu á diabolo immissus, at simplices, vt rusticanus ille Iobi nuntius, omnia accidentia Deo, vt vnico authori, & non quãdoque tantum permissori, attribuunt.

Non omne, quod de cælo venisse apparet, cæleste est.

19 Sed cur ignis ille arte diabolicâ immissus de cælo venit, nõne congruentiùs è terra de hiscẽte erumperet? Aſt multa sunt, quę de cælo venire videntur, & cælestia non sunt, sed diabolica, quod in textu de hoc igne, non obscurè inniutur, non enim dicitur: *De cælo descendisse*, sed *cecidisse.*

CAP.

CAP. 1. NVM. 19.

Repente ventus vehemens irruit â regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt.

Quidquid à diabolo est, inter se pugnans, & contrarium est.

20 CUm ventus ille vehemens non naturalis, sed diabolicus, seu á diabolo immissus esset, non in vnum tantummodo domus angulum irruit; sed omnes simul quattuor domatis angulos concussit.

UEL SIC MORALITER.

Qui diabolicam tentationem i.ō respuit, totam corporis sui domum destruet.

21 Cum vehemens diaboli tentatio intra nos admittitur, vniuersa corporis nostri domus concuti solet, & corruere.

CAP. 1. ANVM. 20.

Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit, & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.

Quandoquè idem effectus, qui á vitio à virtute orti potest.

22 NON rupit Iob vestimenta sua ex iracundia, & animi irritatione, sicut Caiphas, sed ex despectione rerum omnium temporalium, & vt verè propriéque diceret: *Nudus egressus sum*, &c.

Filiorum amissio vehementissimus parentum dolor.

23 Et nota: Non prorrupisse Iob in hæc signa naturalis, vehementissimique doloris, vsque ad interemptionis filiorum notitiam, ideo forté satan filiorum necem ad extremum illatorum damnorum distulit, si enim ab occisione filiorum Iobi persequutionem incæpisset, non dubitabat, damnū, & ruinam reliquæ totius substantiæ nihili æstimaturum, nec vllam animi conturbationem, vel impatientiam contracturum ex amissione illius substantiæ, quam solum causa filiorum appretiare poterat.

Qui citissimè quantum potest nocet, pie crudelis est.

24 Et notandum, satan cum Iob pie crudelem fuisse, non enim per longas temporis moras, & lentè successiuas vices, sed instantaneé damna, sibi â Deo permissa, illi intulit.

Qui necessaria à Deo permittente priuari agnoscit, superflua abijciat.

25 Notandum, etiam quod Iob caput suum totonderit, diuinę conformari cupiens voluntati: videns enim Deum necessaria ab eo auferri permittētem, noluit superfluis abundare.

UEL SIC.

Cum temporalium bonorum amissione eorūdem cura abijcienda.

26 Per crinium, & capillorū resecationem rerum omnium â se ablatarum cogitationem, & curam Iob abiecisse videtur.

CAP. 2. NVM. 1.

Factum est autem, cumquadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, venisset quoque satan inter eos.

In plurium iustorum communitate vnus satan solet non abesse.

27 FEre in omnibus communitatibus inter multos Dei filios, satan vnus ad esse solet: Ideo Christus Ioan cap. 6. n. 71. dixit: *Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?*

CAP. 2. NVM. 4.

Cui respondens satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.

Non est census super cēsum salutis corporis. Vide infra num. 30.

28 PEllem pro pelle, idest: Omnem substantiam, seu bona externa, & temporalia lubens dabit homo pro pelle seu cute suâ in hac vitâ cum bona valetudine conseruandâ.

Tenacissimè homini bona temporalia adhærent.

29 Et notandum: Bona temporalia nomine pellis significari, ex eo, vt existimo, quod nobis valdé ad hæreant.

CAP. 2. NVM. 5.

Alioquin, mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.

Bona valetudinis priuatio gradus summus rigoris Diuini in præsenti vita exercitij.

30 CUm satan supra cap. 1. num. 11. pronocans Deum aduersus possessiones Iob dicit: *Extende paululum manum tuam*, nunc aduersus bonam valetudinem insurgens, dicit Deo, quod

quod totam exerat manum absque limitatione, seu illam, quantum potest, extendat? An quia salus corporalis omnibus diuitijs pretiosior est? Propter quod sapiens dixit, Ecclesiastici cap. 30. num. 16. *Non est census super censum salutis corporis.*

Quantum sapientiæ deficit, tantũ præsumptionis in ficit.

31 Sed quomodo audet satan dicere Deo: *Tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi?* de Scientia futurorum, præsertim conditionatorum, coram Deo præsumens, cum hæc in Deo infinita sit; in dæmone debilis valde, & merè coniecturalis? Sed hoc est quasi innatum intellectualis vitium naturæ per peccatum corruptæ, quod quantum illi sapientiæ deest, tantum supersit præsumptionis.

VEL SIC.

Circa hominum peccata dæmõ cũ ipso Deo de scientia concertare nõ dubitat.

32 Circa peccata hominum plus scire præsumit dæmon sua exili & coniecturali scientia, quã Deus infinita sua sapientiâ.

VEL SIC.

Dæmon ipse nostri libertatis arbitrij efficax argumentum,

33 Per hoc libertas humani arbitrij summè commendatur, cũ vel ipse dæmon circa actionem liberam Iob, Dei scientiam suspensam fateatur: nec curandum, quod scientiam suam iactet dæmon, illa enim arbitrij nostri libertati, nihil vnquam, etiam minimum, ob esse potest: si enim aliqua circa, futura præsertim libera, dæmoni est, tantum præsumptiua, & coniecturalis est.

VEL SIC.

Iudices Deus terrenos patientem edocet auditionẽ.

34 Deus agebat iudicẽ, Iob, & satan contendentibus: eum ergo liberè loqui permittit, & patiẽter sustinet, etsi audaciori stilo, & quodammodo irreuerenti coram tanto Numine loqueretur, ad terrenorum iudicum instructionem.

CAP. 2. NVM. 9.

Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere.

35 VXor Iob, quæ totius substantiæ anihilationem, quæ decem filiorum violentas mortes patienter tulerat, seu absque aliquo impatientiæ signo sustinuerat, fœtidam, & purulentam mariti exulcerationem sufferre non potuit.

Fœtidam exulcerationem sustinere summus humanæ gradus tolerãtiæ est.

VEL SIC.

Feminæ nubiles, & nuptæ contraria frequenter appetunt.

36 Nonne dignius, imo honestius, vxor Iob tam bono coniugi sanitatem, & vitam desideraret, cur mortem imprecatur? Feminæ nubiles, & innuptæ nil ardentius desiderant, quam matrimonij vinculo innecti; coniugatæ nil vehementius appetere solent, quam illud vinculum disolui.

CAP. 2. NVM. 10.

Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.

Feminei sexus fragilitas indiuiduorum errata excusat.

37 FEré numquam in sacra scriptura reprehenditur indiuiduum feminei sexus, quin omnis sexus in communi reprehendatur, sed in hoc quẽdam errati excusatio inuoluitur ex fragilitate sexus desumpta.

Verba aliquando rigorem sonant, quæ non rigida, sed benigna sũt.

38 Verum in hoc textu notandum: quod Iob non dixit: *Vxorem suam stultam esse*, sed *Stultis similem*, & hoc, non in omnibus, sed in illa tantum falsâ apprehensione circà diuinam prouidentiam: Illã enim stultitię absolutè infimulare, & reprehendere, præterquam quod esset genus quoddam impatientis vindictæ, foret, afflictioni vxoris afflictionem superaddere, quod de pio affectu, & numquam extincto amore coniugali Iob credendum non est, qui patientię copiam habebat, non solum ad aliòs non affligendos, sed etiam ad afflictos consolandos.

Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus.

Rationalis Dialectica, & Moralis inuicem aduersari solent.

39 IN dialectica rationali, vnum contrarium aliud non infert, sed excludit: At vero in morali dialectica oppositum regulariter euenit: quoniam bona, & mala: prospera, & aduersa adeó per mixta sunt, vt vnum aliud necessario inferat, & includat.

CAP. 3. NVM. 1.

Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo.

Emphatica SS. locutio profunditatem sermonis proferendi denotat.

40 HÆC oris apertio emphatica est, ad denotandam profunditatem sermonis proferendi.

VEL SIC.

Consolationis ab amicis speratæ dilatio vel ipsam Iob sufferentiam vincere posse videtur.

41 Taciturnitas amicorum per tam longas moras septem dierum, septemque noctium consolationem differentium, videtur impulisse Iob ad maledicendum diem natiuitatis suæ.

CAP. 3. NVM. 2.

Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo.

Conceptionum humanarum tempus ex peccati cõtractione tenebresc it.

42 TEmpus conceptionis suæ nocturnum appellat Iob propter originalis peccati cõtractionem, & notãdum, nõ vti nomine sui solius indiuidui, sed totius speciei humanæ significatiuo: scilicet *Homo*.

Quorundam natiuitas ex Gratiæ splendore illustrata.

43 Sed cur non etiam noctem natiuitati designat? Quia aliqui in vtero materno sanctificati, & in statu gratiæ nati sunt, vt de Ieremia, & Ioanne fide constat, & de alijs pie creditur.

CAP. 3. NVM. 4.

Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus de super, & non illustretur lumine.

Pœnitentia virtus, etiam impossibilia aggreditur, & consequitur.

44 DIes iam præterita quo modo potest requiri, & adhuc illustrari? Per contritionem, & veram pœnitentiam delictorum in eo commissorum.

CAP. 3. NVM. 26.

Nonne dissimulaui? Nonne silui? Nõne quieui? Et venit super me indignatio.

Dissimulatio, silentium, & quies sunt remedia aduersus importunorum molestias hominum potentissima.

45 HÆC sunt omnia, quæ, quantum est ex se, facere potest homo, vt ab alijs non molestetur, & inquietetur.

CAP. 4. NVM. 2.

Si cæperimus loqui tibi, forsitam molestè accipies, sed conceptum sermonem retinere quis poterit?

Conceptus quilibet vel parẽdus, vel abortiendus.

46 QUia cum sit conceptus, necessario, & naturaliter vel pariendus est, vel abortiendus.

CAP. 5 NVM 2.

Vere stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.

Inuidia vitiorum maximum possidentem vsque ad annihilationem minuit.

47 PAruulus appellatur inuidus ex innata huius vitij proprietate, ideo ibat quicã discretus, & in aulicis negotijs satis versatus, quod, qui inuidet minor est. CAP. 5. NUM. 26.

Ingredieris in abundantia sepulchrũ, sicut infertur acceruus tritici in tempore suo.

Sapientia, & virtus Ecclesiæ areæ copiosa messis.

48 HÆC verba ponderari possunt pro viro docto, & virtuoso, & in prouectâ ætate vitâ functo.

CAP. 6. NUM. 2.

Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior in statera.

Christus in Cruce statera iustissima.

49 HÆC allegoricè explicari possunt de Christo in Cruce pendenti propter peccata ab humano genere commissa, & super se ad satisfaciendũ suscepta.

CAP. 6. NVM 3.

Quasi arena maris hæc grauior appareret: vnde, & verba mea dolore sunt plena.

Dolor Deiparæ crucifixo adstantis filio solum cũ gratia sua comparabilis.

50 QUantus dolor, qui non solum in verba redundat, sed etiam verba plenificat: Talia videntur fuisse, quæ Christus in Cruce pendens ad matrem direxit, ex cuius conformi-

mitate, ad filium factum est, vt propter illum, non solum plena gratiâ, sed etiã plena dolore foret.

CAP. 6. NVM. 5.

Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante præsepe plenum fuerit.

51 HÆC eodẽ sensu quo præcedentia intelligi possunt de redundantia tormentorum in Christi passione de quo ait Tertulianus lib. de patientia, quod saginari voluptate patiẽdi dicessurus volebat, ideo Christus in Cruce non ingemuit, sed dicens: *sitio*, tormentum quod deficiebat, postulauit, vsque dum pronunciare posset: *Consummatum est*: Et nota, quod rugitus est vox propria leonis, & bos, animal ad sacrificia destinatum, & vterque symbolum Christi Leonis Iuda, & Vituli propter nostram salutem immolati.

Christus in Cruce tormentis, & opprobrijs satura ri anxias.

CAP. 6. NVM. 7.

Quæ prius nolebat tangere anima mea, nũc præ angustia cibi mei sũt.

52 IN tot tantisque calamitatibus, quam in primis grauissimẽ põderat, ac deflet Job, est carentia ciborum, & vilitas eorum, quæ ipsi parcè suppetebãt: ex quo infertur maiores vires obstinere calamitatem diuites, & lautos opprimentem, quam quæ affligit egenos, & parsimoniæ asuetos.

Indigentia grauius eos, qui aliquando diuites, quàm perpetuó pauperes afflgit.

53 Si vero loquatur Iob in persona Christi patientis, dicere possumus, quod cum se videret in cruce ab omnibus, & etiam â patre mysticè derelictum, non solum, præ angustia sitis tormentorũ, acetum gustauit: sed præ fame hominum, lattonem, antea despectum, ad se traxit alimentandum.

Christus in Cruce salutis humanæ famelicus.

CAP. 6. NVM. 9.

Et qui cæpit ipse me conterat soluat manum suam, & succidat me.

54 CVm tot mala sustinuerit Iob de manu Dei, quę vltimam humanæ metam tolerantiæ videntur tetigisse, quomodo manum Dei adhuc ligatam dicit, siquidem eam solui postulat? Certé mala, quæ in hac præsenti vitâ immittit Deus, ligatâ manu illa immittere videtur, nõ soluit Deus manum, nisi ad mala, vel temporalia, vel æterna, in aliâ vitâ, & futuro sæculo, inferenda.

Mala temporalia æternorũ respectu nullius põderis, & momenti sunt.

CAP. 6. NVM. 16.

Qui timẽt pruinam, irruet super eos nix.

55 CAlamitas grauis perpessimali est nix vehementer vrens calamitas cõpassionis mali proximum præmentis est pruina leuiter vrens: hæc ergo videtur esse sententia Iob, quod qui renuit vri leuiter cõpassione proximi, disponet Deus, quod vratur graniter perpessione proprij mali; ideoque communitér in prouerbium abijt: quod, qui fugit calidũ cinerem, in prunas succensas solet incidere.

Mala propria perpetietur, qui de malis Proximi non compatitur.

CAP. 7. NVM. 20.

Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum? Quare posuisti me cõtrarium tibi,

56 QVID? Creatura audet Creatorem iudicialiter conuenire, & ipsum arguere, reprehendere, & accusare? Iob verum pœnitentiæ actum elicuerat, dicens: *Peccaui*, & homo vere: *Peccaui* dicens, vel cum ipso Deo iudicialiter potest contendere, suamque innocentiam non solum litigare, sed etiam euincere.

Vere Peccaui dicens, vel de Deo ipso legalẽ victoriam reportare potest.

CAP. 8. NVM. 21.

Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.

57 GAudium temporale non penetrat vsque ad regionem cordis nec vltra os, labiaque transgreditur.

Temporalis lætitia interiora non penetrat.

CAP. 9. NVM. 11.

Si venerit ad me, non videbo eum: Si abierit, non intelligam.

Qualiter à Deo dilectissimus, ob multa bona nostra, meriti sumus.

58 NEmo ex ordinariâ Dei prouidentiâ scit: An dilectione diuina, an odio dignus sit.

CAP. 9. *NVM.* 13.

Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem.

Angelos, non orbis pondus, sed Dei magnitudo deprimit.

59 QUi portant orbē sunt angeli ad cæli motum gubernandum destinati.

CAP. 9. *NUM.* 23.

Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.

Iustus in angustia fortis, & constans vocandum Deo spectaculū.

60 DE pœnis innocentum temporalibus, & doloribus in hâc ærumnosâ vitâ perpessis *ridet Deus* hoc est complacet, sed *non irridet*, seu aspernatur.

VEL SIC.

Mors breuis prolixo tormento leuius malum.

61 Leuius malum breuis, licet violenta, mors, quam prolixum diuturnumque supplicium.

CAP. 10. *NVM.* 22.

Terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Vmbra mortis imagine eiusdem horribilior.

62 NOn mortis imago, & similitudo, sed vmbra ad mærorē, & horrorem augendū.

Grauissima Inferni pœna confusio est.

63 Et nota pœnas inferni, non aliter, quam per inordinationem, & confusionem certiùs, & euidētiùs explicari.

CAP. 11. *NVM.* 6.

Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex esset lex eius.

Tota lex ad vnū charitatis præceptum reducitur.

64 LEX moralis Dei, de qua agit, non est multiplex, sed simplex, imo simplicissima, cū ad vnum charitatis præceptum tota reuocetur: Iste amicus Iob magis præsumptuosè, quam verè de lege diuinâ loquitur.

CAP. 11. *NUM.* 9.

Longior terra mensurâ eius (scilicet Dei) *& latior mari.*

Qui de Deo inscitè, & præsumptuosè loquitur, nō rationatur, sed effutit.

65 ISte amicus Iob, est malus consolator, & peior theologus Deum enim mensurabilem dicit, & magnitudinem Dei explicare intendens, ipsius derogat immensitati.

CAP. 11. *ANVM.* 18.

Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.

In vita eleemosynarius in morte securus dormit.

66 HÆC verba ponderari possūt pro defuncto viro virtuoso, & præsertim eleemosynario.

Requiesces, & non erit, qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.

Qui cum solida sanctitatis opinione decedunt piè amici Dei existimari, & interpellari possunt.

67 SImiliter verba hæc pōderari possunt pro viro vel femina, quæ cum opinione sanctitatis decesit, nondum tamen ab Ecclesia cultu ei permisso.

CAP. 12. *NVM.* 5.

Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutū.

Quos mundi diuites contemnūt ipsāmē Deus exaltat, & extollit.

68 HÆC lampas sunt sapientes Euangelicę veritatis ennuntiatores, â diuitibus quidem mundanis contempti sed â Christo, *lux mundi* nuncupati, & non solum ad conregnandum, sed etiam ad coniudicandum mundū assumpti.

Diuersæ Dei ministrorum voces vnam veritatem annuntiant.

69 Sed cur, *lampas* in singulari, & non *lampades* appellantur? Quia vna eademque veritas, & doctrina est, quam omnes docent, & annuntiant.

CAP. 13. *NUM* 5.

Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

Stultus tacens, sapiens reputatur.

70 NON ideo essetis sapiētes, sed tales communiter putaremini, vt ait Salomon Prouerb. cap. 17. num. 28. *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur*, &c.

CAP. 13. *NVM.* 10.

Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.

Stultus vel ipsū Deum præsumit comprehendere, ideo se beatum credit.

71 HOC est: Apud vos metipsos in terrenę præsumitis percipere, imo intelligere abstrusa, & arcana Dei.

CAP.

CAP. 13. NVM. 26.

Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.

Damnationis decreta in peccantium supplicium ideo scripta, vt deleri possint, si respiscãt.

72 SCriptæ sunt, ideſt diſpoſitæ tam vt maneant, quam vt deleri poſsint, ſecundum cuiuſque merita.

Peccata tam cõmittenti, quam Chriſto D. pro illis patienti amara.

73 Et notandum: Peccata dici amaritudines, quoniam amara ſunt, tam ipſi homini committenti, quam Chriſto Domino pro ipſis ſatisfacienti.

CAP. 14. NVM. 5.

Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

Humanæ mẽſura vitæ dies non ſæcula mẽſt.

74 VIta hominis per dies, & menſes, non per annos, per luſtra, per ſæcula computatur.

Humanæ mẽſura vita breues, non multi dies.

75 Et notandum, quod dicẽs: *Breues*, non addit ſaltem, multos eſſe hominis vitæ dies.

Humanæ mẽſura vita non breuis ſolum, ſed etiam ſumme variabilis.

76 Sed cur per dies, & menſes, & non ſaltem per annos vita hominis commenſuratur? An quia annus quattuor longiuſculis ſtationibus per tres menſes ſingillatim durantibus conſtat, dies veró, & menſis inſtãtanee variabiles ſunt menſura enim diei, quæ eſt ſol, nunquam quieſcit; & menſura menſis, quæ eſt luna, nunquam ſemel, & iterum ſub eodem ad ſpectu apparet, nullumque aſtrorum lunâ mutabilius, & cum, ſtultus, vt luna, mutetur, Eccleſiaſtici cap. 27, num. 12. & ſtultorum numerus infinitus ſit Eccleſiaſtes cap. 1. num. 15 rectiſsimè hæc menſura humanæ vitæ conſignata eſt?

CAP. 14. NVM. 15.

Vocabis me, & ego respondebo tibi.

Iudicialis tuba clangor inauribus iuſti ſemper reſonat.

77 VOcabis me clangore tubæ in die iudicij vniuerſalis 1. Corinth. cap. 15. num. 52.

Operi manuum tuarum porriges dexteram:

Prædeſtinati ad gloriã in Dei dextera collocandi.

78 DExteram ſcilicet ad quam prædeſtinati ad gloriam collocandi ſunt hic heroicum ſpei actum videtur elicuiſſe Iob.

CAP. 14. ANVM. 20.

Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.

Nobilitatem acquirit virtus, vitium diſsipat.

79 SEmper in mundo, & in omni ſæculo expertum eſt, quod emiſſo, ſeu defuncto patre, filij ex origine ignobiles propter egregia Mineruæ, vel Martis facinora, & quandoque ex diligẽti, & ſolerti induſtriâ nobilitatis gradum nanciſcãtur: E contra veró quos filij ex nobiliſsimis ortí natalibus ob commiſſa ſcelera, & ſæpe ſæpius propter ignauiam, & deſidiam, hereditarium nobilitatis ſplendorem amittant.

CAP. 16. NVM. 10.

Collegit furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.

Minacibus oculis nil auſterius, ac formidabilius.

80 COllectio totius damni ab atrociſsimo hoſte imminentis ad terribilem oculorum intuitum deuoluitur. Vide quæ ad Geneſ. c. 16. n. 8. notata ſũt.

CAP. 16. NVM. 11.

Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meã, satiati sunt pœnis meis.

Verbali ſcomate, & infamatoria percuſsione vel Phariſaica inuidia ſatiari poteſt.

81 VErbis, & factis infamatorijs, vel phariſaica inuidia ſatiari poteſt. Loquitur Iob in perſona Chriſti: Et notandum, quod cibus, quem auidiſſimè edit iniquus eſt pœna iuſti ab eo exoſi.

CAP. 16. NVM. 13.

Ego ille quondam opulentus.

Diuitiæ, & paupertas adeo inter se dissident, vt in subiecto eodem væleant inducere distinctionem.

82 EGo, & *Ille*. sunt duæ personæ distinctæ, quas de se ennūtiat Iob: quomodo ergo Iob se vnicū indiuiduū duas personas facit, & in duo supposita partitur? An quia loquitur de se ipso in duplici statu, & in statu opulentiæ præteritæ, & miseriæ præsentis, qui duo status adéo diuersificant possidentē illos, vt vnū, idēq; subiectū in duas personas moraliter distinguatur, & diuidatur?

Fælicitates humanæ nullum post se vestigium relinquunt.

83 Sed quomodo loquens Iob de statu opulentiæ, dicit: *Quondam*, cum pauci tantum dies, vel menses, ex illo ad pręsentis calamitatis statum præceserint? An, quia deliciæ humanæ, & terrena gaudia adeo nullum post se vestigium relinquunt, vt vel nuperrimè transactæ, mille ante sæcula præcessisse videantur?

Vide supra num. 84.

84 Et notandum, quod cum Iob de statu fælicitatis, & opulentiæ agit, de se in tertiâ, & quasi distinctâ persona loquitur scilicet: *Ille quondam opulentus*; Cum vero de præsētis, statu calamitatis, de se in prima, & propria persona fatur, dicens: *Ego repente contritus sum.*

VEL SIC ALLEGORICE.

Duplex Christi natura á Iob ipsius typo præcognita, & in se prænuntiata.

85 Iob in persona Christi loquens, dicit: *Ego, Ille*, duas naturas insinuans, diuinam scilicet, & humanam: *Quondam opulentus*, quando scilicet *Verbum erat apud Deum.*

Repente contritus sum.

Verbum caro factum contritioni expositum.

86 QVando *Verbum caro factum est, & se ipsum exinaniuit formam serui accipiens.*

Et posuit me quasi in signum.

Iesus salutis, & cō radictionis signum.

87 CVi contradicetur. Lucæ cap. 2. num. 34.

CAP. 16. NUM. 14.

Immanis crudelitas flagellationis Christi Domini á S. Iob præsentita, & prænūtiata.

Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea.

88 FLagellis ferratis totus in circuitu vapulaui, & lancinatus sum vsque ad internorum apertionem, & intimi sanguinis fluorem.

CAP. 16. NVM. 19.

Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.

Sanguis Christi quâm Abelis efficacius clamat, & benignius.

89 EFficacius clamat sanguis Christi, quam Abelis sanguis, imo, & benignius, iste enim vindictam postulabat, ille misericordiam impetrauit, ideo nec ipsum, nec ipsius clamorem vult â terra suffocari, vt peccatores continuó ad se trahat, & sua aspersione purificet.

CAP. 16. NUM. 21.

Ad Deum stillat oculus meus.

Pænitentiæ lacrymæ non ab oculis in terram descēdunt, sed charitatis igne ad cælum vsque ascēdunt.

90 LAcrymæ, etsi deorsum ab oculis decidant ad Deum tamen ascendunt ideo dicebat Christus Math. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

CAP. 16. NVM. 23.

Et semitam, per quam non reuertar, ambulo,

Christus physice semel mysticè cotidiê moritur.

91 LOquitur allegoricé in persona Christi de semita passionis: Christus enim semel pro peccatis mortuus est, non amplius moriturus; nisi in Eucharistia mysticè, & representatiuè.

CAP. 17. NUM. 1.

Spiritus meus attenuabitur.

Spiritus carni adhærens quoddammodo carnescit.

92 SPiritus dum carni adhæret, quandam ab ipsa materialitatem, & hebetudinem, in operando participat ideoque, cum ab illa separatur, attenuari, & subtilizari dicitur.

Dies mei breuiabuntur,

Asidua mortis meditatio tám vitæ, quam mortis amaritudinē dulcorat.

93 ASidua mortis cōsideratio facit, quod, nec vita diuturna, nec ærumnæ illius magnæ videantur.

Et solum mihi super est sepulchrum.

Exigua sepulchri domuncula humano pulueri redundat.

94 VItæ nostræ exili, & despicabili, etiam quod de est, superest.

VEL

VEL SIC.

Vide supra n. 94

95 Sepulchrum non solum *restat*, nobis, sed etiam *redundat*.

CAP. 17. NUM. 12.

Noctem verterunt in diem.

Cœlestium meditatio noctẽ præsentis mortalitatis illustrat.

96 NON tam somnum repellendo, quam mentem illustrando; ad percipienda diuina Christi mysteria, præsertim mortis, & resurrectionis ex qua totius humani generis resurrectio dependit, ideo subsequitur: *Et rursum post tenebras spero lucem.*

CAP. 17. NUM. 13.

Et in tenebris straui lectulum meum.

Dormitio in sepulchro modica, etsi vsque ad mũdi finem duratura.

97 IN sepulchro strauit sibi Iob, non: *Lectum*, sed: *Lectulum*, qui in admodicum tempus in illo requieturus erat, donec scilicet resurrectione vniuersali expergiscisceretur nunquam amplius dormiturus, quod autem duratio mundi, *Modicum* in Sacra Scriptura appelletur, ait Augustinus super illud Ioannis 16. *Modicum, & videbitis me, &c.*

CAP. 17. NVM. 14.

Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus.

In vniuersali resuuiscentia corpora nostra ex vermibus regenerãda.

98 PAtrem, & matrem, putredinem, & vermes vocat, quia in vniuersali carnis resumptione ex illis regenerandus.

Vt quid superbit caro, cum vermium sit consanguinea.

99 Sed cur vermes, sorores appellat? Ad humanæ carnis miseriam exprimendam, ex eadem putrefactione cũ vermibus oriundam.

CAP. 18. NUM. 13.

Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors.

Primogenita inuidiæ mors.

100 PRimogenita mors est inuidia, *ex inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Sapientiæ cap. 2. num. 24. Et inuidiâ Abel occisus, qui fuit mortis primogenitus.

CAP. 18. NUM. 15.

Habitẽt in tabernaculo illius socij eius, qui non est.

Maius præsentis vitæ malum solitudo est.

101 HIC solitudinẽ, quæ magnum malum est imprecatur, non entis enim nullæ qualitates, seu nulli socij sunt.

Qui in sua communitate nõ supponit, omnium pedibus supponitur.

102 Etsi loquatur de ente morali: Ille, qui in republicâ, vel qualibet communitate non supponit, pro sodalibus, & socijs habere solet paupertatem, despectum, conculcationem, & alia innumera vitæ ciuilis incommoda.

CAP. 19. NVM. 2.

Vsque quo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus.

Quem extremâ calamitas non atterit, indiscreta loquela obtundit.

103 IMportunis, indiscretisque sermonibus atteritur, qui calamitatibus, etiam extremis, & grauissimis non obtunditur.

CAP. 19. NUM. 6.

Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me.

Vel ipse Deus à communi mundũ regendi stilo deuians á censurâ non eximitur.

104 HÆC pie audens dicit Iob, vel quia â Deo afflictus erat pœnâ, & non ob culpam commissam, sed ob probationem; vel quia permisit à dæmone cruciari, quod ex communi, & præsenti decreto in hac vitâ non solet fieri, sed in alia, cum scilicet anima à corpore separatur.

Et flagellis suis me cinxerit.

Flagellorum lotis nos Deus, & castigat, & frænat.

105 FLagellis cingit nos Deus, vt non solum commissa corripiat, & castiget, sed etiam, vt nos ad alia committenda reprimat, & refrænet.

CAP. 19. NUM. 11.

Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.

Deus iustum probans hostiliter agere apparet.

106 NON *hostis*, sed quasi *hostis* habetur à Deo iustus, cum ærumnis, & calamitatibus probatur.

CAP.

CAP. 19. NUM. 12.

Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me.

Ægritudines mortis satelites vitæ, & vitæ humanæ latrones sunt.

107 PAtui omnibus malis, & corporis ęgritudinibus, quæ sunt socij, & commilitones mortis, quæ tanquam fur aduenire solet.

Quæ Christus pro nobis perpessus est, vel in figura, & symbolo stupenda apparent.

108 Hîc ponderantur passiones Christi in cuius persona loquitur Iob, vt patet, ex versu sequenti, & subsequentibus,

CAP. 19. NVM. 16.

Seruum meum vocaui & non respondit, ore proprio deprecabar illum.

Magna Dei cura peccatoris conuersio.

109 HIC insinuari videntur media, quæ Christus Dominus applicuit ad Iudæ conuersionem.

CAP. 19. NVM. 17.

Halitum meum exhorruit vxor mea.

Impia synagoga Christum suum verum sponsum semper abhorruit

110 SYnagogam appellat vxorem Iob in persona Christi, non Sponsam, quia illam non Uirginem, sed Corruptã in Ægypto inuenit, quæ adeó verum suum sponsum, etsi præ filijs hominum speciosum, exhorruit, vt halitum eius sustinere non valens, dixerit: *Tolle, tolle, crucifige eum.*

Et orabam filios vteri mei.

Christus vtriusque parentis munera erga Hebræos exercendi cupidus.

111 HEbræos vocat Christus vteri sui filios, quia ipsis, & pater, & mater simul erat, paternam vitam, & maternũ amorem eis conferre desiderans.

CAP. 19. NVM. 19.

Et quem maxime diligebam auersatus est me.

Vide supra num. 106.

112 ET quem maxime diligebam, nempe Deum, ideo supra cap. 13. num. 24. cum Deo loquens, ait: *Et arbitraris me inimicum tuum.*

Negatio Petri à Christo in Iob persona præsentata.

113 Sed si tropologice hæc verba de Christo intelligantur, de Petro in actu negationis explicari possunt, fuit enim ex Apostolis á Christo dilectus maxime, sicut Ioannes tenerrimé.

CAP. 19. NVM. 20.

Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.

Deus vel castigans, vel probans humanæ fragilitati ciulatum nõ denegat.

114 NUlli quantumbis summe afflicto à Deo calamitatibus vel ad correptionem, vel ad probationem, denegat instrumenta, quibus conquæri possit, & suam miseriam eiulari.

VEL SIC.

Christus in omnibus ad humanitatem pertinentes tormenta sustinuit.

115 Iob in personâ Christus conqęritur, se in omni quod pertinet ad humanam naturam tormentis impetitum, exceptis solũmodo ore, & labijs Naturam diuinam, & Uerbi personam significantibus.

CAP. 19. NVM. 21.

Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.

Amicitia, non vinculo cõsanguinitatis post mortem durat.

116 HÆC verba frequẽter, & propriè in exequijs fidelium defunctorũ ponderari solent, & notari, non interpellare consanguineos, sed amicos quoniam consanguinitas cum vitâ finitur, non sic amicitia; est enim in ipsamet animâ radicata, & cum illa æternum durabilis.

CAP. 20. A NVM. 4.

Hoc scio à principio ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

Gaudium hypocritæ indiuisibile

117 GAudiũ hypocritæ instar puncti est, non solum quia instantaneum, seu momentaneum est, sed etiã quia indiuisibile, seu cum alio non partibile, & communicabile.

CAP.

CAP.20. NVM.11.

Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.

Lasciuia nõ carnem solum, sed ossa corrumpit.

118 LAsciuæ vitium sensualitatis vsque ad ossa penetrat, atque illa inficit, & corrumpit.

CAP.20 NVM.25.

Uadant, & veniant super eum horribiles.

Propria imaginatiua magnum impij tormentũ.

119 IDest dæmoniaca spectra, vel crudeles, & tristissimæ apprehensiones ipsum continuo torquentes.

CAP.20. NVM.26.

Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.

Inferni ignis, absque splendore & materiæ supplemento, spiritus cruciat.

120 ISte est inferni ignis, qui ex indita á Deo virtute absque vllo splendore, & materiæ submin istratione vrit, & vsque ad cruciandum spiritum eleuatur.

CAP.21. A NVM.1.

Respondens autem Iob dixit: Audite quæso, sermones meos, & agite pœnitentiam.

Qui, quod nollet audire, audit, non exiguam pœnitentiam agit.

121 AGite pœnitentiam, idest, vel resipiscimini de ijs, quæ dixistis, vel exercete patientiam auscultando mihi, & audiendo me.

CAP.21. NVM.10.

Bos eorum concepit, & non abortiuit: Vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.

Humano more fœlicibus etiam sit vitæ fructificant.

122 BOS hîc videtur sumi pro omni specie animalium cicurum, vel domesticorum, quæ ab hominibus gregatim possidentur, & aluntur: vel exageratiue dicit, quod talium hominum animalia, etsi ex se sterilia, fœcunda efficiuntur.

CAP.21. NVM.13.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

123 QVI fælices in hac vitâ præsenti nũcupantur, *ducunt dies*, non *ducuntur â diebus*, hoc est: Tempus cedit eis; ipsi non cedunt tempori. *Humano more fœlices non cedunt tempori, sed econtra.*

124 Et notandum, quod instantanea, & inopinata mors videtur à Iob inter magnas huius vitæ fælicitates computari. *Non semper infœlix inopinata mors.*

UEL SIC.

125 Non debet reputari vt mala inopinata, & imprævisa mors; sed improvisa; qui enim res suas, tanquam certó moriturus optime dispositas habet, licet adueniantem, & iam imminentẽ mortem non præuideat, non propterea improuiso mori dicendus est. *Non est infœlix imprævisa, sed improvisa mors.*

CAP.21. NUM.29.

Interrogate quemlibet de viatoribus & hæc eadem illum intelligere cognoscetis.

126 QUÆ de vita, & morte in hoc capite á Iob ennunciata sunt omnes homines viatores satis intelligunt; sed non omnes, quasi sic intelligẽtes viuunt, & ea, quæ oportet, opere excquuntur. *Speculatiuam mortis philosophiam omnes sciunt, pauci practicam.*

CAP.22. NUM 9.

Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.

127 HOmines coniugatos tibi in opere agrario, & alijs duris laboribus, & exercitijs seruientes perire fecisti, illos nimis onerando, & eorundem operatrice industria, & virtute abutẽdo, & viduas eorum stipendijs, & denarijs maritis suis debitis non solum defraudasti, sed etiam ex crudeli tyrannicaque potẽtia tua, fecisti quod pupilli, idest filij earũ orphani relicti opera parentum suorum, ob præmaturam eorum mortem imperfecta, prosequeren- *Nonnulli, vt falsã suã opinationem adstruant, vel sanctos infamare non dubitant.*

tur

tur, & vsque ad debilium lacertorum comminutionem in ipsis insudarent: sic sancto Iob amicus ille ex cerebro suo imponebat, & vt suam falsam opinionem tueretur, non dubitabat de viro pijssimo, & iustissimo crudelissimum, & iniustissimum patrem familias fabricare, seu, verius, confingere.

CAP. 23. NUM. 2.

Respondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.

Quandoque humana calamitas spherám gemitus transgreditur.

128 EXtenditur, & excurrit plaga mea vltra potentiam, & iurisdictionem gemitus mei, hoc est, plus patior, quam quod gemere possum.

Plaga visibilis manu carere solet, at non inuisibili.

129 Sed quam manum plaga habere potest? Manum quidem inuisibilem, scilicet Dei illam incutientis, vt subsequentia declarant.

CAP. 24. NUM. 13.

Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius.

Plusquam cæcus est, qui super nã lucem non videt.

130 INuehitur Iob contra renitentes diuinis illustrationibus, & inspirationibus.

CAP. 24. NUM. 21.

Pauit enim sterilem, quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

Immisericordia sterilis auaritiæ est, non fructus, sed sequela.

131 STerilis non pariens videtur esse auara cupiditas, ex qua nullus fructus nascitur, & ex cuius abundanti pastu immisericordia subsequitur.

CAP. 25. NVM. 6.

Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.

Materialis vermis corpus rodit, spiritualis vermis mentem lacerat.

132 AGit de vtroque verme, corporeo scilicet, qui ex nostra corruptione generatur, & incorporeo, qui in mente nostra ex prauis operibus ebullit, qui filius hominis dicitur ob naturalem hominis ad peccandum propensionem.

CAP. 26. NUM. 11.

Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.

Insignes sancti cæli columnæ sunt.

133 IStæ columnæ accommodatitiè applicari possunt beatissimis, & apud Deum potentissimis Mariæ, & Iosepho, vel vtrique Ioanni, vel certè Petro Pauloque Apostolis, aut duobus primis sanctissimis Vtris in qualibet approbatâ Religione, vitæ claustralis, & cænobiticæ institutoribus.

CAP. 27. NUM. 18.

Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum.

Impiorum temporalia bona breuissimæ durationis, vel momentaneæ.

134 IDest domum non duraturam; sed breui, vel diruendam vel deserendam, his bona famę, & fortunæ impiorum, seu peccatorum comparantur.

CAP. 27. NUM. 19.

Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

Nil ex hac vita ad aliam, præter bona opera, trãsuehi potest.

135 *Aperiet oculos* animæ, cum clauserit oculos corporis, & nihil inueniet eorum, quæ ex hac vita ad alteram transuehi possunt, religionis scilicet, & virtutum opera; seu nihil inueniet in ante actâ vitâ, quod coram Deo allegare possit ad vitam æternam consequendam.

CAP. 28. NVM. 3.

Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat.

Vniuersalis renouationis Iob testis omni exceptione maior.

136 HIC de vniuersali resurrectione, & omnium rerum creatarum transmutatione loquitur.

Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.

Sed

Lapis sepulchri lapis lydius, etsi marmoreus sit, vel alabastrinus.

137 SED cur lapidem sepulchri iuxta reconditas auri, & argenti venas posuit Iob? An, quia iste est lapis lydius, qui, quæ quisque viuens habebat, manifestè indicat?

Vide supra num. 137.

138 Vel certe, quia ex illo possunt sibi mortales, meliores & pretiosiores diuitias comparare.

CAP. 28. NVM. 4.

Diuidit torrens à populo peregrinante eos, quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios.

Bonus magister omnibus se accommodare debet, vt omnes erudiat.

139 TORRENS cocyti, seu fluuius, de quo supra cap. 21. num. 33. Loquitur Iob metaphorice, terminis fabulosæ ethnicorum phylosophiæ vtens, ad generalem dicendorum intelligentiam; vt tam ab ethnicis, quam à vere credentibus percipi possent.

CAP. 28. NVM. 7.

Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.

Via in cœlū Christus. semitæ plurimæ, & fere infinitæ sunt.

140 SEmitæ, quibus peruéniri potest in cœlum fere infinitæ sunt, quia ex omnibus Christianæ statibus religionis, & in vnoquoque singuli sua speciali semita pergere potest: Attamen volandum est, alis nempe orationis mentalis, & vocalis vinidę animatæ, & attentæ, non emortuæ, & absque comitante spiritu pronuntiatæ, quam semitam ignorant vultures, hoc est, qui terrenis, & carnalibus inhiant. Vide quæ ad Psal. 5. num. 3. & ad Ephesios cap. 5. num. 19.

CAP. 29. NVM. 1.

Addidit quoque Iob assumens parabolam suam & dixit.

Iob Christi, non patientis solum, sed etiam docentis personā egit.

141 FERE semper loquitur Iob parabolice, quia personam Christi agebat, qui Hebræis in parabolis locutus erat: Matth. cap. 13. n. 3.

CAP. 29. NVM. 2.

Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos,

Prosperitates humanæ non æternæ, non diuturnæ, non saltem breues; sed momentaneæ.

142 FOElicitatem ante actam non numerat Iob per Sæcula, non per Iubileos, nō per Decadas, non per Lustra, nō saltem per Annos, sed solum per paucos menses, & posset quidem per dies, per horas, per momenta numerare

Temporalia gaudia, si qua sunt, intra se nemi ē admittunt, ad summum approximare permittunt.

143 Et notandum, quod non dicit *intra*, sed *iuxta menses pristinos*, quia ad temporalia gaudia numquam intramus, sed ad summum approximamus.

Secundum dies quibus Deus custodiebat me.

Diuina custodia semper lucet.

144 CUI sub custodia, & speciali tutela Dei est, semper dies adest, numquam nox.

CAP. 29. NVM. 3.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum.

Deus ad supernaturalia percipienda humanam mentem excitat, & adiuuat.

145 HÆC lucerna est lumen speciale infusum à Deo menti Iob ad res supernaturales cognoscendas, cuius illuminationem, & illustrationem præmittit, vt bona opera, quę subsequuntur Deo, vt principali excitanti, & adiuuanti tribuantur.

Et ad lumen eius ambulabam in tenebris?

Mundanæ lux tenebrosa.

146 IN tenebris huius mūdi, quas sæpe Christus in Euangelio appellat *tenebras exteriores*, & Paulus ad Ephesios cap. 6. num. 12. *Mundi rectores, tenebrarum harum.*

CAP. 29. NVM 4.

Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo?

In mundo Deus plura habet tabernacula, ad Domum nam, & vnicam, nempe Deiparam.

147 IN *tabernaculo*, ideſt, corde, seu interiore homine, quod appellat tabernaculum

culum, quoniam ob peccata noſtra non diu ſolet in illo Deus immorari.

Afflictato nũquam, niſi apparenter tantum, Deus abeſſe ſolet.

148 Sed numquid à Iob tribulato Deus aberat? Imo numquam certius, & euidentius inerat, ſed ob illius probationem, ſe Deus quaſi abſentem gerebat, & Iob tamquam derelictum tractabat.

CAP. 29. NVM. 5.

Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei?

Illi, quem Deus ditat, omnes vbique, & vndique inſeruiunt.

149 QUando Deus alicui opitulatur, & manu liberali ditat, omnes tamquam pueri, ſeruique obſequioſi circumſtant.

VEL SIC.

Viri perfecti externi ſenſus ſimpliciter rationi obediunt.

150 Per iſtos pueros metaphorice ſignificari poſſunt ſenſus externi Iob, innocẽtes tanquã pueri: & obſequentes rationi, tanquam ſerui.

CAP. 29. NVM. 6.

Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.

Pedes butyro lauat, qui in charitate ambulat.

151 HOC eſt: Quando continuo ambulabam in operibus omnimodæ charitatis, & miſericordiæ.

Viro miſericordi, & eleemoſynario Deus, & natura certatim erogãda ſumminiſtrant.

152 Sed cur dicit Iob, quod petra molendinaria fundebat illi *riuos olei* permanentes, & non *riuulos* deficientes? An quia homini miſericordi Deus, & natura certatim ſubminiſtrant materiam diſtribuendam?

Nil magis dantis proprium quam ipſum datum.

153 Cur autem dicit: *Mihi*, cum Iob fructus terræ plus pauperibus, quos alebat, quam ſibi colligeret? Uel quia nihil magis proprium ipſius elargientis, quam id quod liberali benignitate, miſericordiâque diſtribuit.

Annus communiter ſterilis miſericordibus abũdans.

154 Vel per hoc ad litteram denotatur: Quod in penuria annonæ, & annis ſterilibus, quando ceterorum torcularia præ ſiccitate areſcebant, torcularia Iob abũdantes, & plenos riuos olei de ſe mittebant.

CAP. 29. NVM. 7.

Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi?

Viri inter ceteros conſpicui actiones omnes magiſtrales ſunt.

155 MEÆ actiones erant publicum magiſterium, quo meos conciues, & bonos mores, omnigenamque virtutem edocebam.

CAP. 29. *NVM.* 11.

Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi.

Aures habet, & non audit, qui proficere nõ deſiderat.

156 *AVris audiens*, ideſt: Auris eorum, qui deſiderabant proficere, qui enim doctrinam, negligunt, *aures habent, & non audiunt*, vt ait Dauid Pſal. 113.

CAP. 29. NVM. 13.

Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum.

Veræ viduæ corde, non veſte lugẽt.

157 *COR viduæ conſolatus ſum*: Loquitur Iob de veris viduis, quæ habent luctũ in corde, & non in lugubrium veſtimentorum pompa exteriori, de quibus agit Apoſtolus ad Timoth. 1. cap. 5. num. 6. & 11.

CAP. 29. NVM. 15.

Oculus fui cæco, & pes claudo.

Charitas vel impoſſibilia fœliciter aggreditur, & conſequitur.

158 TAM intimé per charitatem coniũgebat ſibi Iob miſerabiles perſonas à natura mulctatas, & abiectas, vt pars ſeu membrum ipſarum fieret.

CAP. 29. NVM. 17.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

Iniquis inſtrumenta ad nocendum numquam deſunt.

159 INiquo, etiam contritis molis, remanent adhuc dentes, quibus mordeat, prædamque dilacerare poſſit.

CAP. 29. NVM. 18.

Dicebamque: In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.

In-

Si qua mortis humanæ felicitas inter propinquos, non inter extraneos vitam terminare.

160 INter magnas fælicitates, quas sibi promittebat, & auspicabatur Iob in sua exaltatione, non vt minima, & infima, sed tamquam prima, & præcipua computatur mors in paterna domo, & inter contribules, & conciues, non inter extraneos.

VEL SIC.

Meditatio mortis vitam producit.

161 Frequens meditatio mortis efficacissimum remedium est ad vitam temporalem producendam, seu prorrogãdam, ideo subiungit: *Et sicut palma multiplicabo dies.*

VEL SIC.

Mortis dies vitæ diebus præferendus.

162 Præmittit, seu præfert Iob diem mortis diebus vitæ temporalis: ideo prius dicit *Moriar. Sicut palma multiplicabo dies* posterius.

Cui viuenti nullus locus sufficit, mortuo locellus satis superque est.

163 Sed cur sepulchrum non appellat *nidum*, sed *nidulum?* An vt videamus, quam exigua vacuitas satis est ad includendum hominem mortuum, quem viuum non amplissimum palatium, non diffusa prouincia, vel regnum, imo totus mundus solet non posse capere.

VEL SIC.

Mortuus homo à materno terræ sinu fouendus suscipitur.

164 Sepulchrum appellat nidum Iob, quia mortuus homo á terra tamquam ouum, seu semen suscipitur in sinu materno suo fouendus, & in extremo mundi die viuificandus; ideó Apostolus 1. Corinth. 15. num. 44. ait: *Seminatur corpus animale, &c.* Et ipse Iob per subsequentia verba manifestat dicens: *Et sicut palma multiplicabo dies.*

CAP. 29. NVM. 22.

Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.

Pluuia facundãs sunt iusti verba.

165 STillabat super illos eloquium meum facundans ipsos, vt bona opera germinarent, ideó subsequitur dicens: *Expectabant me sicut pluuiam, &c.*

CAP. 29. NVM. 24.

Si quando ridebam ad eos, non credebant.

Superior cũ subditis nimium ridens ridiculus fit.

166 NON credebant, præ rei insolentiâ, & nouitate; superior enim cum subditis nimis ridens, ridiculus fiat necesse est.

VEL SIC.

Nonnulli superiores tunc interne amarissimi, cum externe rident.

167 Cum Iob esset vir simplex, & rectus non habebat cor à facie disentiens, sed alij superiores politicis, & simulatorijs artibus imbuti, tunc minus credendi sunt, cum magis rident.

Et lux vultus mei non cadebat in terram.

Latus superioris aspectus subditis fulgentior lux.

168 IDest: nemo erat, qui non supra modum æstimaret, quod in eum oculos meos beneuolos lætosque dirigerem.

CAP. 29. NVM. 25.

Si voluissem ire ad eos sedebam primus: cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamẽ mærentium consolator.

Misericordi viro defensuus exercitus numquam deest.

169 IOB comites, & elientes suos exercitum appellat ob multitudinem ad se vbique, & vndique confluentium, & fidelissimum obsequium amoremque præstantium.

CAP. 30. NVM. 1.

Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei

Ecclesiæ patres synagogæ patribus respectiue præcellentes.

170 VIdetur loqui Iob in personâ Christi de scribis, & Pharisæis (tempore prædicationis ipsius) synagogæ rectoribus, quos antiqui patres tantũ præcellebãt, quantũ antiquos patres, canes, idest Apostoli, & ceteri Ecclesiæ Doctores.

CAP. 30. NUM. 7.

Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.

Sentes apparenter deliciosæ diuitiæ sunt.

171 HUC forte respexit Christus Dominus, quando in parabola de semiatore Lucæ cap. 8. Diuitias esse spinas dixit.

CAP. 30. NUM. 17.

Nocte os meum perforatur doloribus.

Patientis os non aperitur, sed à dolore perforatur.

172 IDest violenter aperitur ex dolorum vehementiâ, non ex motu naturali, seu voluntario.

Vide supra nu. 172.

173 Et notandum, quod os eiulantis, & præ nimio dolore gementis in rotundum fere semper dehiscit.

CAP. 31. NVM. 1.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Qui oculos incaute aperit, libidinis per ipsos venenū hauriet.

174 VT ab inhonestâ cogitatione de muliebri pulchritudine non pelliciamur, & inquietemur, cum oculis paciscendum est: qui enim oculos incaute vertit, & gubernat, in hunc laqueum absque dubio incidet.

CAP. 31. NVM. 5.

Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus.

Vanitatis, & dolositatis contrarij gressus.

175 VAnitas lente ambulare facit; dolus festine, & celeriter.

CAP. 31. NUM. 6.

Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.

Simplicitas cum sanctitate confundi solet.

176 HEbraica legūt: *Perfectionem meam*, quo enim quis simplicior, eo perfectior, & iustior communiter reputatur.

UEL SIC.

Innocentiæ aserix Crux Christi est.

177 Caute prudenterque ad innocentiam suam eruendam, & stabiliendam recurrit Iob ad Crucis stateram in illâ enim chirographum nostrorum delictorum delendum erat, & affigendum. Ad Coloss. cap. 2. num 14.

CAP. 31. NVM. 10.

Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

Synagoga corrupta, & sterilis: Ecclesia virgo fœcunda,

178 HOC est: Non sit clandestine, & circumspecte adultera, sed publice, procaciter, & infamatorié. Hæc mystice de synagogâ videntur dicta, quæ à primâ in deserto, per vituli adorationem prostitutione, mille alijs idololatricis corruptionibus patuit; secus Ecclesia, quæ, Virgo à Christo sponsata, Virgo Materque filiorum fidelium vsque ad mundi finem permansura est.

CAP. 31. NVM. 17.

Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.

Qui parce partitur liberaliter cum pauperibus partitur.

179 LOqui videtur Iob de tempore, quo diuitijs affluebat, & bona terræ comedebat, quæ *buccellæ* nomine explicantur, vel quia illis parce vtebatur, vel quia, etsi re verâ multę, & copiosæ essent, tamquā quid parum, & exile ab eo despiciebantur.

Eleemosyna non solum de abundantibus, & superfluis sed de exiguis etiam, & necessarijs elargienda.

180 Et notandum, quod Iob, nec vnam buccellam solus comedebat, vt aduertamus, quod non solum de opulento pænu, sed etiā de re exigua, & ad cotidianum victum destinata, eleemosyna elargienda est.

CAP. 31. NUM. 18.

Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum.

Ex materno vtero multa nobis Christus bona attulit.

181 HÆC allegoricé de Christo intelligi possunt. Vnde Maria *mater gratiæ, mater misericordiæ* proclamatur.

CAP.

CAP.31. NVM.26.

Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clare.

Vir iustus nemini adulatur.

182 SI potentioribus adulatus sum.

Ex nulla remanentis vitæ consideratione conueniso ad Deum differenda.

183 Uel consideraui, remanere adhuc mihi spatium vitæ, vt bene operari, & ad Deum conuerti differrem.

CAP.31. NVM.27.

Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo.

Etiam tenpralium bonorum adquisitio, no propriæ industriæ, sed Dei beneficio adscribenda.

184 HOC est: Applaudi mihi, attribuens solum industriæ meæ absque adiutorio Dei, opulentiam diuitiarū, quas acquisieram. Uide num sequentem in sacro textu.

CAP.31. NVM.35.

Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse, qui iudicat.

Qui recte iudicare vult, & litigantes sufficienter audiat, & processum ipse conficiat.

185 HInc infertur, quantum oporteat, iudices afatim audire litigantes, & processuum confectioni immediate asistere ad facti veritatem eruendam, & euidenter cognoscendam, sine quâ rectum fieri nequit iudicium, ideo apud nos iudices rectiores, & nobiliores: *Auditores* appellantur.

CAP.31. A NUM.38.

Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius affluxi.

Laboris agricolarum pauperū defraudatio, vel terram ipsam lacrymari facit.

186 NEgare vel differre agricolarū in prædijs laborantium iustissimā mercedem scelus adeó enorme, & iniquum est, quod vel terram ipsam in clamitosas voces, & lacrymabiles eiulatus erumpere compellat: qualem demonstrationem nec, cum Abelis sanguinem reciperet, executa est.

CAP.32. NVM.1.

Omiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi videretur.

Philautia, seu amor proprius cuilibet accommodari potest.

187 PRO nomen: *Sibi*, indifferenter, & ad Iob, & ad viros ipsum comitantes, seu potius impugnantes, & arguentes referri posset, si num. sequenti ad Iob ipsum non determinaretur.

CAP.32. NVM.6.

Respondensque Eliu filius Barachel Buzites, dixit: Iunior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam.

Iuuenes coram senioribus modeste loquantur.

188 MOdestè loqui videtur hic iuuenis, nā senioribus sensatis, & expertis, vt eram illi tres amici Iob, vel leuis insinuatio, & indicatio satis est ad hoc, vt perfectè intelligant, & negotium de quo agitur, comprehendant.

CAP.32. NVM.7.

Sperabam; quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.

Inconstantia iuuenum propriætas.

189 IVuenilis inconstantia! Iam deturpat, quos paulo ante honorauerat, modestius, & reuerentius diceret: *Prouectior ætas*, quam: *Prolixior.*

UEL SIC.

Humana diuturnitas vita prolixior potius, quam prouectior numcupanda.

190 Longæuitas vitæ humanæ proprius, & significantius: *Prolixior*, quam: *Prouectior* nuncupatur; quia vita nostra prolixe molesteque netur, & protenditur.

CAP.32. NUM.9.

Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.

Sapientia senectutis filia moraliter, non dialectice.

191 NON ideo, quia longæui sapientes.

VEL SIC.

Longæuitas ignorantiam potius, quam sapientiam inferre solet.

192 Sapientes, vt in plurimū longo tempore non viuunt: sed breuissimo spatio vitam finiunt; cum ergo vos senes sitis, sequitur, quod sapientes non estis.

CAP. 32. NVM. 18.

Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus veteri mei.

Iuuenum loquela plus vanitatis habere solet, quam ratiocinij.

193 SErmones istius iuuenis ventosi potius videntur, quam rationales, hi enim in cerebro, & non in vtero formantur, & perficiuntur.

CAP. 33. ANVM. 17.

Vt auertat hominem ab his, quæ facit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius à corruptione.

Superbia spiritus corruptela.

194 SIcut luxuria corpus, sic superbia animam corrumpit.

CAP. 33. NVM. 21.

Tabescet caro eius, & ossa, quæ tecta fuerunt, nudabuntur.

Coram Deo iudice nil occultū, quod non reuelabitur.

195 OPerta, & occultiora hominum ante tribunal Dei, siue in particulari iudicio, siue in vniuersali, nuda apparebunt, & aperta.

CAP. 33. NVM. 23.

Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem.

Qui Angelos in vitâ colit, in morte aduocatos experietur.

196 ADuerte, quam proficuum sit in præsenti vita Angelos coluisse, & continuis, gratissimisque obsequijs honorasse, vt ante tribunal Christi pro nobis efficacissimè patronos agant, & aduocatos.

CAP. 33. NVM. 31.

Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.

Garrulum, & omniloquū iuuenem tolerare, vel Iobi patientiam qualificare sufficit.

197 SI Iob patientissime tacenti silentium imperat garrulus iste iuuenis, quid faceret, si loquelam interponeret? Vel ex hac solum tolerantia, attributum patientis Iob condigne mereretur.

CAP. 34. NVM. 7.

Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam.

Qui inculpate viuit liberius loqui potest, & soutes moderate corripere.

198 NON aduertit inexpertus iste iuuenis calumniator sancti Iob, quod qui inculpate viuit, liberius loqui potest, & debet, eique licere, alios peccaminose viuentes, secundum regulas prudentiæ, charitatis, & iustitiæ, corripere, & increpare?

CAP. 34. NVM. 30.

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

Plus noces principes interne malus, quā externe pessimus.

199 GRauius punit Deus populum immittēdo illi regem solum externe, & apparenter bonum; quam immittendo illi regem euidenter malum, & pessimum.

CAP. 36. NVM. 8.

Etsi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis.

Paupertas, & oris operculum, & horum pedum.

200 PAupertas non solum obbuit os, sed pedes etiam ligat, & obstringit.

CAP. 36. ANVM. 32.

In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat, annuntiat de eo amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Lux materialis luminis spiritualis symbolum.

201 SVB metaphora lucis materialis, seu solis, videtur loqui hic de luce æternæ beatitudinis, seu lumine gloriæ.

CAP. 37. NVM. 5.

Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia.

Spiritus Sancti aduentus in Apostolos præsignatus.

202 CVM sollicet Spiritus Sanctus super Apostolos descendet.

CAP. 37. NVM. 7.

Qui in manu omnium hominum signat, vt noverint singuli opera sua.

In manu hominis posita est qualitas vitæ, nō quātitas.

203 HIS verbis Chiromantici suam attē nugatoriam commendari prætendunt; sed fallunt, & falluntur, solum enim arbitrij nostri libertatem in operando significant.

CAP. 37. NVM. 8.

Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur.

Hæc,

Cor peccatoris antrum dæmonis.

204 HÆC, & quæ subsequuntur, sunt prædictiones physicæ: sed hæc sententia potest moraliter intelligi de permanenti dæmonis habitatione in corde peccatoris.

CAP. 37. NUM. 11.

Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.

Lucidæ Pœnitentiæ nubes humanam disponunt terram ad granũ Eucharistiũ suscipiendum.

205 FRumentum electorum seu Eucharistiæ cum desiderat nubes pœnitentiæ lacrymas stillantes, quæ lumen appellantur, quia splendore gratiæ animam illustrant: & ad Eucharistiam disponunt dignè recipiendam.

CAP. 37. NUM. 18.

Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt.

Verba, non ex diuina inspiratione, sed ex cerebro suo loquentis incerta sunt.

206 SI hæc verba forent Dei, vel Iob, & non inuenis Eliu dicisse se ab illis extricarent, & expedirent Philosophi illi, qui cælos fluidos esse defendunt.

CAP. 38. NUM. 1.

Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.

Nostris se calamitatibus Deus accommodat, & illas quodammodo in se trãsfert.

207 NON de aura tenui, vt olim Eliæ 3. Reg. cap. 19. sed *de turbine* respondet Dominus, quia turbato, & angustiato loquens se manifestat.

Prudentis, non fatui verba Diuinâ sunt correspõsione digna.

208 Sed cur respondet Dominus Iob, iam diu tacenti, & non respondet Eliu, tunc verba proferenti? An ad denotandum, quod verba illius nullius ponderis, & momenti erant, & solum verba Iob fuerant diuinâ responsione digna?

CAP. 38. NUM. 13.

Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea.

Terra tremit, vt á se impios excutiat.

209 TRemor terræ est quidam conatus huius elementi ad excutiendos impios ex superficie ipsius.

CAP. 38. NVM. 14.

Restituetur, vt lutum, signaculum.

Impij corpus defuncti non terræ sinu excipitur; sed in sterquilinium, vt lutum, proijcitur.

210 SIgnaculum, idest pars corporalis impij, quæ appellari solet â philosophis: *Materia signata*, restituetur terræ de qua sumpta fuit, non solum sine vllo honore, sed etiam cum magno vilipendio, & dedecore, sicut lutum sterquilinio restituitur.

Et stabit sicut vestimentum.

Impij vita exigua, & violenta mors.

211 PArum durabit impius in præsenti vita, sicut vestimentum durare solet, & cum decesserit, violenta morte peribit, & tanquam vestis rumpetur, & dilacerabitur.

CAP. 38. NVM. 15.

Auferetur ab impijs lux sua.

Impius ex malitia sua, & finem frustat & media ad salutem prodigit.

212 LUX sua, idest gratia, auxilia supernaturalia efficacia, & tandem cælestis beatitudo, quæ, ex vi præsentis decreti, ipsis concederentur si bene operari voluissent.

Vide supra num. 211.

213 Vel *lux sua*, idest, periodus vitæ temporalis, quem naturaliter compleuissent, si â suis impietatibus non fuisset interceptus.

Impius honore, & æstimatione indignus.

214 Vel *lux sua*, hoc est, honor potestas, æstimatio, & alia moralia bona, quibus inter homines fruebantur, ob quod subsequitur:

Et brachium excelsum confringetur.

CAP. 38. NUM. 22.

Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?

Omnes terrenæ diuitiæ labiles, & fluidæ.

215 CUR nix, & grando thesauri compellantur? An quia fluidi, labilesque sunt, sicut omnes terrenæ diuitiæ?

CAP. 38. NUM. 33.

Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra.

Spheralis scientia, ars difficilis.

216 HInc infertur, quam difficilis, imo impossibilis sit mortalibus cœlestis sphęræ exacta notitia, & comprehensio.

Ordo cœlum ab inferno sufficiēter distinguit.

217 Et notandum cælo ordinem attribui ad distinctionem inferni, *vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

CAP. 40. NVM. 2.

Accinge sicut vir lumbos tuos : interrogabo te, & indica mihi.

Ad æternitatis iter accinctus, vel ipsi Deo, respondere paratus.

218 NVllus aptior est ad respondendū Deo interroganti, quam, qui vel re, vel consideratione accinctus est ad iter, scilicet æternitatis arripiendum.

CAP. 40. NVM. 10.

Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet.

Non solum habemus Angelū Dei ad nostram custodiam destinatum, sed etiam angelum satanæ ad nos colafizādos permissum.

216 HIC exprimitur, angelos in generali hominis, & reliquarum rerū productione fuisse con creatos; infertur etiam, quod sicut est angelus bonus à Deo in hominis animatione ad custodiam illius deputatus, est etiam angelus malus ad eiusdem suggestiuam persecutionem, & probationem designatus.

Peccator pabulū cacodæmonum.

220 Notandum etiam fænū, id est peccatores esse pabulum cacodæmonum.

CAP. 40. NVM. 20.

An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?

In doloso hominis cum dæmone conflictu homo de solertia sua nō confidat.

221 PER hamum subdole capiuntur pisces, latet enim sub obiecto cibo spiculū tenax : ait ergo Iob : Numquid existimas, posse Diabolum cautelis, & astutijs vinci? Imo potius vereri debes, te in hoc doloso cōflictu ab illo vincendum.

CAP. 40. NVM. 28.

Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

Omnes impiorū lineæ ad centum præcipitij tenduntur.

222 QVAE in hoc, & toto sequenti capite dicuntur, de Antichristo videntur posse intelligi, in cuius narrationis medio præcipitium ipsius collocatur, quia omnes lineæ peruersi ad centrum præcipitij tendunt.

CAP. 42. NVM. 6.

Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.

Peccatorum dolor charitate formatus perfecta ad Deum conuersio est.

223 FAuilla est charitas, *cinis* contritio : ait ergo Iob : Elicio, aiuuante Deo, contritionem charitate formatam, qui est actus perfectæ ad Deū conuersionis.

CAP. 42. NUM. 7.

Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem : Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.

Iuuenem de se præsumentē Deus despicit, vt modestiā addiscat.

224 CVR de verbis Eliu Deus non curat, nec irascitur contra illa? An quia reprehensibilia non fuerāt? An quia á iuuene præsumente in expertoque prolata?

CAP. 42. NVM. 10.

Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis.

Iustorum pœnalia opera, pro salute proximorū exercita, Deo gratissima.

225 HInc infertur, pœnitentias viri virtuosi pro alijs assumptas à Deo tanquā orationem gratissimam æstimari, & exaudiri.

Et addidit Dominus omnia, quæcumque fuerant Iob duplicia.

Bona temporalia, etsi opulenta non doni nomine diuini, sed additamenti digna.

226 QVod primario, & principaliter concessit Dominus Iob fuit exaudi-tio, & acceptatio suæ interpositionis pro erroribus amicorum; opes vero, & bona temporalia, etsi duplicia, & magna, tanquam additamenta referuntur, vt patet ex illo : *Et addidit Dominus, &c.*

CAP.

CAP. 42. NUM. 11.

Uenerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti, qui nouerant eum prius.

227 QVI *nouerant eum prius*, ideſt: tēpore fœlicitatis, & proſperitatis; tēpore enim calamitatis Iob nullus conciuium, nec propinquorum eum cognouit.

Calamitas patientem redit incognitum.

CAP. 42. NUM. 13.

Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.

228 ALlegorice ſeptem Sacramenta, & tres virtutes Theologicæ, quæ ex verâ patientiâ Chriſti ortæ, & nobis infuſæ Eccleſiam fœcundant.

Theologicæ virtutes, & Sacramenta Eccleſiā fœcundant.

LIBER PSALMORUM.

PSAL. I. NVM. I.

Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

AD PSAL. I. N. I.
LIBRI PSALMORVM.

Cui exemplo suo non destruit, sed ædificat beatitudo multiplex præparatur.

HEBRÆUS legit: *Beatitudines viro, qui nō abijt*, &c. Illi, qui malo exemplo suo vel doctrina alios non peruertit, non vnica, sed plures beatitudines â Deo destinatæ sunt. 1

Scandalum est pestis Reipublicæ.

2 Et notandum: peccatum, scandali pestilentiæ cathedram appellari, quia, sicut pestis obuios quosque inficit, sic prauum exemplum viri in republica præeminentis, vel incommunitate, præsertim religiosa, præcellentis, plurimos peccare docet, & facit, ne dicam compellit.

PSAL. I. *NVM.* 2.

Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte.

Legali studio intellectu, ac voluntate purgatis diu incumbendum.

3 STudium, & meditatio legum tam diuinarum, quam humanarum debet esse perpetuum, & continuum diu, noctuque, & cum adfectione bonæ voluntatis exercitum.

PSAL. 2. *NVM.* 9.

Reges eos in virga ferrea.

Virga iustitiæ nō ferrea, vt feriat; sed vt inflexibilis consistat.

4 VIrga iustitiæ ferrea debet esse, non vt grauiter subditos feriat, vel cōtūdat; sed vt recta, & inflexibilis perseueret.

Et tamquam vas figuli confringes eos,

Prudens regimē non destruit subditos, vt pereant; sed vt reformentur.

5 HOC est, *tamquam vas*, cum adhuc est sub manu figuli, scilicet molle, & tenerum, quod, etsi millies cadat, millies reparari, & reformari potest. Vide Ieremiæ cap. 18. num. 4.

PSAL.

PSAL. 2. NVM. 12.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.

A regia salutis via deuiare perire est.

6 RElinquere viam regiam mandatorum perite est.

PSAL. 3. NVM. 8.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.

Cui iusta causa belli adest Deus exercituum victoriæ sententiam tribuit.

7 ABsalone nondum deuicto, nec exercitu valde numeroso ipsius superato, Dauid pro se victoriam concinit, non alia ratione motus, quam ex iustitia causæ suæ, & iniustitia Absalonicæ præsentionis, de quo modeste loquens, non dicit: contra se perfidè, iniustissimè, & iniquissimè rebellasse; *sed sine causa* sibi aduersatum fuisse.

Dentes peccatorum contriuisti.

Qui inique mordet, dentes suos conterit.

8 QVI inique proximum mordet, suosmet dentes conterit.

VEL SIC.

Detractionis pestilens humor, tã detractorem, quã obuia quæque corrumpit.

9 Detractio sua pessima qualitate detractoris dentes corrumpit. Vide Psal. 5. num. 11.

VEL SIC.

Male parta non solum sine sapore, sed cum magno dolore comedantur.

10 Iniuste diuitias congregãtis Deus dentes conterit, ne male parta, & acquisita cum delectatione comedat, sed cum dolore deglutiat.

PSAL. 4. NVM. 8.

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

Mundi alia bona, non re, sed nomine tantum bona.

11 CUR â tam copioso, & vbere fructu multiplicati, & repleti dicunt, vt patet supra num. 6. *Quis ostendit nobis bona?* An quia illi fructus erant *sui*; non *Dei*, hoc est terreni, & corruptibiles. non spirituales, & cælestes, & in talibus terrenis fructibus, nec minimam bonitatis speciem experti fuerant?

PSAL. 5. NVM. 2.

Verba mea auribus percipe Domine, intelligе clamorem meum.

Declamatio eloquens corã Deo tribulati clamor.

12 NON dicit, *Audi*, sed: *intellige*, quia clamor est eloquenter significatiuus respectu Dei. Uide Psal. 38. num. 13.

PSAL. 5. NVM. 3.

Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus.

Uocali orationi mente anima a Deus libens attẽdit, & auscultat.

13 COmmendatur oratio vocalis, cui Deus attẽte auscultat, si mentis attentione, & deuotione animata sit. Vide quæ ad Iob cap. 28. num. 7. & ad Ephesios cap. 5. num. 19.

PSAL. 5. NVM. 11.

Decidant à cogitationibus suis.

A superbis elatis cogitationibus altissimum præcipitium.

14 ANullo alio altiori loco possunt superbi præcipitari in suã ruinam, & debitam punitionem, quam â suismet cogitationibus.

PSAL. 6. NVM. 5.

Conuertere Domine, & eripe animam meam: Saluum me fac propter misericordiam tuam.

In ægritudinibus nõ tam corporis, quam animæ salutis attendendũ.

15 IN grauissima corporis ægritudine, in qua pars animalis vsque ad ossa concutiebatur, & conturbabatur, vt patet supra num. 3. solum curat Dauid de salute, & saluatione animæ.

VEL SIC.

Uir iustus quamuis ægritudinem vltimam sibi esse existimat.

16 In quauis ægritudine vir iustus certissimam sibi mortem existimat imminere, ideo Dauid ęgrotans pro titulo huius psalmi posuit: *In finem in carminibus.*

PSAL. 6. NVM. 7.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.

Stratum in quo adulterium commissũ perenni lachrymarum fonte abluendum.

17 STratum, & lectũ semel adulterio maculatũ per totũ vitæ spatiũ singulis noctibus lacrymis lauare oportet, sicut Dauid. *PSAL. 6. NVM. 8.*

Turbatus est à furore oculus meus.

Uerum Dei zelũ vsque ad furorẽ licet intendere.

18 A *Furore* scilicet, & zelo Dei, quo sanctus Nathan propheta Dauidem super adulterio commisso reprehendit.

PSAL.

PSAL. 6. NVM. 9.

Discedite á me omnes, qui operamini iniquitatem; quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Peccator, quem Deus benigne exaudit, ab occasionibus peccandi fugiat. Vide supra num. 19.

19 QUando dixit Nathan Propheta ex parte Dei: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.*

20 Et notandum, quod peccator, qui misericordiam, & veniam â Deo consecutus est, non debet segniter agere, sed diligentissimè peccatores, peccataque cauere, & vitare, & longe â se repellere.

Vide Ecclesiastici num. 146. & supra num. 12.

21 De efficaci verò eloquentia fletus, & gemitus vide quæ ad Ecclesiastici cap. 35. num. 17. marginali num 146. dicta sunt.

PSAL. 7. NUM. 13.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.

Nil Deus omissū relinquit ad peccatoris suppliciū cruciandum.

22 CUm Deus ad punienda peccata cogitur, gladium suum hinc inde mouet, & vibrat antequam percutiat, arcum tendit, & parat, sed nondum sagittam emittit, si forte, absque vulneris infixione, & sagittæ iactu, peccator, ex timore incusso, resipiscat, & sic gaudens Deus, & arcum deponat, & gladium intra vaginam recondat: Vide Ezechielis num. 86. & 90.

PSAL. 7. NVM. 7.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Maligni iniquitas violento motu ascendit, vt super ipsum decidat.

23 QUomodo *iniquitas* peccatoris non dicitur *in verticem ipsius ascendere*, sed potius *descendere*, cum iniquitas, quid terrenum, & infimum respectu mentis humanæ sit? An quia in fontium vindictam, & satisfactionem disponit Deus, quod iniquitas cuiusque maligni super ipsum pluat, nec peccatorem caput suum finit contegere, vt super verticem denudatum, & apertum cadat?

VEL SIC.

Maligni in foueam innocenti á se præparatam incidit.

24 Cum malignus in foueā, quam innocenti aperuerat, Deo sic disponente incidat, vt ex num immediatè antecedenti patet, malum illi obueniens de alto venire necesse est, & super verticem ipsius decidere.

PSAL 8. NVM. 4.

Quoniam videbo cælos tuos.

Cælestis spes beatitudinis in Lege veteri â sanctis viris concepta.

25 HIC videtur elicuisse Dauid actum Spei cælestis beatitudinis consequendæ.

PSAL. 8. NUM. 6.

Gloria, & honore coronasti eum.

Si quid gloriâ maius esse potest, honor Beatorum est.

26 HOnor ad gloriam super additur, quia, si quid gloria maius est, honor est.

VEL SIC.

Vide supra num. 26.

27 Plus videntur æstimare cælicolæ appretiationem, quam Deus de ipsis facit, in qua honor eorum consistit, quam fruitionem intellectus, & voluntatis, in qua ipsorum beatitudo consistit, ideoque corona honoris ad gloriæ coronam superadditur.

VEL SIC.

Ecclesia militātis cultus sanctis suis exhibitus tā Deo, quam ipsis summè æstimabilis.

28 Honor est cultus quo Ecclesia militans Sanctos cum Deo regnantes prosequitur, & veneratur, qui tam â Deo, quam ab ipsis tanti æstimatur, vt vel ipsi gloriæ essentiali non dubitent anteponere, & tanquam quid æstimabilius superaddere.

PSAL. 8. NVM. 8.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi.

Summæ Ecclesiæ potestati omnes subiecti sunt, vel esse debent.

29 NON solum animalia cicurata, & domestica, sed etiam ferina indomita, & siluestria, hoc est, pedibus Christi, & Apostolorū eius non solum hominēs veram Dei notitiam habentes, sed etiam ethinici, Barbari, & Atheistæ subiecti sunt.

PSAL.

PSAL. 8. *NVM.* 9.

Volucres cæli, & pisces maris qui perambulant semitas maris.

Si quod pisces, & volucres faciunt homines imitarẽtur, confusio Reipublicæ sequeretur.

30 SEmitas perambulant, quas sibi vnusquisque facit, quod autem ex hoc tam mare, quam cælum aereum non confundatur, diuinam magnificentiam, & prouidentiam maximè commendat.

PSAL. 9. *NVM.* 13.

Non est oblitus clamorem pauperum.

Deo clamor pauperum memorialis percunne.

31 CLamorem pauperum non solum auribus excipit, sed etiam memoriæ commendat Deus, non qualicumque sed perpetuæ, & numquam defecturæ.

PSAL. 10. *NVM.* 3.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paravervnt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

In insontem malignus rẽum errare solet: quia illũ in obscuro sagittat.

32 QUI in obscuro sagittã emittit, fere semper scopũ errat, & in cassum sagittat; Hic contra malignas Aulicorum artes, videtur Dauid inuehere.

PSAL. 10. *NVM.* 7.

Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Contra immisericordes Deus elementa contraria adunat.

33 PEccatores, præsertim immisericordes, de quibus hic agit Dauid, igne, & aqua punit Deus, elementa contraria adunans ad eorum destructionem, & ruinam.

PSAL. 15. *NVM.* 5.

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei.

In legali existimatione Deus est Deipara pars.

34 HEreditas Dauid est Maria, cuius pars Dominus Deus est, nam conceptus est matris pars in legali existimatione.

PSAL. 15. *NVM* 8.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

35 PRouidebam, verbum est significans, & Videre: sibi & prospicere, seu rem suam agere, quia qui Deum semper videre curat, ex consequenti, necessario moraliter, imo, & fideliter lucratur sui prospicientiam, iuxtà illud Euãgelicum *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & cetera adjicientur vobis.* Matth. cap. 6. nu. 33.

Qui Deum videre satagit sibi summe prospicit.

PSAL. 15. *NVM.* 9.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Resurrectionis mysterium à veteribus sanctis cognitum, & creditum.

36 IN spe quiescet resurrectionis Corporis Christi, tam veri, quam mystici: Paulus ad Colosl. cap. 3. *Si consurrexistis cum Christo*, &c.

PSAL. 16. *NVM.* 10.

Inimici mei animam meam circumdederunt: adipem suum conclauserũt: os eorum locutum est superbiam.

37 ADipem suum concluserunt, ne verba blanda, & mollia, sed superba, & dura loquerentur mihi: vel viscera misericordiæ mihi clauserunt.

Superbis, pietatis adeps inuentum euanescit.

PSAL. 16. *NVM.* 11.

Oculos suos statuerunt declinare in terram.

Statuta hominũ prauorum aduersus Dei legem inuiolabilius obseruari, & tenacius inhærere solent.

38 STatuto inuiolabili defixerunt oculos in terram, ne Deum respicerent, & iustissimam ipsius legem, sed iniquas suas ipsorum passiones, & affectiones.

Non nulli humanos respectus Diuinis præferunt.

39 Vel ad humanos respectus attendere decreuerunt solum modo, non addiuinos.

PSAL. 16. *NVM.* 14.

Domine à paucis de terra divide eos.

Pauci omninò iusti.

40 A Paucis, idest iustis, nec enim est homo qui non peccet. 3. Reg. cap. 8. nu. 46.

PSAL. 17. *NVM.* 12.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Cur

Illiberalis decorosam omnem nomenclaturam amittit.

41 CVR aqua in nubibus contenta *tenebrosa* dicitur, non chrystalina? An quia auarè ad nubes contracta, non liberaliter in pluuiam dispersa, amittit aqua lucidum chrystalinæ cognomentum, & obscurissimo tenebrositatis cognomine deturpatur, & denigratur?

PSAL. 17. NUM. 15.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos.

Si leuissimus Dei motus peccatores dissipat, quid faciet vehemens.

42 SI sagittæ Dei solũ missę dissipant peccatores, quid efficient ex omnipotenti arcu, & brachio suo eiaculatæ?

PSAL. 17. NUM. 33.

Deus, qui præcinxit me virtute; & posuit immaculatam viam meam.

Qui in alterum insurgere intendit, se prius totum circumspiciat.

43 QUi aduersus alterum vult contendere aduertat prius: An vita ipsius immaculata sit, siquidem, nec Deus Dauidem ad bellum accingebat, quin prius de puritate curaret, & innocentia vitæ.

PSAL. 17. NVM. 43.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Peccatores fœtidius, & corruptius Reipublicæ lutum.

44 TAmquam cum luto platearum sic agitur cum peccatoribus, quia platearum lutum corruptius, & fœtidius est, quam aliorum locorum lutum, & præterea omnium despectui, & conculcationi expositum. Vide Isaiæ cap. 10. num. 6.

PSAL. 17. NVM. 45.

Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Gentilium Fides à veteris legis patribus cõmendata.

45 POpulus scilicet gentilis, de quo dixit Christus Thomæ Ioan. cap. 20. nu. 29. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.*

Eum, qui Deum non cognoscit, Dei cognitio non approbat.

46 Sed quomodo dicit: *Quẽ non cognoui?* An, quia tunc ille populus idololatrica cæcitate immersus verum ignorabat Deum, & Deus non cognoscit, scilicet approbatiuè, populum, â quo fideliter non cognoscitur?

PSAL. 19. NVM. 4.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.

Sacrificium offerentis deuotè impinguat.

47 QUomodo victima iã occisa potest pinguis fieri? An quia holocaustum non pingue fecit ex pastu materiali animalis, quod ceditur; sed ex feruida offerentis deuotione, ob quã â Deo acceptatur.

PSAL. 20. NUM. 2.

Domine, in virtute tua lætabitur rex.

Qui se, iuxta Dei normam regit, rex appellandus.

48 REX, idest, qui se, suaque secundum Dei voluntatem regit: ideo Legis Gratiæ sacerdotium regale numcupatur 1. Petri cap. 2. num. 9.

PSAL. 21. NVM. 7.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Christus in sui genitura admirabilis, & miraculosus vermis.

49 EGo sum vermis, ait Christus. Primo generatione, nam sicut vermis ex materia naturaliter putrescente, & dispositа, absque masculino semine generatur, sic ego ex maternis visceribus calore, & virtute Spiritus Sancti liquefactis absque virili semine sum genitus, & sic nõ sum *homo* de virili homine, sicut ceteri, sed de femineo tantum, sicut nullus alius genitus est, nec generandus.

Christi passio, absque lædentium passione, & compassione, exercita.

50 Secundo, *Vermis sum* passione, ait Christus, quoniam occidendus sum, non solum absque occidentium vlla compassione, sed etiam absque vlla vitę meę appretiatione, non aliter ac si vermis, aut vile aliud insectum essem, ad hæc opprobrijs saturandus, & abiectissimæ plebi post habendus.

PSAL. 21. NVM. 8.

Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Quæ.

Qui verba irrisoria, aut insubstantia ta effutit, labijs tantum loquitur.

51 QVænam hæc labialis loquela? Credo esse, quæ componitur ex verbis insubstantialibus, & irrisorijs, non vero cordatis, & prudentibus.

PSAL. 21. NVM. 10.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre.

Christus Deiparæ viscerum amantissimus.

52 VIscera materna non videtur Christus reliquisse spontaneè, sed violenter ex imperatiuo Patris æterni præcepto.

Spes mea ab vberibus matris meæ.

A Deiparæ pijssimorum indigentia vberum, nec Deus ipse excluditur.

53 SI Christus à maternis Mariæ vberibus habet quid sperare possit, quid nos qui tantis periculis abundamus, & tantis bonis tam naturalibus, quã supernaturalibus indigemus?

PSAL. 21. A NVM. 11.

In te proiectus sum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris á me.

Deipara vel Deo ipsi pro Deo esse potest.

54 STatim ac materna, relinquit viscera Christus in quantum homo, recurrit ad æterni Patris auxilium, quasi antea propter matrem illo non indigens, vt nos efficaciam Mariani auxilij, & protectionis per exaggerationem talem ac tantam edoceret.

PSAL. 21. NVM 13.

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.

Inter Hebræos nullus status, & reipublicæ gradus Christo non infensus.

55 VItuli videntur esse: Pueri, & plebs Hebræorum: *Tauri*, veró *pingues*, Principes Sacerdotum.

PSAL. 21. NVM. 15.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Christi Domini ossa non fracta, sed diuulsa.

56 NON *fracta sunt ossa mea*, sed *dispersa*, idest á sua compage diuulsa, ex vi, qua à crucifigentibus manus pedesque attracti fuerunt, vt ad cauitates in ligno præfactas, pertingerent.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Christus in crucẽ de crucifigentiũ salute flagrabat desiderio.

57 LIquescens amore, & desiderio salutis eorum, qui me crucifigebant.

Christi amor erga humanũ genus vsque ad materni teneritudinem intensus.

58 Sed quomodo cor in medio ventris? Quia illos teneriori affectu, qualis est maternus, prosequebat, quod etiam per Isaiam illis contestatus sum dicens: *Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua, &c.* cap. 46. num. 3.

PSAL. 21. NVM. 16.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Et in puluerem mortis deduxisti me.

Si ex aliquo accidenti Christus ægrotare posset, ex humani generis amore ægrotaret.

59 EX nimio amoris, & affectionis calore arida, & vstulata aruit tamquam testa virtus mea.

Christi corpus, mortis puluerẽ, sed non corruptionem, experiũ.

60 In puluerem mortis, sed non in corruptionem: *Quoniam non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Psal. 15. num. 10.

VEL SIC

61 Ex prędicta ariditate in puluerem redactus sum.

Vide supra n. 59

PSAL. 21. A NVM. 17.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Christus D. non solum vestibus spoliatus, sed cute ad vsque ossium manifestationem dilaceratus.

62 A Deó pellem meam ruperunt, carnemque meam dilacerauerunt, quoadusque intimiora ossa paterent, & numerari possent.

Nil Christo magis proprium quã quod pro hominum salute impensum.

63 Et notandum: Christum, membra dilacerata, & iam á compage ipsorum quasi diuulsa, ter appellare *sua*, quia nunquam certius illa se existimabat possidere, quam cum pro humano genere profundebat.

PSAL. 21. NUM. 21.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

Hebræi inter se discordes, in Christum solum adunati.

64 CVR ab vno cane liberari petit, cum multi canes eum circumdederint, vt patet supra num. 17. *Quoniam circumdederunt me canes multi?* An quia multi canes contra ipsum ad instar vnius adunati sunt; ob quod Psal. 2. dicitur: *Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius?*

Iudas omnium Christum persequentium epilogus, Caiphas cõpendium.

65 Uel forte canis ille inter alios plures vnice formidabilis Iudas fuit, vel Caiphas, qui tunc præcipuus gregis populi Hebræorum canis, seu custos erat.

PSAL. 31. NVM. 22.

Salua me ex ore leonis.

Hebræorum lingua crudelissimũ contra Christum D. instrumentũ.

66 EX ore, non ex vnguibus leonis, saluari exigit, quia Hebræi ore, dicẽtes: *Crucifige*, non vnguibus, seu manibus suis Christum dilaceraturi erant.

PSAL. 21. NVM. 27.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi.

Qui in præsenti vita Deum perseuerãter amãt, in æternum amare non desinent.

67 VIuent corda digne Eucharistiam comedentium in sæculũ sæculi, quia amor Dei in corde eorum semel accensus, & ad finem præsentis vitæ perseuerans, in morte non extinguitur, sed cum amore, & gaudio patriæ cælestis copulatur, & ex tunc indefectibilis in æternum continuatur. Et nota, in vno psalmo coniunxisse Dauidem tractatum de Christi passione, & Eucharistiæ institutione.

PSAL. 22. NUM. 2.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

Regimen Dei, seu religiosum omnia subditis tam animæ, quã corpori necessaria ministrat.

68 NON est bonum regimen, nec regimẽ Dei appellari potest, in quo subditis aliquid necessarium tam ad vitam naturalem, seu corporalem, quam ad vitam spiritualem deficit.

In loco pascuæ ibi me collocauit.

Quibus Eucharistia adest, nihil deest.

69 QUibus Eucharistia, de qua in toto hoc psalmo agitur, semper adest, nihil vnquam deesse potest.

Super aquam refectionis educauit me.

Clara, & sana doctrina impinguat animam.

70 AQua elementaris non nutrit corpus; sed aqua cælestis doctrinæ impinguat animam, ideo prosequitur: *Animam meam conuertet.*

PSAL. 22. NUM. 5.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.

Inuisi felicitas inuidentem confodit.

71 NVlla acerbior vindicta de inimicis inuidentibus, nec penetrabilius telum, quam ipsamet inuisi felicitas, & abundantia.

VEL SIC ALLEGORICE.

Eucharistia aduersus dæmonũ incursus securissimum propugnaculum.

72 Mensa Eucharistica, de qua in toto hoc psalmo, est optima, & securissima instructio, maximusque belli commeatus aduersus dæmones, qui sunt hostes continuis nos tribulationibus impugnantes.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus est?

Cui gratia inest Eucharistia sapit & profieit.

73 AD sacram Synaxim digne recipiendam, & suauitatem illius intime gustandã oleum gratiæ sanctificantis in capite, ideſt, anima requiritur.

Sed

Nostrũ Eucharistia alimentum, pretium, & pharmacum.

74 Sed cur calicem Eucharisticum Dauid appellat suum? Quia, & nobis in alimentum datus, & pro nobis in pretium effusus, & nostris languoribus in salutiferum pharmacum præparatus.

PSAL. 22. NVM. 6.

Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

Diuinæ misericordiæ rete nos, etiã renitẽtes, quandoque capit, & concludit.

75 Misericordia Dei non solum nos *sequitur*, sed *subsequitur*, imo frequentissimè *insequitur* nos ab illa recedentes, & fugientes.

PSAL. 24. NVM. 11.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum est enim.

Iræ humanæ motuum dare solet Diuinæ misericordiæ motum.

76 Quod vehementis irritaret potentiam humanam, hoc efficacius mouere solet misericordiam diuinam.

PSAL. 25. NVM. 2.

Proba me Domine, & tanta me : vre renes meos, & cor meum.

Perfectus erga Deum amor renes, & cor nostrũ proficuè cauterizat.

77 Per vstionem renum, amorem filiorum inordinatum, per vstionem cordis inordinatum amorem rerum omnium creaturum â Deo sibi auferri Dauid postulare videtur.

PSAL. 26. NVM. 1.

Psalmus Dauid priusquam liniretur. Dominus illuminatio mea.

Deus insignes Sanctos præmaturè illuminat.

78 Sic præcinebat Dauid adolescentulus, dum oues in agro pascebat, & custodiebat, ante quam â Samuele vngeretur 1. Reg. cãp. 16. præsagus iam futurorum, vt patet ex toto psalmi contextu, & præsertim numeris 6. & 10.

Actio priuata, & sine debita solemnitate, vt leuis & perfunctoria reputari solet.

79 Sed cur hæc *Linicio*, quæ leuis olei applicatio est, & nõ *Vnctio* dicitur? An quia illa Inunctio fuit priuata, & clandestina, non solemnis, & publica, vt illa, quæ celebrata fuit lib. 2. Regum cap. 2. super tribum Iuda; & illa, quæ super omnes tribus eodem lib. 2. Reg. cap. 5. vide quæ ibi ad num. 3. dicta sunt.

PSAL. 27. NVM. 1.

Ad te Domine clamabo, Deus meus, ne sileas à me ne quãdo taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.

Anima, cui Deus loqui solet, cum tacet, mortua reputatur.

80 Descendentibus in lacũ, id est sepulchri fouea, Viri enim spirituales quandiu ipsis Deus tacet, seu se ab eis abscondit, velut mortuos se ipsos reputant,

PSAL. 27. NVM. 7.

Et refloruit caro mea : & ex voluntate mea confitebor ei.

Vniuersalis resurrectio in omni lege clarè expressa.

81 De vniuersali resurrectione futura loquitur Dauid tanquam de iam peracta, & præterita ob certitudinem huius articuli, in omnibus legibus stabiliti : in lege naturali a Iob. In Lege scripta â ferè omnibus prophetis, & in Lege gratiæ ab ipsomet Christo Domino clare, & expresè iterum ac tertio pronunciati.

VEL SIC ALLEGORICE.

Christi resurrectio perpetuam Deiparæ virginitatem exprimit.

82 Agens Dauid de Christi resurrectione ait : Carnem ipsius refloruisse ad perpetuam tam filij, quam matris virginitatem exprimendam.

PSAL. 29. NUM 2.

Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.

Si Deus intrinsecè exaltari posset, hoc Diuinæ misericordia faceret.

83 Si aliquid posset Dei magnitudinem augere, illud maxime foret misericors benignaque hominum protectio.

PSAL. 29. NVM. 11.

Audiuit Dominus, & misertus est mei : Dominus factus est adiutor meus.

Diuinæ misericordia tempus futurum cum præterito æquiuocandū.

84 IN hebræo legitur: *Deminus erit auxilium mihi*, quod optime ab Interprete per præteritum vertitur; nam: Futurum diuinę misericordiæ adeò velox est vt cum Præterito æquiuocari, & conuerti possit.

PSAL. 31. NVM. 4.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Non nullis tandiu solum durat compunctio, quādiu Diuina solet ferire punctio.

85 QUantis ærumnæ, & egestas corporis, in delicias, & diuitias animæ à Domino commutātur! Sed non paucis, proh dolor! Non amplius durat compunctio quam id tantum temporis, quo perdurat punctio.

PSAL. 31. NVM. 5.

Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pœnitentialis fori potestas in lege veteri adumbrata.

86 HIC confessionis virtus efficaciaque conspicitur, quæ talis, & tāta est, vt confessioni de futuro correspondere dicatur remissio de præterito.

PSAL. 32. NUM. 2.

In psalterio decem chordarum psallite illi.

Exacta Decalogi obseruatio diuinis auribus dulcis modulatio est.

87 NUlla suauior diuinis auribus modulatio, quam exacta concinnaque decem verborum legis obseruatio.

PSAL. 32. NVM. 20.

Anima mea sustinet Dominum quoniam adiutor, & protector noster est.

Humano corde nil ergo Deum ingratius.

88 NOtare videtur Dauid humani cordis ingratam, & duram complexionem, quę talis, & tanta est, vt vel Deum benignissimum, & mitissimum non sustineret, nisi continuó ipsius adiutorio, protectioneque indigeret.

PSAL. 33. NUM. 15.

Diuerte à malo & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Ad pacem omnimodam consequendam omnis conatus adhibendus.

89 PAX non solum inquirenda, sed etiam persequenda, idest omni conatu nitendum, & insistendum donec adipiscatur.

PSAL. 34. NVM. 5.

Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & angelus Domini coartans eos.

Uide lib. Numeri cap. 22. á n. 24.

90 ALludere videtur Dauid ad illud libri Numeri cap. 22. â num. 24. quod fecit Angelus Balaam filio Beor arioło.

PSAL. 34. NVM. 10.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius.

Abundantia vires addit, indigētia minuit.

91 FOrtiorum, idest diuitum, diuitię enim fortificant possidentem, sicut paupertas debiliat.

Manus diuitis, quæ pauperes debebat attrahere, solet reijcere.

92 Sed cur de manu, quæ instrumentum est ad eleemosynam elargiendam Deus pauperem eripere satagit? An quia multi diuites ad pauperes manum extendunt, non vt illis succurrant, sed vt abijciant, & â se longe auertant?

VEL SIC.

Quorumdam eleemosyna potius rubere facit accipientem, quam releuare.

93 Multi taliter eleemosynā elargiūtur, vt potius rubore suffundant accipientes, quam eorundem releuent miseriam.

VEL SIC.

Nonnulli diuites ad pauperes, non manus, sed vngues extendunt.

94 Multi diuites ad pauperes manum extēdunt, potius vt parū, quod habent ab eis surripiant, quam, vt parum, quod petunt ipsis elargiantur, ideo subsequitur: *Egenum, & pauperem à diripientibus eum.*

CAP. 34. NUM. 20.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.

IN

Iracundia terræ, cœli zelo opponitur.

95 IN *iracundia terræ*: vel loquitur de iracundia, quę in imo cordis terrenorum hominum hoc est aulicorum, & politicorum subtegitur, vt oportuno tempore erumpat. Vel loquitur de *iracundia terræ* ad distinctionem iracundiæ cæli, ex zelo honoris diuini ortæ, & accensæ.

PSAL. 35. NVM. 4.

Noluit intelligere, vt bene ageret.

In peccatoribus Ratio seruiliter obedit, in Iustis imperat.

96 IN malignis peccatoribus intellectus obedit voluntati, imo, & voluptati; in iustis vero voluntas, & imo voluptas obedit intellectui, & rectæ rationis dictamini.

PSAL. 36. NUM. 5.

Revela Domino viam tuam.

Pœnitentiale forum, non solum in lege veteri adumbratum, sed stabiliri procuratum.

97 ETsi Deo intimiora, & secretiora cordis nostri pateant, manifestationem cuiusque fidelis consulit Dauid per confessionem scilicet voluntariam conscientiæ nostræ discussuam, nostrorumque delictorum accusatiuam, Pœnitentiæ sacramentum legis gratiæ prænuntians, & in illa lege, ad optimam morum correctionem, aliqualem ipsius formam, & imaginē stabilire cupiens.

PSAL. 38. NUM. 4.

Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Altissima Dei contemplatio diuini ignem amoris accendit.

98 IGnis diuini amoris accenditur, & intenditur in cordibus iustorum, cum ad altissimam Dei contemplationem eleuantur.

PSAL. 38. NUM. 5.

Et numerus dierum meorum quis est, vt sciam, quid desit mihi.

Vita peracta, et si diuturna apparet semper breuissima.

99 DE vita anteacta non curat, quia semper breuissima, imo, & momentanea apparet.

VEL SIC.

Anteacta vita cur non apparet? Quia disparet.

100 De vita anteacta nō agit, quia hæc non hac apparet, sed disparet.

PSAL. 38. NVM 6.

Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Vniuersitas vanitatis quilibet homo est.

101 OMnis homo, non hanc vel illam vanitatem, sed vniuersam vanitatis progeniem, & vanitatum congeriem in se inclusam habet, & imbibitam.

PSAL. 38. NVM. 13.

Auribus percipe lacrimas meas.

Vide supra num. 12.

102 VIde supra quæ ad psal. 5. num. 2. & ad Ecclesiastici caput 24. num. 17.

PSAL. 39. NUM. 7.

Sacrificium, & oblationem noluisti: aures autem perfeciſti mihi.

Fides Euangelica legalia respuit pecorum sacrificia.

103 CUm in lege gratiæ auris per Fidem percienda, cruentum animalium sacrificium â Deo respuendum.

PSAL. 39. NUM. 13.

Quoniam circumderunt nos mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.

Peccata non solum committentes ligant, sed excæcant.

104 INiquitates nostræ, nō solum nos circumstant, comprehendunt, ligant, & in carcerem detrudunt; sed etiam oculos eruunt, & impotentes ad videndum nos efficiunt.

PSAL. 41. NVM. 3.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

Sitis vehementior humanæ Naturæ passio est.

105 DEsiderium visionis beatificæ per sitim explicat, non per famem, quia sitis vehementior passio naturæ est.

VEL SIC.

106 Sitis nobilior passio est quam fames, cum ergo de anima

Vide Reg. 3. num. marg. 165.

loquatur, ei nobiliorem accommodat passionem: & notandum quod cum in psalmo 16. num. 15. ait: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, non de anima separata, sed de toto loquitur corporis, & animæ composito.

PSAL.43. NUM.11.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros.

Quo profundius vitijs immergimur vilius suppeditamur.

107 INimicus, potius insequitur aduersarium, quam ab eo subsequitur, sed hi inimici, peccata nostra esse videntur, quæ, quo magis nos vincunt, & debellant, eo ardentius post illa anhelantes currimus.

PSAL.43. NVM.16.

Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.

Pœnitentia scutũ hominem totum protegens, & occultans.

108 QUomodo confusio, quæ faciem tantum occupat, reliquum corpus cooperit? An quia confusio pœnitentiæ est, quæ totum hominem occultat, protegit, & abscendit, ne peccator appareat?

PSAL.47. NVM.9.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

Beati in Patria animæ oculis cernunt quæ in via Fidei auditu viderant.

109 SIc dicunt Beati, cum primum gustant gaudia beatitudinis, videntes in omnibus concordare tam quoad fruitionem, quam quoad durationem, ijs quæ per auditum fidei præcognouerant, cum viatores erant.

PSAL.47. NVM.10.

Suscepimus Deus misericordiam tuã in medio templi tui.

Beatus vbique gloria centum occupat.

110 SEcundum anagogicam expositionem huius, & præcedentis numeri, dicere possumus: Beatum semper esse in medio templi gloriæ, quia vbicunque sit, eum vndique æqualiter cælum, Deus, & ipsius beatitudo circumstant.

PSAL.49. NVM.20.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.

Moralis cognatio naturali æquiualet.

111 PER vnam ex his fraternitatibus cognationem naturalem; per alteram cognationem moralem, legalem, seu religionis significare videtur.

PSAL.49. NUM.21.

Hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè, quod ero tui similis.

Cum subdito palam delinquente dissimulare solius Dei priuilegium est.

112 SUperior terrenus videns subditum delinquentem, & dissimulans iustè iniquus dicitur; non sic Deus, qui ex suaui benignâque prouidentia suâ, solet ad tempus dissimulare, vel vt delinquens resipiscat, vel vt grauius in eum animaduertat.

PSAL.50. NVM.3.

Miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam.

Miseria humanæ adeò infinita, vt misericordiæ diuinæ comparari valeat.

113 SEcundum magnam misericordiam tuam, quia miseria mea tanta est, vt infinitæ misericordiæ tuæ in sua linea comparari, imo & commensurari valeat.

PSAL.50. NUM.14.

Spiritu principali confirma me.

Spiritus humanas passiones vincens, spiritus princeps est.

114 SPiritu, qui regat meas passiones naturales tanquam princeps, & possit vincere impedimenta ad meam conuersionem.

Dei amor timore potior.

115 Vel, spiritu amoris, qui potior, & principalior est spiritu timoris.

Qui se, alios que valet dirigere spiritus duplex seu princeps est.

116 Vel spiritu magistrali, qui alios regere, & docere possit, nec non, & seipsum suaque gubernare, qui est ille spiritus duplex quem Eliseus ab Elia petebat 4. Reg. cap. 2. num. 9.

PSAL.

PSAL.55. NVM.2.

Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo.

Cum se accingit homo ad proximum conculcandum, se accingit Deus ad conculcatum defendendum.

117 NVllum motiuum efficacius Deo ad nostri miserendum, quam cum se accingit homo ad nos conculcandum.

PSAL.55. NVM.9.

Deus vitam meam annuntiaui tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Vide supra n.97.

118 HIC videtur prophetica descriptione Sacramentum pœnitentiæ legis gratię ob oculos proponi.

PSAL.57. NUM 4.

Alienati sunt peccatores á vulua, errauerunt ab vtero locuti sunt falsa.

Hominis ad peccandum propensio per exageration em explicata

119 A Deo præcoces sunt ad peccandum aliqui peccatores, vt adhuc in vtero existentes peccent, non peccato originali tantum, sed si fieri posset actuali.

Mendacium genus est peccata reliqua transeuntis.

120 Et notandum, Dauidem mendacium designare, vel quia est peccatum in quod statim post rationis vsum frequentius homines solent incidere; vel quia omne peccatum, quodcumque sit, genus quoddam mendacij participat, Deo enim, si non fidem, negat saltem promissam fidelitatem.

PSAL.60. NVM.7.

Dies super dies regis adijcies.

Dies in quibus bene agimus non transeunt, sed ad præmium coacernantur.

121 QVomodo dies super diem adijci potest, cum sit res transiens? An quia dies boni numquam transeunt, sed simul permanent? Dies, inquam illi, in quibus operamur bonum, & de quibus Psal.72.nu. 10. dicitur: *Dies pleni inuenientur in eis.*

PSAL.61. NVM 9.

Effundite coram illo corda vestra.

122 NVnquam effundetur coram Domino corda nostra, nisi prius liquescant.

Cor amore, vel pœnitentia liquēs coram Deo suauissime fluit, & effunditur.

PSAL.62. NVM. 2.

Deus Deus meus ad te de luce vigilo: sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Vini spiritualis corpus spiritualibus priuilegijs, adhuc in vita mortali, gaudere solet.

123 DAuid in deserto Idumeæ [bi enim hoc canticum modulabatur] non manicabat, ad considerandum, quomodo à Saule caueret persequente; sed ad vacandum Deo per feruidam contemplationem, per sitim in Deum significatam, quam sitim, & quidem alijs pijs, & deuotis passionibus multiplicatam, & auctam, cato Dauidis participauit, quia corpus Uiri perfecti, & spiritualis quādam spiritualitatem ex consortio animæ participat, & rerum spiritualium, modo sibi permisso, saporem, imo, & si liceat dicere, appetitum sentit.

PSAL.67. NUM.3.

Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera á facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Cum peccator per pœnitentiam liquescit, peccata in fumū euanescunt.

124 PEccatores, sicut fumum disparere, & sicut ceram fluere, & liquescere, vel est ad Deum conuerti, & sic in quantum peccatores desinere esse, & id est, quod Dauid à Deo vidētus postulare.

Iratam Dei facie videre damnatorum maximum tormentum erit.

125 Vel loquitur de reprobis in die iudicij vniuersalis, quorum maximum tormentum erit, iratī Dei faciem videre, & hos contraponit prædestinatis ad gloriam, de quibus versu sequenti expresse agit, & eorum maximam fruitionem in quodam Eucharistico conuiuio ad visionem beatificam præcedente collocat.

PSAL.68. NVM.3.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Hæc

Luxuria omnem hominis substantiam absumit.

126 HÆC moraliter explicari possunt de peccatore in cœno lasciuæ sensualitatis immerso, & defixo, in quo omnis eius substantia, tam personalis, quam patrimonialis ita perit, ac disparet, ac si numquã fuisset: Vide ad Lucæ cap. 15. nu. 13.

PSAL. 70. NVM. 24.

Sed, & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi, & reuerriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Cum terrenæ curæ absunt lingua diuinas perfectiones non solum loquitur, sed meditatur.

127 CUM animus liber est ab externis, & molestis persecutionibus, varijsque curis temporalibus, lingua diuinarum laudes pronuntians perfectionum non solum loquitur, sed etiam meditatur, hoc est á mentis contemplatione concomitatur, & ita fit vocalis simul, & mẽtalis oratio.

PSAL. 71. A NVM. 6.

Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.

Vide Deuteronimij num. marg. 98.

128 IVstitia, & iudicium æqualiter in omnes, tanquam pluuia spargenda: Vide ad Deuteronomij cap. 32. num. 2.

PSAL. 71. NUM. 20.

Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

Quidquid temporis rex suo muneri non impendit, defraudare videtur.

129 PSalmus iste à Dauide multo iam tempore regnante compositus, & in Salomonem Christi typum directus, vt ex ipsius inscriptione perspicuum est, cur ergo in fine illius non appellatur Dauid rex, sed Iesse filius? An ne videretur modico illo tempore in laudibus, etiam diuinis in sumpto officium regis defraudasse? Aduertant reges qualiter se totos suo muneri debeant mancipare, siquidem exiguum temporis non solum bene, sed optime impensi, Dauidi, vt priuatæ personæ adscribitur, & in ratione regalis muneris non permittitur computari, quod per exagerationem, secluſa veritate, ad mores instruendos ponderari potest.

PSAL. 72. NVM. 18.

Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.

Impij exaltatio præcipicium est.

130 IMpij exaltantur, vt de altiori cadant, & grauius impingant, vnde illud ipsum, quod videbatur medium eleuationis, est instrumentum à Deo motum ad eorum deiectionem casum, & ruinam.

PSAL. 76. NUM. 2.

Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Eloquentissima ad Deum declamatio simplex oratio est.

131 VOce mea, idest voce simplici, naturali, & propria, non aliena, nec á tropis, & figuris rethoricis mutuata, quomodo enim Deus mihi intendet, seu aurem applicabit, cum non ego, sed alius est, qui loquitur.

PSAL. 76. NUM. 3.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

Tribulato Deus non solum præsentialiter, sed palpabiliter adest.

132 IN tempore tribulationis adeó se Deus obuiam exhibet, vt ab afflictorum manibus palpari queat.

VEL SIC.

Bonis operibus Deus exquiritur, & inuenitur.

133 Cum Deus *manibus* exquiritur, idest bene operando, & ipsius legem adamusim ad implẽdo, nunquam decipietur talis exquisitor.

VEL SIC.

Diuini Verbi benignitas, & humanitas á Dauide præsignata.

134 *Manibus nocte contra eum: & non sum deceptus*: Prænuntiat Deum aliquando in huius sæculi nocte se palpabilem præbiturum.

VEL

VEL SIC.

Benignius quãdoque nobiscum egerit Deus plagas corporis inferendo, quam auferendo,

135 Quomodo dicit: *Non sum deceptus*, cum Sanctes Pagninus transferens hunc versum ita legat: *In die angustiæ meæ Dominum quæsiui: plaga mea nocte defluxit, & non quieuit*? Quia quandoque melius, & conuenientius nobis Deus solet prospicere, plagas, & tribulationes immittendo, & conseruando, quam ab eis, vel nos incolumes faciendo, vel iam immissas auferendo.

PSAL. 76. NVM. 11.

Et dixi, nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Vera ad Deum conuersio non solum peccatorem recreat, sed creat

136 PEccator, qui ad Deũ veré, & ex toto corde conuertitur, tunc esse incipit, seu existere, antea enim nihil erat, nam nihil caracter peccati est; & ideo mutatio hæc dexteræ Dei attribuitur, cuius solũ est, creare, seu ex nihilo aliquid producere: Uide infra Psal. 103. num. 35. & Lucæ cap. 22. nu. 58. & Ioannis cap. 18. num. 17.

SPAL. 77. NVM. 72.

Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Omniũ mensurarum receptaculũ indissimilis prudentiæ descriptio est.

137 HIC Dauidis prudentia ad regendum populum à Deo ipsi concessa describitur, quam nil aliud esse existimarem nisi spiritualem quandam intellectiue practicam cellam, plurimis, omnigenis inæqualibus, & inter se differentibus mensuris refertam.

PSAL. 79. A NVM. 2.

Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim manifestare corã Ephraim. Beniamin, & Manasse.

Rachel, eiusque progenies Ecclesiæ symbolum.

138 ISti quattuor sunt duo filij, & totidem nepotes Rachel, ideſt Ecclesiæ aduentum Christi desiderantis.

Exita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

Incarnatio Verbi opus Dei maximum, & omnipotentiæ argumentum.

139 QUasi dormiret potentia Dei, dum opus omnium maximum, nempe, incarnatio Verbi, nondum fuerat peractum, quod opus per eamdem phrasim à Deipara significatur Lucæ cap. 1. num. 51. *Fecit potentiam in brachio suo.*

PSAL. 80. NVM. 6.

Cum exiret de terra Ægypti linguã, quam non nouerat audiuit.

Qui de vitiorum Ægypto exeunt. linguã Dei, anteà ignotam, percipiunt, & intelligunt.

140 LInguam, scilicet Dei legem in Synai proferentis, & perceptibili voce pronuntiantis.

PSAL. 80. NVM. 7.

Diuertit ab oneribus dorsum eius, & manus eius in cophino seruierunt.

In Dei obsequio leuiter, & profícue, in mundi seruitute grauiter, & inutiliter laboratur.

141 COphinus erat vas in quo Manna colligebatur ab Hebræis: Et notanda venit differentia seruitutis diuinæ, & mundanæ, seu diabolicę in onere Ægyptiaco significatæ, in hac enim homines toto virium conamine in aliorum vsum, vtilitatemque laborant, & insudant, & pro antidorali repensione flagella, opprobriaque reportant; in illa verò Dei seruitute, seu verius ingenuâ libertate, manus tantum adaptare satis est: & quod manibus facile, per actũ est, totũ illud in laborantium vtilitatem cedit.

PSAL. 80. NVM. 10.

Non erit in te Deus recens.

Qui non æternus, sed solum recens est. Deus esse nequit.

142 DEus in eo ipso quod sit recens nequit esse verus Deus, ideó forte Christus, ne diuinitati suæ detraheret, dixit Ioan. cap. 8. num. 58. *Ante quam Abraham fieret ego sum.*

PSAL. 81. NVM. 2.

Usque quo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis.

Non

Iudex, qui litigantium fraudibus annuit iniustitiæ committit.

143 NON solum detestatur Deus iniquum iudicium, sed etiam ipsius apparentiam, solent enim aliqui iudices cum iniquis litigatoribus mitius segerere, quam par est, nec eorum audacem malignitatem punire, quod quædam species, & apparentia iniustitiæ est.

VEL SIC.

Iudex personarũ acceptor, iustitiæ vsurpator est.

144 Facies peccatorum sumere est, in iudicio, personarum acceptionem vsurpare. Vide nu. sequentem.

PSAL. 81. *NUM.* 4.

Eripite pauperem: & egenum de manu peccatorum liberate.

Diues, & peccator nomina in S. S. frequenter synonyma.

145 FRequenter in Psalmis per peccatorem significatur diues, & patet ex eo, quod pauperi contraponitur.

PSAL. 82. *A NUM.* 2.

Deus, quis similis erit tibi? Ne taceas, neque compescaris Deus. Quoniam, ecce inimici tui sonuerunt, &c.

Quorumdam insolentia hominũ vsque ad Dei admirationem excrescit.

146 A Deo insolenter aliquando audent homines, vt Deus se admirabundum gerat, & præ stupore videantur ei verba deficere: Uide ad Genes. n. 148.

PSAL. 83. *A NUM.* 2.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Deus iustus in hac vita breuiter, & perfunctorie, in alia abundantissime, & æterne consolatur.

147 T*Abernacula*, hæc videntur esse mansiones, & consolatrices cohabitationes, & manifestationes, quibus animabus sanctis in hac mortali vita degentibus dignatur Deus apparere, quę licet frequentes esse soleant, non tamen solent esse durabiles, diuturnæ, & permanentes: ideoque tabernaculorum nomine exprimuntur. *Atria Domini* sunt mansiones æternæ patriæ nostræ cælestis: Dauid ergo vtrarumque satis cognitor, illa quidem diligebat, sed hæc ardenti affectu concupiscebat.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Ex spiritu igne charitatis accẽso in corpus inenarrabilis consolatio refluit.

148 C*OR*, spiritum; *caro*, corpus significat, ex quo infertur, quod ex corde igne charitatis accenso, non solum in patria, sed etiam in hac mortali vita in corpus gaudia quędam spiritualia, & in enarrabiles consolationes dimanant, & resultant.

PSAL. 85. *NVM.* 2.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.

Grauiori periculo in hoc mundo patere solet iustus, quam peccator.

149 C*ustodi* me, *quia sanctus*, non *quia peccator*, vel *maleficus*, ait Dauid, quia, vt maleficus, iustitiæ vindicatiuæ humanæ, quę benignus vindex esse solet, obnoxius sum: at vero vt *sanctus*, inuidæ æmulationis reus efficior, quæ sæuissimus vindex est, vt ex vitæ meæ processu patet.

PSAL. 87. NUM. 3.

Intret in conspectu tuo oratio mea.

Oratio seruida, & solium Dei æquali situ, & pauimento gaudent.

150 NON ait: *Ascendat*, sed: *Intret*, quia orationes adeó sublimis, & excelsa est, vt ab illa ad solium Dei non detur ascensus, sed incessus.

Inclina aurem tuam ad precem meã.

Adeó tepide homines orare solent, vt Deum agere surdastrũ cogant.

151 A Deó tepido, & exili spiritu, ac demissa voce deprecamur Deum, vt per exagerationem dici possit, quod necessum habeat aurem suam inclinare, vt nos percipiat deprecantes. Vide infra Psal. 114. num. 2.

PSAL. 87. *NVM.* 4.

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

No-

Mala corporis ab animæ malis infinitè differunt.

152 NOtãda infinita diſtantia, & differentia malorum animæ á malis corporis, & ægritudinibus, ſiquidem hæc ſepulchro, illa Inferno appropinquare faciunt.

PSAL. 89. NUM. 3.

Ne auertas hominem in humilitatem.

Humilitatis regio ab humanæ ſuperbiæ prouintia quam longe diſtat.

153 HOmo in humilitatem, quaſi in rem à natura ſua valde alienam, & repugnantem abijcitur.

UEL SIC.

Iuſtus peccans ab ingenua, & nobili conditione in vilem ac ſeruilẽ tranſit.

154 Cum homo à Deo in peccatum prolabi permittitur, in humilitatem auertitur; peccans enim eo ipſo fit à Deo auerſus, & in humile, vileque mancipium peccati conuerſus.

PSAL. 89. NUM. 6.

Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.

Totius humanæ vitæ periodus vnius diei floſculus.

155 EN totum vitæ humanæ periodum vnius diei ſpatio comprehenſum, & apte comparatum.

Prior, & maior humanæ portio vitæ herba inutilis, & infructifera.

156 Sed cur: *Mane, ſicut herba tranſit?* An quia pueritia, adoleſcentia, imo, & virilitas per illud *mane* ſignificata, in herba tranſigitur, ideſt, abſque flore bonę indolis, & ſine fructu honeſtæ operationis?

Nil minus conſiſtens, quam ipſa hominis conſiſtentia eſt.

157 Et notandum, quod floreſcentia, quæ conſiſtentia, ſeu maturitas humana eſt, inter duos tranſitus collocatur: ad innuendum, quod homo prius tranſit, quam floreat, & ſi aliquando floret, ſtatim flos eius tranſit, decidit, & marceſcit.

PSAL. 89. NUM. 8.

Poſuiſti iniquitates noſtras inconſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

In iudicio particulari & vniuerſali omnes actus noſtri clariſsime conſpicienda.

158 HIC videtur inſinuari iudicium particulare, vel vniuerſale, in quo omnia noſtra opera ſimul conſpicienda ſunt.

PSAL. 89. NUM. 10.

Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor, & dolor.

Periodo humanæ vitæ nil incertius

159 HON loquitur abſolute, & affirmatiue ſed conditionaliter, & dubitatiue;

PSAL. 90. NVM. 4

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.

Scapulis nos Deus protegit quia ſæcie hoſtibus noſtris opponit.

160 SCapulis ſuis nos obumbrat Dominus; non, vt faciem ſuam á nobis auertat, ſed, vt illam hoſtibus contra nos ingruentibus opponat, & obuertat.

PSAL. 100. NUM. 5.

Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.

In Dei tribunali ſemper miſericordia cõiudicat.

161 QVid de nobis miſeris fieret peccatoribus, ſi cum iudicio miſericordia Dei non foret ſemper copulata, & coniuncta?

PSAL. 102. NVM. 7.

Notas fecit vias ſuas Moyſi; filijs Iſrael voluntas ſuas.

Subditis inferioribus decreta ſolum intimanda, motiua ſubticenda.

162 MOyſi, vt principi, ſeu Vicedeo, Via, ideſt ratio, ſeries, & cauſa decretorum, quibus Deus populum regebat aperiri oportuit; ceteris, vt ſubditis reſolutiones vltimæ, & decreta ſolum intimari debuerunt, vt illa exequerentur: quę politica, diuina quidem, ideoque laudabilis, & imitanda in Rebuſpublicis bene inſtitutis, alijſque regiminibus bene moratis inuiolabiliter obſeruatur. Vide quæ ad Matthæi caput ſecundum num. 13. dicta ſunt.

PSAL.

PSAL. 102. A NVM. 13.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se; quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Verbum Diuinũ figmenti humani theoricus, & practicus comprehensor.

103 COgnouit figmentũ nostrum non solum theorice, sed etiam practice, seu, non solum speculatiuâ scientia, sed etiam experimentali.

PSAL. 103. NVM. 21.

Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

Inculpabilis rapina, cum adest necessitas, & alia media non suppetunt.

164 MEdium naturale istorum animalium ad necessariam sibi alimoniam adquirendam, est rapina; ideo dedit illis Deus, sicut, & aquilis prominentes vngues: ac propterea in istis rapina non reprehenditur, sed cum illa innata ad Deum recognitione, quam omnia animantia habent, á Dauide coniungitur, & concordatur.

VEL SIC MORALITER.

Primorum Reipublicæ Ministrorum innumerabiles sibi prospiciendi artes.

165 Per istos Leonum catulos significari possunt principes non supremi, & præsertim ministri illi, qui vicariam principum exercent potestatem, qui non infrequenter rapinæ, & subditorum spoliationi incumbere solent; cũ vero hac violentiâ nõ proficiunt, ad precarias deflectunt postulationes, vt sibi prospiciant; vel tandem ad hypocrisim recurrunt, & actionibus apparenter pijs, & religiosis rapinas, & alias malas artes contegere, & obnubilare student.

VEL SIC.

Principes tributa á subditis caute exigant, & expendant.

166 Si principes ad victum præcisse necessaria sibi quærentes dicuntur rapere, quid de superflua, & vana quærentibus dicendum erit?

PSAL. 103. NVM. 35.

Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint.

Peccatum, quidquid post se inuenit destruit, & annihilat.

167 DEficiant, *ita vt non sint*, nec in hominum æstimatione, imo nec in rerum natura, nam iniqui statim, ac peccant quodammodo esse desinunt; peccatum enim, quod ipsum *Nihil* est, eos in suam nihilitatem reducit. Uide supra ad Psal. 76. n. 11. & Lucæ cap. 22. num. 58. & Ioan. cap. 18. num. 17.

PSAL. 104. NVM. 22.

Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Omnigenas omnas expertus optimus scientiæ politicæ magister.

168 AB adolescente, scilicet Iosepho Genes. cap. 39. pericula, labores, carceres, & omnigenas ærumnas experto possunt, & principes sapiẽtiam, & senes prudentiam erudiri.

Prudentia potius innascitur, quam addiscitur.

169 Sed cur assumpsit Pharao Iosephum, vt prudentiam senes doceret, non vero inferioris ætatis viros? An quia hæc virtus difficilis adeo adquisitionis est: vt vix à senibus expertis, & qui vel emortuas habent, vel sopitas naturales passiones, adipisci possit?

PSAL. 105. NVM. 9.

Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est.

Extremæ necessitati non succurrens, etiam si inanimatum sit, increpatione dignum.

170 CElebris illa rubri maris diuisio dicitur fuisse increpatiua, forte ex eo quod ad succurrendum populo iniuste persecuto, & ab hostibus iam iã inuadentibus, vndique circũsepto, ac propterea in extrema necessitate constituto, vltro non se aperuerit, vt vnicum fugæ præsidium capere posset.

PSAL. 108. NVM. 2.

Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & dolosi super me apertum est, &c.

To-

Impiissimum infidelitatis lucrum maledictionibus abundè repletum.

171 TOtus hic psalmus, qui certissima inter pretatione de Iuda proditore debet intelligi, vt patet ex actorum cap. 1. continet triginta maledictio nis triginta argenteis ab illo iniquè acceptis correspondentes.

PSAL. 108. NVM. 6.

Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.

Cum diabolus peccatum in munaũ innexerit, antonomasticé peccator apellatur.

172 PEr *peccatorem* diabolus antonomasticé intelligitur, qui respectu Iudæ potiorem locum obtenturus erat in signum; quod in diuino iudicio illum erat conuicturus, ideo subsequitur: *Cum iudicatur, exeat condemnatus*, &c.

PSAL. 114. NVM. 2.

Quia inclinauit aurem suam mihi.

173 VIde supra ad psal. 87. num. 3.

PSAL. 118. NVM. 1.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

In via legis diuinæ non standum solum, sed currendum, vel saltem ambulandum.

174 NON pronuntiat beatos, qui stant, sed qui *ambulant in lege Domini*, nam *stare in lege*, est credere tantum *ambulare in lege* est opera legis perficere.

PSAL. 118. NVM. 2.

Beati qui scrutantur testimonia eius.

Continuum Sacræ Scripturæ studium non solum laude, sed etiam canonizatione dignum.

175 COntinuũ sacræ scripturæ studium non solum commẽdatur, laudaturque, sed etiam beatificatur, & sanctum declaratur.

In toto corde exquirunt eum.

Si Deus aliquid ambire posset, totale humani cordis ambiret imperium.

176 IMperium cordis humani cum nullo alio vult Deus diuidere, & ideo, qui nõ toto corde Deum exquirit, eum non exquirit.

PSAL. 118. NVM. 10.

In toto corde meo exquisiui te.

Humani cordis latitudo diuinam immensitatem æmulari videtur, imo excedere.

177 HUmani cordis latitudo adeo ampla est, vt, vel Deus ipse in illo diu gari queat, quandoquidem in spatioso ipsius campo exquiri permittitur.

PSAL. 118. NVM. 18.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Dei mirabilia nõ intellectui solum, sed oculis etiam patentia sunt.

178 OCulos non intellectum petit aperiri â Deo ad contemplãdum ipsius mirabilia, quia hæc adeó clara, & patentia sunt, vt vel ipsis oculis attingi possint.

PSAL. 118. NVM. 39.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum.

Indignitate cõstituti non scrupulo se solum, sed etiã superstitiosè suũ honorem zelant.

179 CVR amputari petit opprobrium quod connexum, & coniunctum non supponitur, sed solum suspicatur? Adeo scrupulosé, imo, & superstitiosé homines, præsertim principes, vel aliaquauis dignitate fulgentes, suo honori cauere solent, vt opprobrium ipsorũ vel solum suspicatum enixe postulent ab ipsis tamquam iam coniunctum, auelli, & remoueri

PSAL. 118. NVM. 57.

Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.

Seruire Deo, & animæ salutare, & corpori, profi cuum.

180 COnfidentèr hæc pronuntiat parcus Dauid, & variæ fortunæ expertus, nullum enim medium aptius ad adquirendam, quæ ad vitam temporalem, necessaria sunt quã exacta legis diuinæ custodia, & obseruatio, ideo ait Christus Dominus Matthæi cap. 6. num. 33. *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.*

PSAL. 118. NVM. 66.

Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Fidei diuinæ scientia absque pia animi affectione addisci nequit.

181 PRius bonitatem, quã fidei disciplinam, & scientiam doceri postulat; quia scientia fidei absque bonitate, hoc est, piâ animi affectione addisci nequit: Vide quę ad cap. 1. num. 1. Epist. B. Pauli Apostoli ad Titum.

PSAL. 118. NUM. 98.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo.

Hoſtes prudentia potius, quam fortitudine debellantur.

182 PRudentiorem ſe inimicis ſuis à Deo factum confitetur, non fortiorem, quia hoſtes prudentiâ potius quã fortitudine debellantur.

PSAL. 118. NVM. 106.

Iurauí, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.

Statuta inuiolabilius, quam iuramenta ab hominibus obſeruari ſolent.

183 IUramento ſtatutum ſuperaddit more humano loquens: ſolent enim homines firmius, & conſtantius quæ ſibi obſeruanda ſtatuunt, quam ea, ad quæ iuramento obſtricti ſunt, exequi, & cuſtodire.

PSAL. 118. NVM. 109.

Anima mea in manibus meis ſemper.

In cuiuſque manu eſt, quod ſaluetur, vel pereat.

184 TAM vt pereat, quã vt ſaluetur: hîc arbitrij libertas commendatur.

SPAL. 118. NVM. 139.

Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Zelus, qui zelatorẽm impinguat, hypocriſis, & pſeudozelus eſt.

185 ZElus, qui tabificat zelatorem zelus verus, & bonus eſt; qui vero zelatorem impinguat falſus, & apparens.

PSAL. 118. NVM. 170.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo,

Res adeò ſublimis oratio, vt ſolio Dei æquari valeat.

186 ORatio adeó per ſe ſublimis eſt, vt cum Deo appropinquare dicitur, non aſcendere, ſed intrare dicatur.

PSAL. 118. NVM. 171.

Eructabunt labia mea hymnum cum docueris me iuſtificationes tuas.

Oratio feruida, & animata ex intimo cordis erũpit.

187 HOC eſt: Non erit canticum meum labia tantum, ſed ex intimis viſceribus, & centro cordis erumpens iuxta illud Pſalm. 44. *Eructauit cor meum Uerbum bonum.*

PSAL. 118. NVM. 176.

Errauí ſicut ouis, quæ perijt.

188 OUi idem eſt à ceteris deuiare, & ſeparari, ac perire: quæ verba contra ſchiſmaticos, & hæreticos ponderari poſſunt.

Qui à Domini ouili deuiat, abſque dubio perit.

Quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

189 PEccator, qui bona opera aliàs conſueta non intermittit, nec reliqua præcepta exequi, & ſedulo adimplere ſpernit, non deſperet, quin à Deo quærendus, imo inueniendus ſit.

Peccator, bona opera antea exercita non omittẽs, de recuperanda ſalutæ non diffidat.

PSAL. 128. NVM. 3.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.

190 HI ſunt hypocritæ ambitioſi, qui ſub per chriſtiana profeſsione, actionibus religioſis, ſolum externis, ſuas moles, & machinationes cõſtruere nituntur.

Apparenter boni chriſtiani & interne politicam bitioſi inique ſuper Chriſtum ædificant.

Prolongauerunt iniquitatem ſuam.

191 HOC fecerunt Pontifices, & Phariſæi non ſolum vſque ad mortem Chriſtum perſequendo, ſed etiam poſt mortem, cum ſcilicet Pilato dixerunt, Matthæi cap. 27. nu. 63. *Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit, adhuc viuens, &c.* Et militibus: *Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus.* Matth. cap. 28. num. 13.

Qui iuſtum non ſolum vſque ad mortem, ſed etiã poſt mortem perſequuntur iniquiſſimi ſunt.

PSAL. 137. NVM. 6.

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: & alta à longe cognoſcit.

192 HUmilia longius diſtant ab excelſo, quam alta, cur ergo hæc á longe à Deo percipiuntur, illa vero proprius, & proximius videntur? Sed

Superbus, quo magis elevatur, amplius á Deo recedit; humilis quo magis deijcitur, amplius Deo approximat

Sed hoc est humilitatis priuilegium, sicut & superbiæ damnum, quod superbia altius ascendendo á Deo recedat; humilitas inferius descendendo ad Deum adcó approximet,& accedat,vt vel visuali intuitu percipiatur, cum superbia ad hoc vt pertingatur,ipsius etiam Dei intellectiua potentiâ indigeat.

*PSAL.*144. *NVM.*19.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.

Deus voluntatẽ timentium se facit: Diligentium, etiam voluptatẽ perficit.

193 SI Deus *voluntatem timentium se* facturum promittit,quid faciet *diligentium*? horum non solum *voluntatem*, sed *voluptatem* etiam credo, perfecturum.

*PSAL.*145. *NVM.*4.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.

194 *Spiritus* peccatoris cũ á corpore discedit in terram reuertendus, seu conuertendus dicitur, quia cum semper terrenis rebus immersus fuerit, naturam spiritualem in corpoream videtur commutasse.

Peccatoris spiritus, ex terrenorum commertio, quod dammodo hebetatur, & materialis efficitur.

UEL SIC.

195 *Reuertetur in terram suã*, hoc est suam prouintiam, & regionem, scilicet infernum damnatorum.

Infernus peccantiũ spiritibus regio, & patria est.

196 Sed cur hęc non dicitur transitus, seu transmigratio à corpore in infernum,sed reuersio? An quia anima in corpore peccatoris adeó inquieta, & doloribus inferni concussa,& conturbata viuit,vt cum in locum tormentorum descenderit, non videatur in diuersũ locum translatam, sed in priorem locum reuersam?

Spiritus in peccatoris corpore nõ minus anxius, & irrequietus, quam in Inferno est.

LIBER PROVERBIORUM.

CAP. I, NVM. 5.

Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.

AD CAP. 1. N. 5.

LIBRI PROVERBIORVM.

Iudices intellectu polleant, auditum habeant.

1  VI GVBERnacula possidet, non solum debet intellectu pollere, sed auditum semper promptũ, & paratum habere, ideò communiter, & proprie Auditores appellantur.

CAP. 1. NUM. 15.

Fili mi, ne ambules cum eis (scilicet peccatoribus) *prohibe pedem tuũ à semitis eorum.*

Peccantium viæ tortuosæ, & obscuræ.

2 ITinera peccatorum non sunt viæ amplę, patentes, & rectæ, sed semitæ obscuræ, senticosæ, & tortuosæ.

CAP. 2. NVM. 4.

Si quæsieris eam (scilicet sapientiã) *quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam.*

Sapientia sicut Thesaurus inuestiganda.

3 SApientia, cupidâ, & sedula applicatione sicut pecunia, adquiritur, & continua fossione, seu meditatione, sicut thesaurus, inuenitur.

CAP. 2. A NUM. 7.

Et proteget gradientes simpliciter: seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens.

Perfectio subditi obedire simpliciter.

4 HÆC est omnis perfectio subditi præsertim regularis, gradiri simpliciter obediendo legibus, & superiorum præceptis, sine cautela, interpretatione, aliisque tergiuersationibus: & sic semitam iustitiæ seruabit, quæ est via, seu perfectorum, seu ad perfectionem tendentium.

CAP.

CAP. 2. A NVM. 16.

Vt eruaris à muliere aliena & ab extranea, quæ mollit sermones suos, & relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est.

Matrimonium á Deo primum ordinatum, & postea exaltatum.

5 MAtrimonium appellat pactum Dei denotans á Deo in mundi creatione ordinatum, & innuens aliquando in supernaturalem Sacramenti naturã eleuandum.

CAP. 3. NVM. 3.

Misericordia, & veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo.

Nil ex ore exeat, quod per Misericordiam & Veritatem non transierit.

6 MIsericordiam, & veritatem gutturi circumdari oportet, quia non solum ei seruient tamquam monile ad ornatum, sed etiam tãquam scutum ad defensionem, & vt nihil ex ore exeat, quod per istas duas virtutes non transierit.

CAP. 3. A NVM. 7.

Ne sis sapiens apud temetipsum. time Deum, & recede à malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.

Ab stomacho bona vel mala valetudo pendet.

7 AB stomacho infirmitates omnes insinuat dimanare, ideoque, eo sano, salus firma stabilisque promittitur.

CAP. 3. NVM. 16.

Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria.

Cœlestis gloria in Dei dextera; mũdana gloria in sinistra collocatur.

8 IN dextera vita æterna videtur collocari per longitudinem dierum significata; diuitiæ vero, & gloria vana in sinistra, ad quam damnati reijciuntur, ideo Matthæi cap. 19. num. 24 dicitur: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum.*

CAP. 4. A NVM. 20.

Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam: ne recedant ab oculis tuis.

Veritas adeò patere potest, vt vel ipsis oculis videatur.

9 CUR iubet sapiens, eloquia ipsius ab oculis nõ recedere, cum obiecta oculorum esse non possint? An quia veritates per illa pronuntiatæ adeo patẽtes, & euidentes sunt, vt oculis percipi valeant? Vide 2. Paralipomenon nu. 49.

CAP. 5. A NVM. 1.

Fili mi attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias cogitationes.

Diuinæ inspirationes exequendæ.

10 VT custodias cogitationes, ideſt, bonas inspirationes à Deo tibi immissas.

Ne attendas fallaciæ mulieris.

Circa feminei sexus imperfectiones experto crede magistro Salomoni.

11 NON dicit, huius, vel illius in particulari, quia fallacia fragilis istius sexus generalis proprietas est, quæ autem, hîc, & pluries alibi Salomon de feminea imperfectione attestatur, etsi spiritu solum humano (secluſa diuina inspiratione) loqueretur, credibilia forent, ob comprehensiuam fragilitatis huius sexus diuturnam experientiam.

CAP. 5. NVM. 6.

Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.

Nisi termino infinitæ significationis feminæ imperfectio explicari nequit.

12 TErmino, quo significatur diuina perfectio, scilicet: *Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* ad Rom. cap. 11. num. 33. vtitur ad femineam imperfectionem explicandam, ac si alius terminus debilioris significationis ad talem, & tantum imperfectionis gradum exprimendum non pertingeret.

CAP. 5. NVM. 22.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

Peccata funes sunt, & torquētes, & suffocantes.

13 FUnes peccatorum, nō solum capiunt peccatores, & irretiunt, sed etiam constringunt, ideſt: torquent, & suffocant.

CAP. 8. NUM. 1.

Numquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam.

Sapientia irrequieta, & vocalis perfectio est; prudentia sedata, & muta.

14 SApientia fere numquā absque clamitoſis ventilationibus, & diſputationibus addiſcitur, ſecus prudentia, quæ virtus potius innata eſt, quam acquiſita; & notandum, quam proprié vtrique adaptantur termini: Sapientia clamitoſe, & incircumſpecte vocem emittit, & quandoque eiaculatur; prudentia vero attente, moderate, & circumſpecte *dat vocem ſuam.*

VEL SIC.

Sapientia virtus iuuenilis; prudētia ſenilis eſt.

15 Sapientia clamore; prudētia vero ſedata voce, & moderata modeſtaque pronuntiatione agit, & negotia ſua expedit, quia ſapiētia iuuenilis, & feruoroſa eſt, prudentia ſenilis pacata, & temperata.

CAP. 8. NUM. 12.

Ego ſapientia habito in conſilio.

Conſilijs intentione recta coadunatis Deus libens aſſiſtit, & immoratur.

16 IDeo dixit Chriſtus, ſapientia patris, Matthæi cap. 18. num. 10. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

CAP. 8. NVM. 18.

Mecum ſunt diuitiæ, & gloria.

Cœleſtis beatitudo noſtra vera diuitiæ ſunt.

17 IStæ ſunt veræ diuitiæ de quibus Apoſtolus ad Epheſ. cap. 1. 2. & 3. & pluries alibi, quæ cum gloria non habent repugnantiam, ſed potius connexionem imo identitatem.

Opes ſuperbæ.

Temporales diuitiæ ſuperbos faciunt.

18 SUperbæ appellantur opes temporales ab effectu, quia ſuperbos facere ſolent poſſidentes.

CAP. 8. A NVM. 20.

In viis iuſtitiæ ambulo, in medio ſemitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam.

Mens docilis ſapientiæ theſaurus.

19 THeſauros ſcilicet ſpirituales mentis, non theſauros diuitiarum temporaliū, & caducarum.

CAP. 8. NVM. 30.

Cum eo eram cuncta componens.

Maria Creatoris genitrix, & creaturarū concreatrix.

20 ADeò *cuncta*, vt ipſum etiam factorem meū, non ſolum phyſice tamquam vera mater generarem, ſed etiam moraliter conſtituerem, modo á prophetis Ieremia, Amos, & Simeone ſatis expreſſo, & à ſanctis Patribus declarato. Vide quæ ad cap. 6. nu. 8. Amos prophetæ dicta ſunt.

CAP. 8. NVM. 34.

Beatus homo qui audit me; & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.

Qui ſapientiam amat ſapientiæ perpetuo ſeruiat.

21 VErus ſapientiæ amator, & ſpeculator debebet ſe in perpetuum illius famulatum, & mancipatum tradere. Vide Exodi cap. 20. num. 5. & 6.

CAP. 9. A NUM. 13.

Mulier ſtulta, & clamoſa, plena illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam, &c.

Scientiæ naturales, niſi ad Deū ordinentur, non ſunt laude dignæ.

22 HÆC mulier tropologice ſignificare poteſt ſcientias naturales quatenus in creaturis ſiſtunt, & ad Deum non ordinantur; vel certe malas artes, ſuperſtitioſas ſcilicet, & dæmoniacas.

CAP. 10. NVM. 3.

Non effliget Dominus fame animam iuſti.

Imo

Qui Deo vacant à Deo reficiuntur, & impinguatur.

23 IMO abundantissime pascet eam spiritualibus reficiens alimentis, & in loco pascuæ eam collocans. Psalm. 22. num. 2.

CAP. 10. NVM. 5.

Qui congregat in messe filius sapiens est.

Diuitiæ in iuuentute partæ senectutis leuamen: merita in temporali vita æternã nanciscuntur.

24 OPtimum consilium tã in cortice litteræ, quã in medulla anagogiæ, nam in messe ideſt virili ætate ad hiemem senectutis congregare oportet. Et in præsenti vita merita accumulare ad æternam vitam consequendam.

CAP. 10. NVM 7.

Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.

Impiorum memoria fœtet, aum non perit.

25 PUtrescet, ideſt, vsque dum annihiletur, & pereat eius memoria, fœtebit. Vide quæ ad psal. 17. num. 43. notata sunt.

CAP. 10. NVM. 8.

Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæditur labijs.

Vere sapiens bonus obediens.

26 SApientem corde præcepta suscipere, est humili charitate obedire, & monitiones, cum gratitudine, & æstimatione admittere; at stultus monitoria verba taliter accipit, ac si essent verbera. Vide, infra num. 10.

VEL SIC.

Uerbalis reprehensio flagellatio est.

27 Uerbalis reprehensio flagellatio est, & quidem grauis.

CAP. 10. NVM. 11.

Vena vitæ os iusti.

Peccatorum cõfessio spiritualis quædam, & salutaris phlebotomia est.

28 QUia punctione pœnitentiæ os iusti confitentis aperitur, vt malignus humor peccatorum exeat, & sic spiritualiter flebotomatur ad gratiã, quæ animæ vita est, consequendam: quod confirmant verba, quæ immediate subsequuntur, scilicet: *Os impiorum operit iniquitatem.*

CAP. 10. NVM. 13.

In labijs sapientis inuenitur sapientia.

Sapientia prompte quidem communicanda, sed non inepte prodigenda.

29 IN labijs, non vt indiscrete effluat; sed vt quęsita, facile inueniatur, & prompte communicetur. Ideo num. 14. sequenti dicitur: *Sapiẽtes abscondunt scientiam.* Uide, quæ ad Malachiæ cap. 2. num. 7. notantur.

CAP. 10. NVM. 20.

Argentum electum lingua iusti.

Lingua iusti clara, pretiosa, & ponderosa.

30 QUia clara, pretiosa, & ponderosa non leuis, inutilis, & futilis.

Cor autem impiorum pro nihilo.

Bonus à malo tanquam ens à non ente differt.

31 INter cor impij, & linguam iusti tanta differentia datur, quanta inter non ens, & ens valde pretiosum reperitur.

CAP. 10. NVM. 25.

Quasi tempestas transiens non erit impius.

Impius, etiam extinctus, adhuc nocet.

32 DIsparere quidem velociter aserit impiũ, non sic damna ab eo illata, quæ non citó disparere solent, sed diutius durare, & persentiri, sicut effectus tempestatis.

CAP. 11. NUM. 21.

Manus in manu non erit innocens malus.

Impius, etiam otio torpens, maleficus.

33 QUia etsi nihil mali operetur externe, multa tamen mala interne molitur.

CAP. 11. NVM. 22.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua.

Femina frœni indiget, ne effrœnis fiat.

34 CIrculus iste, frænum est, quo indiget, vt talis mulier regi, & gubernari possit.

CAP. 12. NUM. 17.

Qui quod vouit loquitur index iustitiæ est.

Lis

Lis forensis horologium quoddam est.

35 LIS forensis quoddam horologiũ est, in quo testes sunt index, campana sonans est iudex sententiam pronuntians: rotę interiores tabelliones, ceterique ministri sunt.

Qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

Qui mentiri assuescit à testificatione repellendus.

36 QUI mentiri assuescit, etiam cum in iudicio deposuerit, fraudulenter, & nõ vere, & sinceriter declarabit.

VEL SIC.

Testis mendax omnibus nocens.

37 Testis mendax, non solum veritatem offendit, sed etiam ius alienum defraudat.

CAP. 12. NVM. 18.

Lingua autem sapientium sanitas est.

Linguæ sapientis alexipharmacum morale.

38 QVia non solum vultus famæ proximi non infligit; sed etiam, si aliquod in ea malum est curare, & sanare procurat.

CAP. 13. NVM. 4.

Vult, & non vult piger.

Quod natura excludit pigri voluntas admittit.

39 ACtus inefficax voluntatis duplex contradictorium virtuale est.

Anima autem operantium impinguabitur.

Theologicæ virtutes impinguãt animam.

40 ANima operantium virtutes, præsertim theologicas spiritualiter pinguescit.

CAP. 13. NVM. 8.

Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ.

Qui vere diues esse cupit veras diuitias amet.

41 DIuitiæ suæ, scilicet spirituales labore proprio, & diuino auxilio acquisitæ.

Qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

Qui patientia caret pauper est.

42 QVI pauper patientiæ est animaduersionem ipsi proficuam nec sufert, nec admittit.

CAP. 13. NVM. 13.

Iusti autem misericordes sunt, & miserantur.

Misericordiae exercita misericordẽ probat.

43 HOC est pij, & misericordes sunt in actu primo, & secundo, seu habent benignum genium, & inclinationem ad actum secundum, seu praxim reductam.

CAP. 14. NVM. 4.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

Boues Euangelici horrea Ecclesiæ frugibus implent.

44 HÆc verba, physice de agricultura; moraliter de Prædicatoribus, & ceteris, qui in area Ecclesię laborant, æque proprie intelligenda veniũt, & D. Thomæ Aquinati valde proprie accommodari possunt, ac Dominicæ suæ Religioni.

CAP. 14. NVM. 9.

Stultus illudet peccatum.

Stultus per iocum peccat.

45 PEccare, stultus reputare solet materiam risus, & iocosæ diuersionis.

CAP. 14. NVM. 10.

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

Magnanimus vtramque fortunam deglutit, & concoquit.

46 ANimus virilis, & capax ad continendam, & intra se suffocandam magnam tribulationem; erit etiam capax ad comprimendam nimiam exultationem, ne foras erumpat.

VEL SIC ANAGOGICE.

Diuinis fauoribus irrorandi variis prius tribulationibus probari solent.

47 Loquitur de ijs animabus, quæ gaudis spiritualibus, & diuinis immissionibus in superiore spiritus portione largiter per fruuntur, quas Deus per varias tẽtationes, & tribulationes prius probare, & experiri solet: ideo illa diligens, & dilecta Canticorum 2 num. 16. dicebat: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.*

CAP.

CAP. 14. NVM. 13.

Risus dolore miscebitur.

In præsenti vita multa certe ridicula; at risus verus incertus est.

48 NON dicit: *Miscetur*, sed: *Miscebitur*: loquens quasi dubitatiue, & conditionate ideſt: si in hac misera vita fit aliquis risus, qui vere risus sit, talis, absque dubio, dolore miscēdus.

Et extrema gaudij luctus occupat.

In vita præsenti eum gaudio luctus, non solum connexus, sed immixtus.

49 NON solum extrema, hoc est vltimum gaudij, sed etiam extrema, hoc est summum gaudij terreni luctus occupat.

CAP. 14. NVM. 16.

Sapiens timet, & declinat á malo: stultus transilit, & confidit.

Sapientia timet, stultitia confidit.

50 VBI timor ibi sapientia; at vbi nimia confidentia, ibi stultitia est.

CAP. 14. NVM. 20.

Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitum multi.

Pauper omnibus odiosus, diues omnibus gratiosus.

51 NON semper dicit Salomon in prouerbijs suis, quod esse, & fieri debet, sed quandoque id quod in hoc peruerso mundo, & per peccatum corrupto, & malé morato frequēter accidere solet.

CAP. 14. NVM. 21.

Qui autem miseretur pauperis, beatus erit.

Beatitudinis spes misericordiæ annexa.

52 A Domino enim auditurus est: *Venite benedicti patris mei, &c.* Matth. 25.

CAP. 14. NVM. 23.

Vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

Os multiloquum, & verbum euaporare, & criminem euacuare solet.

53 EGestas, non solum diuitiarum, sed etiam mentis, & intellectus.

CAP. 14. NVM. 32.

In malitia sua expelletur impius: sperat autem iustus in morte sua.

Iustus moriens messem copiosam colligit.

54 PEccator in morte aliena perperam sperare solet: non sic iustus in sua, quia tunc copiosum virtutum suarum fructum colligit; ideo Isaias ait cap. 9. num. 3. *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe.*

CAP. 15. NUM. 1.

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

Contrariorū eadem est ratio, & disciplina.

55 CONtraria contrarijs curantur, non solum physice, sed etiam moraliter.

CAP. 15. NVM 3.

In omni loco oculi Domini contemplātur bonos, & malos.

Boni Malis vbique permixti.

56 IN quacumque hominū communitate boni, & mali sunt: & notandum, quod oculis Domini contemplatio attribuitur, quoniam intellectuales sunt.

CAP. 16. NUM. 2.

Spirituum ponderator est Dominus.

Peccatorum pōdere spiritus particeps.

57 SPiritus peccatorum; cū ad terrena declinet, terrenus fit, & consequenter ponderosus; ideo psal. 145. num. 3. dicitur: *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.*

CAP. 16. NVM. 3.

Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

Pœnitentiale forum in lege veteri adumbratum.

58 HIC sacramentalis cōfessio insinuatur. Vide infra cap. 28. num. 13.

CAP. 16. NUM. 4.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum.

In impiorum punitione iustitia diuina resplendet.

59 QUomodo *impium*, ideſt *immisericordem* operatus est Dominus propter se? Vt in die iudicij in ipso iustitia diuina resplendeat. Cuius propositionis intelligentia facilis est, & ex theologia scholastica petenda.

CAP.

CAP. 16. *NVM.* 27.

Vir impius fodit malum.

Impius fudat, vt malum adquirat

60 FOdit, ideſt; multum laborat, ad hoc, vt malũ illi aduenia t.

CAP. 16. *NVM.* 29.

Vir iniquus lactat amicum ſuum.

Adulatio lac nocuum.

61 LActat adulationibus, & multis alijs noxijs blandimentis.

CAP. 16. *NVM.* 32.

Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.

Inimicus quo proximior, eo infenſior.

62 ET ratio manifeſta eſt, nam hoſtis eo infenſior, quo propinquior; cum ergo nihil magis nobis approximet quã propriæ paſsiones, ideò nihil fortius, quam iſtæ nosmetipſos impugnant: Vnde poli in quibus tota moralis vita reuoluitur, iſti ſunt: *Noſce te ipſum, & vince te ipſum.*

CAP. 17. *NUM.* 1.

Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum turgio.

Qui gulæ inſeruiunt ventri lizant.

63 ESculentorum, & poculentorum abundantem diuerſitatem victimas appellat, quia qui gulę inſeruiunt ventrem tamquam Deum colunt.

VEL SIC.

Male data amicitiam non promouent, ſed diſoluunt.

64 VIctimæ ſunt munera, quibus clientes patronos ſuos venerantur, & demereri ſtudent, quæ plerumque ex iuſto Dei zelo ſunt vtriſque diſcordiarum occaſio.

CAP. 17. *NVM.* 5.

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius.

In paupere Deus deſpicitur.

65 QVia cum in paupere Deus ipſe exprimi dignetur, in paupere deſpecto Deus ipſe deſpicitur.

66 Et notandum hõrum verborum: *Deſpicit*, *Exprobrat* que diſcrimen: grauior enim contemptus per exprobrationem ſignificatur, quam per deſpectum, ex quibus Exprobratio applicatur Deo, deſpectus pauperi, vt aduertas, leuem pauperis vilipenſionem grauiſsimo Dei contemptui æquiualere. *Leuis pauperis deſpectio grauis Dei contemptus eſt.*

CAP. 17. *NUM.* 6.

Corona ſenum filij filiorum: gloria filiorum patres eorum.

Patres bene educantes, & filij bene educati ad inuicem coronantur.

67 PArentes, auique boni, rectique filiorum, & nepotum educatores, & filij, nepoteſque benemorati, & educati ad inuicem coronantur, & glorificãtur.

CAP. 17. *NUM.* 23.

Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij.

Iudicem muuerã accipientẽ nullus prætextus á corruptione liberat.

68 LOqui videtur de iudice iniquo qui corrumpitur, & munera accipit, non iudicaturæ titulo, ſed amicitiæ prætextu.

CAP. 17. *NVM.* 26.

Non eſt bonum, damnum inferre iuſto: nec percutere principem, qui recta iudicat.

Lingua detrahẽs gladius anceps.

69 PErcutere gladio ancipiti linguæ detrahentis, qui penetrantiſsimus eſt, & infenſiſsimus. Vide notam ſubſequentem cap. 18. n. 21.

CAP. 18. *NUM.* 21.

Mors, & vita in manu linguæ: qui diligunt eam comedent fructus eius.

A lingua potentia ius vitæ, neciſque vſurpatũ eſt.

70 LInguæ manum attribuit ad denotandam debilis huius membri potentiam, ex qua ſibi ius vitæ neciſque vſurpat, vnde detractores non ſolum dicto peccant, ſed etiam facto.

CAP. 20. *NUM.* 6.

Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet?

Qui

Misericordiæ titulum multi ambiunt, rari commerentur.

71 QUI ſtipem ſex, vel octo pauperibus paſim occurrentibus, & exigentibus elargiuntur miſericordes vulgariter appellantur, cum re vera quid maius neceſſum ſit ad tantũ attributum commerendum, quo rarus homo dignus eſt, illudque commeretur ſolum; *Fidelis*, ideſt, qui Deo in pauperibus ſuis rependit ſecundum æquam proportionem bonorum ab ipſo receptorũ.

CAP. 20. *NVM.* 7.

Iuſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios derelinquet.

Iuſtus filios ſuos tam naturales, quam morales beat, & illuſtrat.

72 HÆC verba intelligi poſſunt non ſolum de filijs naturalibus iuſtorum quos Deus replet benedictionibus, ſed etiam de moralibus filijs, nempe bona fama, alijſque virtutum ſuarum fructibus.

CAP. 20. *NVM.* 8.

Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo.

Rex per ſe ipſum regens ſol regni ſui eſt.

73 SIcut ſol, quia per ſe ipſum regionem ſibi ſubiectam luſtrat, tenebras omnes diſcutit; ſic rex per ſe ipſum gubernans, & iudicans, non ſolum iuſtam ſententiam pronuntiat, ſed omnes iniuſtitias, & nebulaſas nebulonum fraudes diſſipat, & conſumit.

CAP. 20. *NUM.* 20.

Qui maledicit patri ſuo, & matri extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.

Filij manus in parentes elata mortem ſibi aduocat.

74 HOC eſt morietur in maiori negotiorum ſuorum, conſcientieque offuſcatione, ideo Exodi cap. 20. num. 12. dicitur: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.*

75 Sed cur vita filij in parentes iniqui, & ingrati per tenebras ſignificatur? Quia talis indignus eſt luce frui, nec ſolis faciem videre, qui enim parentibus proprijs non attendit, parentis omnium aſpectu iure priuandus eſt.

Solem videre indignus parentibus ingratus filius.

CAP. 20. *NVM.* 21.

Hereditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit.

Subſtantia ſine labore acquiſita inſenſibiliter delabitur.

76 QVI ex hereditate aduenientе, & abſque proprij laboris induſtria diteſcit, illam taliter diſſipare ſolet ac decoquere, vt cum tempus teſtamẽti condendi aduenerit, nil habeat de quo heredem poſsit inſtituere: ſecundum phraſim enim Sacræ Scripturæ per benedictionem inſtitutio heredis ex aſe, vel ex aſis portione ſignificatur.

CAP. 21. *NVM.* 13.

Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

Immiſericors miſericordiam non ſperet.

77 CLamabit perperã tam in die iudicij particularis, quam vniuerſalis: Uide Matth. cap. 25.

VEL SIC.

Immiſericordes miſeriam abſque leuamine experientur.

78 Immiſericordibus denuntiatur, quod certo præſenti vita durante in miſeriam incident, & affectatam ſurditatem, quã practicarunt experturi ſunt.

CAP. 21. *NVM.* 16.

Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cætu gigantum commorabitur.

Hereticorum certiſſima damnatio.

79 HIC certiſsima hæreticorum condemnatio exprimi videtur.

Dæmones gigantes ſunt cœlo bellum inferentes, & condamnatos opprimentes.

80 Sed cur dæmones gigantes appellantur? Et quia ſemper bellum cælo inferre conantur, & quia miſeros damnatos ſibi ſubiectos opprimunt.

CAP.

CAP. 22. NVM. 2.

Diues, & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.

Diuitijs, & paupertate tanquam duabus habenis Deus mundum regit.

81 DIues, & pauper inuicem obuiant, quia dives solet paupertatem incurrere, & pauper diuitias acquirere, vel inuenire, quod Deo specialitèr attribuitur: sūt enim diuitiæ, & inopia magna media, quibus Deus res humanas regit, prouidentèrque gubernat.

CAP. 22. NVM. 9.

Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera: animam autem aufert accipientium.

Liberales viri sūt quidam placidi hostes, ac venigni latrones.

82 LIberalis, & magnanimus non solum vincit, sed etiam triumphat, quod per *honorem* explicatur; & nota quod munera non solum excœcant, sed etiam exanimant accipientes: vnde liberales, sunt quidam placidi hostes, & benigni latrones, qui omnia depopulantur, & sibi vsurpant.

CAP. 22. A NVM. 17.

Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis.

Nec cibus corpori, nec doctrina mēti indigesta prodest.

83 QUænam proportio doctrinæ ad ventrem? Magna quidem nisi enim benè digesta fuerit nec proderit cognita, nec intelligetur pronuntiata, ideo Ezechiel volumine cibatus fuit ad Dei monita, & doctrinam tā intelligenda, quam proferenda. Vide eiusdem cap. 3. â num. 1.

CAP. 23. NVM. 15.

Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.

Filius Sapiens lætitia parentum.

84 EXultabunt renes mei, id est gaudebo genuisse talem filium ideo infra num. 24. *Qui sapientem genuit lætabitur in eo.*

CAP. 24. NVM. 11.

Erue eos, qui ducuntur ad mortem.

Qui ob peccata de animæ salute periclitantur, egeni sunt in extrema necessitate constituti. Vide supra num. 85.

85 AD mortem secundam & æternam, seu animæ.

Et qui trahuntur ad interitum liberare, ne cesses.

86 TRahuntur ad interitum â vitijs suis, & concupiscentijs.

CAP. 24. NVM. 12.

Si dixeris: Vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelligit, & Seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.

Qui fraudulenter ab obligatione se excussat, cū Deo animaduertente negotium est.

87 COrripiuntur, qui prætextu malæ valetudinis, vel debilitatis naturalis affectatæ, & exaggeratæ pœnalia pœnitentiæ opera non admittunt, ieiunia, aliaque Ecclesiæ præcepta eludunt.

CAP. 24. NVM. 28.

Ne sis testis frustrà contra proximum tuum: nec lactes quem quam labijs tuis.

Adulatores, & falsi testes æquè reipublicæ nocui.

88 MAligniores in quauis republica, & communitate sunt semper prompti, & parati ad proximum accusandum, & contra ipsum iudicialitèr deponendum, quibus adulatores coniunguntur ad denotandum huius fœcis homines non minus nociuos, & pernitiosos esse, quā præcedentes.

Qui adulatores libenter audiunt, de puerili simplicitate conuincuntur.

89 Sed cur adulatio per lactationem significatur? Vel ad denotandum, quod qui adulatores admittūt, sunt simplices, & tamquam lactentes pueri, rationis vsu nondum fruuntur.

Qui alteri adulatur, ipsi illudit.

90 Uel ad insinuādum, quod huiusmodi assentatores ipsos quibus adulantur despiciunt, irridentes, illudunt, & cum illis tāquam cum pusillis rationis vsu carentibus se gerunt.

CAP. 25. NVM. 4.

Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.

Sic

Ante Deiparæ formationem Naturæ masâ præpurgata.

91 SIC fecit Deus cum masa, seu matallo naturæ humanæ, vt egrederetur vas purissimum, & immaculatum Deiparæ Virginis Mariç.

CAP. 25. *NUM.* 8.

Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò.

Si visa tacere oportet, quanto magis audita.

92 SI visa tacere oportet; quanto magis auditu, vel alio minus perspicaci sensu percepta.

CAP. 25. *NUM.* 12.

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurē obedientem.

Auditor pius, & sapiens declamatorem, & declamationem nobilitat.

93 CONuersio peccatorum verba prædicantium exaltat, & de argento igne examinato, & centuplum repurgato in aurum purissimum, & rē fulgentes transfert margaritas: psal. 11. nu. 7.

CAP. 25. *NUM.* 13.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum.

Niuis vsus in mādo perantiquus.

94 HIC insinuatur vsus niuis multo anterior ad tempora Neronis imperatoris, cui eius inuentio communitèr attribuitur.

CAP. 25. *NUM.* 16.

Mel inueneristi, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.

Mundialibus gaudijs parcè vtendum.

95 MUndialibus delectationibus, si quę sunt, ideo enim dubitatiuè proponuntur, parcissimé vtendum, omnes enim nauseam prouocant, & fastidium pariunt.

CAP. 25. *NUM.* 23.

Uentus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

Benignus auscultator ad detractionem prouocat.

96 SI non forent multi benigni gratique auscultatores, non essent multi maligni, peruersique detractores. Vide Ecclesiastes cap. 7. num. 4.

CAP. 27. *NUM.* 11.

Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum: vt possis ex probranti respondere sermonem.

Sapientiæ diligēter incumbendum ad exprobranti paccatè respondendum.

97 VT possis respondere, non verbis iracundis ad vindictam; sed sermonibus, idest verbis cordatis, & rationabilibus ad satisfactionem.

CAP. 27. *NUM.* 13.

Tolle vestimentum ei qui spopondit pro extranea: & pro alienis aufer ei pignus.

Fideiusor quodāmodo misericordiā indignus.

98 NUllam cum fideiussore misericordiam exerceas, quia stultitiam operatus est, badem se offerēs. Vel refert Salomon, quod communitèr inter homines accidere solet, non, quod secundum regulas charitatis, & legalia consilia, fieri debet. Vide Exodi cap. 22. num. 26. & Deuter. 24. num. 12.

CAP. 27. *NUM.* 14.

Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.

Indiscretus Laudator detractori comparandus.

99 HIC intempestiua cliētum vrbanitas, & quorumdam importuna, & inutilis benedicentia, imo, & beneficentia taxari videtur. Et nota quod benedicentia aliquorum tantum nocere soleat, ac si foret maledicentia, & detractatio.

CAP. 27. *NUM.* 23.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.

Subditorum vultus diligenter attendendi.

100 ADuertētia proficua, imo, & necessaria principibus, & superioribus tam ecclesiasticis, quam sæcularibus. Sed cur vultus tantum pecoris agnosci dicitur? Tum quia de occultis non Ecclesia, non leges humanæ iudicant. Tum quia ex vultus contemplatione multo-

ties interni subditorum cogitatus dignosci possunt. Vide ad lib.2. Esdræ cap.2.n.2.

CAP.27. ANUM.26.

Agni ad vestimentum tuum, & hædi ad agri pretium.

Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

A subditis tributa tanquam fructus naturales accipienda.

101 MOderatio principibus indicitur in tributis, á gregibus populorum sibi subditorum, exigendis.

CAP.28. NVM 2.

Propter peccata terræ multi principes eius.

Per principes bonos, & malos Deus subditis bonis, & malis cõdigne remunerat.

102 SPecialis prouidentia Dei circa règes, & principes innuitur, & quod prȩcipua instrumenta sunt, quibus vel populorum peccata punit, vel virtutes remuneratur.

Et propter hominis sapientiam, & horum scientiam; quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

Principes, vt sibi prospiciant, ad ea, quæ de ipsis dicuntur, attendant.

103 OPortet Principes ad ea, quæ de ipsis inter subditos sparsa diuagantur diligenter attendere; alioquin in mille incidẽt damna, vitæque pericula: ideo Christus, non ob sui conseruationem, sed ob eorundem institutionem frequenter interrogabat: *Quem dicunt homines, esse filium hominis.*

CAP.28. NVM.3.

Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.

Religiosus discolus religioni nocuus.

104 IMber vehemens suo-mer generi officit, & iniuriam facit est enim species pluuiæ infecundans terram; quod religiosis voluntarié, verèque pauperibus, qui nomine Viri, quod in phrasi Sacræ Scripturæ decoræ venerandæque significationis frequenter est, digni sunt, accommodari potest modo in margine annotato.

CAP.28. NVM. 5.

Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum animaduertunt omnia.

Finalis iudicij consideratio assidua optima vitæ cynosura.

105 QUI iudicium finale bene aduertit, memoria retinet, frequenterque recolit, nil ad æternam salutem pertinens omittet, sed omnia percallebit.

VEL SIC.

Malefactores, & iniqui iustitiam hominum transeunt.

106 Homines iniqui, & malefactores non considerant, se aliquando in ministrorum iustitiæ manus incursuros.

CAP.28. NVM.9.

Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Oratio sine iustitiæ euanida, & contẽptibilis.

107 HAC de causâ multorum oratio à Deo despicitur, falluntur enim existimantes, orationem aliquid valere sine iustitia, hoc est exacta legis impletione.

CAP.28. NVM.13.

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & requisierit ea, misericordiam consequetur.

Confessionis sacramentalis optimi effectus.

108 HIC confessio Sacramentalis in lege gratiæ statuenda, & stabilienda exprȩsissimè adumbratur. Vide sup. cap.16.num.3.

CAP.28. NVM.15.

Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

Princeps malus bestiarum summe nocentiũ epilogus.

109 LEO caulas ouium, vrsus apum aluearia deuorant, & dilacerãt sic princeps iniquus populum suum, cuius illa sunt symbola.

CAP.28. NVM.17.

Hominem, qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

Se-

Honoris proximi vsurpator irreparabili desperationi obnoxius.

110 Secundum Sacræ Scripturæ phrasim *sanguis* idem quod *vita* est frequentissimè enim repetitur, vitam in sanguine esse: *sanguis* ergo, seu *vita animæ* honor est quē, qui à proximo iniustè subtraxerit, in desperationem, iusto Dei iudicio, incidet, & se in lacum prorripiet suffocandum, à quo, vt eruatur, nemo dexteram illi porriget.

VEL SIC.

Honoris alieni vsurpator, etiam post mortem abominabilis.

111 Talis alieni honoris deturpator, etsi vsque ad lacum fugerit, id est; etsi mortuus, & sepultus fuerit, intollerabilis ab omnibusque abominandus erit.

CAP. 28. NUM. 19.

Qui autem sectatur otium replebitur egestate.

Egestas vacuat, & replet.

112 EGestas, potius vacuat, quam replet, sed desidiosus egestate replebitur, hoc est: omnino possidebitur.

CAP. 28. NUM. 23.

Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blanditmenta decipit.

Ex prudenti, & discreta Proximi correptione nullū damnum timendum.

113 EX vano ergò timore recussant homines, præsertim prelati, discretam, & prudentem proximorum, & subditorum correptionem, cum hæc diuina promissio deficere non possit. Vnde si aliquando correptio fraterna malé ceserit, & in exhibentis damnum conuersa fuerit, non correptionis naturæ, sed corripientis deffectui tribuendum est.

CAP. 29. NVM. 13.

Pauper, & creditor obuiauerunt sibi.

Pauper, & Debitor nomina sy nonima.

114 PAuper, & debitor sūt diuersa nomina eiusdem significationis, ideo textus cōtraponit creditori pauperem loco debitoris.

CAP. 30. NUM. 20.

Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Nō sum operata malum.

Praua femina facile adultera.

115 ADulterium metaphoricé per comestionem explicatur, nō solum propter honestatem; sed etiam ad denotandam facilitatem, & quasi naturalem appetitum illud perpetrandi in feminis peruersis, & licentiosis.

CAP. 31. NVM. 22.

Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & purpura indumentum eius.

Ornatus corporis res indifferens.

116 QUod in nobili femina fuit laudabile; in diuite auaro parabolæ euangelicæ Lucæ cap. 16. num. 19 fuit reprehensibile; vel quia ornatus corporis est res indifferens, qua possunt homines, & feminæ benè, vel malè vti; vel quia forté ille epulo euangelicus, non erat vir nobilis, sicut hæc, sed homo plebeius.

LIBER ECCLESIASTES.

CAP. I, NVM. I.

Verba Ecclesiastæ, filij Dauid, regis Ierusalem.

AD CAP. 1. N. 1.
LIBRI ECCLESIASTES

Rex multorũ dicẽdus qui multos regit: rex paucorũ qui paucos dirigit.

1 VR non appellatur Salomõ *rex Israel*, vt initio prouerbiorum; sed *rex Ierusalẽ*, quod Diuus Hieronimus notauit? An quia libri prouerbiorum doctrina ad omnes extenditur; at vero huius ad paucos, perfectionis nempe professores, & Ierusalem cælestis candidatos restringitur?

UEL SIC.

Contemptus Mũdi doctrina aulicis in primis necessaria.

2 Doctrina de contemptu mundi ad aulicos dirigitur, vt pote ipsis magis vtilis, & necessaria: ideo specialiter ad régiæ vrbis habitatores sermonem dirigit.

CAP. 1. *NVM.* 5.

Oritur sol, & occidit, & ad locum suũ reuertitur: ibique renascens, gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem.

Solis renascentia vniuersalem indicat resurrectiõẽ.

3 HÆC post occasum renascentia solis, qui causa secunda vniuersalis est, vniuersalem resurrectionem indicare potest. Sicut deflexio ad Meridiẽ, & Aquilonem, alios saluandos esse, damnandas alios, ideo Ieremię cp. 1. num. 14. dicitur: *Ab Aquilone pãdetur malum.*

CAP. 1. *NVM.* 11.

Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem, quæ postea futura sũt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo.

Mundi terminus contra phylosophos stagiritas stabilitus.

4 MVndum hunc visibilẽ non esse æternum, sed terminabilem, & tandem terminandum insinuatiué prænuntiat: ideo de mundi nouissimo mentionem facit.

CAP.

CAP. 1. *ANVM.* 12.

Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem, & proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus.

Cui mundi vanitates patent, dignitates eius nihil apparent.

5 NON erat rex Salomon cum hæc scribebat? Erat quidem. Cur ergo non dicit: *Sum rex Israel*, sed: *Fui rex Israel?* An quia, cum hæc scribebat, vanitates mundi iam ei patebant, ideoque illius munera, & dignitates, de præsenti nihili appretiabat, seu nihili esse existimabat?

VEL SIC.

Sapientiæ inuestigator regia compellatione dignus.

6 De præterito se dicit regem, quia de præterito refert, suam ad inuestigationem sapientiæ applicationem, pro illo enim solo tempore visus fuit sibi Salomon appellatione regia dignus.

VEL SIC.

Arduius est se ipsũ, quam alios, regere.

7 Olim fui rex aliorum; nunc vero sum rex mei ipsius, seu mearum actionum.

CAP. 2. *NVM.* 8.

Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum.

Artes bonæ, vel contrariæ, quibus principes fauent, ni floreſcunt.

8 DIcit Salomon se fecisse hoc genus omne hominionum aulas principum cursi tantium, non physice, sed moraliter, & occasionaliter: nam quandiu princeps his artibus fauet, illarum professores é terra tamquam insecta animalcula, videntur pullulare, & erumpere.

CAP. 2. *ANUM.* 16.

Moritur doctus similiter, vt indoctus: Et idcirco tæduit me vitæ meæ.

Docti, & indocti quo ad mortem sint similes physicè, non moraliter.

9 NON tędet Salomonem propter mortium doctorum, indoctique communionem, sed propter consimilitudinem; quod scilicet homo doctus absque debita prouidentia, & rerum suarum dispositione decedat, sicut indoctis hominibus frequenter accidit.

CAP. 3. *ANVM.* 2.

Tempus nascendi, & tempus moriendi, &c.

Quid habet amplius homo de labore suo?

Humanæ miseræ litaniæ vitæ septem Salomonis versibus comprehensa.

10 QUæ in his octo versibus continẽtur, sunt quæ in periodo vitæ cuiusuis status communiter omnibus accidũt,

CAP. 3. *NVM* 17.

Et dixi in corde meo: iustũ, & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

Vltimus mundi diẽs à Salomone prænunciatus.

11 DE vniuersalis iudicij die videtur loqui litteraliter, & expressé.

CAP. 4. *NVM.* 9.

Melius est ergo duos esse simul, quam vnum.

Religiosorum in communi degentium spiritualia lucra in commodis corporalibus longé præstant.

12 EX hoc numero vsque ad duodecimum commoditates communitatum, seu in communi viuentium expenduntur: At incommoda non recenset Salomon, vel quia illa non fuerat expertus, vel certius quiâ respectu commoditatum illa parui pensit.

CAP. 4. *NVM.* 15.

Vidi cunctos viuentes, qui ambulant sub sole cũ adolescente secundo, qui consurget pro eo.

Sapiens, ex ijs, quæ alijs accidunt, sibi prospicit.

13 OMnes aulici ad principem orientem, faciem, ad occidentem, seu ad occasum vergentem, scapulas vertere solent, quod ad sui præcipuam instructionem recolit Salomon.

CAP. 5. *NVM.* 2.

Multas curas sequuntur somnia.

Ad nimias curas, non somni, sed insomnia subsequuntur.

14 NON somni sedati, & quieti, sed insomnia phantasmatibus turbida, & irrequieta.

CAP. 5. *NUM.* 10.

Et quid prodest possessori, nisi, quod cernit diuitias oculis suis.

Tota diuitis fruitio aurum suum oculis, ac manibus contrectare.

15 EN totam diuitis fruitionem æs suum oculis lustrare, manibusque contrectare.

VELSIC.

Possessio, & fundus, quem dominus non lustrat, tenebrescit.

16 Possessiones reddituosæ, quæ oculis dominorum non lustrantur, & crebò recoluntur exigui vel nullius prouentus sunt.

CAP. 7. *NVM.* 1.

Quid necesse est homini maiora se quærere; cum ignoret quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suæ, & tempore, quod velut vmbra præterit?

Subtractis in vitæ ratione non computandis, per exiguum remanet.

17 PEregrinamur in hoc mundo, non per sæcula, non per annos, sed per paucos dies subtractis somnijs, ærumnis, persecutionibus, & alijs pluribus malis, quæ non debent in ratione vitæ computari.

CAP. 7. *NUM.* 2.

Melius est nomẽ bonum, quam vnguẽta pretiosa.

Bonæ odor famæ spirituale balsamum.

18 QUia ista redolent sensui corporeo, illud vero intellectiuæ potentiæ.

Et dies mortis, die natiuitatis.

Moriens saluari potest, at nascẽs, non miser esse nõ potest.

19 QUia morientes possumus æternum beatificari, at nascentes non possumus non pœnis, ærumnis, & afflictionibus præsentis vitæ damnari.

CAP. 7. *NVM.* 3.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.

Mensa luctus præ ceteris proficuum cibum ministrat.

20 QUia ex domo conuiuij longiorem seu breuiorem vitam solemus reportare; ex domo vero luctus meliorem semper vitam reportamus.

CAP. 7. *NUM.* 4.

Melior est ira risu; quia per tristitiã vultus corrigitur animus delinquẽtis.

Prælatus videns subditum efferẽ reddit.

21 DElinquentium subditorum benignius, & efficacius frœnum tristitia vultus prælatorum, vide Prouerbiorum cap. 25, num. 23.

CAP. 7. *NVM.* 9.

Melior est finis orationis, quam principium.

Corpus animâ, anima oratione viuit.

22 QUia finis bonus coronat omnem vitæ nostræ periodum: Et notandum, quod vita per orationem explicatur, & significatur; quia oratio vita animæ est, & quia sine oratione, bene viuere, est moraliter impossibile.

CAP. 7. *NUM.* 11.

Quid putas causæ est, quod prior a tempora meliora fuere, quam nunc sunt? Stulta enim est huiusce modi interrogatio.

Stultis quæstionibus, & interrogationibus mundus abundat.

23 NVlla stultior, sicut nec cõmunior inter homines interrogatio, & querela semper viguit, semperque vigebit.

CAP. 7. *NVM.* 13.

Utilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solem.

Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia, hoc autem plus habet eruditio, & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.

Diuitiæ memoriam possessori tribuunt temporariam; sapientia æternam.

24 SApiens diues non solum sibi prodest, sed etiam alijs, nec non, sicut astris dominatur, dominatur etiam pecunijs, illas sibi subijciens, non se illis. Nec dubitandum est, quod sapientia, & diuitiæ in eo quod exprimit textus assimilentur: sed etiam differunt in eo, quod sapiẽs vera viuit vita, diues apparenti, & æstimatiua. Differunt etiam in eo, quod sapiens relinquit post se memoriam æternam, diues temporalem.

VEL SIC

Vera sapientia in vtroque sæculo vitã tribuit possidenti.

25 Eruditio, & sapientia vitam tribuunt possessori suo in præsenti sæculo permanentem, at in futuro æternam.

CAP. 7. NUM. 16.

Qui de natalibus indiscrete præsumunt, & gloriãtur, graui censura digni.

Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ.

26 ALia lectio apud Hugonem Carensem sic habet: *Hæc quoque vidi in diebus nativitatis meæ*, ex qua reprehendi possunt, qui de natalibus suis nimium præsumunt, & indiscrete gloriantur.

CAP. 7. NVM. 29.

Virum de mille vnum reperi, mulierẽ ex omnibus non inueni.

Fœminæ libidinosæ, vt plurimum, mente rudes, & captæ.

27 FOrte loquitur Salomõ de illis mulieribus cũ quibus libidinosè egit, quas omnes rigidâ suâ, & experimentali censura comprehendit, carpitque.

CAP. 8. A NUM. 6.

Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.

Astronomia iudiciaria, etiam independenter á libero arbitrio, ars incerta.

28 HIC á Salomone repelli videtur Astronomia iudiciaria, quæ futura certo ennuntiare præsumit.

CAP. 8. NVM. 10.

Vidi impios sepultos: qui etiam, cum adhuc viuerent, in loco sancto erãt, & laudabantur, in ciuitate quasi iustorum operum, sed & hoc vanitas est.

Hypocrisim mors denudare solet.

29 HÆC videtur esse hypocrisis, quę, etsi dum vita durat, soleat latere, in ipsa morte, vel paulo post se prodit, & manifestat, & ideo non dicit: *Laudabantur iustorum operum*, sed: *Quasi iustorum.*

CAP. 8. NVM. 17.

Et intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem, eorum, quæ fiunt sub sole.

In Phylosophiæ arca multum laboris impensum, exiguus fructus collectus.

30 HInc inferre licet, quãtum laboris hucusque in Phylosophia, & rerum naturalium cognitione impensum sit, & quam exiguus, & fere nullus fructus collectus. Nec alicuius momenti est, dicere; Salomonem hoc ante Aristotelem pronuntiasse, nam multi tam ex antiquioribus, quam recentioribus satis eruditi viri constanter asserunt, hunc phylosophorum principem potius audacter, quam verè in omnibus scriptis suis definisse, & pronuntiasse.

CAP. 9. A NVM. 14.

Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

Paupertas, & sapientia vterinæ, gemellæque sorores.

31 SIC existimo Siracusis Siciliæ accidisse ope phylosophi Archimedis. Sed notanda sapientię cum paupertate coniunctio, sunt enim non solum inseparabiles comites, sed etiam vterinæ gemellæque sorores.

VEL SIC TROPOLOGICE.

Angeli custodis præsidio nil certius, sicut nec irremuneratius.

32 Per istum sapientem pauperem intelligi posse videtur Angelus vnicuique ad singularem custodiam deputatus, qui exiguã animæ nostræ ciuitatem à mille potentis regis, & tenebrarum harum rectoris inuasionibus, & incursibus quotidie defendit, propter quod, non solum laudem debitamque gratitudininem non reportat; sed nec de illo aliqua solet fieri recordatio, ob quod *pauper*, scilicet gratitudinis, à textu esse dicitur.

CAP.

CAP. 10. NVM 7.

Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.

In Microcosmo per peccatum viciato omnia inuersa.

33 VIdi corpoream portionem cum sensibus suis, quæ in hominis microcosmo subijci debebat rationi, tamquam serua, imperatorem agere: portionem vero spiritualem cum suis potentijs, quæ princeps re vera est, seruiliter obedire.

CAP. 10. NUM. 8.

Qui fodit foueam incidet in eam.

Deceptor plus se, quam alium decipit.

34 QVI fodit foueam, scilicet ad alterum decipiendum.

CAP. 10. NUM. 16.

Væ tibi terra cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt.

Principum auaritia prouincias dissipat.

35 MAne comedunt, id est manicant ad basallos suos deuorandos, & tributorum sanguisugis eorum substãtiam emungunt, & ad se trahunt.

CAP. 10. NVM. 20.

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledicas diuiti: quia aues cæli portabunt vocem tuam.

Ministri inferiores aues rapaces.

36 AVes cæli id est ministri inferiores reipublicæ, qui sunt aues rapaces. Baruch. cap. 3. num. 17. *Qui in auibus cæli ludunt.*

Et qui habet pennas annuntiabit sententiam.

Ministri permali pœnarum illatores.

37 HI sunt tabelliones, & iudices, qui pennis pœnas inferunt, & multimoda dãna, detrimenta que moliuntur.

CAP. 12. A NUM. 2.

Antequam tenebrescat sol &c.

Humana decrepitudo per metaphoras à Salomone explicatur, quia nulli hominum eius contẽplatio placet.

38 BReuis concinna, figurataque descriptio humanæ decrepitudinis, & incommoditatum omnium illam concomitantium, & ad illam subsequentium.

CAP. 12. NVM. 14.

Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit.

Misera hominis conditio, qui etiã benefaciendo male potest facere.

39 ETiam faciendo bonũ homines errare possunt, & solent: talis, & tanta est naturæ humanæ fragilitas, & miseria.

CAN-

CANTICVM CANTICORUM.

CAP. I. NUM. I.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.

AD CAP. 1. N. 1. CANTICI CANTICORVM.

Gaudia spiritualia mundialibus delectationibus longe præstant.

1 VINO VBERA sponsi, & sponsæ præferuntur, quia infinito suauitatis excessu præcellũt gaudia spiritualia diuinæ charitatis omnibus gaudijs, mundialibusque delectationibus, & lætitijs in vino significatis: vide infra nu. 3.

CAP. 2. NVM. 5.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Diuini amoris morbum patienti optimum remedium, quod morbum aggrauat.

2 FLores fructusque, qui accendant amorẽ multi, & obuij sunt, qui vero mitigẽt, rari, & ferè incogniti, cui ergo quærit remedium morbo æstuantis, & fæbricitantis amoris, quid prodesse poterunt flores, & fructus? An doctrinalis fructuosaque consideratio pulchritudinis parum durabilis, & facile marcescibilis? Sed cum hîc de spirituali perfectoque amore tractetur, dicendum videtur, non quæri remedia ad mitigationem, sed potius ad augmentũ, & inflammationem.

CAP. 3. NUM. 6.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris.

Dominationis virga quo plus inflatur, decrescit.

3 VIrga, quæ signum potestatis est, cum fumos vanitatis ostendit, non meretur, *virga*, nuncupari, sed *virgula*.

VEL SIC.

Deipara virga recta semper, & ascendens, & à corruptione omnino libera.

4 Maria per mundi *desertum*, non *incedit*, sed *ascendit*, & non virga, sed virgula fumi vocatur, quia ex minimo materialitatis coalescit, & hoc ex rebus, & á corruptione præservatiuis, & igne charitatis decoctis, & exhalatis.

CAP. 4. NVM. 1.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es!

Mariæ pulchritudo limitatione indiget, vt in creaturarum ordine remaneat.

5 NON ter, sed his *pulchra* Maria dicitur, vel, vt pulchritudo tam corporis, quam animæ notetur, vel, vt in categoria creaturarum relinquatur, ne ad ordinem Trinitatis ascendat, vel spectare videatur.

Ocu-

Oculi tui columbarum.

Vt vnica Deiparæ perfectio, vt cumque explicetur, non indiuidua vnius speciei; sed tota indiuiduorum species assumenda.

6 AD perfectionem oculorum Mariæ comparatiue explicandam, non hæc, vel illa columba, sed tota columbarum species desumitur, & rectè, nam tota quanta est, in illos refunditur, & per illos nobilitatur.

Absque eo, quod intrinsecus latet.

Christus in quãtum Mariæ pars non internus ipsi, sed intrinsecus.

7 CHristus in Mariæ vtero latens non dicitur *internus*, sed *intrinsecus*, & certè æquo iure, nam *conceptus pars matris est.*

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

Animæ sanctæ, & contemplatiuæ de vna semper ad aliam virtutẽ ascendunt.

8 DE monte non ascenditur, sed potius descenditur, si de monte materiali, & terreno loquamur; at capilli, seu cogitationes sponsæ, & capreæ, seu animæ sanctæ quibus comparantur numquam descendunt; sed de monte vnius ad montes aliarum virtutum semper ascendunt, & de oratione ad contemplationem, de contemplatione ad vnionem Dei eleuantur.

CAP. 4. NVM. 2.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro.

Baptismate ablutus terrenis omnibus renuntiat.

9 TOnsæ dicuntur oues, id est iusti, & innocentes, è lauacro baptismatis ascendentes; quia hoc sacratissimo fonte ablutí terrenis omnibus renuntiant, in cuius signum recens baptizati in primitiuâ Ecclesiâ omnia sua temporalia bona Apostolorũ pedibus proijciebant.

CAP. 4. NVM 16.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

Tribulationum venti virtutum flores respirare faciunt.

10 VEnti tribulationum faciunt virtutum odorem non solum emitti, sed etiam effluere.

VEL SIC.

Deus iustis suis gaudia, & tribulationes alternatiue immittit.

11 Ex his duobus ventis, *Aquilo*, tribulationes significat, ideo actio fortis, & quasi violenta illi tribuitur, nempe: *Surge: Auster* fruitiones, & spirituales dulcedines, ideo actio lenis, & quasi naturalis ipsi acommodatur, nempe: *Veni*, quas scilicet tribulationes, & fruitiones solet Deus animabus sanctis alternatiue immittere, vt fragantissimus odor florescentiũ virtutum non solum respiret, sed etiam effluat, idest longe lateque diffundatur.

CAP. 5. NVM. 1.

Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.

Virtutum flores in diuino gustu gratissimos fructus velociter cõuertuntur.

12 EN flores capite præcedenti nuper exhalãtes, in suauissimos, & nutritiuos fructus conuersos, diuino gustui deseruientes, & proportionatos.

Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.

Ad sacræ Passionis contemplationem Eccl. siã Deus inuitare nõ cesat.

13 QVis est iste hortus, ad quem Christus Ecclesiam, & animam sanctam inuitat? An Gethsemani, vel Calvariæ mons, in quo mentaliter cũ suo sponso myrrham, & aromata colligat, idest compatiatur, & oret?

Comedi fauum cum melle meo.

Minister Euangelicus, & se instruere, & ceteros illustrare debet.

14 MInister Euangelicus personam Christi gerens comedere debet, non solum mel sapientiæ ad intelligendum, sed etiam fauum, seu ceram ad illuminandum ceteros.

VEL SIC.

Deipara cruci adstans fauus melle Christi vulnerum plenus, & redundans.

15 *Fauum meum*, idest matrem meam melle sanguinis mei vndequaque repletam, & effluentem, in-

intus, dolore compassionis; foris, ex vulnerum meorum super ipsam iuxta crucem existentem stillatione, & pluuia, ideo subsequitur: *Bibi vinum meum cum lacte meo.*

Bibi vinum meum cum lacte meo.

Ministri Euangelici diuersis diuersos spirituales liquores propinare debent.

16 EVangelici ministri vino, & lacte vtuntur: vino, quod est alimentum robustorum, & in quo omnis spiritualis dulcedo continetur, vt se, ac proficientes Fideles inebrient: lacte, vt paruulos, & viam perfectionis incipientes suauiter nutriant.

CAP. 5. NVM. 4.

Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Ad leuissimum Dei tactum tota iusti compago cõmouetur.

17 QUando Deus per aliquem corporis sensum, vel animæ potentiam se permittit sensibiliter percipi, omnia sanctæ, & perfectæ animæ interiora commouentur, & reuerenti timore, gaudio inenarrabili admixto, concutiuntur.

Eucharistiã digne suscipientes omnem Dei virtutem intra se sentiant.

18 Hoc etiam non improprie ad digne sumentes Eucharistiam referri potest, quæ liberalitatis diuinæ donum maximum est: ideo, propter illam, tota manus Dei dilecti, & diligentis intra nos missa dicitur.

CAP. 5. NVM. 7.

Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

Ministri Dei animam sanctam terrenis spoliãt, vt diuinis dilectet.

19 ISti vigiles ciuitatis, murorumque *custodes* videntur esse angeli ministri Dei, qui iuste spoliant animam sanctam, quæ sibi aliquod terrenæ affectionis pallium retinere cupit, quod, ne omnia sua dilecto Deo pateant, impedire possit.

CAP. 6. NUM. 1.

Dilectus meus descendit in hortum suum, ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

Iusti, flores cito á Deo collecti, ne marcescant.

20 HOrtus, Ecclesia: *Areola aromatum*, omnes congregationes diuinas laudes in communi canentium: *Lilia*, alia rubra martyrum alia candida virginum, alia cærulea pœnitentium, qui fere omnes, non mirum, quod per exiguum temporis interuallum in præsenti vita detineantur; naturam enim, & proprietates florum sortiuntur, ideoque sæpe sæpius, & fere semper ab horti Domino colliguntur, antequam marcescant.

CAP. 6. A NVM. 11.

Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab reuertere, reuertere Sulamitis.

Ob nostram cautelam strepitu dæmon ad nos accedere à Deo permittitur.

21 QVadrigæ diaboli turbant quidem strepitu suo animam sanctam, sed simul admonent, vt ab illis caueat, & se in tuto collocet.

CAP. 7. NUM. 2.

Venter tuus sicut acernus tritici vallatus liliis.

Christus Deiparã & castissime fecundauit, & nobis per ipsam proficientior.

22 HIC perpetua Mariæ virginitas ante, in, & post partum expresso, & eleganti symbolo declaratur. Et notandum quod granum Christi in Mariano ventre ad nostram vtilitatem, & profectum multiplicatur, & vsque ad acerui abundantem copiam excrescit.

CAP. 7. NUM. 12.

Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.

Mundo coæua partus Virginei symbola.

23 FLores ab initio mundi parturiunt fructus, & ad finem vsque parturient, vt partum

tum virgineum, vel futurum annuntiarent, vel iam factum confirmarent.

CAP. 7. NVM 13.

In portis nostris omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Quæ Deo donanda prompte exhibenda.

24 QVÆ Deo donanda sunt, in portis ipsis debent constitui, & collocari ad hoc, vt prompte offerantur.

VEL SIC ANAGOGICE.

Deus vnicum, & totale Animæ sanctæ obiectum.

25 Omnia tam sensuum, quã potentiarum animæ sanctæ obiecta ad Deum summe dilectum referuntur, & ordinantur.



LIBER SAPIENTIÆ.

CAP. I. NVM. I.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, sentite de Domino in bonitate.

AD CAP. 1. N. 1.
LIBRI SAPIENTIÆ.

Iudicum terrenorum tentatio periculosa atheismus.

1 PRIMVM quod Salomon de iudicibus cauet, abeisque arcere conatur, atheismus est, ne scilicet se Deos præsumptiuè existimantes veram Deitatem abnegent, & omnino excludant.

CAP. 1. *NVM.* 2.

Quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum.

Iudicum incorruptorum mentibus diuina veritas affulget.

2 APparet Deus, quî veritas est ijs iudicibus, qui cum verâ in ipsum confidentiâ lites, & omnia publica negotia studeant absque vlla indebita affectione, sed animo constanti, & firmo suo ipsorum muneri satisfaciendi.

CAP. 1. *NVM.* 5.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.

Qui veritatẽ ab intellectu eliminant, brutorum more discurrunt.

3 QUænam sunt cogitationes, quæ *sine intellectu* fieri possunt? Cogitationes quidem irrationales, cum scilicet homines brutorum more discurrunt, vel quando studiosè cogitant, non quomodo veritatẽ inueniant, sed eludant.

CAP.1. NUM.6.

Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum á labijs suis.

Labia detrahentia mordent semetipsv.

4 LAbia detrahentia ipsimet detractori, non vero ei, de quo detrahit nociua sunt.

Quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor.

Nulla detractori cautela satis est, quin â Deo distincte audiatur ad punitionem.

5 QVI omnium internorum testis est verus, & infallibilis, quomodo non erit eorum, quæ foras erumpunt? Sciat itaque detractor se audiri á Deo, etiam si valde demisse, & secretissime aduersus proximũ susurret.

CAP.1. NVM.7.

Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum: Et hoc, quod continet omnia scientiam habet vocis.

Cælorum motus enarmonicus.

6 HOC *quod continet omnia*, idest cælum scientificé loquitur: Hic cælorum concentus enarmonicus insinuari videtur.

VEL SIC.

Cæli, detractores coram Deo accusant.

7 Cælum ipsum vocem habet, qua coram Deo accusat detractores. Vide quæ ad Deuteronomij cap.32.num.1.dicta sunt.

CAP.1. NVM.14.

Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra.

Quod in genere suo egre est, tãquam si non esset, existimandũ est.

8 NON ait: *Vt bene essent*, sed: *Vt essent* absolutè: nam quod in genere suo egre fegerit, tamquam, si non esset, reputandum est.

Et sanabiles fecit nationes orbis terrarum.

Professorum medicinæ insufficẽtia certitudini artis derogat.

9 PHylosophomedici, ex artis suæ principijs, nullam ægritudinem insanabilẽ esse iactant, quod mihi ex hoc textu plusquam certum est: attamen perpaucos morbos perfecte ab ipsis curari dolens experientia docet: vnde, non artis impotentiæ; sed Professorum insufficientiæ defectus iste attribuendus est. Ex quo rigorem, quo infra Ecclesiastici cap.10.num.31. de arte medicâ loquimur, temperare potes.

VEL SIC ALLEGORICE.

Fidei doctrinæ nullum rationalem excludit.

10 *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum*, idest sanæ Fidei doctrinâ capaces: ideo Ioannes cap. 6.num.45. ex Isaia dixit: *Eterunt omnes docibiles Dei.*

Et non est in illis medicamentum exterminij.

Medicamentum crudeleá tali nomine exterminandum.

11 MEdicamentum, quod patientem exterminat, hoc est: vehementissime angit, & molestat, non *medicamentum* appellandum est; sed *nocumentum*, Inferni cruciatibus conferendum: ideo inferorum regnum in terræ superficie, seu in præsenti vita grassari negatur.

VEL SIC ALLEGORICE.

Medici spirituales benigni sint, non crudeles.

12 Hinc discant medici spirituales, & animarum curam gerentes cum ægrotis suis benigne, ac misericorditer se gerere; nec imprudentibus, & intollerabilibus cauterijs, quæ in exterminiũ, seu desperationem adigant, vtendum esse.

CAP.2. ANUM.8.

Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ.

Voluptatum amatores fluxibilitatis earum præcipui testes.

13 VEL obcęcatissimi homines, & cænosis voluptatum pratulis immersi, vtuntur terminis, earum breuitatem, & nullam ferè durationem exprimentibus, videlicet: *Antequam marcescant: Pertranseat: Relinquamus, &c.*

CAP.

CAP. 2. NVM. 19.

Contumelia, & tormento interrogemus eum.

Tormentorũ maximum contumelia.

14 LOquens prophetice, & expresse de Christo patiente, contumeliam tormento præfert, vt longe grauiorem, & æqua quidem ponderatione, illa enim torquet animam; hoc solum corpus fatigat, & molestat.

CAP. 2. A NVM. 24.

Inuidia autem diabuli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

Inuidia fatale dæmonis instrumẽtum.

15 INuidia *diaboli mors introiuit* in Adamum primum: *Inuidia*, vero Hebræorum, & præcipue Pharisæorum, & Sacerdotum, *qui ex parte illius fuerunt*, introiuit mors in Adamum secundum: ideo à Christo Domino audire meruerunt: *Uos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere:* Ioan. cap. 8. nu. 44.

CAP. 3. NUM. 1.

Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.

Nulla suauior quam martyrum mors.

16 HON solum non afflliget, non concutiet; sed nec attinget, quia mors non erit illis tormentum etiam leue.

CAP. 3. NUM. 18.

Et si celerius defuncti fuerint non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.

Diuina reprobatio perignorantiam significatur ad reproborum pœnam accrescendam.

17 CVM dicentes: *Domine Domine aperi nobis*, audient illud tremendum: *Nescio vos.* Matthæi cap. 25. num. 12. Vel non habebunt allocutionem benedictionis; sed maledictionis, scilicet: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Ibi num. 41.

CAP. 4 NVM. 6.

Ex iniquis enim somnis filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes.

Sensuales voluptates somnia sunt.

18 PER somni vocem copulam illicitam significat honestatis causa. Uide quæ ad Genesis cap. 39. num. 8. notata sunt. Et notandum, spurios non tã esse filios, quam parentum criminis accusatores, & præcones.

CAP. 5. NUM. 1.

Tunc stabunt iusti in magna constãtia aduersus eos, qui se angustiauerũt.

Qui proximum angustiat se angustiat.

19 PRonomen *Se*, æquiuocè videtur referri posse tam ad angustiantes, quam ad angustiatos.

CAP. 5. NVM. 6.

Ergo errauimus in via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis.

Damnati scientiæ augmenta grauissime torquentur.

20 HON negant lucem supernaturalium illustrationum luxisse, & solem veritatis ortum fuisse: sed sero cognoscunt, neutrum ipsis profuisse: Sed cur damdati sic bene, & dialecticè discurrunt? An quia illis scientia relinquitur, imo superadditur ad tormentorum incrementum, ob quod dixerat idem Salomon Ecclesiastes cap. 1. num. 18. *Qui addit scientiam, addit & laborem?*

CAP. 5. NUM. 7.

Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus, &c.

Virtuosi à peccatorum experientijs in bono perseuerantiam discant.

21 CRedant virtutis candidati, & incipientes saltem, damno suo, expertis, & cognoscant, non esse *difficiles vias* rectas; sed obliquas, & tortuosas peccatorum per præruptas, & precipitia gradientium, & reptantium, vel in circuitu ambulantiũ: nec de vijs Domini iudicium proferre audeant, qui Dominum non gustauerint.

CAP. 5. NVM. 13.

Sic, & nos nati continuo desiuimus esse.

Temporalis vita mortis inceptio, & continuatio est.

22 NAtiuitas, & vita nostra per hoc optimè definitur, quod scilicet sit inceptio, & continuatio mortis.

Temporalis vita, præsens nihilum.

23 Et nota, quod non dicit: *Desinimus*, sed: *Desiuimus* esse, quasi vita nostra nihil de præsenti sit.

CAP. 5. *NVM.* 17.

Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.

Honor ceteris bonis præferendus.

24 TAmquam prius, & principalius in cœlesti beatitudine commendatur decus, & honor beandorum, quam reliquorum bonorum aggregatū ex quo componitur, & coalescit.

VEL SIC.

Honor diuinus cælestis beatitudinis compendiū.

25 Bonorum omnium aggregatum cælestem beatitudinem construens, & constituens per decus, & honorem antonomastice explicatur.

CAP. 6. *NVM.* 2.

Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ.

Humana potestas terrena, & limitata.

26 CUR non *terræ* absolutè, sed *finium terræ* iudices appellantur? Vt aduertant iudices iurisdictionem suam esse, non solum terrenam, sed etiam finitam, & limitatam.

VEL SIC.

Circa terræ portiunculas assignandas omnis humana versatur iurisdictio.

27 Ad denotandum, forensem omnem ciuilemque iurisdictionem ab hominibus adeó ambitam in assignandis terræ portiunculis, quę cuique potiori iure obtingāt, versari, & limitari.

CAP. 6. *A NUM.* 4.

Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam, cū essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.

Iudices prius de exercitio muneris quam de priuatis actionibus rationē Deo reddituri.

28 IN iudicio tam particulari, quam vniuersali prius circa iudices scrutabitur Deus peccata in exercitio muneris sui iudicialis admissa, quam peccata extra illud commissa, scilicet peccata priuata, seu personalia.

CAP. 7. *NVM.* 1.

Sum quidem, & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, &c.

Elatio mentis principes in aliā viuentium speciē transmutare solet.

29 CUR hîc Salomon, & suam mortalitatem, & consimilem generationis modum, & natiuitatis, cum reliquis hominibus quasi quid mirum, & singulare commemorat? An quia erat rex, & princeps adeó mentis vanitate elenari solent, & infanire, vt in Alexandro, Æneā, alijsque perspicuum fuit, quod existiment singularem, ac diuersam, suam, & aliorum hominum genituram? Quem errorem, & hîc, & infra nu. 5. & 6. penitus abolere nititur sapientissimus Salomon.

VEL SIC.

Viri spiritualis geneſis declarāda, ne falsò diuinus existimetur.

30 Homo sapientia Dei præditus adeò à terrenis fæcibus eleuatur, & spiritualizatur, vt necesse sit carnalem ipsius genituram per ordinem ac singillatim referri, ne vel angelus, vel spiritus purus existimetur.

CAP. 9. *NVM.* 3.

Et in directione cordis iudicium iudicet.

Iu-

Iudex antequam alios iudicet, se ipsum diiudicet.

31 IVdex, antequam sententiam proferat, cor suum perfectè dirigat, nam cor iudicis non directum, sed vel leuiter inclinatum rectè iudicare nequit.

CAP. 10. A NVM. 3.

Ab hac (sapientia) vt recesſit iniuſtus in ira ſua, per irā homicidij fraterni deperijt: propter quem, cū aqua deleret terram.

Propter primum fratricidium totus obis aqua mulctatus; propter Decidiū igne mulctandus.

32 PRopter primi Abelis cædem deleuit Deus orbem per aquam, propter ſecundi vero Abelis deleturus per ignem.

CAP. 11. NVM. 11.

Illos autem tamquam durus rex interrogans condemnaſti,

Nemo inauditus condemnandus.

33 NEminem inauditum condemnat Deus: ideo prius interrogat quam ſententiam proferat.

CAP. 11. NVM. 24.

Et diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

Paucorum pœnitētia multis prodeſſe ſolet.

34 PRopter pœnitentiā paucorum ſolet miſericors Deus peccata diſsimulare plurimorum.

CAP. 12. NVM. 9.

Non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, aut beſtijs ſeuis, aut verbo duro ſimul exterminare.

Verbum durum, flagellū grauius.

35 VErbum durum, poſt bella, beſtiaſque ſæuas, & immanes ponit, tamquam flagellum grauius.

CAP. 13. A NVM. 1.

Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex: ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, &c.

36 ECce opiniones veterum phyloſophorum circa primariā Mundi conſtitutionem quantum á veritate errauerint propter ſacrarum ignorantiam ſcripturarum.

Veterum phyloſophorum ignorantia eximitur.

CAP. 14. NVM. 5.

Propter hoc etiam, & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt.

Crucis nauis ſecuriſsime per mādi pelagus nauigatur.

37 EXiguo crucis ligno in quo per procelloſum mundi mare ſecure nauigatur, & ad ſalutis portum appellitur.

CAP. 14. NVM. 10.

Etenim quod factum eſt, cum illo, qui fecit, tormenta patietur.

Dæmones in quorum obſequium idola fiunt, grauius in Inferno torquentur.

38 QVomodo idolum tormenta pati poteſt? Utique, idoli materiale, ignis, elementaris ad quem ex natura ſua deſtinatum erat: idoli formale, ideſt dæmon, in cuius obſequium fabricatum fuit, tormentum ignis infernalis, & æterni, quod ipſi hac de cauſa incremento nouo, & maiori recrudeſcit. Et nota dæmonis deſperatum genium: vt enim, tum ſuperbiæ innatæ, tum hominum inuidiæ ſatisfaciat, noua, & crudeliora in dies tormenta deuorare non dubitat.

CAP. 14. NVM 16.

Hic error tamquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.

Tyrannis crudeliſsima ad falsā religionem profitendam cogere.

39 NUlla maior crudeliorque tyrannis, quā quæ ad falſam religionem profitendam ſubditos cogit.

CAP. 14. NVM. 21.

Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deſeruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt.

Adulatio, non difficilia solum, sed impossibilia aggreditur.

40 QVomodo *in communicabile* communicari potuit? Quia non solum difficilia, sed etiam impossibilia aggrediatur, & exequitur idololatrix adulatio.

CAP. 15. NVM. 4.

Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, &c.

Bonas artes malitia humana solet corrumpere.

41 MAlas *artes* vocat Statuariam, Picturam, Fictricem, aliasque huiusmodi, non quia in se, & intrinsecè malæ sint; sed quia extrinsecè, & occasionaliter ex hominum malitiâ in pernicioſos vsus, & fines detorquentur.

CAP. 18. A NUM. 20.

Sed non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum, orationem, &c.

Bonus præsul plus populum, quam multi martiales duces, protegit.

42 PRælatus innocens, & virtuosus habet arma martialibus armis potentiora, quibus populum ab irâ Dei protegat.

Et finem imposuit necessitati.

Deus, non nisi coactus, punire solet.

43 NEcessitati, scilicet Dei Deus enim, nisi necessitatus, non punire solet.

CAP. 18. NUM. 24.

In veste enim poderis, quam habebat, totus orat orbis terrarum: & parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant sculpta.

In magnis nominibus magna facinora virtualiter inclusa latent.

44 IN nomine Dei in lamina auri insculto creaturarum vniuersitas, & in nominibus Patriarcharum, lapidibus grauatis, eorundem magnalia, & facinora latebant.



LI-

LIBER ECCLESIASTICI.

PROLOGUS ECCLESIASTICI.

Nam deficiunt verba Hebraica, quando fuerint traslata ad alteram linguam.

AD PROLOGUM LIBRI ECCLESIASTICI

Idioma hebraicũ ceteris significantius.

1 VIS, & energia Hebraicarum vocum tanta est, vt nequeat per verba alterius cuiusc umque idiomatis perfectè, aut saltem sufficienter exprimi.

CAP. 1. NVM. 9.

Ipse creauit illam (sapientiam) *in Spiritu Sancto.*

Sapientia à Deo infussa non facit possidentem intumescere.

2 SApientia creata *Spiritu Sancto* influente producta est, ne intumesceret: nam vt ait Apostolus 1. Corinth. cap. 8. *scientia inflat: charitas verò ædificat.*

CAP. 3. NVM. 9.

In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum.

Parentes tolleranda, non minus quàm verbo, & opere honorandi.

3 NON solum verbo, & opere, sed etiam tollerantiâ parentes honorandi, & prosequedin sunt, ideo optime dixit quidam: Parentem, si æquus, & bonus est, diligas: si iniquus, feras.

CAP. 4. NUM. 1.

Fili eleemosynam pauperis ne defraudes.

Qui veris pauperibus elemosynã negat, non misericordiã solum, sed etiam iustitiæ iniuriam irrogat.

4 ELeemosyna veris pauperibus, non tam ex misericordia, quam ex iustitia erogari debet. Uide infra num. 8. ideoque, qui eleemosynam veris pauperibus non facit, defraudat idest, rem debitam per dolum negat, & subterfugit satisfacere.

CAP. 4. NVM. 11.

Et eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis, quam mater.

Ad

Maternus amor Diuini amoris proprissimum symbolum.

5 AD exaggerãdum Dei erga homines amorem, ad maternum recurrit Iesus.

CAP.4. NVM.12.

Sapientia filijs suis vitam inspirat.

Sapientia possidẽtem animat, & honorat.

6 SApientia est anima illam adquirentis.

VEL SIC.

Vide supra nu. 6.

7 Sapientia dat vitam bonæ opinionis, & famæ.

CAP.4. NUM.34.

Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis.

Qui linguá pollet, manu deficit.

8 VIri loquaces, & linguati frequentér solent esse desidiosi.

CAP.5. NUM.2.

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.

Passiones sensuales perperam mũdani spiritualizare intendunt.

9 IN *fortitudine tua*, idest in virili, & robusta ætate. Sed cur luxuria, *concupiscentia cordis* appellatur, cum potius *renum concupiscentia*, videatur dicenda? An quia solemne est carnalibus, sensualem concupiscentiam honesto inclinationis naturalis nomine decorare, & protegere?

VEL SIC.

In iuuenili ætate non solum caro, sed etiam spiritus coercendus.

10 In virili, & inexperta ætate, non solum passiones carnales, & sensuales, sed etiam rationales moderari oportet.

CAP.5. NVM.5.

De propitiato peccato noli esse sine metu.

Remissa culpâ reatus pœna remanet.

11 NOli *esse sine metu* pænæ in hac, vel in alia vita, vel in vtraque soluendæ, quod contra Nouatores notandum est.

CAP.5. NVM.14.

Si est tibi intellectus responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.

Verba ante prolationem non cõsideranda solum, sed castiganda sunt.

12 VErba proferenda, non solum consideranda, sed etiam corrigenda, & castiganda sunt, ex cuius defectu verbum leue aut ineptum, *verbum indisciplinatum* appellatur.

CAP.5. NUM.18.

Iustifica pusillum, & magnum similitèr.

Magnatibus non semper deferendum.

13 NE statim quæ Magnates in aliquo consessu proferunt approbanda; nec quę minores, & pusilli proponunt, despicienda: sed recti iudicij trutinâ vtraque ponderanda: nam in sordido palliolo latére solet sapientia.

CAP.6. NVM.15.

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.

Vbi interuẽnit auaritia, vera versari nequit amicitia.

14 COntra: idest: Contraposita seu comparata. Sed cur hac phrasi, & loquendi modo vtitur textus? An quia nihil magis repugnare, & contrariari veræ solet amicitiæ quam argenti aurique põdera? Vbi enim ad sunt cupiditas, & auaritia, quæ per hæc metalla explicantur, veram versari amicitiam est moraliter impossibile.

CAP.6. NVM.23.

Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.

Scientia, quæ á Deo non est, pseudoscientia est.

15 HIC de scientia infussa loqui videtur textus, licet non deerunt qui hæc verba de sua Chimica, seu aurifactoria sciẽtia, quam pleno ore sapientiam vocant, explicare malint.

CAP.6. A NUM.25.

Inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: subijce humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis eius

Sapientia virtutum calcar; vitiorum frænum.

16 SApientia omni vinculorum generi comparatur, quia omnes actiones nostras dirigit, omnesque excessus frænat.

Sed

Sapientia, animæ omnigenum ornamentum.

17 Sed cur non solum vinculis, sed etiam torquibus seu pretiosis ornamentis æquiparatur? An quia sapientia non solum nos dirigit, & corrigit, sed etiam colit, honestat, & adornat?

CAP. 7. NUM. 3.

Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.

Malefactores nimium rusticè laborant vt copiosam damnorum messem sibi colligant.

18 MAlefactores non solum nimio, & graui labore præmuntur cum malefaciunt, sed rusticano, & fæneratorio exercitio, septem, pro vno illato, mala colligunt.

CAP. 7. NVM. 13.

Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum.

Qui calumniam seminant, iurgia colligunt.

19 NOli arare, ideſt, quære re infra terram calumniam, præsertim falsam, vel dubiã contra proximum: vel taliter mẽtiri, vt fit dispositio ad seminationem, & germinationem iurgiorũ, & omnis generis malorum.

CAP. 7. NVM. 15.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum.

Coram senibus iuuenes parcè, ac modestè loquantur.

20 COram presbyteris, hoc est senibus, & superioribus modestè, & parum loqui oportet præsertim iunioribus.

Et non iteres verbum in oratione tua.

Qui dicta iterum ac tertio repetunt audientium aures obtundunt.

21 IN declamatores insurgit, qui iterum ac tertio eadem repetunt ijsdemque verbis hinc inde volutantur.

CAP. 7. NVM. 29.

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne oblibiscaris.

Gemitus matris parientis in filiorũ cordibus collocandi.

22 GEmitus scilicet, in quos prorrumpere fecisti ex dolore partus tui.

CAP. 7. NVM. 36.

Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.

Qui manum pauperi porrigit, manum Dei ad sẽ benedicendum mouet.

23 ELeemosynis in hac vita satisfac Deo, quod in altera pro peccatis tuis luiturus eris, si hîc non prepurgaueris, per hoc enim perficietur inte benedictio Christi dicturi: *Venite benedicti patris mei*, &c. Matth. cap. 25. num. 34.

CAP. 8. NVM. 8.

Noli de mortuo inimico tuo gaudere: Sciens quoniam omnes morimur.

Mors, non de futuro sed de præsenti semper considerãda.

24 VAlde notandum est, quod non dicit textus: *Quoniam omnes morietur*, sed: *Quoniam omnes morimur*: In quolibet enim temporis momento desinimus esse.

CAP. 8. A NVM. 11.

Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerũt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectũ.

Non minus intellectus, quam memoria excolenda augetur

25 CUM doctis, & eruditis senibus conuersando, & assidué conferendo non solũ intelligẽtia plurimarum rerũ, sed etiã intellectiua potentia adquiritur, & perficitur: ideo non ait: *Disces intellectionem*; sed: *Disces intellectum.*

CAP. 9. NVM. 1.

Non zeles mulierem sinus tui ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.

Imprudens zelotypia machatissimi mater.

26 ZElotipia inter coniuges cum magna circumspectione, præsertim ex parte virorum, exercenda: aliquorum enim imprudentia fecit feminas, alioqui castas, & honestas, politico cautas, & subdolè mæchatrices.

CAP. 9. NVM. 10.

Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.

Mulier fornicaria humanæ stercus naturæ omnes propè accedentes inquinans.

27 MUlier fornicaria non subigitur, sed calcatur: nec manibus lenitèr palpari, sed pedibus duré contrectari debet.

CAP. 9. NVM. 16.

Non zeles gloriam, & opes peccatoris.

Peccantium diuitiæ minimè inuidendæ.

28 NOn zeles, ideſt *inuideas*, sed potius commiseratione pulsèris, quoniam ipsi laqueus, & ruina sunt.

CAP.

CAP. 10. NUM. 11.

Omnis potentatus breuis vita.

Potentatuũ vita octogenarius periodus, non tamquam certus, assignatus.

29 CUR *breuis*, cum Dauid dicat psal. 89. nu. 10. Potentatuum vitam vsque ad octoginta annos communiter protendi? Respondendum videtur, prophetam ibi non loqui affirmatiué, & absolutè; sed conditionaliter, & dubitatiué.

VEL SIC.

Magnatum vitæ periodus ex diuersis causis breuissimus.

30 Iure dicitur breuis, etsi octogenaria supponeretur, quia vel ex curarum, & solicitudinum pluralitate in bonis regibus; in malis vero, ex sensualium delectationum, quibus immersi viuunt redundantia, vtrisque vita imperceptibilitér fugit, & insẽsibiliter præteruolat, & sic ipsis nõ solum breuis, sed instantanea apparet.

Languor prolixior grauat medicum.

Languor prolixus medicum censu, & censurâ grauat.

31 GRauat medicum tam in crumena quam in opinione, sed in vtroque diuersimode: crumenam scilicet stipendiario censu; opinionem vero censurâ ignorantiæ propriæ, vel artis, quam profitetur, insufficiẽciæ, & inefficaciæ.

CAP. 10. NUM. 12.

Breuem languorem præcidit medicus.

In cindentia medicamenta profícua.

32 HIC efficacia medicamentorum incindentium innui videtur.

Sic, & rex hodie est, & cras morietur.

Malus rex regni languor.

33 REX malus ægritudo est corporis regni sui, â supremo Medico facile, & breuiter præcindendus, si peccata corporis, regni scilicet, non impediant.

CAP. 10. NUM. 13.

Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes.

Ciuiliter non pauci, naturaliter nullus intestatus decedit.

34 NUllus ergo absque hærede decedit, habet enim certissimos, & indefectibiles substãtiæ suæ hæredes: *Serpentes* scilicet, *& bestias, & vermes.*

VEL SIC TROPOLOGICE.

Testamentorum captatores, reipublicæ astuti serpẽtes.

35 *Serpentes* sunt homines satis astuti, & humana prudentia præditi, qui moribundis solent assistere, & subdolas artes applicare, vt partem hereditatis mordeãt, & sibi vellicent.

Qui ex hereditate instantanee pinguescunt, brutaliter frequenter insolescunt.

36 *Bestiæ* sunt hęredes naturales vel legales, qui substantiâ, non suo, sed alieno labore partâ, & ipsis vltró aduenientè bestialitèr viuere solent.

Defunctus, antequam deponatur, á vermibus pollinctoribus lancinatur.

37 *Vermes* sunt Pollinctores, Vespillones, Libitinarij, & alij funerum animalculi, seu homuntiones.

CAP. 10. NUM. 14.

Initium superbiæ hominis, apostatare á Deo.

Summus superbiæ apex, atheismus.

38 INitium, ideſt caput, seu culmen superbiæ est atheismus. Vide infra cap. 11. num. 3. in sacro textu.

CAP. 10. NUM. 17.

Sedes ducum superborum destruxit Deus.

Malus princeps thronum etiam materiale corrumpit.

39 NON solum personã, sed etiam thronum materiale iniqui ducis seu principis Dominus detestatur, & omnino euertere solet.

CAP. 10. NUM. 18.

Radices gentium superbarum arefecit Deus.

Superbia ex humanis visceribus in plurima vitia repullulat.

40 SUperbia in radicibus ponitur, & quia ex ipsius humore, & terræ nostræ humanitati intimé ad hærẽt, & in plurima vitia, & peccata germinant.

Superbia humana ex elatione ambitiosè periuit.

41 Sed notandum, quod has radices Deus quidem arefecerit, sed ipsismet radicibus occasionem præbentibus, nam cum radices ad sui conseruationem terram exigant, illæ se ad aeris elementum vanissimè transtulerunt, & arefactioni exposuerunt.

CAP.

CAP. 10. *NUM.* 24.

In medio fratrum rector illorum in honore.

Superior ex electione, ne so in aliam naturam transmutatũ credat.

42 PER hæc verba insinuatur, prælatum non debere subditos reputare tamquam seruos; sed tamquam fratres, & consanguineos.

CAP. 10. *NUM.* 29.

Noli cunctari in tempore angustiæ.

In turbato Reipublicæ statu non est in consilijs immorandum.

43 IN turbato reipublicæ statu non est in consilijs immorandum; sed statim promptiori via ingruenti damno occurrendum: Sicut se gessit Dauid in Absalonica defectione lib. 2. Regum â cap. 15.

CAP. 11. *NUM.* 5.

Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema.

... regno non regnat qui in throno sedet; sed qui gubernaculum tenet.

44 IN suspicabilis, idest primus minister, qui Priuatus communirer nuncupatur, qui veré, & effectiué imperat, licet in throno materiali non sedeat, sed solum tyrannus, qui eum elegit, & se suaque ipsius arbitrio despotico commisit.

CAP. 11. *NUM.* 29.

Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ.

Luxuria delectatio breuis, & vitæ abreuiatrix.

45 HOra pro toto humanę vitæ periodo videtur sumi, vt innuat eius breuitatem, præsertim in luxuriosis, & sensualibus.

CAP. 11. *NUM.* 30.

Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filijs suis agnoscitur vir.

Filiorum educatio parentum vitam demonstrat.

46 FIlij bene vel male educati sunt optimi declamatores, & præcones vitæ parentum suorum.

VEL SIC.

Mortis pallor vitę omnes colorat, ac depingit.

47 *In filijs*, idest in operibus in vitæ spatio gestis, quid quisque fuerit, dignoscitur, quæ statim â morte absqué fuco, & falsitatis colore in lucem exeunt.

CAP. 12. *NUM.* 6.

Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit.

Heterodoxis nullatenus in damnum Religionis subueniendum.

48 VIdetur consilium meré politicum, cum veré pium, & religiosum sit: prohibet enim Hæreticis, & Atheis vires adaugere, ipsosque ditare in damnum veræ religionis.

CAP. 12. *NUM.* 8.

Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.

Prosperitas amicos occultat; aduersitas inimicos declarat

49 A Deo facile in prosperitate, quis sit veré amicus cõfunditur, & occultatur, quam in aduersitate, quis sit inimicus distinguitur, & declaratur.

CAP. 13. *NUM.* 1.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.

Cetera vitia humanam naturam tangunt, vel ipsi adhærent: at verò superbia possidet.

50 CEtera vitia nos tangunt, & tamquam purgamenta huius mundi nos inquinant, & viscosâ suâ spurcitiâ commaculant. At verò superbia nos totos comprehendit, & sicut vestimentum corpus, circumdat.

CAP. 13. *A NUM* 22.

Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes.

Diuitiæ, & paupertas non tam accidentia moralia, quam prædicata physicoessentialia ab hominibus reputantur.

51 DIues, & pauper, quasi animalia diuersæ naturæ, & speciei considerantur: in quo hominum vanitas notatur, & reprehenditur.

CAP. 13. *NUM.* 31.

Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala.

Accidentia cordis facies propalat.

52 IDeo multi principes, & omnes solertes, cautique politici facies corũ, cũ quibus ipsis negotiũ est, diligẽtissimé, & attentissimé scrutantur, & obseruant, vt ex illarum leuissimo motu, & varietate eorundem corda expiscen-

centur, & omnia interiora rimentur: Vide quæ ad lib. 2. Esdræ cap. 2. num. 3. notantur.

CAP. 14. NUM. 12.

Testamentum enim huius mundi morte morietur.

Omnia de quibus testamentum cõfici potest corruptibilia sunt.

53 OMnia, de quibus in hoc mundo testamentum confici potest, corruptibilia sunt.

VEL SIC.

Mundus ab intestato decessurus.

54 Mundus necessum est, quod intestatus decedat, tum quia in momento, & inopinato destruẽdus, tum, quia nihil ex omni substantia visibili relinquendum, de quo testamentum confici possit.

CAP. 14. NVM. 15.

Ante mortem benefac amico tuo.

Qui mortem frequentèr recolit, omnes, vt amicos colit.

55 NON dicit, *consanguineo*, non *extraneo*, non *inimico*, sed *amico tuo*; quia qui dum viuit, frequenter de morte recordatur, omnes amicos, nullum habet inimicum.

Et secundum vires tuas exporrigens da pauperi.

Vere misericors á misericordia mouetur antequam misaria accedat.

56 MObe te ipsum ad pauperem, & adhibe omnem conatum ad subueniendũ illi, non expectans, vt pauper ad te moueatur, & accedat.

CAP. 15. NVM. 9.

Non est speciosa laus in ore peccatoris.

Peccator virtutẽ laudere nõ solet, nec virtus laudẽ peccatoris appetit.

57 NON vera sapientia est; sed apparens, & ficta, quæ laudem meretur peccatoris. Uel æqualaus est â prouis prouari, ac ab improuis improuari.

CAP. 15. NUM. 18.

Ante hominem vita, & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

In nostro arbitrio est æternè viuere, non temporaliter.

58 VIta scilicet, & mors æterna, nam de vita, & morte temporali non datur optio,

CAP. 15. NVM. 21.

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi.

59 SPatium scilicet longum vnde peccantium, & iniquè agentium vita breuis esse solet.

VEL SIC.

Tempus ad peccandum Deus nulli dat, sed pro humano arbitrio assumi permittit.

60 *Spatium* seu tempus ad peccandum nemini â Deo datur; sed ab homine pro suę libertatis arbitrio assumitur.

CAP. 16. NVM. 7.

In synagoga peccantium exardebit ignis.

Vbi adest discordia peccata non desunt.

61 IN illa congregatione, in qua frequenter, & facile discordiæ ignis exarserit, multi absque dubio iniqui in illa sunt, & peccatores.

CAP. 17. NUM. 16.

Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei.

Praua hominum opera coram Deo euidenter patent, non resplendent.

62 VElut *sol* patentia, ait non vero, *sicut sol splendentia*, siquidem multa hominum opera praua sunt.

CAP. 17. NVM. 18.

Eleemosyna viri quasi signaculum cũ ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit, &c.

Eleemosyna prædestinationis ad vitam character est.

63 ELeemosyna est character predestinationis, & propugnaculum tam diuinæ gratiæ, quam, humanæ.

CAP. 17. NVM. 25.

In partes vade sæculi sancti, cum viuis, & dantibus confessionem Deo.

Gratia Dei animæ anima, seu vita.

64 CVm *viuis* scilicet per gratiam, quæ vera animæ vita est.

CAP. 17. NUM. 26.

Ante mortem confitere; à mortuo quasi nihil perit confessio.

Cum vita mortali meritum cessat.

65 CVM vita temporali omnis ratio merendi cessat.

CAP.

CAP. 17. NVM. 31.

Et omnes homines terra, & cinis.

Concupiscentiæ igne humanam terram in cinerē redigit.

66 TErra homo est ex originaria sui formatione: *cinis* ex innato concupiscentiæ igne, â quo redigitur caro nostra in cinerem.

CAP. 18. NVM. 8.

Numerus dierum hominum, vt multum, centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt.

Præsēs vita amara, & exigua.

67 TOtus humanæ vitæ periodus guttæ aquæ assimilatur; & aquę, non *fluminum*, sed *maris*, quia non solum exigua, sed etiam amara est.

CAP. 18. NVM. 15.

Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des trititiam verbi mali.

Qui hilariter non dat, non libere, sed violentēr dat.

68 HIlarem enim datorem diligit Deus, & quia qui cum iurgio dat, & verbis asperis, ipso facto probat, se eleemosynam, non propter Deum, sed vel ob improbitatem petentium, vel alios humanos respectus elargiri.

CAP. 18. A NVM. 20.

Ante languorem ad hibe medicinam.

Potior Medicinæ pars, præseruatiua.

69 SCilicet, præseruatiuam, quod pro immaculata Deiparæ Conceptione ponderari potest.

Quod Deus nobis consulit in perfectiori linea Matri suæ contulit.

70 Quod ergo Spiritus Sanctus fidelibus in commune consulit, dilectissimæ Sponsæ suæ quis dubitet præstitisse?

Et ante iudicium interroga te ipsum, & in conspectu Dei inuenies propiciationem.

Ad confessionis Sacramentum examen diligens præmittendum.

71 ANtè iudicium pœnitentiale seu propriæ cōscientiæ discussiuū. Hæc pro dili genti examine, quod ad sacramentalem confessionem debet præcedere, notari, & ponderati possunt.

CAP. 19. NVM. 7.

Ne iteres verbum nequam, & durum, & non minoraueris.

Qui verba dura repetit, à fama, & honore deficit.

72 NOn minoraberis famâ, & bonâ existimatione apud conciues, vel non minoraberis, ideſt, non destrueris.

Semel irasci animi quitûs humanæ fragilitati permissum.

73 Et nota; quod semel irasci, & in aspera verba prorumpere, fragilitati humanę videtur concessum, seu non vsque ad legem gratię prohibitum: Matth. cap. 5. n. 22.

CAP. 19. NVM. 10.

Audisti verbum aduersus proximū tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirumpet.

Detractoria verba aculeatê viuą.

74 VErba detractoria non videntur esse verba emortua, sed viua verba, quæ respirare conantur, & erumpere; ideo â bonis auribus excepta necesse habent occidi, vt intra pectus commoriantur.

VEL SIC.

Uerbum detractorium venenum est à virtutis alexipharmaco extinguendum.

75 Verbum detractorium venenum est per aures immissum quod â virtutis alexipharmaco curari debet, ne mortem audienti inferat.

Detractoria verba eructare Naturæ corruptæ commune desiderium.

76 Sed cum *commori*, sit simul cum alio mori, quid est illud, quod simul cum prędictis verbis libithinę tradi prę cipitur, aut consulitur? Crederem, nec esse, desiderium, ferè omnibus innatum, illa verba eructandi, & proferendi.

CAP. 19. NVM. 11.

A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis.

Fatui lingua semper extra rationem est ad verba parturienda.

77 SIC naturale est fatuo ex leui auditi verbi prouocatione, & prurigine, secretiora cordis sui euomere, ac naturalis est parturienti gemitus, vel nascenti infantulo gemens, clamosusque vagitus.

CAP. 19. NVM. 12.

Sagitta infixa femori carnis, sic verbū in corde stulti.

Fatuum detractoria verba lancinant, donec à se in alium eiaculetur.

78 SIcut vulneratus quiescere nequit, donec telum infixum extrahatur, sic fatuus irrequietus est, donec verba detractoria ipsum lancinantia â se expellat, & in aliorum aures inijciat.

In fatuo detractoria verba, nec per vnum instās, quiescunt.

79 Sed cur hæc potius *in corde stulti*, quam in alio membro collocātur? Tum propter illorum appretiationem, tum etiam, quia sicut cor ést in continuo motu, sic illa verba in continuo motu sunt, donec expellantur: tum demum quia cum cor nihil extraneum admittat, quin statim illud a se repellat, illa verba in eo stulti membro esse dicuntur, in quo nec ad vnum instans, permanere possunt.

CAP. 19. NVM. 19.

Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia.

Ars cacopolitica ab honesto sapiētiæ, vel scientiæ nomine expellenda.

80 ARS cacopolitica, quæ *nequitiæ disciplina* meritó compellatur, & quæ mirum in modum ab hominibus, præsertim aulicis, exaltari, & decantari solet, non solum appellari *sapientia* non meretur, sed, vel simplici scientiæ nomine indigna est.

CAP. 19 NVM. 26.

Ex visu cognoscitur vir.

Oculorum acies mentis aciem in digitat.

81 VIuacitas oculorum intellectiuæ solertiæ physiognomicum indicatiuum est.

Et ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

Ex occursu dignosci potest discursus.

82 OPtimè ex occursu vir prudens dicitur cognosci; nam stulti semper ac alicui, vel mediocriter amico, obuiam faciunt, vnam, vel plures stultas, & ineptas interrogationes efutiunt: Scilicet: *Vnde venis: Quo vadis*, & alias similes.

CAP. 19. NVM. 27.

Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.

Incessus, vestes, & dentes indicant qualitatem mentis.

83 TAxatur petulantia vestium, & conversationis, & incessus, quæ omnia mentium leuitatem non solum indicant, sed euidenter arguunt.

CAP. 19. NVM. 28.

Est correctio mendax in ira contumeliosi.

Indiscreta correptio obdurat potius, quam emendat.

84 EST *correptio mendax*, id est inutilis, & potius irritatiua, & nociua, quam emmēdatiua, & proficua, quæ cum irâ, & contumeliâ fit.

CAP. 20. NUM. 1.

Quam bonum est arguere, quâm irasci.

Discreta capitis ira toti morali corpori proficua.

85 OMnibus familiarum, & communitatem rectoribus, & præsertim principibus erga ministros regiminis clauum tenentes.

CAP. 20. A NVM. 2.

Concupiscentia spadonis deuirginabit iuuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum.

Virginitas, & Iustitia, vel solo desiderio ipsis cō trario violantur.

86 IVstitia non solum violatur, & corrumpitur actu contrario consummato, sed solummodò intentato: sicut pudicitia virginis, vt est virtus in anima, amittitur desiderio contrario, etiam si non sit actu consummabile, vt pote cum spadone.

CAP. 20. NUM. 14.

Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt.

Auari liberalitas virtutis nomine indigna est.

87 IMpius auarus nō solūdat, & improperat, sed si quādo dederit perspicilla assumit, qui-

bus

bus ex gua quantitas in maximam ipsi excreuisse videtur ad sui iactantiam, & auatissimæ liberalitatis extollentiam, improportionatæque correspondentiæ accusationem. Vide num. 15. sequentem in sacro textu.

CAP. 20. NVM. 29.

Sapiens in verbis producet se ipsum.

Sapiens tam sui, quam suorum caput.

88 SApientia non solum dat possidenti illam extensionem famæ, sed etiam esse morale, seu existentiam physico moralē, & ideo nil officit ipsi ab humilibus parentibus, & proauis ortum esse, ipse enim est caput, & principium tam sui, quam â se descendentium.

VEL SIC.

Sapiens, vt Dei imago diuinis gaudet proprietatibus.

89 Sapiens quodammodo â se ipso est, sicut Deus.

CAP. 21. NUM. 11.

Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

Peccantium iter confragosum, & in Infernum præceps.

90 NON lateribus leuigatis, nec lapidibus politis, sed asperis, prominentibus, & inæqualiter collocatis, super quos ægré, & non sine lesione incedi potest. Ideo aiebat ille peccator sapientiæ 5. num. 7. *Ambulauimus vias difficiles:* Et notandum, quod finis huius inuiæ viæ præcipitium est in baratrum Inferni ruens, de cuius æternis pœnis hic expressa mentio fit.

CAP. 21. NUM. 19.

Narratio fatui quasi sarcina in via.

Fatuum diù audire, onus incomportabile.

91 SIcut molestat, & cruciat corpus, ferre onus graue per longam viam, sic animū cruciat, & molestat audire fatuum diutiûs differentem.

CAP. 21. NVM. 20.

Os prudentis quæritur in Ecclesia.

92 PRimum, & forté maximum in euangelico requisitum oratore, prudentia est. *Præcipua Oratoris Christiani dos prudentia est.*

CAP. 21. NVM. 21.

Tamquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba.

Fatui scientia verbalis, & dislocata.

93 DOmus exterminata est in quâ vel triclinia permixta, & confusa sunt, vel supellex indebité, & inordinaté collocata: sic in fatui intellectu ea, quæ didicit absque vllo methodo, & coordinatione obuersantur, & fluctuant, ideo scientia illius appellatur â sacro textu *verbalis* tantum, & *inenarrabilis*, seu in methodum, & formam narrationis ordinatæ non reducibilis.

CAP. 21. NVM 23.

Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit.

Risibilitas sapienti accidens; fatuo essentia.

94 SApienti risibilitas est proprietas methaphysica; fatuo verò videtur esse prædicatum essentiale.

CAP. 21. NUM. 30.

Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.

Diabolus impij anima.

95 EX quo infertur: impiū â diabolo tamquam ab animâ informari.

CAP. 22. NVM. 10.

Supra mortuū plora, defecit enim lux eius: supra fatuum plora, deficit enim sensus.

Plus fatuo, quàm mortuo deficit.

96 INsinuat sapiens plus deficere fatuo, quam emortuo.

CAP. 21. NUM. 25.

Mittens lapidem in volatilia, deijcit illa: sic, & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam.

Amicitiæ hominum volatiles.

97 AMicitiæ hominum cōgruē auibus comparātur, ferè enim omnes, leues sunt, & volatiles.

CAP. 22. NVM. 27.

Ad amicum si aperueris os triste, non timeas: est enim concordatio, excepto conuitio, & improperio, & superbiâ, & mysterij reuelatione, & plagâ dolosâ: in his omnibus effugiet amicus.

Qui amici secretum reuelat, ab amico rebellat.

98 QUod præcipue amicitias solet dissoluere est mysterij reuelatio, idest rei secretæ inter ipsos amicos, vel ab vno ad alterum sub sacramento, & fide secreti naturalis commissæ, manifestatio, & publicatio.

CAP. 23. NVM. 2.

Quis superponet in cogitatu meo flagella!

Dei flagellum humanarum cogitationum frænum.

99 FLagella scilicet Dei punientis iniquas cogitationes.

CAP. 23. NVM. 6.

Auser à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me.

Ventris, & renū concupiscentiæ naturæ humanæ periculosiores scopuli.

100 ENixé quisque bonus ab hisce concubitibus liberari, â Deo semper debet petere, & instanter orare: in his enim concipitur dolor, & paritur iniquitas: psal. 7. n. 15.

CAP. 23. NVM. 16.

Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur.

In peccato pacate viui nequit.

101 DElicta sunt lectuli inquibus peccatores non quiescunt, sed volutantur.

VEL SIC.

Peccata carnis volutabra spurcitiæ.

102 Delictis volutatio, & volutabra adaptantur, præsertim sensualibus propter eorum spurcitiã.

CAP. 23. NVM. 28.

Et non cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.

103 CUM viæ hominum in plurimum non rectæ, sed obliquæ, curuæ, & circulares sint, ideo non dicūtur â diuinis oculis conspici, sed circumspici.

Viæ hominum curuæ diuinos oculos ab innata rectitudine declinare faciunt.

104 Et notandum non dici: *lucidiores sole*, sed *super solem* ad differentiam Creatoris â creatura exprimendam, & super excellentiam declarandam.

Deus cum creaturis incomparabilis.

Et profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.

105 COrda hominũ abysso profundiora, ab isto enim ad illa fit ascensus. Vide infra cap. 42. num. 18.

Cor hominis abysso profundius.

CAP. 24. NVM 33.

Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hereditatem domui Iacob, & Israel promissiones.

106 MOyses mandauit Israeli legem, & promissiones: at Christus perfecit legis impletionem, & consummationem.

Moyses promisit, Christus adimpleuit.

CAP. 25. NVM. 7.

Quam speciosum canicies iudicium.

CAnicies absque prudentiæ iudicio potius est decrepitudo quam senectus.

Canicies fatua, non senectus decrepitudo est.

CAP. 25. NVM. 7.

Quam speciosa veteranis sapientia.

107 HOC est, super argentum caniciei inducere aurum sapientiæ: quo nihil pulchtius.

Caniciei argentum sapientiæ auro pulcherrimè adornatur.

CAP. 25. NVM. 36.

A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

108 SEparatio, etiam ad tẽpus, & secundum regulas prudentię â matrimoniali complexu, & cohabitatione explicatur nomine abscisionis, ad significandam huius sacramenti virtutem é duplici indiuiduo vnam carnem facientis iuxta

Coniugum ad inuicem separatio abscisio est.

ta illud Genes. cap. 2. num. 24. *Erunt duo in carne vna.*

CAP. 16. *NUM.* 1.

Mulieris bonæ beatus vir : numerus enim annorum illius duplex.

Bonam sortitus coniugem diutius viuit.

109 FIT ratio manifesta est : quia, cum ex amore inuicem transformentur, quilibet non solum suâ, sed coniugis etiam viuit vitâ.

CAP. 27. *NUM.* 1.

Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari auertit oculum suum.

Diuitiæ rarò absque conscientiæ detrimento augẽtur.

110 AVertit oculũ suum â via recta, seu â Deo, & præceptis eius.

CAP. 27. *NVM.* 3.

Conteretur cum delinquente delictum,

Delinquentis punitio delicti delectio est.

111 NUllum efficacius medium ad conterenda, & destruenda, delicta in aliqua communitate vel republica, quam contritio, & destructio delinquentium.

CAP. 27. *NVM.* 17.

Qui denudat arcana amici fidem perdit.

Secreti proditor humanitâ, infidelis, & diuinâ fide indignus.

112 QUI adeo enorme delictum perpetratur, perdit certè humanam fidem, dignus quidem quod mulctaretur amissione diuinæ.

CAP. 28. *NVM.* 12.

Secundum enim ligna siluæ sic ignis exardescit : & secundum virtutem hominis sic ira illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam.

Nimiè iracundus minimè virtuosus.

113 LOquitur textus dè virtute seu potentia physica : ideo comparatur igni ad combustibile applicato ; sed in virtutibus moralibus econtra accidit : qui enim est nimium iracundus, est minimum virtuosus.

CAP. 28. *NUM.* 28.

Sepi aures tuas spinis, linguam nequã noli audire.

Aures spinis aduersus susurrones armandæ.

114 AD aures spinas applicare oportet, ne susurrones, & qui loquuntur verba detractoria, & mendacià quæ palam pronuntiari nequeunt, auribus secreto suggerant.

Omnes sunt audiendi, sed non omnes â superioribus auscultãdi.

115 Et notandum, quod non præcipitur, auribus manus applicari, vel aliud apponi impedimentum, ne audiant : nam omnes audire debent, præsertim principes, & gubernatores ; sed non æqualiter omnes excipere ; veridicos quidem plausu, & approuatione ; fallaces verò, & susurrones aculeis exprobrationis, & reprehensionis.

CAP. 29. *NUM.* 1.

Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo.

Misericors tam Deo, quam hominibus fœneratur.

116 NON solum Deo, sed etiam proximo, quoniam misericors â Deo, & hominibus vsuram, & certe non exiguam, sed superabundãtem reportat.

CAP. 29. *NUM.* 13.

Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum : & non abscondas illam sub lapide in perditionem.

In vita auarus, in morte non solet esse proficuè liberalis.

117 SUB lapide sepulchri, solent enim esse inutiles ad æternam felicitatem consequendã eleemosynæ, & alia pia opera in morte relicta, ei, qui per totum vitæ spatium durus, & immisericors fuit. Ideo sub illo lapide non dicitur pecunia liberaliter distributa, sed auaré absconsa, & hoc *in perditionem* tam ipsius pecuniæ, quam animæ taliter abscondentis, seu relinquentis.

CAP. 29. NVM 15.

Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

Cor pauperis lucratiuus diuitis thesaurus.

118 COR pauperis est optimus, & securissimus saculus, in quo pecunia diuitis concluditur, & conseruatur.

VEL SIC.

Eleemosyna pro elargiente non solum orat, sed exorat.

119 *In corde pauperis* eleemosyna concludi iubetur, quia ibi, & amorem excitat, & charitatem auget, & non solum non perit, seu dispergitur; sed potius custoditur, & conseruatur: Et nota, quod eleemosyna pro elargiente non solum *orat*, sed etiam *exorat*.

CAP. 29. NVM. 16.

Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit.

Eleemosyna pro elargiente pugnat.

120 ELeemosyna est bellicum instrumentum, quo non solum visibiles hostes, & inuisibiles, sed etiam vel ipse Deus expugnatur.

CAP. 30. NUM. 11.

Ne des illi (filio scilicet) *potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius.*

Genius filiorum ad congruam ipsorum applicationem obseruandus.

121 NE *despicias cogitatus illius*, vt secundum illos dirigas filium tuum ad honestam vitæ, seu status professionem ipsi congruentiorem capessendam.

CAP. 30. NVM. 12.

Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.

Ad filiorum correctionem calcaribus, ad cetera fræno parentes indigent.

122 CUR sapiens filiorum correptionem hic, & pluries alibi repetito præcipit, & vsque ad exaggerationem intimat; de eorumdem vero competenti alimentatione, vestitu, & alijs necessaris, vix alicubi mentionem facit? An quia paternus, & naturalis amor in istis potius fræno, quam calcaribus; in illis vero potius calcaribus, quam fræno indiget?

CAP. 30. NVM. 16.

Non est census super censum salutis corporis.

Salus animæ salutis corporis longè præstat

123 SI *non est census super censum salutis corporis*, quid erit super salutis animę? Certè hic inenarrabilis est, nec arithmetico calculo comprehensibilis, & computabilis.

CAP. 31. NVM. 2.

Infirmitas grauis sobriam facit animam.

Plin. Iun. in Epist.

124 BEne ergo aiebat quidam discretione pollens, & meliore luce dignus: *Nuper me cuiusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus; quem enim infirmum aut auaritia, aut libido solicitat, &c.*

Corporis ægritudo animam sanat resolet.

CAP. 31. NVM. 7.

Lignum offensionis est aurum sacrificantium.

Qui auro litat sibi damnum infert.

125 SAcrificantium auaritiæ, seu auro tamquam idolo.

CAP. 31. NVM. 15.

Nequius oculo quid creatum? Ideo ab omni facie sua lacrymabitur.

Lacrymæ oculis in supplicium datæ.

126 LAcrymæ oculis datæ sunt in suppliciū malignitatis huius sensus.

CAP. 31. NUM. 16.

Ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus erubescas.

Inuidia moralis contagium est.

127 INuidia non solum lædit, non solum inficit, sed etiam contaminat, & tamquam lepra, ab omni humano cōmercio, & consortio repellit.

CAP.

CAP. 31. NUM. 29.

Nequissimo in pane murmurabit ciuitas, & testimonium nequitiæ illius verum est.

Auari circa annonam negotiatores nequissimi.

128 AVari circa annonam negotiatores taxantur, & nequissimi appellantur.

CAP. 31. NVM. 33.

Quæ vita est ei, qui minuitur vino?

Qui nimium meram bibit, parum viuit.

129 ILlam enim prodigit, & nimia dormitatione, & continua mentis perturbatione.

CAP. 31. NUM. 41.

In conuiuio vini non arguas proximum.

Inter conuiuentes aculea prohibita, non acumina.

130 SCommata inter conuiuas, & aculeata dicteria, non acuminata verba reprehenduntur.

CAP. 31. NVM. 42.

Verba improperij non dicas illi: & nō præmas illum in repetendo.

Plumbea verborum repetitio nō solū grauat, sed opprimit.

131 QUem non præmit, imo opprimit plūbea verborum repetitio, & volutatio?

CAP. 32. NVM. 6.

Vbi auditus non est, non effundas sermonem.

Prodigitur ratiocinatio vbi deficit rationalis auditio.

132 EFfundas dicit: quia dispergitur, & prodigitur ratiocinatio vbi deest rationalis auditio.

CAP. 32. NVM. 11.

Si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum.

Interrogationi responsio cohæreat.

133 HAbeat caput: ideſt pondus ratiocinij. Uel *habeat caput*: ideſt, incipe á modesta captatione animi auditium. Vel *habeat caput* cum ceteris orationis partibus, seu membris ipsi correspondentibus. Uel responde directe ad interrogata, nec per alia, ad rem non facientia, diuageris.

CAP. 32. NUM. 21.

Peccator homo vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

Iniqua exempla via iniquorum fulcra.

134 NVmquam desunt peccatoribus exemplaria ad res iniquas persuadendas, & peragendas.

CAP. 32. NUM. 26.

Et à filijs tuis caue, & á domesticis tuis attende.

A consanguineis plus quā ab extraneis cauere oportet.

135 A domesticis enim oritur, & spargitur bona, vel mala fama Patrum familias. Et notandum, quod significantius á filijs, quam à domesticis cauendum consulit.

CAP. 33. NUM. 1.

Timenti Dominum non occurrent mala.

Per viam rectā iustorū mala non incedunt.

136 QVia mala veniunt per vnam viam, & timens Deum vadit, & incedit per aliam.

CAP. 34. NVM. 2.

Quasi qui apprehendit vmbram, & sequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia.

Terrenæ dignitates oculorū mēdacia.

137 SI *visa*, quomodo *mēdacia*? Etsi *mendacia* quomodo *visa*? Imo omne quod videtur mendacium est. Hæc mihi videntur esse gradus reipublicę & temporales dignitates, quæ in mētibus ambitiosorum hominum tam vigilantium, quam dormientium continuo obuersantur.

CAP. 34. NVM. 12.

Multa vidi errando.

Per mundi plagas discurrentes multa vident.

138 ERrando, ideſt, per varias prouintias discurrendo.

VEL SIC

Errores prudentem regunt.

139 Prudens, errando discit, quomodo debeat dirigere viam suam, ne vlterius erret.

VEL SIC.

Prudentis error fatui directione præstat.

140 Prudens, errando, attingit metam; fatuus, metam attingendo errat.

Et

Et plurimas verborum consuetudines.

Loquendi modi vbique varij, & variabiles.

141 NON dicit: *Plurimas verborum significationes*, sed: *Consuetudines*, quia nihil in nationibus variabilius, & mutabilius, quam stilus, & modus loquendi.

CAP. 34. *A NVM.* 20.

Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani.

Deprecatio offensionis, & adiutorium casus.

Deus pro iustis, vel impossibilia, aggredi non dubitat.

142 QVid non erit Deus timenti se, cum pro ipso, non solum aduocatum agat, sed etiam supplicem, & deprecatorem? At cum impossibile sit, quod Deus alicui suppliciter prouoluatur, hæc clausula nos inducit ad existimandum, per exaggerationem dici posse, quod Deus pro iustis, & timoratis suis, vel impossibilia aggredi paratus sit.

CAP. 34. A *NVM.* 24.

Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris sui.

Panis egentium vita ipsorum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est.

Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

De eleemosyna, & mercede iusta defraudata Deus sacrificium respuit.

143 DEfraudans pauperem eleemosyna, tiam vt ad altare litet, & operariũ mercede iusta, tamquam homicida reputatur à Deo. Nota, quam conformiter ad omnem Sacræ Scripturæ seriem Christus dominus Scribas, & Pharisæos reprehenderit Matthæi cap. 15. à num. 3.

CAP. 34. *NVM.* 30.

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius.

144 EXpendenda verba contra eos qui in peccata prius commissa relabuntur. *Lapsu relapsus longe grauior.*

CAP. 35. *NUM.* 6.

Non apparebis ante conspectum Domini vacuus.

Qui bonis operibus caret, vacuus ante Deum apparet.

145 VAcuus bonis operibus præsertim misericordiæ.

CAP. 35. *NUM.* 17.

Non despiciet preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus.

Gemitus coram Deo non loquũtur solum, sed eloquuntur.

146 GEmitus nostri auribus diuinis articulati sunt. Psal. 5. ver. 2. & non solum loquaces, sed etiam eloquentes, & rethorici. Psal. 6. ver. 9.

CAP. 36. *NVM.* 27.

Vbi non est mulier ingemiscit egens.

Vbi Maria deest egens naturæ humana gemit.

147 PRæsertim vbi non est mulier illa inter reliquas omnes benedicta.

CAP. 37. *NVM.* 8.

Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso.

Sine consiliario infideli operari oportet; at non, sine consilio.

148 SI omnis consiliarius est infidelis, quomodo supra cap. 32. num. 24. moner, nihil sine consilio faciendum? Optime: nam non est idem facere, sine consiliario, ac facere sine consilio: operaturus enim debet secum perpendere quid facere oportet antequam se ad opus accingat, considerando primó: An liceat. Secundo: An deceat. Tertio: An expediat, quod est operari cum sui ipsius consilio, vt ipsemet textus aduertit.

CAP. 37. *NVM.* 12.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de ea, quæ æmulatur: cum timido de bello, &c.

Vitiosi circa virtutes solent esse boni theorici, sed mali practici.

149 VIdetur ironice loqui, vt se explicat infra num. 14, dicens: *Non attendas*

das his in omni consilio: sed ego doctrinaliter intelligi posse dicerem; omnes enim isti solent bene loqui & male operari, seu sunt boni theorici, & mali practici, & clausulam prædictam sic exponerem. Cum ab huiusce modi personis consilium requisieris, non attendas ad ea quæ faciunt, sed solum modo ad ea quæ dicunt, nec cum ipsis consortia, & commercia iungas, ne, specioſis eorum verbis illectus, prauis exemplis te perdant; sed cum viro sancto assiduus esto, ipsius enim efficaci exemplo omnia mala tua corriges, eximijsque virtutibus animum adornabis.

CAP. 37. NVM. 23.

Qui sophistice loquitur odibilis est.

Sophistica locutio omnibus odiosa.

150 *Sophisticè*, ideſt, animo fallendi, & alios circumueniendi. Hanc veritatem notaui, & expertus sum, cum theatra phyloſophica, & theologica olim iuuenis curſitarem vidi enim virum vere doctum, & pium ab omnibus male acceptum, & odio formali proſecutum, hac ſolum de causâ, quod ſophiſticis argumentationibus ſemper vtebatur.

CAP. 38. NVM. 5.

Nonne á ligno indulcata est aqua amara?

Multa naturaliter fiunt, quæ supernaturaliter facta existimantur.

151 HInc inferri poteſt, non miraculoſe, ſed naturali virtute lignum illud Exodi 15. num. 25. operatum fuiſſe: Uide Valleſium de Sacra phyloſophia.

UEL SIC TROPOLOGICE.

Crucis Christi symbola, vel naturaliter miraculosa.

152 TAnta ligno illi, ob crucis repreſentationem virtus inerat, vt actiones miraculoſas naturaliter operaretur.

CAP. 38. NUM. 9.

Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.

153 IN omni infirmitate potius á Deo, quam ab ope humana medela expectanda eſt, præſertim in ſpiritualibus ægritudinibus, & animi paſsionibus.

In omnibus animæ, corporisque paſsionibus potius á Deo, quã ab homine expectanda medela.

CAP. 38. NVM. 11.

Da suauitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem.

Offerentis deuotio oblationem impinguat.

154 ACtibus feruidis, & deuotis offerentis oblatio Deo facta impinguatur.

Et da locum medico.

Medico, præsertim spirituali, obtemperandum.

155 *Da locum medico* ſpirituali, & honorando illum, & expectando patienter humiliterque, quod medicamenta ſpiritualia ad tuam conſcientiam curandam ſuo ordine applicet, & congruenti tempore apponat.

CAP. 38. NUM. 15.

Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici.

Manus medicî peccatorum ſupplicium.

156 VNA ex grauioribus pœnis á Deo pro peccatis hominum inflictis eſt, in medicorum manus incidere.

VEL SIC.

Mors originalis peccati pœna; morbi male curati pœna sunt actualium.

157 Mors fuit originalis peccati pœna; at morbi, vt frequenter curari ſolent, pœna ſunt, & punitio peccatorum actualium.

CAP. 38. NUM. 16.

Fili in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incepe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius.

Pro defunctis ſuffragia augẽda funeralis põpa minuenda.

158 HIC, & funeralibus lamẽtationibus, põpiſque modus imponitur, & ſuffragia pro defunctis commendãtur.

CAP. 38. NVM. 18.

Et fac luctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem.

Se-

Defunctorum á viuentibus citissime memoria deficit.

159 SEcundo die iam non lugetur propter mortuum; sed propter viuos obseruatores, qui detrahere possunt.

CAP. 38. *NVM.* 23.

Memor esto iudicij mei: sic enim erit, & tuum: mihi heri, & tibi hodie.

Defuncti ad viuentes ex feretri suggesto muti declamatores.

160 HÆC verba non cessat tacitè ad viuos pro clamare omnis defunctus ex eo tempore, quo in feretro collocatur, vsque ad illud, quo materno terræ gremio excipitur, & eiusdem puluere cooperitur: Et est thema commune, & propriſsimum pro declamationibus defunctorum. Et nota, quod isti eloquentes muti ad viuentes non dicunt: *Tibi cras*, sed: *Tibi hodie.*

CAP. 41. *NVM.* 5.

Noli metuere iudicium mortis, Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni.

Mors, non tumultuariè, & indiscrete, sed cũ magno iudicio, & discretione ſiecat.

161 NON docet sapiens, quod iudicium illud tremendum, quod corã Deo statim post mortem subituri sumus, non metuendum sit: sed *iudicium ipsum mortis*, hoc est, animæ á corpore separationem: & aduertit, hanc non tumultuarie, & fortuito iam his, iam illis hominibus accidere; sed cum magno prouidentique iudicio Authoris naturæ, cuiusque viam dirigentis, vitamque disponentis, exerceri.

CAP. 41. *NVM.* 7.

Non est enim in inferno accusatio vitæ.

Damnati non de breui, sed praua vita anteacta, dolent.

162 NON *est in inferno accusatio vitæ*, breuis, vel longæ; sed bonæ, vel malę.

Damnatorũ de commissis inutilis dolor, & impœnitens.

VEL SIC.

163 Non datur in inferno accusatio, seu pœnitentia vitæ anteactæ, quę aliquid proficiat damnatis.

CAP. 41. *NVM.* 12.

Et si nati fueritis in maledictione nascemini: & si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra.

Resurrectio ad vitam Natiuitas, ad pœnam Mors appellanda.

164 RESurrectio nomine Natiuitatis appellatur, & damnatio æterna nomine Mortis: Matthæi cap. 25. num. 41.

CAP. 41. *A NUM.* 21.

Erubescite à patre, & matre de fornicatione: & à præsidente, & á potente de mendacio: à principe, & à iudice de delicto, &c.

Quinis superior de speciali quodam subditorum commissо grauius offenditur.

165 CAuete ne infamemini apud singulos de singulis, sunt enim mala enumerata, quæ magis ipsis stomachum mouent, & iram excitant implacabilem.

CAP. 42. *NVM.* 7.

Datum vero, & acceptum omne describe.

Tam á Deo, quã ab hominibus accepta ad memoriam, & gratitudinem describenda.

166 NON solum cum hominibus hæc rationalis æconomia seruanda est, sed etiam cum Deo, vt aduertamus quantorum ei beneficiorum debitores sumus. Ast hæc quis calculus enumerare potest?

CAP. 42. *NVM.* 18.

Abyssum, & cor hominis inuestigauit.

Cor hominis abyssо profundius, & nisi à solo Deo, inscrutabile.

167 POst inuestigationem abyssi, quæ est opus diuinæ omnipotentiæ, ponit humani cordis inuestigationem tãquam quid maius, & difficilius. Vide sup. cap. 23. num. 28.

CAP. 42. *NVM.* 26.

Et quis satiabitur videns gloriam eius.

Deus in præsenti vita cognitus satisfacit, in futura visus faciat

168 VIdens per speculum in ænigmate, vt fit in hac mortali vita; in patria vero cælesti satiabimur sine dubio cum apparuerit gloria eius: quæ satia-

tio

tio non erit fastidium pariens, sed æternum desiderium producens.

CAP. 43. NVM. 1.

Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ.

Cæli materialis pulchritudo in præsenti vita nõ satis percipitur.

169 QVam speciosum, & pulcherrimum in se sit ipsum cœlum materiale, quod omnia sublunaria contegit, non nisi in gloria existentes perfecte cognoscere, & per lustrare possumus.

CAP. 43. NVM. 2.

Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.

Sol continuo, & indeficienter humanam accusat præsumptionem.

170 IPsamet solis pulchritudo sui occasus enũtiatiua est: Sed cur illum appellat vas? Ad denotandum esse creaturam ad aliarum seruitium destinatam.

CAP. 43. NVM. 4.

Triplicitèr sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radijs suis obcæcat oculos.

Sol humiles illuminat, superbos exurit.

171 TRipliciter, idest maximè seu superlatiue respectu vallium inter montes existentium, quæ à radijs solaribus ægrè perlustrantur.

Sol mundi magnates triplici aspectu intuetur, vt ipsos percallere valeat.

172 Vel tripliciter, ob triplicem aspectum, quo montes lustrat, mane enim, & vespere latera opposita, meridie vero à cacuminibus ad radices illuminat.

Vel ipsum solem inuidia sædat, ac dedecorat.

173 Et notandum, quod naturalem illam, quasi inuidentiam, quam sol oculis inducit, aduertere non omittit.

CAP. 43. NVM. 5.

Magnus Dominus, qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.

Solis cursus ex Dei præcepto indeficienter velocissimus.

174 CUM scilicet dixit: *Fiant luminaria in firmamento cæli.* Genes. 1. num. 14. & infra num. 19. *Et factum est vespere, & mane dies quartus*: Tunc videtur præcepisse soli, quod viginti quattuor horarum breuissimo periodo tam immensum iter absolueret.

CAP. 43. A NVM. 8.

Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in consummatione.

Vas castrorum in excelsis.

Astris Deus suis giganteos hominum ausus retũdit.

175 LUna *vas castrorum*, hoc est instrumentum militare dicitur, quia plena figurat clipeum, crescens vel decrescens ægida. Sed ad quid in excelsis cælorum militarium instrumentorum vsus, & indigentia? An Luna clipeus est, quo se Deus ab hominum plusquam Giganteis ausibus, & eiaculationibus defendit, ac protegit?

CAP. 43. NVM. 11.

In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs suis.

Stellæ in Dei iudicio scelerum ab hominibus commissorum oculati testes.

176 STabunt, stellæ *ad iudicium* sancti Filij Dei maleficia, quæ ab hominibus nocte perpetrata fuerunt, testificatur, & hæc fortè sunt signa, quæ Christus Dominus Lucæ cap. 21. num. 25. in Sole, Luna, & Stellis futura prædixit, & ob hoc etiam referente Matthæo cap. 24. num. 29. dixit: Stellas é cælo casturas, scilicet ad testimonium in valle Iosaphath proferendum. Vide quæ ad Deuteronomij cap. 11. num. 21. animaduersa sunt.

CAP. 43. NVM. 26.

Qui nauigant mare, enarrent pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur.

Nauigationis pericula, nullus, nisi expertus, percipit.

177 NUllus enim alius, quam nauigator potest pericula maris, quam plura, magna, & terribilia sunt, proferre, & propalare, quæ in admirationem, & quandoque in stuporem animos audientium inducent.

CAP.

CAP.43. NVM.28.

Propter ipsum confirmatus est itineris finis.

Olim mare itinerũ terminus, nunc magnetis ope, tamquam terra teritur.

178 IAM mare non est itineris finis, nam post magnetis inuentionem vsumque, vltra longissimum, vastissimumque Occeanum progrediuntur homines, & mare, sicut terra, peragratur, & teritur.

Et in sermone eius composita sunt omnia.

Mare prouintiarum definitiuus diuisor.

179 VArij maris excursus, seu discursus cõponunt, & diuidunt terram in Partes, Prouincias, Insulas, Peninsulas, &c.

VEL SIC

Terram diuisit, Deus, vt humanæ ambitioni terminũ poneret.

180 Uerba huius numeri ad Deum referenda videntur, vt ex sequentibus colligere est.

CAP.43. NVM.37.

Omnia autem Dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam.

Impius, non vere sapiens; sed sciolus, & vaniloquus.

181 PIjs sapientiam concedit Deus, quam impijs negat, hi enim non sunt sapientes, licet tales appareant, nec scientes, sed scioli, vaniloqui, & loquaces.

CAP.44. NVM.3.

Homines magni virtute, & prudentia sua præditi.

Iusti, non infusis solũ, sed adquisitis etiam donis ornantur.

182 HOC est, donis supernaturalibus, & etiam naturalibus diuites, & ornati.

CAP.44. NVM.19.

Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro.

Mundana hereditas exigua.

183 IDest, hereditas vniuersi orbis ad Noe tres que ipsius filios deuoluta: Et nota in illa mundi quasi morte, quam exigua hæreditas reiicta fuit.

CAP.47. NUM.15.

Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine suo.

A Mariæ symbolo omnis hostilitas eliminatur.

184 SVbiectio hostium ponitur tamquam causalitas ad formationem domus Dei, quod pro Immaculata Deiparæ conceptione notandum est. Uide 3. Reg. cap.5. num.4. vbi ante primam templi formationẽ præcedit omnium hostium subiectio.

CAP.47. NUM.28.

Et imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo.

Superior iniquus à subditis consilium rogans, nutibus sibi respondere solet.

185 CVR dicit textus: *Consilio suo*, cum constet vsum fuisse consilio iuuenum cum ipso nutritorum 3. Reg. cap.12. num.14. Forte quia in facie ipsius Roboami legerunt illi iuuenes consilium, quod rogati exibuerunt.

CAP.48. NVM.1.

Et surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

Dei bonus minister se consumit, vt alios in cælum dirigat.

186 SUrrexit *quasi ignis*, quia in cælum dirigebat; *quasi facula*, quia Dei zelo se consumebat, vt alios illuminaret.

CAP.48. NVM.2.

Qui induxit in illos famem, & irritantes illum inuidia sua pauci facti sunt.

Zelus frequenter de inuidia suspectus.

187 ZElus Dei vndequaque bonus inuidia solet appellari; quid zelus malus nominandus erit?

CAP.48. NVM.14.

Et mortuum prophetauit corpus eius.

Vniuersalis Resurrectio in veteri lege verbis, & operibus expressa.

188 MOrtuum *prophetauit corpus Elisei*, quia per illam actionem 4. Regum cap.13. num.21. futuram omniũ resurrectionem enuntiauit.

CAP.49. NUM.5.

Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiã, omnes peccatum commiserunt.

Non

Reges, & superiores dupliciter peccare possunt, & solent.

189 NOnne peccauit Dauid adulterio? Sed non loqui videtur de peccatis personalibus, & priuatis, sed de peccatis in administratione iustitiæ, & officio regis commissis.

Peccatum, quod pœnitentia delet, velut non commissum existimari potest.

190 Sed cum Dauid etiam in officio regis peccauerit faciens numerari populum 2. Reg. cap. 24. Cur non peccasse dicitur? An peccatum quod pœnitentiâ deletum est, tamquam non commissũ reputatur?

CAP. 51. NUM. 30.

Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam.

191 NOtanda verba pro encomio, vel patẽtatione contionatoris insignis, vel aduocati.

Lingua bona, vel multa confitente Deus homines remunerare solet.

CAP. 51. NVM. 38.

Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

192 OPeramini in tempore vitæ præsentis, antequam adueniat tempus Dei, quod non est tempus meriti, sed retributionis condigni præmij, vel pœnæ.

Præsens sæculum tempus nostrum: futurum sæculum tempus Dei.

PROPHETIA ISAIÆ.

CAP. I. NVM. II.

Filios enutriui, & exaltaui.

AD CAP. 1. N. 2.
ISAIÆ PROPHETÆ.

Deus vtriusque parentis munere erga nos fungi dignatur.

1 ENUTRIUI, VT mater, *Exaltaui*, vt pater.

VEL SIC.

Deus non solum nos corporaliter nutrit; sed spiritualiter sublimat

2 Dedi eis bona temporalia per nutritionem significata, & spiritualia in exaltatione explicita, hęc enim sola sunt, quę creaturam rationalem exaltant, & Deo approximare faciunt.

VEL SIC.

Deus fidelibus large largitur, quæ infidelibus, non negat.

3 Dedi eis diuitias, & honores, ne quid de bonis naturalibus, quibus alij populi fruuntur, eis deficeret.

CAP. 1. *NUM.* 3.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

4 *Israel autem me non cognouit*, cum multo certius, & naturalius cognoscibilis sim à creatura rationali, quam á brutis homo, cui eorum dominium cõtuli.

Deus à creaturâ rationali certe ex naturâ luminę cognoscibilis.

5 Et notandum, quod qui Deum non cognoscit, & intelligit, etsi viribus ingenij, & acumine polleat intellectus, nil intelligere dicendus est.

Qui Deum non cognoscit nil intelligit.

CAP. 1. *NVM* 6.

A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

6 IIsdem verbis quibus propheta exprimit, quæ populus Israeliticus in pœnam scelerum commissorum patiebatur, exprimit etiam in sensu litterali spirituali, quæ Christus Dominus in satisfactionem eorundem scelerum perpessurus erat, vt aduerteremus, idem esse hominem peccare, ac Christum pati.

Idem est hominẽ peccare, ac Christum pati.

Sed

Christus solum in quantum homo passus, & passibilis.

7 Sed cur non dicit: *Usque ad verticem capitis*, sed solum: *Vsque ad verticem*? An quia cum in sensu spirituali de Christo Domino loquatur, & caput Christi Deus sit, qui impassibilis per naturam est, per hunc dicendi modum denotare voluit, Christum solummodo in quantum hominē passum fuisse?

CAP. 1. NVM. 16.

Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Deus omnia interiora nostra oculis suæ comprehensionis lustrat

8 COgitationes malæ ab oculis Dei auertendæ: *Homo enim videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor.* 1. Reg. cap. 16. num. 7. & psal. 7. num. 10. *Scrutans corda, & renes Deus*, per hæc verba euidens, & comprehensiua Dei intesiorum nostrorū cognitio exprimitur.

CAP. 1. A NVM. 21.

Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam; vinum tuum mixtum est aqua.

Ex iudicum negligentia scelera repullulant.

9 NEgligentia Iudicum, & iustitiæ ministrorū facit rempublicam homicidijs rapinis, & subdolis comestibilia, & potabilia vendentium fraudibus abundare.

CAP. 2. NVM. 3.

Quia de Sion exibit lex, & Verbum Domini de Ierusalem.

Legis gratiæ prænuntiata promulgatio.

10 LEX gratiæ, & Euangelij per vniuersum mūdum promulgatio.

CAP. 2. NVM. 22.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

Si Hebræi prophetis obtemperarent Christum D. non persequerētur.

11 COnsulit Hebræis, vt á persequendo Christum Dominum abstineant, qui bonos, & malos odoratur, ideo Apostolus 2. Corinth. cap. 2. num. 15. de iustis loquens ait. *Christi bonus odor sumus in omni loco.*

CAP. 3. A NVM. 1.

Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & á Iuda validum, &c. Et prudentem eloquij mystici.

Ad mysticā Ss. interpretationem prudentia in primis requisita.

12 PRudentem mystici eloquij dicit, non *doctum*, quia requirit hic modus exponendi Sacram Scripturam plus prudentiæ, quam doctrinæ.

CAP. 3. NVM. 4.

Et dabo pueros principes eorum.

Inconstantia in consilijs reipublicæ regimini pessima.

13 DAbo principes eorū *pueros* idest inconsideratos, & inconstantes in dictis, & determinationibus suis, consilia spernentes, quæ proprietates puerorum sunt, & reipublicæ regimini, non solum malæ, sed pessimæ.

VEL SIC.

Frequens regum ac regiminū mutatio magnū Dei flagellum est.

14 Reges eorum antequam ad iuuentutem perueniant, morientur, vnde frequentissimas regum, & regiminum mutationes experientur, & patientur, quod vnū è grauioribus Dei flagellis est.

CAP. 5. NVM. 7.

Expectaui, vt faceret iudicium, & Ecce iniquitas; & iustitiam, & ecce clamor.

Qui de suæ iustitia causa diffidit omnia clamoribus confundit.

15 CLamor contraponitur iustitiæ, vnde bene communiter dicitur, quod malam habet causam, qui nimium clamat, vel qui de iustitia diffidit sua clamoribus omnia miscet, & confundit.

CAP. 5. NVM. 10.

Decem enim iugera vineæ rum facient lagunculam vnam. & triginta modij sementis facient modios tres.

Eos, qui male decimant Deo, Deus decimare solet.

16 QUibus male fructus suos decimant Deo sementem decimat Deus, & sic pro triginta seminis mensuris, tres fructuum mensuras concedit, nec abundantius terram germinare permittit.

CAP. 5. NVM. 18.

Uæ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.

Qui iniqua faciunt, vt pompatice incedant, non feruntur, sed trahuntur.

17 CArpit eos qui iniqua faciunt, vt substantiã. & media acquirant, quibus in essedis, rhedis, & carrucis, alijsque vanitatis mundanæ instrumentis ferantur, & trahantur.

CAP. 6. NVM. 10.

Excæca cor populi huius.

Intellectiua virtus cordis oculi.

18 COR cum oculos non habeat, imo ex natura sua incapax visus sit, quomodo excæcari potest? Priuando illud intellectiuo lumine, & directione, quæ vices gerunt oculorum cordis, seu voluntatis, vt ex eodem numero patet.

CAP. 7. NUM. 4.

Nolite timere, & cor tuum ne formidet â duabus caudis titionum fumigantium istorum.

Idololatræ Inferni igne fumigant.

19 RAsin, & Phacee caudas titionum appellat Deus, quia ex vi præsentis decreti in infernum erant præsciti, vtpote idololatræ, & à vero, & legitimo Dei cultu ab horrentes. Fumigantes autem dicit, quia, quos debellabant, non Dei vera cognitione illuminabant, illustrabantque; sed vanissimo idololatriarum, & superstitionum fumo offuscabant, & obnubilabant.

CAP. 7. NVM. 18.

Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminũ Ægypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient, &c.

Importuni inimici muscæ aptissime compellantur.

20 SIbilabit, idest leui signo Assirios, & finiti nos eorum adducet Deus ad decẽ tribus consumendas quos muscas, & apes vocat, ob molestiam, importunitatem, & multitudinem: nouaculam etiam conductam num. 20. sequenti appellat ad denotandum quod terram decem tribuum rasam, & absque vllo Israelita habitatore relicturi erant.

CAP. 7. NUM. 20.

In die illa radet Dominus in nouacula conducta.

Deus tamquam instrumento carens ad nocendum segerit.

21 NOuaculam conducit, vt radat Deus, quasi instrumento carens ad feriendum, & nocendum. Vel, vt quidam aiunt, vt nimium radat, feriat, & percutiat, nam qui instrumentum aliquod conducit illud, quantum possibile est, deseruire facit.

CAP. 8. NVM. 1.

Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis: Uelociter spolia detrahe, cito prædare.

Verbum Dei nisi in libro grandi, & in genere moris infinito, hoc est Mariano libro scribi nequit.

22 VT quid tam grandis liber ad vnum tantum verbum semel repetitum scribendum? An quia illud est Uerbum diuinum, & in quantum Deus, & in quantum homo scribendum? Ex quo Mariæ magnitudo, ne immensitatem dicam, consideranda venit. Vel, vt Liranus hîc.

Sacra Scriptura grandis, imo immensus liber.

23 Hæc verba dicuntur Doctori theologo, vt sibi assumat librum Sacræ Scripturæ grandem pluralitate verborum, sed grandiorem profunditate sententiarũ.

CAP. 9. NVM. 3.

Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam.

Non Deum lætificat fidelũ numerus, sed perfectio.

24 MUltiplicasti gentem in te credentem per accretionẽ copiosi numeri Christianorum; sed lætitiam nõ magnificasti, quia plures eorum imperfecti, & male morati futuri sunt.

CAP.

CAP. 9. NUM. 5.

Quia omnis violenta prædatio, cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

Qui sanguine innocentum viuunt, eorũ sanguis Inferni igne ebulliet.

25 QUI sanguine innocentum vestem, & reliqua sibi ad vitam necessaria comparant, in combustionem ignis æterni reseruabuntur deuorandi.

CAP. 9. NVM. 7.

Zelus Domini exercituum faciet hoc.

Deus ex amore zelotipia quadã accenso homo factus est.

26 EX quodam zelo videtur acceleraſſe Deum Filij sui incarnationem, iam enim amplius tolerare non poterat, genus humanum á se valde dilectum cum idolis mæchari.

CAP. 9. NVM. 8.

Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.

Semen Verbi Dei in mala terra nõ germinat, in bona centuplum fructificat.

27 VErbum diuinum ad Hebræos quidem missum; sed cecidit in Israel, idest veros credentes, qui maiori ex parte ex gentibus cõgregati sunt. Vide Actuum cap. 13. à num. 26.

CAP. 9. NVM. 13.

Et populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.

Peccator obstinatus nec naturali impulsui, ad sui conuersionẽ obtemperat.

28 VEL id quod naturalissimum est omni homini, imo etiam bruto flagella recipienti, nempe faciem ad ferientem se vertere, non exequitur obstinatissimus peccator, ne ad Deum saltem externe, extrinsece, & apparenter conuerti videatur.

CAP. 9. NVM. 14.

Et disperget Dominus ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & refrænantem.

Deus iustissime iratus nemini solet parcere.

29 IDest: Principes, nobiles, & plebeios, nec nõ subditos, & rectores eorum.

CAP. 9. NVM. 15.

Et propheta docens mendacium ipse est cauda.

Superior peccata tolerans ex primo gradu in infimum deijcitur.

30 QUia operit immunditias, seu iniquitates populi, quas debebat propalare, & reprehensionis absterſorio mũdificare. Uel, vt ait Liranus hîc in glos. morali: Quia blanditur, & applaudit vitia, quæ debebat ipse reprehendere.

CAP. 9. NVM. 20.

Unusquisque carnem brachij sui vorabit.

Maximum reipublicæ malum ciuile bellum.

31 NON solum præ fame, sed etiam præ rauie, & desperatione. Loquitur propheta de corpore virtuali, seu mystico populi Israelitici sub metaphora corporis naturalis, vt patet ex immediate sequentibus: *Manasses Ephraim, &c.*

CAP. 10. A NVM. 1.

Væ qui condunt leges iniquas & scribentes, iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: & essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.

Leges iniquæ pauperum decipulæ.

32 HAS leges frequenter Christiani opponi ci aranearum telas vocant, quę muscas solum capiunt, aliaque exigua animalcula, & infecta; à robustioribus vero animalibus facillime rumpuntur, & impune dilacerantur.

CAP. 10. NVM. 6.

Et ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum.

Vide ad Psalmũ 17. num. 43.

33 ALludit ad illum Psal. 17. num. 43. *Ut lutum platearum delebo eos*: Vide quæ ad hunc locum notata sunt.

CAP. 10. NVM. 8.

Numquid non principes mei simul reges sunt?

In Rebuspublicis, quæ appellãtur liberæ, tot reges, quod consiliarij, & gubernatores.

34 HOC conuenit Rebuspublicis liberis aristocratico regimine vtentibus, vt Veneta, Genuensis, &c. Vide infra cap. 23. num. 8.

CAP. 10. NVM. 27.

Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo.

Gratiæ legis splẽdore Moysis vmbra euanescit.

35 TEMPUS legis gratiæ dicitur dies ob magnum ipsius splendorem, & illuminationem, qua vmbræ Mosaycæ legis omnino euanescent, & cessabunt, onera illius deponentur, & seruitus in libertatem Christianã commutabitur.

Et computrescet iugum à facie olei.

Gratiæ legis oleũ & iugum proprium emollit, & Mosaycum iugũ corrumpit.

36 TAlterum iugum legis antiquæ, per oleum nouæ legis corrumpetur, quod numquam reparari valeat. Uel si de iugo legis gratiæ loquitur, ait: quod præ suauitate ipsius legis non fentietur, ac si non esset, propterea aiebat Christus legifer noster: *Iugum meum suaue est, &c.* Matthæi cap. 11. num. 30.

CAP. 11. NVM. 12.

Et leuabit signum in nationes. Et cõgregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quattuor plagis terræ.

Signum crucis quattuor mundi plagas quattuor extremitatibus plagatis designat.

37 ET leuabit signum crucis. a quattuor plagis terræ quattuor extremitatibus crucis designatis, & indicatis. Et nota vocis *Plaga* æquiuocam significationem, tam ad mundi partes, quã ad Christi vulnera communem. Zachariæ cap. 13. num. 6.

CAP. 12. NVM. 3.

Hauritis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris

Baptismalis aqua de Saluatoris fontibus dimanat.

38 HAurietis aquas baptismales de fontibus mannum, pectoris, & pedum Saluatoris nostri Iesu-Christi.

CAP. 13. NVM. 6.

Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.

Dies Domini iustis læta; peccatoribus luguhris.

39 ULulate, imo clamore gaudij exultate, quia propè est Dominus: Sed væ miseris peccatoribus, quibus non veniet munificus, & gloriosus remunerator, sed terribilis vastator, & vltor.

CAP. 13. NUM. 8.

Torsiones, & dolores tenebunt; quasi parturiens, dolebunt; vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

Parturientis dolores Inferni doloribus comparabiles.

40 FAcies combustæ igne inferni, & notandum, quam vehementes sunt parturientis dolores, siquidem ipsis pænæ inferni comparantur, & per ipsos explicantur tam hic, quam Psal. 47. num. 8. *Ibi dolores vt parturientis.*

CAP. 13. NUM. 11.

Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

Maximum superbi supplicium ipsius frænare superbiam.

41 EN maximum supplicium superbi, & arrogantis, eum frænare, & reprimere, ne in suis excessibus vltra progrediatur.

CAP. 13. NUM. 12.

Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

Vindicatiuus animus auro vindictam præfert.

42 VIR Israelita maiori solicitudine, & diligentia à Medis inimicis suis quæretur ad occisionem, ac aurum inquiri solet ad possessionem. Vide infra num. 17.

UEL SIC.

In quouis genere raritas æstimationem auget.

43 Vir Israelita auro pretiosior erit ob signum numerum à cæde, vel captiuitate relinquendorum.

CAP. 14. NVM. 2.

Et tenebunt eos populi.

Tenere, & æstimari, idem est.

44 IN pretio scilicet, & æstimatione.

CAP.

CAP. 14. NVM. 4.

Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium.

Tributa iniusta tyrannos non corroborant, sed debilitant.

45 Tributa, quæ iniuſtè tyranni â populis extrahunt vi, & virga dominij sui, sunt baculi significantes, vel portendentes eorundem tyrannorum debilitatem præsentem, vel futuram: baculus enim est instrumentum, quo vtitur, qui ægrotat, vel male stat, aut incedit.

CAP. 14. NVM. 8.

Abietes quoque lætatæ sunt super te, & Cedri Libani: ex quo dormisti non ascendet, qui succidat nos.

Quæ iniusta tributa incedunt, cædunt, & grassantur.

46 POpulum tributis granatum non comparat, pomarijs, oliuetis, vineis, alijsque locis fructiferis, ex quibus suluis arboribus, fructus opportuno tempore percipiuntur; sed siluæ comparat cæduas, quia quâ tributa incedunt, cædũt, & grassantur, nec eorũ exactores fructibus naturalibus, idest redditibus annuis contentari solẽt, sed ipsas arbores, idest subditos destruere, & annihilare nituntur.

CAP. 14. NVM. 16.

Quite viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient.

Nimium depressus nisi à depresso non perspicitur.

47 ADeò eris depressus, & terræ coæquatus, vt necessaria sit magna inclinatio, & capitis seu oris demissio ad hoc vt videaris.

CAP. 16. NVM. 3.

Ini consilium, coge concilium: pone quàsi noctem vmbram tuam in meridie.

Per consiliantiũ confusionẽ Deus grauissimè punit.

48 CVM alicui Deus reipublicæ iratus est, cõsiliarij eius in meridie palpare solent, sicut in tenebris, hoc est, ros clarissimè reipublicæ proficuas nõ vident, vt illas adducant, nec nociuas, vt euitent, seu auertant.

CAP. 17. NVM. 5.

Et brachium eius spicas eget.

Cum Deus non fallet, labor non proficit, etiam minus.

49 NON manipulos, sed spicas leget, & has, non manu, seu brachio: hoc est, multum conatum adhibebit, & parum colliget.

CAP. 17. NVM. 7.

In illa die inclinabitur homo ad Factorem suum, & oculi eius Sanctum Israel respicient.

Ab æterno inuisibilis, in tempore factus visibilis.

50 INclinabitur non solum affectione, sed etiam oculorum adspectione, tantum enim se humiliaturus Deus est, vt invisibilis, fiat homo visibilis.

CAP. 17. NVM. 11.

In die plantationis tuæ labrusca.

Fructus, quem Christus in Synagoga inuenit, malus, & exiguus.

51 HIC est fructus, & præcoqua messis, quam in vinea Synagogæ inuenit Hæres ad eam missus.

Et mane semen tuum florebit.

Semen Verbi Dei in Synagoga actum in Ecclesia resplenduit.

52 SEmen est verbum Dei, quod in area Synagogæ iactum, & seminatum, in vberem Ecclesiæ segetem citò floruit.

Ablata est messis in die hereditatis, & dolebit grauiter.

Christus moriẽ, & mortem vicit, & synagogam exheredauit, ac destruxit.

53 ABlata est messis Synagogæ in die mortis Christi Domini ex quo grauiter doluit, vt clarè patuit in illis, qui *percutientes pectora sua reuertebantur*. Lucæ cap. 23. num. 41.

CAP. 18. NVM. 7.

In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo terribili, post quem non fuit alius, à gente expectante, expectante, & conculcata.

Post Christi mortem, Hebræi, populus dilaceratus, & expectas.

54 HÆC omnia, quæ propheta Ægyptijs comminatur, Hebræis in præsenti statu accommodari possent, nisi forte de his sub Ægyptiorum figura prophetabat.

CAP.

CAP. 19. NVM. 3.

Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo.

Cum consiliarij inter se dissident Respublica crepat.

55 HOC fit, quando consiliarij alicuius regni gubernatores, qui spiritus, & anima reipublicæ sunt inter se diuiduntur, & vnusquisque abit in dictamina ceteris opposita: Vide infra num. 11. & 14.

CAP. 19. NUM. 15.

Et non erit Ægypto opus quod faciat caput, & caudam incuruantem, & refrænantem.

Regno conuulso respublica deformatur.

56 NON erit forma reipublicæ, nec actus distinctiui inter nobiles, & ignobiles, ex paucitate enim relinquendorum hoc opus non erit.

CAP. 19 NVM. 20.

Et mittet eis Salvatorem, & propugnatorem, qui liberet eos.

Primus Ægyptiorum Saluator ipsos aluit: secundus á dæmone liberauit.

57 SIcut olim Iosephum filium Iacob ad eos miserat: Genes. cap. 41. num 45. Forte hic de Christi in Ægyptum descensu propheta loquitur, ex quo â dæmonum idololatrica impostura liberati sunt: Vide supra num. 1.

CAP. 20. A NVM 5.

Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia spes sua, & ab Ægypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce hæc erat spes nostra, &c.

Quem Deus deserit á nullo adiuuari speret.

58 IVdæa hic translatitiè insula dicitur, ad significandam eius ab omni finitimorum auxilio destitutionem.

CAP. 21. NVM. 4.

Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum.

Omnes vult Dominus saluos fieri.

59 BAbylon, quod expressum peccatorũ symbolum est quomodo â Deo dilecta dicitur? Quia peccatores etiam vult pijssimus Deus saluos fieri.

60 Et notandum dici in miraculum Deo positam Babylonem, quia peccatorum conuersio maximum Dei miraculorum est.

Maximum Dei miraculum peccatorum conuersio est.

CAP. 22. NUM. 1.

Onus vallis visionis. Quid nam quoque tibi est, &c

Peccatorum pondus montem excelsum in vallem deprimit.

61 LOcus in quo Ierusalem fundata erat, Abrahami tempore Terra visionis seu mons â Deo vocabatur; nunc vallis visionis dicitur, quia peccatorum onere depressa, & in profundum abyssi humiliata, nec nõ magno rigore punita: Vide infra num. 5.

CAP. 22. NVM. 6.

Et parietem nudauit clypeus.

Belli tempore, vel parietes nuditatem, & damnum patiuntur.

62 NVdauit clypeus parietem é quo pendebat tempore pacis suspensus.

CAP. 22. A NUM. 15.

Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum. Quid tu hic, aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligentér, in petra tabernaculum tibi.

Præsul desidiosus tãquam mortuus reputandus.

63 CUM nec summus é Sacerdotibus Mosaycæ legis in templo sepeliretur, cur Sobnam templi præpositum excidisse sibi in templo sepulchrum dicitur? An, vt summam illius desidiam, & negligentiam in suo adimplendo munere propheta demonstraret? quod confirmare videtur illud quod infra num. 19. legitur, nempe: *Expellam te de statione tua.*

CAP. 22. NVM. 22.

Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius.

Crucis sceptrum super humeros collocandum.

64 CUM clauis manu tractetur, adaptetur que super humero, oneriferendo idoneo applicatur? An quia hæc clauis crux Christi est, *cuius imperium super humerum eius?*

VEL

VEL SIC.

Qui pœnitentiales forum administrant onus magnum super tollant.

65 Hæc clauis Ecclesiæ potestatem, & pœnitentiæ significat sacramentum, vt subsequentia verba demonstrãt, scilicet: *Et aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat*: Quæ clauis super humerum collocatur, vt aduertant quantum oneris super se tollant, qui his muneribus inseruiunt; vel ad denotandum Ecclesiæ principatum non in thronorum, & subselliorum honoribus, sed in ferendis oneribus consistere, ideò optimus ille prælatus Pastor ouem perditam quæsiuit, & eam magna cura, & diligentia inuentam humeris suis imposuit. Lucæ cap. 15.

CAP. 22. NVM. 23.

Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit solium gloriæ domui patris eius.

Paxillus crucis valdé firmus.

66 ETsi paxillus, valdé firmus, quia â Deo fixus, & in eo Christus crucifixus.

Mundi contemptibilibus Deus fortia cõfundit.

67 Sed quomodo exiguus paxillus in solium gloriæ esse potest? *Quia quæ contemptibilia sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* 1. Corinth. cap. 2. num. 28.

Crucis opprobriũ super capita supremorum principum exaltatũ visitur.

68 Et forte non inepte intelligi potest hic textus, de exigua illa cruce quæ in thiara summi Pontificis, diademate Imperatoris, & coronis regum supereminet, quę cuspis est, & zenith sublimium, & supremarum harum dignitatum tam spirítualium, quam temporalium.

CAP. 22. NUM. 25.

In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit, quod pependerat in eo.

Omnes mundiales dignitates ê paxillo fragilis vitæ pendent.

69 OMnes mundi dignitates, & gloria earum é paxillo vitæ naturalis pendent, quó nil debilius, & fragilius considerari potest.

VEL SIC

Qui hæreticales sequuntur errores Christum, & eius crucem euacuant.

70 Hæc verba allegoricé intelligi posse videntur de illis Prouintijs, & Regionibus, quæ â vera fide, & religione in fallam, & erroneam delapsę sunt.

CAP. 23. NUM. 7.

Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.

Qui de antiqua terræ possessione gloriantur, à Deo in exilium, & peregrinationem compelli solent.

71 AD *peregrinandum* vsque in Hispaniam, ad quam ex hac vastatione confugerunt Tyrij.

CAP. 23. NVM. 15.

In obliuione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius.

Regum solicitudines communẽ vitæ periodum addecimare solent.

72 PEriodus vitæ potentatuum octoginta anni sunt, vt ait Dauid psal. 89. num. 10. sed regibus, ob nimias curas tantique muneris solicitudines, ex cõmuni eorum vitæ curriculo decem anni detrahuntur.

CAP. 24. NVM. 23.

Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Scelerum perpetrationem res etiam inanimatæ erubescunt.

73 HÆC videntur esse signa in sole, & luna quę Lucę cap. 21. num. 25. referuntur, sed cur per erubescentiã, & confusionem explicantur? An ista luminaria magna in illo vniuersalis iudicij die confusionem, & erubescentiam, eo modo quo possunt, passura sunt, ex eo quod peccatoribus ad sua scelera perpetranda, etsi inuoluntariè, deseruierint? Consonat etiam hic textus cum illo Apocalipsis cap. 4, num. 4.

CAP. 25. NUM. 6.

Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

Pin-

Non omnes, qui sapientes apparent, verè sapientes sunt, sed qui pura, & divina sapientia imbuti.

74 PINguium medullatorũ ad distinctionẽ pinguium sine medulla seu substantia, hoc est, qui videntur eruditione pleni, sed vacui, tantúmque inflati sunt. Vindemiæ verò defæcatæ nomine excluduntur illi, qui eruditi quidem sunt, sed absque discreta electione, & selectione rerum, & notitiarum; & cum confusa fæcum, ad mixtione hoc est rerum vanarum, obscœnarum, & inutilium.

CAP. 25. *NVM.* 7.

Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam ordituꝰ est super omnes nationes.

Originale peccatum in Caluariæ monte præcipitatum.

75 HOC vinculo generali, & hac tela vniuersali videtur originale peccatum significari in Caluariæ monte præcipitatum.

CAP. 26. *NUM.* 5.

Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit.

Romæ gentilis superbia per Christi fidem humiliata.

76 CIuitatem *sublimem*, hoc est Romam super septem montes fundatam, & ædificatam, & in ea totum orbem cuius est caput, & fuit, subiugaturus est.

Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.

Roma gentilis veræ fidei professoribus replenda prænuntiatur.

77 DEtrahet *eam*, Romam scilicet *vsque ad puluerem* humilitatis Christianæ: Vel implebitur in ea prophetia de vero Abrami semine hoc est veræ fidei professoribus terræ pulueri comparatis, Genes. cap. 13. num. 16.

CAP. 26. *NUM.* 6.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

In Roma Christi magisterium, & Petri cathedra immobilis.

78 PES Petri, qui post lustratam Antioquiam, & illustratam, in Roma pedem, cathedramque fixit immobilem.

Petro Pes ob firmam immobilitatem Paulo Pedes ob eius peregrinationes continuas attributi. Omnes Apostoli vel personaliter, vel virtualiter Romanæ Sedi detulerunt.

79 *Pedes pauperis*, & vincti Pauli, qui, per ad Cæsarem appellationem, in Romanam Curiam pedes suos direxit.

80 *Gressus egenorum*, idest aliquorum ex ceteris Apostolis, qui Romam obiter pertransierunt.

CAP. 26. *NVM.* 14.

Morientes non viuant, gigantes non non resurgant.

Duplici vitæ, tẽporali scilicet & æternæ duplex mors correspondet.

81 POst mortem naturalem est alia vita, & carentia illius, quæ carentia propriſsima translatione mors dici solet. Textus iste, quo dogma fidei nostræ comprobatur, consonat illi Matthæi cap. 10. num. 28. *Et nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest, & animã, & corpus perdere in gehennam.*

Hæretici dogmatistæ gigantes cælo bellum inferẽtes.

82 *Gigantes non resurgant.* Isti videntur esse, peruersores, & prauorum dogmatum seminatores, qui tamquam antiqui gigantes bellum cælo inferre conantur prohibentes, ne cęlicolis repleatur, quæ maxima in cælum hostilitas est: ideo, non solum ipsis, sed etiam ipsorum Prouintijs, & regionibus ruinam vaticinatur, infra num. 19.

CAP. 26. *NUM.* 20.

Uade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscõdere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

Præsentis sæculi duratio, respectu æternitatis, momentum est.

83 HÆC verba ponderari possunt in parentationibus generalibus fidelium defũctorum. Ostia super se clausa, sepulchrorum opercula: Modicum, & Momentum, spatium, & duratio præsentis, sæculi secundum communem patrum intelligentiam, dici possunt.

CAP. 27. *NVM.* 1.

In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathã serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosũ, & occidet cetum qui in mari est.

Dra-

Diabolus multi formis ad nocendum.

84 DRaco, in terra serpit, in aquis natat, volat in aere: inde diabolus, & serpens, & cetus, & leuiathã: Diuus Gregorius in glos. hîc. Quibus adderem, etiã cremari in igne, qui est gladius durus, fortis, & grandis Dei, sed Sanctus ponderare videtur elementa illa in quibus diabolus agit, & grassatur, vt homines caueant, sibique prospiciant; non vero illud elementum, in quo diabolus agitur seu patitur, licet etiam ibi, tamquam iustitiæ diuinæ satelles, & instrumentum, condamnatos torqueat.

Et notandum quod diabolus quandoque est vectis durus scilicet ad resistendum, quandoque flexibilis, & facilis ad cedendum, prout videt ipsi conuenire ad homines inescandos, & capiendos.

CAP. 27. A NVM 2.

In illa die vinea meri cantabitur ei. Ego dominus qui seruo eam repentè propinabo ei.

Ecclesiæ vineæ tribulationibus á Deo excolitur.

85 VInea meri Ecclesia dici potest, quæ continuó laudes diuinas concinit; quod merum quandoque mixum est tribulationibus, quibus assolet Deus hanc dilectam suam vineam putare, & excolere, non vt destruat, sed vt in vberiores fructus reflorescat, ideo prosequitur: *Nocte, & die seruo eam* est enim dilectissimæ huius vineæ Samaritanus, seu custos.

CAP. 27. NVM 6.

Et implebunt faciem orbis semine.

Seminis Euangelici vniuersa terra area est.

86 SEmine euangelico ab Apostolis Christi Domini per vniuersum orbem palam, non clandestinè disseminato, ideo facies orbis impleta dicitur.

CAP. 27 NVM. 13.

Et erit: In die illa clangetur in tuba magna, & venient, qui perditi fuerant, &c.

Iudicialem tubã, etiam qui non sunt, auditurí sunt.

87 ILla scilicet magna, & tremenda tuba; quam omnes qui fuerunt, sunt, & erunt audituri sunt, & quam Apostolus 1. Corinth. cap. 15. â num. 52. commemorat, in cuius signum certitudinis apponitur illa propositio: *Et erit.*

CAP. 28. NVM. 1.

Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti.

Flos decidens iuuentus est.

88 FLos decidens ætas iuuenilis est immaturâ morte marcescens.

Qui erant in vertice vallis pinguissimæ.

Præsumptio infimorum proprietas.

89 VIde de hac valle supra ad cap. 22. num. 1. sed quomodo vallis hæc verticem habere dicitur, cum nil magis valli contrarium, quam vertex sit? An quia viliores semper conantur se altius attollere per præsumptionem?

CAP. 28. NUM. 3.

Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

Vertiginosa quædam ebrietas superbia est.

90 SUperbia est quædam mentis ebritatas, quæ caput vertiginosum reddit, ac propterea ineptum vt in eo dignitatum corona consistat, sed ad pedes decidat conculcanda, ideo sequitur: *Et erit flos decidens, &c.*

CAP. 29. NVM 4.

Humiliaberis, de terra loqueris, & de de humo audietur eloquium tuum.

Peccator ter humiliatur, quia triplici tyranno subijcitur.

91 DE terra loqueris; non solum, quia postrata; sed etiam quia de rebus terrenis erit locutio tua. Et notandum, quod ter humiliatur peccator, quia tribus dominis, dæmoni nempe, mundo, & carni subijcitur.

CAP. 30. NUM. 2.

Habentes fiduciam in vmbra Ægypti,

Auxilia externa vmbratilia.

92 INauxilio Ægypti vmbratili tantum, & apparente; non vero, seu efficaci.

CAP 30. NVM. 6.

Onus iumentorum Austri.

Hæc

Qui se expoliat, vt ab alijs inefficaciter adiuuetur, iumentum est.

93 HÆC iumenta sunt ipsi Hebrei pretiosioribus regni sui diuitijs onusti ferentes illas in terram Australem respectu ipsorum, nempe Ægyptum, vt ab Ægyptijs auxilium inutile, imo, & nociuum impetrarent: quod multis principibus frequentér respectu finitimorum, vel affinium potentiorum accidere solet.

Subdola Nationũ solertia Hispanicas diuitias exsugit.

94 Per accomodationem hic textus Indico Hispanorum comertio applicari potest, quod fere totum in exterarum Prouintiarum vtilitatem cedit, relicto solum Hispanis onere metalla merceſque, tamquam iumenta, deferendi.

CAP. 30. *NVM.* 15.

In silentio, & in spe erit fortitudo vestra.

Secreti obseruatio, & occasionis cognitio imperij pols sunt.

95 IN secreto seruato, & tigidè, ad amusimque obseruãdo, & in temporis opportunitate cognoscenda, captandaque imperij robur consistit.

CAP. 30. *NVM.* 21.

Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis.

Magna Hebræorũ fœlicitas Christum audisse: vtinám obauaissent!

96 ILLius scilicet, qui dicturus est: *Qui vult venire post me ab neget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Matth. cap. 16. num. 24.

CAP. 31. *NVM* 4.

Quia hæc dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, & cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit.

Peccatore impœnitente moribundo diabolus adstãtes Ecclesiæ ministros non veretur.

97 HÆC per accõmodationem conueniunt peccatori impœnitẽti in mortis articulo constituto, cui licet multi sacerdotes, virique pij, & religiosi assistant; & in tanto periculo adiuuare conentur, diabolus tamen, in cuius possessione iam feré est, & qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, de illis adstantibus, & enixé laborantibus nihil curat, sed prædæ insistit, donec eam totalitér apprehendat, macter, & discerpat.

CAP. 31. *NVM.* 5.

Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens, & liberans, transiens, & saluans.

Deus tam in Matre præseruanda, quam in ceteris saluandis velocissimus.

98 PRomptitudo, velocitas, & celeritas auxilij diuini hic describitur, nec non vtraque redemptio, præseruatiua scilicet, & curatiua: *Protegens*, ne â dæmone capiatur Ierusalem id est mater ipsius, nã vt ait D. Ambros. Serm. 87. *Mater enim quodammodo dulcis est patria, quæ te genuit, quæ nutriuit.* *Liberans*, scilicet iam captiuos, qui sunt reliqui omnes præter Mariam.

CAP. 32. *NVM.* 6.

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter.

Hypochysis temeritas, vel ipsum Deum fallere præsumit.

99 QUod hypocritæ virtutis laruam ad homines fallendos assumant, non miror; quod ipsum etiam Deum fallere intendant, hoc maximé mirandum est.

CAP. 32. *NVM.* 8.

Princeps verò ea, quæ digna sunt principe, cogitabit, & ipse super duces stabit.

Præcipua regum cura religionis conseruatio, & bellorum personalis administratio.

100 INter multas príncipe dignas cogitationes, quas illi Deus, nisi peccata populi præpediant, in spirare solet, ea feré præcipua est: Prouintias â dominio suo diuulsas, & â vera fide deficientes per se ipsum debellare, & reducere. Et notandum: Negotia ad bellum pertinentia per ipsummet principem tractari debere, & expediri,

CAP

CAP. 32. NVM. 20.

Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis, & asini.

Seminatores Euãgelici laborem bouis cum tolerantia asini cõiungant.

101 TRanslate conuenit textus hîc Apostolis, alijsque euangelicis operarijs, erudientibus vtrumque populum Hebræorum scilicet, & Gentilem in aquis significatum, cum labore bouis, & tollerantia asini.

CAP. 33. NVM. 14.

Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas: Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

Beati Deo igniũtur, & lumine gloriæ inflammantur.

102 IN isto igne, & ardoribus, non exprimit propheta (vt pluries, è suggesto ad populum declamantes audiui) Inferni ignem; sed potius beatitudinem ipsam, & fruitionem Dei, qui ignis deuorans, & consumens est, nec non, & lumen gloriæ, quo beati igniuntur, vt ex contextu subsequenti patet.

CAP. 33. NVM. 18.

Vbi est litteratus? Vbi legis verba ponderans? Vbi doctor paruulorum?

Christiani puerorum pedagogi minime despiciendi.

103 NOta inter quos ponit, & per ascensum præfert, paruulorum in vera fide, & religione instructores, pedagogos, & magistros, ne hæc valde necessaria, & laudabilia munera exercentes despiciantur.

VEL SIC.

In sacris litteris nõ versatus, nõ vir, sed puer appellandus.

104 Qui sacram ignorat scripturam, non vir; sed puer paruulus nominari debet.

CAP. 33. NUM. 24.

Nec dicet vicinus: Elangui: populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

103 IN populo á quo deest iniquitas, deest etiam infirmitas.

A peccatis abstinere animæ, & corpori profuturũ.

CAP. 34. NUM 6.

Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.

Gladius Dei percutientis non solum interna, sed etiam intima penetrat.

106 NON solum ad interna, hoc est cuti proxima, sed etiam vsque ad interiora, & intima gladius Domini percutiens penetrabit in omnibus reipublicæ gradibus, statibusque horum populorum per diuersa illa animalia significatis, & expressis.

CAP. 35. NUM. 6.

Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

Aqua baptismalis originalis peccati compedes confringit.

107 AQUÆ baptismatis Ioannis, in pœnitentiam; Christi, in remissionem peccatorum, quod Christi baptisma compedes peccati originalis confregit, & linguam primi parentis pomo impeditam soluit, & expediuit, ideo dicitur: *Tunc saliet sicut cervus claudus, &c.*

CAP. 36. NUM. 5.

Quæ est ista fiducia, qua confidis? Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis?

Superbus potentior de infirmiore despectiue loquitur.

108 CUR sic Sennacherib cum rege Iuda, ipsi nec subdito, nec tributario agit? Ad potentiam suam ostentandam hostisque debilitatem cõtemptiue propalandam ex superba animi præsumptione, qua persuadere nitebatur, quod inferior in viribus, & armis, qui potentiori resistere conatur, non tam bellum gerere, quam *rebellare* dicendus sit.

CAP.36. NVM.6.

Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: Sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo.

Auxiliares copiæ potentiorum, plus ad dominandum, quam ad auxiliandum aduenium.

109 SIC Pharao rex Ægypti, quem non pauci alij principes, & imitantur, & imitabuntur.

CAP.46. NUM.10.

Et numquid sine Domino ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam?

Religio bonorum principum cynosura; malorum prætextus.

110 PRincipes, etiam impij, & infideles, semper religionem prætexunt ad sua negotia benè agenda, & perficienda: sed huius impij regis commẽtum, vel ex eo falsitatis conuinci posset, quod Deus etsi aliquando homines punire, numquam tamen vult disperdere.

CAP.36. NUM.12.

Et dixit ad eos Rabsaces: Numquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista; & non potius ad viros, qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum?

Miserrima obsidiatorum conditio.

111 *Bibant vrinam pedum suorum vobiscum:* Hoc est: Non solum viles, & plebei, sed etiam vos nobiles, & non solũ bibatis vrinam, sed hanc turbidam, pedibus conculcatam, & terra commixtam.

Obsidiatorum statum percallere prima obsidianium cura.

112 Et notanda intima, & individualis notitia, quam hostes de statu obsessorum habebant, quorum extremam esuriem, & debilitatem, non solum per ista verba exprimunt, sed etiam per illa insinuatam præmittunt, scilicet: *Ad viros qui sedent in muro*: ac si dicerent; sedent, quia præ maciẽ, & virium destitutione stare non possunt, sicut more bellico oportebat, & facere debebant.

CAP.38. NVM.1.

In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.

Rex moriens de propria domo, Deus de regno disponit.

113 DE domo disponere sua ad regem pertinet; de regno verò ad Deũ spectat.

VEL SIC.

Rex bonus omnes subditos tãquam domesticos æstimat.

114 Bonus rex suum regnum tamquam propriam domum considerat, & remotiores subditos, tamquam domesticos suos computat: Vide ad 2. Reg. cap. 3. num. 1. & 4. reg. cap. 20. num. 1.

Bonus rex regni malis ægrotat.

115 Sed cur de temporis circumstantia mẽtio fit? Certé, vt innueretur, grauissimæ illius ab Ezechia rege perpessæ ægritudinis calamitatem publicam, ac de periclitante populo solicitudinem in causa fuisse.

CAP.38 NVM.2.

Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominũ.

Orationi assuetus ex qualibet creatura ad creatorem ascendit.

116 CUR faciem suam ad parietem conuertit Ezechias, vt Deum oret? An ex pariete ad Dei contemplationẽ mouebatur religiosus, & pius rex cõsiderans, quod sicut paries est fulcimentum domus, sic Deus vitæ nostræ fulcrũ, & fundamentũ est?

VEL SIC.

Deus non longe est ab vno quoque nostrũ: actuũ cap. 17. n. 27.

117 Deprecari volebat Ezechias eum, qui stat *post parietem nostrum*, Canticorum. cap. 2. num. 9.

CAP.38. NVM.3.

Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.

Quod

De diuina, non de humana approbatione curandum est.

118 QUod bonum est in oculis tuis facere curaui, ait ad Deum Ezechias, de oculis, seu hominum approbatione non curans.

VEL SIC.

Non solũ externe, sed præcipue interne boni esse procuremus.

119 Non solum exterius, quod hominibus patet; sed etiam interius, quod tibi soli notum est, bonus esse studui, & conatus sum.

CAP. 38. A NVM. 5.

Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos; & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam.

Regum lacrymæ apud Deum efficacissimæ.

120 LAcrymæ fuerunt vltimum, & efficacissimum motiuum diuinæ pietatis ad Ezechiæ vitam prorrogandam, & ciuitatem regiam protegendam.

CAP. 38. NVM. 9.

Scriptura Ezechiæ regis Iuda cum ægrotaret, & conualuisset de infirmitate sua.

Temporalis vitæ, etsi miseræ, cõmune omnibus desiderium.

121 CVR *Scriptura* dicitur, & non *Canticũ* cum sit metrica compositio, quæ subsequitur, & de qua propheta loquitur? An quia, vt ait Augustinus in psal. 44. *Verbum, quod profertur sonat, & transit, quod scribitur manet*: Ezechias ergo ob nimium tẽporalis vitæ desiderium, compositionem suam compellare maluit scriptutam permanentem, quam cantilenam sonoram, & transeuntem?

VEL SIC.

Beneficij gratitudo perpetua esse debet.

122 Canticũ istud fuit quædam scriptura obligationis, & gratitudinis, qua se Ezechias Deo ob tantum beneficium obstrinxit.

VEL SIC.

Temporalis vitæ prorrogatio non est cantico celebranda.

123 *Scriptura* dicitur, non *Canticum*, quia est gratiarũ actio pro concessione miseræ huius vitæ temporalis non pro vitę æternæ concessione sicut in alijs Sacræ Paginæ cantic is solemne est.

CAP. 38. NVM. 15.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Grauis ægritudo optima ad confessionem generalem dispositio.

124 GRauis ęgritudo optima dispositio est ad totius anteactæ vitæ recognitionem, seu confessionem perficiendam.

VEL SIC.

Etiam supremi Christianæ reipublicæ gradus amaritudinibus abũdant.

125 Quis, etiam si regiâ, imperatoriâ, vel quod summum est, pontificiâ præfulgeat dignitate, anteactam vitam recogiter, & recognoscat, qui non inueniat eam amaritudinibus redundantem?

CAP. 38. NUM. 17.

Tu autem eruisti animam meam, vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Peccata nostra tergum Christi grauant.

126 PRoiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea non solum illa obliuiscendo, sed etiam crucẽ propter illa assumendo, & tolerando.

VEL SIC.

Peccata principum Christi vapulatio sunt.

127 Crudelissimum vapulationis tormentum insinuare videtur propheta á Christo Domino pro peccatis principum specialiter, & præcipue passum, & toleratum.

CAP. 39. NUM. 1.

In tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros, & munera ad Ezechiam: audierat enim, quod ægrotasset, & conualuisset.

Prolixæ epistolæ libri nuncupandæ

128 LIbri isti videtur fuisse de recuperata valetudine gratulatoriæ epistolæ, quæ adeó longæ, & prolixæ fuerunt, vt librorum nomine meruerint compellari. Vel sic.

Libri principum munus, cum ceteris muneribus non confundendum.

129 Libri munus veré regale, & dignum, quod regi â rege mitteretur: & notandum, quod cum ceteris donis, & muneribus libri non confunduntur, sed seorsim, & cum præferentia ad alia munera referuntur.

CAP. 39. *NVM.* 2.

Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri.

Principes delectabilia plusquã vtilia æstimare solent.

130 PRius aromata, quam argentum aurumque ostendit Ezechias, solent enim reges pluris habere, & æstimare, quæ ad luxum, quam quæ ad necessitatem, & veram opulentiam pertinent.

VEL SIC.

Principibus plus vanitatis fumi, quam solidæ diuitiæ placent.

131 Reges pluris fumos vanitatis, quam solidas diuitias æstimare solent.

Non fuit Verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

Rex, qui se pandit, se prodit.

132 NON solum ostendit Babylonicis Legatis Ezechias res in thesauris suis contentas, sed etiam verba in arcano pectoris conclusa, in quibus duobus omnis regum consistit potestas, sed aduertant principes, quod rex qui se pandit, se ipsum prodit, vt patet infra num. 6.

CAP. 39. *NVM.* 3.

Introiuit autem Isaias propheta ad Ezechiam regẽ, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te.

A fidelibus Dei ministris principes, non solum quæ ad religionẽ pertinent, sed quæ ad status cõseruationẽ spectant, edocentur.

133 HÆC duo maxime, & precipue obseruare oportet circa legatos aliorũ principum, scilicet, verba, quę proferunt, & Prouinciæ ex quibus aduenium. Sed num hæc ignorare poterat Isaias, cum præter vulgarem, & publicam notitiam, de omnibus, quæ gesta fuerant, á Deo intimam, & expressam reuelationem habuerit? Cur ergo propheta ea quæ iam scit interrogat? An, vt regem Ezechiam, alioqui bonum, & pium, sed in secretioribus propalandis nimis facilem, scientiam taciturnitatis, & animi obstructionem ad regendos populos necessariam doceret?

VEL SIC.

Contra in auditã partem nunquã iudice pronuntiandum.

134 Agebat tunc propheta tamquam iudex á Deo in regem missus, & noluit contra inauditam partem sententiam, etiam ab ipso Deo dictatam, pronuntiare.

CAP. 39. *NVM.* 8.

Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum Verbum Domini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.

Etiam boni reges futuram regni sui incolumitatẽ negligere solent

135 DVmmodo *Verbum* prorrogationis vitæ regis Ezechię impleatur, de *verbo* captiuitatis non curat; imo illud, *verbum bonum* appellare non dubitat, licet tanti mali prænuntiatiuum. Quid ergo de regibus sæculi nostri miramur, quod parum, aut nihil in futurum caueant?

CAP. 40. *NVM.* 12.

Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit?

Non est necessum ad Dei immensitatem recurrere, ad hoc vt totã aquarum molem pugillo cõtineat.

136 AQuas dicit, non aquam, ad denotandum, quod non solum aquã sublunarem, sed etiam super cælestem pugillo metitur, hoc est, continet Deus tamquam liquoris guttam in vase capacitatis infinitę inclusam, & comprehensam.

Dei manus non solum mundum regit, sed sustentat.

137 Sed cur cælos palmo, nõ metiri, sed põderare dicitur Deus? Ad significandum infinitum Dei manus respectu cęlorum extensionis excessum, & quod non solũ manum super cælos ad gubernationem ponat; sed etiam ad sustẽtationem supponat.

VEL SIC.

Deus non ad rerum apparentium molem; sed ad substantiam attendit.

138 Deus palmo cælos non metitur, sed ponderat, quia non ad molem corpoream, & rerũ magnitudinem; sed ad earũdem substantiam, pondus, & entitatem attendit.

Quis

Quis appendit tribus digitis molem terræ?

Tres diuinæ manus digiti, Trinitatis symbolum.

139 TRibus digitis vnius manus, ad denotandas tres vnius eiusdemque substantiæ Hypostases, seu Personas.

CAP. 40. NVM. 22.

Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos, sicut tabernaculum ad inhabitandum.

Cœlum Deo tugurij, vt cognoscatur pastor omnibus prouidens.

140 CÆli, & omnia quæ in eis continentur, sunt velut nihilum respectu Dei, qui nullo extra se indiget, & sibi ipsi sufficientissimus est: sed cum illos ex sua liberrima benignitate creauerit, deseruiunt ipsi tamquã tabernaculum, perexiguumque pastorum tentorium. Quo etiam contra aliquorum æthnicorum impietatem innuitur, Deum non solum res humanas curare, sed omnibus reliquis creaturis, etiam minimis, tamquã pastorẽ prouidẽtissimũ prospicere, & curã gerere.

CAP. 40. NVM. 23.

Iudices terræ velut inane fecit.

Vanitas, terrenorum iudicum character est.

141 OFficium iudicũ terrenorum per vanitatem explicat.

CAP. 41. NVM. 2.

Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se?

Diuinæ gratiæ triplex munus.

142 HIC gratia præueniens, concomitãs, & subsequens innui videtur.

CAP 41. NVM. 18.

Apertam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes.

Euangelici declamatores flumina in montibus: prudentes confessarij fontes in campis.

143 FLumina in collibus, eloquentes oratores, & Verbi diuini præcones è sugestis, & alijs locis eminentibus ad populum declamãtes: Fontes in medio camporum, rudentes, doctique confessarij tropologice intelligi possunt.

CAP. 42. NUM. 2.

Non clamabit, neque accipiet personã, nec audietur vox eius foris.

144 NON audietur vox Christi *Foris*: hoc est extra Synagogam, seu in populo gentilico, sed solum in Iudaico, ideo ipse Matthæi cap. 15. num. 25. dixit: *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*: & in hoc sensu prima clausula commode explicari potest: *Non clamabit*, scilicet adeò elata voce, vt extra synagogam audiatur, constat enim ex Euangelio Christum aliquoties Hebræos instruens clamauisse. Uide Ioan. cap. 7. n. 28. & 37.

Christus ex Moysi cathedra intra Synagogæ gymnasium Euangelium docuit.

CAP. 43. NVM. 24.

Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

Deo sensibile est, peccatorem ipsius concursu abuti.

145 SEruire me fecisti in peccatis tuis, obliginis me ad concurrendum tecum ad materiale peccati.

VEL SIC

Hypocritæ Deo patientiam laborare faciunt.

146 Carpit illos, qui prætextu virtutum, præsertim religionis, iniquè agunt.

CAP. 43. NVM. 27.

Pater tuus primus peccauit.

Dei benignitas in ipsamet accusatione excusationem inuoluit.

147 AN hæc propositio de Adamo, Abrahamo, vel Patriarcharum alio intelligenda sit, aliorum iudicium esto: certè videtur hîc non tam de originali peccato, quam de specialibus Hebræorum peccatis sermonem esse. Sed Dei benignitas ponderanda, quæ Hebræos arguere, & accusare intẽdens, eos quodã modo, seu virtualiter excusat.

CAP 44. NUM. 5.

Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua: Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

Non generaliã solum sed indiuidualia etiam Ecclesiæ acta in Isaia leguntur.

148 NOnne cõsonat hoc cum eo quod ait Paulus 1. Corinth. cap. 1. num. 12. *Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollo: Ego verò Cephæ: Ego autem Christi?*

CAP.44. NVM.22.

Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.

Peccata Solem iustitiæ obnubilant.

149 PEccata nubi, & nebulis comparantur, quia impediunt, ne Sol iustitiæ videatur.

CAP.45. NVM.12.

Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego.

Homo non ad terrenis seruiendum, sed ad imperandum formatus.

150 SVper eam non sub ea, hoc est, vt dominaretur omnibus terrenis; non vt subijceretur.

CAP.46. NVM.1.

Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestijs, & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.

Qui idola ferunt, brutorum opere laborant.

151 FActi sunt bestiæ, & iumenta ferentes humeris statuas, & simulachra idolorum suorum ad illa loca ad quæ ex ruina Prouinciæ suæ confugiebant.

CAP.47. NVM.1.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylon.

Idololatria corruptus per ironiã virgo dicitur.

152 VIrgo per ironiam dici videtur Babylõ, omnimoda enim idololatria corrupta erat.

CAP.47. NVM.9.

Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas.

Eis qui sacra prophanant instanteneus imminet interitus.

153 QUando scilicet rex Balthasar faciet conuiuium, & profanabit vasa templi mei.

CAP.47. NVM.11.

Veniet super te malum, & nescies ortum eius.

Omnes scientiæ humanæ circa futura falibiles, & incertæ.

154 HIC innuitur falibilitas omnium sciẽtiarum circa futura prænoscenda de quibus Chaldæi præ ceteris gentibus præsumebant. Vide infra num.13.

CAP.47. NVM.13.

Defeciſti in multitudine consiliorum tuorum.

Plurima consilia reipublicæ noxia

155 PLurima consilia, nec non excessiuus consiliantium numerus potius destruit, quam adstruit rempublicam.

Stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi.

Vide sup.n.154.

156 HIC Astronomia iudiciaria, eiusque professores sugillantur, & falsitatis arguuntur.

CAP.48. NVM.10.

Ecce excoxi te, sed non quasi argentum.

Damnatorũ ignis humanũ metallum non purgat, sed exuit.

257 EXcoxi te, non igne probationis, vt scoriam deponeres; sed igne punitionis, vt commissa lueres.

CAP.49. NVM.6.

Et dixit: Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas.

Iudæi Christo cõtemporanei fæces Hebræorũ fuerũt.

158 HEbræi, qui Christi tempore Iudæam incolebant dicuntur fæces Israel, quia erant, non solum residui; sed etiam pessimi Hebræorum.

CAP.49. NVM.7.

Hæc dicit Dominus redemptor Israel; Sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem ad seruum dominorum.

Hebræi vbique serui contemptibiles.

159 DIcant nunc Hebræi, in qua Orbis Prouincia non habentur ludibrio, & vilipendio, & tamquam abominabilia mancipia non tractantur, & contemptibili seruituti non subijciuntur?

CAP.49. NVM.15.

Numquid obliuiſci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

Amor

Amor Dei erga humanum genus plusquam maternus est.

160 AMor Dei erga homines non solum paternus est, sed etiam maternus, & plusquam maternus; iste enim deficere potest, ille indefectibilis est.

CAP. 49. NUM. 16.

Ecce in manibus meis descripsi te.

Humani generis plasmator manus non detersit, sed rememorativa signa in ipsis reliquit.

161 AN quia, cum Deus hominem plasmauit, lutum nostræ humanitatis manibus ipsius adhæsit? Vel alludit ad illa signa, quæ atramento alio ve colore in manibus facere solemus ad recordationem alicuius rei, quam desideramus non obliuisci.

Chiromantiæ ars ludrica, & superstitiosa.

162 Et notandum, quod Chiromantici in hoc textu suam technicam, & ludricam artem stabilire, & fundare conantur, sed perperam, nil enim magis à veritate, & soliditate Sacræ Scripturæ alienum, quam hæc simplicium, & illusorum, ne superstitiosorum dicam, phantastica ludibria.

CAP. 49. NUM. 17.

Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt.

Malus operarius non struit; sed destruit.

163 QUI prædicationis munus male adimplent, non struunt, sed destruunt.

CAP. 50. NUM. 11.

Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis ambulabitis in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

Discordiæ ignis Inferni igne crudelior.

164 SEminatores discordiarum non solum pœna inferni æterna de manu Dei mulctantur, sed ipsomet suarum discordiarum igne, qui ex crudelioribus inferni est, vruntur, & cremantur.

VEL SIC.

Discordiarū seminator, vel adhuc viuens, damnatorum damna experitur.

165 Discordiarum seminator iam in semetipso ignem habet quo crucietur, & quo posteà in Inferno torquendus erit.

CAP. 51. NVM. 9.

Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

Beneficia diuina sæpius à viris Apostolicis recolenda.

166 PErcussisti superbum Pharaonem: *Vulnerasti draconem*, ideſt fluuiū Ægypti, qui in septem capita diuisus reptat.

CAP. 51. NVM. 14.

Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internetionem.

Christus corpus peccati destruxit vt animas hominum viuificaret.

167 CHristus legis gratiæ lator, qui solum corpus peccati destruet, & animas viuificabit charitate ceterisque virtutibus ex hac radice germinantibus.

Nec deficiet panis eius.

Propriſsimus Dei panis Euchariſtiæus.

168 SCilicet Euchariſtiæus, qui eius dicitur, & quia ab eo datus, & quia cum ipso idemtificatus.

CAP. 51. NUM. 16.

Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus tuæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terram.

Qui cæleſtia meditatur, Cæleſtis, qui ad terrena deprimitur, Terrenus.

169 CÆlos ideſt, ordinem Eccleſiaſticorum ad ſpecialem Dei ſortem ſpectantiū: *Terram*, ideſt ordinem ſæculariū, qui ad terrena negotia peragenda, frequenter deprimuntur.

VEL SIC.

Fideles, vt elementum, ſimplices cæleſti Eccleſiæ influxu fœcūdantur.

170 *Vt plantes cælos*, ideſt Eccleſiam, cum ornatu Solis, Lunæ, & Stellarum, nempe Chriſti, Mariæ, & ſanctorum, vel certius Sacramentorum: Et *fundes terram*. ideſt fideles, tamquam elementum puri, & ſimplices, vt ab iſtis aſtris influxum, & vitam recipiant.

CAP.

CAP.51. NVM.20.

Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum.

Sepulturæ carentia sontes Deus punire solet.

171 SOmno mortis dormierunt, seu occisi, despectiue in medias vias proiecti sunt.

VEL SIC.

Regentium somnus reipublicæ detrimentum.

172 *Dormierunt in capite Omnium viarum.* Qui omnibus reipublicæ muneribus præsidebant, omnes isti in suorum munerum adimpletione in grauissimũ reipublicæ detrimentum dormitauerunt, & dormierunt.

CAP.51. NUM.21.

Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.

Nulla paupertas miserabilior quã à Deo auerti.

173 *EBria non á vino*, sed ab appetitu, & prauis affectionibus tuis. Uel ebria, non à vino, sed à sanguine filiorum in te occisorum.

CAP.52. NVM.11.

Mundamini qui fertis vasa Domini.

Recens initiati animi munditiẽ curent.

174 HIC textus Clericis recens initiatis adaptari potest.

CAP.52. NVM.15.

Iste asperget gentes multas.

Christus aspersor, & dispersor summe proficuus

175 ASperget aqua baptismatis, vel asperget illas per vniuersum mundum, vt illum fulgore legis Euangelicæ illuminent.

Super ipsum continebunt reges os suum.

A Christianæ observantia legis nullius gradus excipitur.

176 LEX Christiana ipsos reges subijcit, nullũ gradum vel statum excipit.

VEL SIC.

Ethnica potentia fortior Christiana debilitas.

177 Fortior Christiana debilitas, quam Ethnica, etiam regalis, potentia.

CAP.53. NVM.5.

Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

178 IN bello addiscitur pax.

VEL SIC.

Bellum à Christo Domino perpessum pax nostra fuit.

CAP.54. NVM.2.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, &c.

Ditionis Christianæ, & templorum amplitudo prænuntiata.

179 HÆC allegorice intelligi possunt de Prouincijs Christianis, & templis in ipsis fundatis, & ædificatis.

CAP.55. NVM.2.

Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate.

Qui censum vitæ male expendunt, reprehensibiles.

180 HIC reprehendi videntur, qui censum vitæ in rebus inutilibus insumunt.

CAP.56. NUM.3.

Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione diuisit me Dominus à populo suo.

Gentium vocatio ab Isaia præmissa

181 HIC vocatio Gentium, & conuersio expressè videtur prænuntiata. Vide infra num.7.

CAP.56.A NVM.4.

Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius á filijs, & filiabus.

Virginum, quam coniugatorũ clarior posteritas.

182 HAnc propheticam promissionem impletã videmus in religiosis vtriusque sexus, & alijs virginitatẽ perpetuam vouentibus, & custodientibus in Ecclesia Catholica, de quibus Christus Matth. cap. 19. num. 17. ait: *Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum, &c.*

Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Per-

Sanctorum canonizatio ab Isaia præuisa, & prænuntiata.

183 PER hæc verba innuidetur canonizatio Sanctorum, qui vt in plurimum solent esse Virgines, aut Continentes, ideſt Eunuchi spirituales, & Euangelici.

CAP. 56. *NVM* 11.

Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem.

Ministri Euangelici negligentes, & cupidi reprehensi.

184 NEscierunt saturitatem scientiæ: vel *Nescierunt saturare* oues sibi subditas doctrina, & exemplo: vel nescierunt modum, & finem ponere auaritiæ, & ambitioni suæ.

Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.

Prælati Sacræ Scripturæ ignari, reprehēsione digni.

185 IGnorauerunt *intelligentiam* Sacrarum Scripturarum, ipsorum muneri adimplendo summe necessariam, propterea in eorum consecratione de hoc expressa inquisitio, & interrogatio fit.

CAP. 57. *NUM.* 1.

Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus.

Peccata reipublicæ iustos de medio tollunt.

186 PRopter peccata reipublicæ solet Deus iustos de medio tollere, vt eorum mediationem pro peccatoribus obstinatis auertat.

Scriptura Sacra de misericordibus excellentius loquitur, quam de iustis.

187 Et notandum, quod decentiore, etsi dicere licet, vrbaniore voce significatur mors viri misericordis, quam iusti: de isto enim enuntiatur, quod perit; de illo, quod colligitur.

CAP. 57. *NUM.* 4.

Super quem dilatasti os, & eiecisti linguam?

Maledici elingues dicuntur, qui alinguam iaciũt.

188 REctè maledici communiter, & frequenter elingues appellantur, quia linguam iaciunt, vel eijciunt, vnde qui detrahit, non loqui dicendus est, sed linguam eijcere, propterea Ieremiæ cap. 9. num. 8. dicitur: *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Vide quæ ad hunc locum notata sunt. Eodem stilo loquitur sacer textus de alio vitio non absimili huic. Genes. cap 36. num. 7.

CAP. 57. *NVM.* 6.

In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua.

Synagoga torrēs dicitur, quia cito transitura erat, & disparitura.

189 QUia impetu transitura, & peritura Synagoga, sicut torrens ab aquis è cælo decidentibus inflatus velocissime transit, & cito disparet.

CAP. 57. *NVM.* 8.

Dilatasti cubile tuum.

Pollygamia, etiã inter Hebræos, reprehensione digna.

190 HIC pollygamia videtur reprehensa.

VEL SIC.

Vnum cubile plura consortia non admittit.

191 Extendisti tuum cubiculum á permisso, & licito ad illicitum concubitum, ideo eodem numero dicitur: *Suscepisti adulterum*, licet hic de adulterio spirituali sermo esse videatur.

CAP. 57. *NUM.* 10.

Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti.

Industrie laborans est quoddãmodo à se, & quasi independens.

192 QUI labore, & industria manuum suarum quærit ad vitam necessaria, nullum rogare necesse habere, existimare solet.

VEL SIC.

Aruspicibus superstitiosis deditis Deũ transeunare solent.

193 Arte Chiromantica in lineis manualibus exploraſti, quæ tibi in toto vitæ decursu euentura forent, propterea Deum non consuluisti.

CAP. 57. *NUM.* 13.

Cum clamaueris liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura.

Peccatores ignis æterni materia combustibilis, sed non consumptibilis.

194 PEccatores sunt paleæ, & adeó leues, vt vel à leuissimo vento, qualis est aura, moueantur, & procul iaciãtur: Sed cur congregati dicuntur? Quia sunt zizania in fasciculos con-

congregata ad comburendum. Matthæi cap. 13. à num. 25.

CAP. 58. NUM. 1.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.

Declamator Euãgelicus bellum vitijs generaliter denuntiet.

195 QVasi *tuba exalta vocem tuam*, ò Euãgelice declamator, vt bellum vitijs denunties, & animos ad peccata debellanda, & destruenda accendas, sed vox tua sit *quasi tuba* generaliter clamans, non hanc vel illam aurem in singulari feriens.

CAP. 58. NUM. 2.

Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiam fecerit, &c.

Virtutis candidati multi, professores pauci.

196 ABundat nunc Ecclesia, sicut olim synagoga istis virtutis candidatis semper incipientes, & parum aut nihil proficientes.

CAP. 58. NUM. 3.

Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.

Ciborum voluptas, & delectus ieiunij meritum euacuant.

197 GOthica legunt: *Voluptas vestra* apud Ioannem Marianam hîc: & Verbum Hębraicum *Chepheths* vtrũque significat, & voluntatem, & voluptatem: vult ergo dicere propheta, quod in die ieiunij ponebãt voluntatem in voluptatibus, & cupedijs ciborum multorum, exquisitis, & varijs modis præparatorum: qui abusus etiam apud nos Christianos non parum inualuit, & adhuc viget, adeó vt dixerit quidam Euangelicus declamator, quod nos sic facientes à ieiunij præsumpta iniuria vindicare nitimur.

CAP. 58. NVM. 4.

Et percutitis pugno impie.

Aliqui per eleemosyna contumelias, & alia dã. na largiuntur.

198 PErcutitis *pugno*, vt maiori violentia, vel certius, ignominia percutiatis, vel *percutitis pugno*, non solum, quia non datis, sed quia malum, quod potestis facitis, ideo impia talis actio dicitur.

CAP. 59. NVM 2.

Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius á vobis ne exaudiret.

Nequit Deus calamitatem videre, qui in ipsi opitulatur.

199 CVR non dicit, quod peccata hominum illorum absconderunt Dei faciem ne videret; sed quod *absconderunt faciem eius, ne exaudiret*? An quia nequiret Deus miserorum calamitatem videre peccatorum, quin illi statim subueniret.

VEL SIC.

Permittit Deus, quod peccata faciem eius obnubilent, ne statim peccatores destruat.

200 Peccata faciem Dei abscondunt, ne illorum enormitatem videndo ad vindictam cogeretur.

CAP. 59. NVM. 3.

Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate.

Sententia Pilati, quam in Christũ D. scripsit Hebræorum digitis imputatur.

201 MAnus *vestræ* pollutæ *sunt* Christi faciem percutiendo: *digiti*, iniquam in ipsum sententiam scribendo. Et notandum, quod Pilati scriptio Iudæis, qui eum ad illam compulerunt, imputatur.

CAP. 59. NVM. 5.

Ova aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt.

Pectus libore tumens aspidem est.

202 OVA *aspidum ruperunt*, id est venenum libôris, quod in pectore latebat euomuerunt.

Non pauci in rebus inutilibus substantiam insumunt.

203 *Et telas araneæ texuerunt*, hoc est, sua viscera, & propriam substantiam, & virtutem in rebus inutilibus insumpserunt; vel leges iniquas condiderunt, quibus paruuli irretirentur, & caperentur.

CAP. 59. NVM. 11.

Et quasi columbæ meditantes gememus.

Un

Meditatio, & Gemitus gemelli fratres sunt.

204 VNde nam infert Columbas meditari, qui actus intellectus est? An ex gemitu? Iuxta illud Ecclesiastes cap. 1. num. 18. *Qui addit scientiam, addit, & laborem*? Nam labor ingemitus cogit prorrumpere miseros laborantes.

CAP. 59. NUM. 12.

Et peccata nostra responderunt nobis.

Peccata in peccatores declamatorio munere funguntur.

205 PEccata aduersus ea committentem os, & vocem habent.

VEL SIC.

Peccata peccantium anihilationem resonant.

206 Peccata sunt peccantis Echo, quę est vox deficiens, indicans, peccatorem in ipso peccandi actu deficere paulatim vsque ad anihilationem.

CAP. 59. NVM. 14.

Et conuersum est retrorsum iudiciũ, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea veritas.

Cum deest veritas, sententia iusta adesse nequit.

207 IMposibile est seruari ius, nec sententiã iuxta legum præscripta pronuntiari, cum deficit veritas in litigantibus, & contrahentibus, quod est corruere in platea veritatem.

CAP. 60. NVM. 14.

Et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi.

Qui terram premit, terram sigillat.

208 A Deó fortiter terram præmes, vt illam incessu tuo sigilles, tam ad ostensionem roboris, & virtutis, quam securitatis tuæ ab omni inimicorum incursu.

CAP. 60. NVM. 20.

Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur.

Luna numquam deficiens Mariæ symbolum.

209 HÆC luna, quæ non minuitur, est prorsus Beatæ Mariæ symbolum, cum per lunam tropologice in Sacra Scriptura significatur.

CAP. 61. NUM. 2.

Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro.

Ira Dei parum temporis, placatio multum durat.

210 VNi diei vltionis diuinæ correspondet annus integer placationis.

Deus in proprio Filio commissa nostra vlcisci dignatus.

211 Sed quænam hæc vltio Dei est? Est ne vltio Dei vindicantis in proprio filio dilectissimo peccata omnium nostrum, & cõmissa?

VEL SIC

Deus generose de peccatoribus, miserendo, vlcisci solet.

212 Deus se de hominibus placatione, & misericordia vindicare solet. Uide Ezechielis cap. 4. num. 6.

CAP. 61. NVM. 8.

Quia ego Dominus diligens iudiciũ, & odio habens rapinam in holocausto.

Religionis prætextu auaritiæ incumbere, furtum detestabile.

213 INtendere proprijs vtilitatibus, & emolumẽtis prætextu muneris Ecclesiastici, seu sacrificij, est furtum Deo valdè detestabile.

Qui sine attentione ad altare litat, vel canonice recitat, rapinam committit.

214 Qui offert, vel recitat sine debita intentione, & attentione ad Deum, furtum, imo rapinam, quę grauius delictum est, committit, auferens à Deo, quod præcipuum, & quasi anima sacrificij, & orationis est.

CAP. 62. NVM. 1.

Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius.

Christus de Materno vtero, sicut de Paterna mẽte, vt splẽdor egressus.

215 CHristus de materno vtero, vt splendor, egressus est, vt denotaretur, & natiuitatis puritas, generationi, & natiuitati æternæ proportionatè respondens, & claustri virginei integritas.

Et Saluator eius, vt lampas accẽdatur.

Christus lampas Spiritus Sancti oleo ardens, & illuminans.

216 VT lampas Spiritus Sancti oleo nutrita, & intimè totalitèrque inuncta, ex quo Christus, hoc est, vnctus compellandus.

CAP.

CAP. 64. NVM. 1.

Vtinam dirumperes cælos, & descendores: à facie tua montes defluerent.

Nato Christo Gentilismi montes defluxerunt.

217 DEfluxerunt quidem montes nato Christo Domino; quoniam Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolima cum illo: vel loquitur de Romanorum montium defluxione in quibus regnabat gentilismus. Vide infra num. 3.

CAP. 64. NVM. 2.

Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni.

Aquæ baptismales Spiritus Sancti igne inuisibiliter ardent.

218 AQuæ scilicet baptismales, in quibus ardet ignis Spiritus Sancti.

CAP. 65. NVM. 10.

Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum, populo meo, qui requisierunt me.

219 CAmpos vberes spiritualium dulcedinum, & suauissimarum immissionum solet Deus concedere gregibus minoribus, ideſt animabus iustis imbecillioribus, minusque robustis; Armentis verò maioribus, quæ sunt animæ fortiores, & valentiores, *vallem Achor*, hoc est: Turbationis, & tribulationis, hæc enim *Achor* significat.

Deus iustis suis, prout cuique cõuenit, spirituales dulcedines, vel tribulationes dispertitur.

CAP. 66. A NVM. 22.

Quia sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me dicit Dominus, &c.

220 COncludit Isaias suã propheticam narrationem cum iudicio finali, vt vniuersalem Ecclesiæ statum, periodumque suis oraculis comprehenderet.

Isaias vniuersum Ecclesiæ vsque ad finẽ mundi tractum, & statum suis oraculis cõprehendit.



PROPHETIA IEREMIÆ.

CAP. I. NVM. VI.

Et dixi: A, â, à, Domine Deus: Ecce nescio loqui.

AD CAP. I. N. 6.
IEREMIÆ PROPHETÆ.

Trinitatis mysterium humanum captum transgreditur.

1 AD PRONVNtiationē ineffabilis mysterij Trinitatis in triplici A adumbrati humana lingua, etiam prophetica, balbutit, quid ad explicationem?

CAP. I. NUM. 7.

Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer sum; quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcumque mandauero tibi loqueris.

Innocens, & iustus prōptior Dei minister est.

2 IMO quia *puer*, ideſt innocens, simplex, & iustus, expeditior es ad eundum, & redeūdum, & omnia, quæ mandauero tibi exequendum.

CAP. I. NVM. 8.

Ne timeas â facie eorum: quia tecum ego sum, vt eruam te, dicit Dominus.

Facies irati principis malorum omnium formidabilius.

3 FAcies principū est amariſsimum, & formidabilius omnium malorum, quæ ab eis timeri possunt, ideò ad hoc speciale prophetæ á Deo auxilium, imo personale promittitur. Uide ad Genes. cap. 16, num. 8.

CAP. I. NVM. 10.

Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & dispердas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

Collapsæ reipublicæ reparatio fere numquam destructioni æquiualet.

4 QUattuor verba ponuntur destructionis, duo restaurationis, ad denotandum, duplo maiorem futuram Hebræorum ruinam, quam eorundem reparationem, vt ex lib. Nehemiæ, & Machabæorum patet.

CAP. I. NUM. 11.

Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video.

Vigilans rectitudo regiminis character est.

5 CAracter potestatis Hebræorum fuit virga pastorum, quæ virga vigilans est. Exodi cap. 4. num. 2. & hanc hîc Deus assumit ad eorumdem specialem gubernationem, & directionem.

CAP. 1. NVM. 17.

Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi.

Alios correpturus se ipsum prius circumspiciat.

6 PRius considera, cinge, & circumspice te ipsum, & postea alios argue, increpa, obsecra, corrige, & corripe. Aduertat autem huiusmodi populi instructor, ne suis passionibus, affectibus ve obtemperet, nec alia, quam, quæ Deus ipsi præcipit, loquatur.

CAP. 1. NUM. 19.

Et bellabunt aduersum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

Deus suos multoties á damno nondum perpesso liberat.

7 UT liberem te, antequam quidquam nocumenti patiaris.

CAP. 2. A NVM 1.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Ierusalem.

Cum surdis clamitosa loquela agendum.

8 PER hunc dicendi modum, eorum malitiosam, & affectatam surditatem denotat.

CAP. 2. NVM. 6.

Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis.

Ad æternam vitam adipiscendã mortificatio, & mors debent præcedere.

9 DEsertum in quo Hebræi per annos quadraginta peregrinati sunt dicitur mortis imago, quia omnes in eo, præter Iosue, & Caleb mortui sunt, & quia terra promissionis ad quam pergebant fuit expressum æternæ beatitudinis symbolum ad quam mortificatio vitiorum, quę imago mortis est, imo, & mors naturalis debet præcedere.

VEL SIC.

Aqua naturalis vegetabilium vita; aqua cælestis Rationalium.

10 Terra sitis, seu inaquosa imago mortis dicitur, quia deficit ei aqua, quę est vita vegetabilium, & viuificatio rationalium.

CAP. 2. NVM. 13.

Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Idolorum cultus perit, & diffluit.

11 IDola dicuntur cisternæ dissipatæ, quia omnis adoratio eis exhibita perit, & diffluit.

CAP. 2. A NVM. 14.

Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam? Super eum rugierunt Leones, &c.

Prauí ministri populum deuorant.

12 MAli Sacerdotes, peruersique tam Ecclesiastici, quam sæculares reipublicæ ministri sunt Leones prædantes, & deuorantes populum.

CAP. 2. NVM. 16.

Filij quoque Memphæos, & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem.

Cum hæreticis conuiuere, & cõuersari non externam solum, sed internũ etiã nocumentum affert.

13 CONstuprauerunt te vsque ad verticem, id est: Fecerunt te idolatrare, non solum externe, seu apparenti cultu, sed etiam interné, seu pertinaci errore in mente concepto: quod idem infra num. 20. paulo aliter repetit, dicens: *In omni enim colle, sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix*: per primum idololatriam publicam externam, & omnium oculis expositam: per secundum, occultam, obscuram, & internam exprimens.

CAP.

CAP. 2. *NVM.* 17.

Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum, eo tempore, quo ducebat te per viam?

Crimen hæreticale progenitem; etiam in distantissimos descendentium gradus solet inficere.

14 NOtandum, quanta temporis, & generationum interiectio non obstiterit, quominus peccata in deserto cõmissa in distantissimos nepotes influxerint, & tot, tantaque mala inuexerint.

CAP. 2. *NVM.* 33.

Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum.

Qui proximorum detractione, & pauperum spoliatione atolluntur, sanguinolenti sunt.

15 CArpere videtur propheta vitam spiritualem ficte profitentes, cum vere detractores sint, & famæ, honorisque proximorum, qui sanguis animarum est, dilaceratores: Vel corripit eos, qui spolijs pauperum diteſcunt, & in sublime volare contendunt.

CAP. 3. *NVM.* 2.

Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis.

Diuina luce peccatorum feditas dignoscitur.

16 QUI leuat oculos suos in directum, idest, Deum, facile, & clare videt peccata, & scelera, quę commisit.

CAP. 3. *NVM.* 4.

Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

Deus puritatis dux.

17 DVX, non *stuprator*, sicut falsi dij.

CAP. 3. *NVM* 5.

Ecce locutus es, & fecisti mala, & potuisti.

Amplius peccare solent homines quam possunt.

18 CVR dubitat de potẽtia, cum actum supponat? Quia in malis perpetrare solemus plus, & vltra quam possumus, talis, & tanta est hominum malignitas.

VEL SIC.

19 Quando, quod potentia peccandi detur, est causa sufficiẽs admirationis, quid erit peccatum ipsum perpetratum? Hic videtur loqui propheta de peccato maximo Iudæorum nempe Christi Domini occisione.

In Christi occisione Hebræi, vltra naturæ vires, videntur operati.

CAP. 3. *NVM* 13.

Verumtamen scito iniquitatem tuã, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.

A funesto paradisi ligno relicta iuriditatem influere videtur.

20 ABillo infausto, & funesto paradisi ligno videtur hereditario iure possidere omne frondosum lignum, quod sub eo vox Domini non auscultetur.

CAP. 4. *NUM.* 4.

Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat.

Sanctorũ intercessio apud Deũ potentissima.

21 HInc notandum quanti intercessio Sanctorum apud Deum momenti sit, siquidem valet, diuinæ ignem indignationis non solum reprimere, sed etiam extinguere.

CAP. 4. *NUM.* 10.

Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus.

Homini naturaliter eiulatio quã locutio.

22 QVI paulò ante nesciebat loqui, iam scit abundanter gemere, & eiulari.

CAP. 4. *NUM* 14.

Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias.

Pœnitentiæ lachryma non tam externa esse debent, quam internæ,

23 LAcrymis pœnitentiæ abunde fluentibus nõ solum exterius, sed etiam, & præcipue interius vique ad cor decurrentibus.

CAP. 4. *NUM* 19.

Ventrem meum doleo. ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me.

Intensus pauor ventrem concutit.

24 HOC dicendi modo intensum panorem significare videtur, vel Israelitas dolet, quos in visceribus habebat. miserrima reipublicæ Hebræorum constitutio: faxit Deus, ne Ecclesia ipsius in sic deplorabilem statum vnquam deueniat.

CAP. 4. *A NVM.* 23.

Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili, & cælos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt, intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit. Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius destructæ sunt â facie Domini, & à facie iræ furoris eius.

Vitiata plebs: Clerus insipiens: regularis obseruantia relaxata: gubernatores imprudentes: scientiæ spreta: diuinorum contemplatio neglecta miserrimum reipublicæ statum constituunt.

25 *Aspexi terram*; ideſt populum promiscuum, seu statum laicorum, vacuam virtutum, & plenam vitiorum, & peccatorum, quæ per: *Nihili* significantur.

Cælos, ideſt statum Ecclesiasticũ. *Et non erat lux in eis*, id est ministros sapientes, *qui ad iustitiam erudirent multos quasi stellæ*: Danielis cap. 12. num. 3.

Vidi montes, & ecce mouebantur, ideſt principes, & gubernatores debilioris cerebri, & in consilijs suis mobiles, & inconstantes.

Et omnes colles conturbati sunt: ideſt iudices, & ministri inferiores ab ipsis dependentes eâdem hæmicrania laborabant.

Intuitus sum, & non erat homo, qui saltem secundum legem naturalem, & naturam rationalem viueret.

Et omne volatile cæli recessit, hoc est, non vidi in hoc populo homines, contemplatiuos, & spirituales, vel saltem illos, qui rerum naturas considerant, & ad Deum referunt, vt philosophi catholici, & Dei cognitores faciunt.

Aspexi, & ecce Carmelus desertus, ideſt status religiosus omnino relaxatus, & consequenter destructus, & dissipatus; Talis erat tunc

CAP. 4. *NVM.* 30.

Tu autem vastata quid facies? Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componêris; contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent.

Excessiuus feminarum ornatus tam animæ, quam corpori nociuus.

26 *Animam tuam quærent* isti te hostiliter amantes, & cupientes, ideſt aurum, & diuitias, in quibus habes animam collocatam, & repositam; non quærent corpus ornatum, nec faciem mille fucis, & coloribus personatam, & depictam. Uel loquitur propheta de hostibus spiritualibus; Diabolo nempe, mundo, & carne sub amicorum larua venientibus, quibus dum per excessiuum corporum ornatum, & facierum depinctionem placere student, ipsi animabus fidelium feminarum maximum bellum inferunt, & illas misere decipiunt, capiunt, & deprædantur.

CAP. 5. *NVM.* 5.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula.

Praui gubernatores ad malum coadunati, ad bonum dissidentes.

27 PRincipaliores reipublicæ, *optimates* dicuntur, quia debent ceteros potius optimis moribus, & virtutibus, quam alijs gradibus, & prærrogatiuis, præcedere: sed in rebus publicis male moratis, qui tales dicuntur, ad hoc facile conueniunt, & adunantur, vt iugum, & legem tam diuinam, quam humanam rumpant; in reliquis inter se, non absque damno publico fere semper dissident.

CAP.

CAP. 5. NVM. 6.

Idcirco percussit eos leo de silua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum.

In hostibus á Deo ob peccata immissis omnia media coæduantur ad nocendum.

28 IN leone potentiam, in lupo voracitatem, & in pardo velocitatem hostium, qui Ierusalem vastaturi erant designat, & loquitur de præterito ob certitudinem damni, cum hæc proferebantur, futuri.

CAP. 5. NVM. 19.

Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia?

Pessimum peccãtium genus supplicijs diuinis nõ emolliri, sed potius indurari.

29 NON ait propheta, quod dicent absolute, sed *Si dixeritis* conditionate, vt denotet eorum, etiam cum puniti sunt, vel actualiter puniuntur, impœnitentiam, & duritiem cordiũ.

CAP. 6. A NVM 2.

Speciosæ, & delicatæ assimilaui te filia Sion. Ad eam venient pastores, & greges eorum.

Vincentium inurbanitas hostilitatem summopere aggrauat.

30 AD debellandos Ierosolimitas Hebræos, homines ciuiles, aulicos, & delicatos venient ex Aquilone homines rudes, & rustici tamquam pastores, qui eos inurbane tractent, spernãt, & agresti vilipendio, & conculeatione prosternant, & proterant, quod delicatis, & speciosis Israelitis in gradu summo sensibile futurum est.

CAP. 6. NVM. 3.

Pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.

Qui impinguat, vt occidat, hostis non amicus est.

31 PAscet, vt pinguiores mactet; vel *Pascet*, non eos sustentando, sed comedendo.

CAP. 6. NVM. 6.

Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

Fideles ingrati enormiter delinquentes, pari cũ pessimis supplicio afficiendi.

32 HÆC est ciuitas digna, quæ visitetur à Deo sicut Sodoma, & Ægyptus.

CAP. 6. NVM. 7.

Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.

Hypocritæ antiparistasim moralem patiuntur.

33 OStentando exterius calorem virtutis, & feruorem spiritus, frigiditatem contrariam interius fouendo, & retinendo, quæ hypocritarum antiparistasis est.

CAP. 6. NVM. 12.

Et transibũt domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter.

Non solum aruã, & possessiones; sed vxores etiam ab hostibus diripi res est summe sensibilis.

34 ALludit ad Hebræorum morem qui in libro Ruth cap. 4. num. 5. refertur.

CAP. 6. NVM. 13.

A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student; & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciũt dolum.

Auarus Cupidinis studiosus cultor.

35 NON student auaritiam, illam enim iam satis superque didicerunt, & acquisitam habent; & hac forte intentione loquutus fuit Pilatus. Matth. cap. 27. num. 65. Uide ibi num. 431. Sed *student auaritiæ*, innumeras artes, & subdolas machinationes excogitando, quibus idolo Cupidinis, quod adorant obsequium exhibeant, & cultum.

CAP. 6. NVM. 15.

Quam ob rem cadent inter ruentes.

Sacerdotalis muneris despectio magnum Ecclesiasticorum supplicium.

36 MAgna Ecclesiasticorum punitio, cum populo ab hostibus permisceri, & cum plebe confundi.

CAP. 6. NVM. 19.

Quia verba mea nõ audierunt, & legem meam proiecerunt.

Malus sacerdos legem diuinam despectioni exponit.

37 NON solum *legem meam non audierunt*, ideſt: *Custodierunt*; sed eam spreuerunt, & in terram *proiecerunt*, vt ab omnibus despiceretur, & conculcaretur.

CAP. 7. A NVM. 17.

Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis.

Prauus idolorum cultus feminas ad miniſterium admittit, vt homines attrahat, & decipiat.

38 IN plateis dicit, quia non ſolum abſque vlla cautela, & rubore peccabant, ſed publice, & patenter, vt cæteros exemplo præirent, & ad idololatriam prouocarent, ideo ſubſequitur: *Filij colligunt ligna.* Vt á teneris vnguiculis filij eorum idololatrare diſcant, & aſuefcant. Imo etiã feminas ad hæc ſacrificia ſacrilega admittunt, quia iſtæ efficaciſsime homines attrahunt, & ad peccandum inducunt.

CAP. 7. NVM. 31.

Et ædificauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennon, vt incẽderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.

Non ſolum contra, ſed vltra Diuinum captum homines peccando progredi, quodammodo dici poteſt.

39 PECcando videntur homines progredi, & procẽdere vltra id, quo diuina pertingit cogitatio, quod per exageration em ad ſcelera corripienda põderari poteſt. Vide Geneſ. n. 148

CAP. 8. NVM. 1.

In illo tempore, ait Dominus: Eijcient oſſa regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum, qui habitauerunt Ieruſalem de ſepulchris ſuis.

Mortis recordatio peccata comprimit.

40 PER ludibria, quę mortuis vaticinatur irroganda conatur viuentes à peccatis præſentibus abſterrere; vel vt comminatione leuioris damni corripiantur, vel vt mortuorum memoriam ipſis excitet, quod valde efficax medium eſt, vt peccatores ab iniquis operibus abſtineant & coerceantur.

CAP. 8. NVM. 8.

Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Vere mendacium operatus eſt ſtilus mendax ſcribarum.

Qui ſacra eloquia violenta interpretatione cõmaculant grauiſsima cenſura digni fiunt.

41 VEL interpretantes legem falſa, & repugnante interpretatione, vel forte ipſa legis verba corrumpentes. Videant nunc qui ſacratiſsimos diuinæ legis textus violenta interpretatione corrumpunt, quâ cenſurâ digni fiant?

CAP. 8. A NVM. 17.

Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio. Et mordebunt vos, ait Dominus: dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens.

Peccatores digne & iuſte vapulant; ſed Deus miſericordiſsimus dolore concutitur.

42 HEbræi iniqui, & peccatores morſi, ſed vehementiſsimi morſuum dolores, non ipſos, ſed Deum angunt, & affligunt; quia etiam illud flagellum, quo nos iuſtiſsime Deus punit, potius Deum ipſum, quam nos vulnerat, & vltra id, quod doleri poteſt, dolore afficit, hoc enim ſignificare videtur illa emphatica propoſitio: *Dolor meus ſuper dolorem.*

CAP. 9. NVM. 5.

Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquetur: docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium.

Mentiendi exercitium in mendacij magiſterium excreſcit.

43 SIC faciunt nunc Hebræi occulti, qui inter Catholicos ſub larua degunt Chriſtianorum, qui ex diuturno, continuoque mentiendi exercitio agiliſsimi, & cautiſsimi ſimulatores, & fraudulentiarum fabricatores euadunt.

CAP.

CAP. 9. NUM. 8.

Sagitta vulnerans lingua eorum.

Lingua detrahẽs sagitta eiaculata, & infixa.

44 *Lingua eorum sagitta vulnerans*: hoc est, non in pharetra inclusa, non in arcu protensa, & adaptata, sed in scopo, id est honore proximi infixa. Vide quæ ad cap. 57. num. 4. Isaiæ notata sunt.

CAP. 9. A NVM. 20.

Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximã suam planctum, quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.

Violenta mors non incedit, sed ascendit.

45 PER verbum: *Ascendit*, explicat paruulorum, & iuuenum mortem, quæ cum immatura sit, propriſsime exprimitur, per verbum, quod significat motum non decliuem, seu naturalem, sed ascensiuum, seu violentum.

VEL SIC MORALITER.

Per nostros sensus peccati mors patet ingressus

46 Ascendit mors peccati per sensuum nostrorum fenestras. Vide ad Genesim cap. 4. num. 7. §. 60.

CAP. 10. NVM 2.

Hæc dicit Dominus: iuxta vias gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes.

Artes superstitiosæ, & iudicia prohibenda.

47 HIC Geomantia, Hydromantia Æromãtia, Pyromantia, Chiromantia, Necromantia, Auspicium, & reliquæ pseudoscientiæ gentilicæ, imo, & ipsa Astronomia iudiciaria, damnari videntur, & prohiberi.

CAP. 11. NVM. 13.

Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundum numerum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis.

Hæreticorum credulitas vnuscuiusque genio se accommodat.

48 HÆC per accommodationem Prouincijs, & ciuitatibus acatholicorũ adaptari possunt: in quibus vnusquisque de sua pseudoreligione quod mauult sentit, & ad libitum credit.

CAP. 12. NVM. 3.

Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.

Qui hæreticos mactat Deo litat

49 EX iniquis peccatoribus pereuntibus fit sacrificium expiationis Deo.

CAP. 12. NUM. 10.

Pastores multi demolitisunt vineam meam.

Excessiuus ministrorum numerus religioni solet non esse proficuus.

Munerum transmutatio reipublicæ confusionem arguit.

50 HInc inferri videtur, excessiuum numerum Ecclesiasticorum potius destruere, quam ædificare.

51 Sed cur non dicit: Vinitores, seu Agricolæ, sed *pastores* cum de populo Israelitico sub parabola vineæ loquatur? An ad denotandum inordinatum illius reipublicæ statum, in qua turbatâ, & confusâ rectâ munerum distributione pastores colebant vineas, & vinitores greges pascebant?

CAP. 12. NUM 13.

Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

Ex male factis nec mundialis gloria resultat.

52 FAciet Deus iustissime iratus, & irritatus, quod ex vitijs, & operibus vestris potius ignominiam, & confusionem, quam mundialem gloriam, quam intendebatis, reportetis, & adipiscamini.

CAP. 13. A NUM 1.

Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, &c.

Damna futura Deus præmonere solet, vt homines caueant.

53 PEr illam prophetiam actionem vsque ad numerum septimum relatam, & executam denotari videtur ruinam Hebræorum per ipsam prænuntiatam

tam, non tunc, sed tempore filiorum, qui à Ierosolitanis tunc viuentibus generandi erant, euenturam.

VEL SIC.

Iniqui peccatores filiationem Dei spernunt,

54 Per illam actionem denotare voluit Deus se velle habere Hebræos tamquam filios, ipsos vero tantæ beneficium filiationis spreuisse, vt patet infra num. 11.

CAP. 13. NUM. 18.

Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.

Supplicia Deus paulatim immittit, vt peccatores minori damno resipiscant.

55 DEscendit, idest paulatim decidit, non præcipiti, & violento casu, sumitur præsens tempus, vel præteritum pro futuro, ob prophetiæ certitudinem, sicut sæpe sæpius in prophetis legitur.

CAP. 13. NUM. 19.

Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta,

Deus remunerãs vel puniens semper bonus.

56 NON solum denotat completionem integram transmigrationis futuræ, sed etiam, quod mala, quæ nobis eueniunt, ex parte diuinę iustitiæ bona, & perfecta sunt.

CAP. 13. NVM. 21.

Quid dices cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum.

Vide lib. 4. reg. num. 150.

57 CUM scilicet ostendisti legatis regis Babylonis thesauros diuitiarũ tuarum, & omnia arcana tua reuelasti. Reg. lib. 4. cap. 20. à num. 15. & Isaiæ cap. 39.

VEL SIC.

Peccata tam animæ, quam corpori hostiliter nocent.

58 Qui Deum offendit, quot peccata committit tot hostes aduersum se excitat, & commouet.

CAP. 13. NUM. 23.

Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteris benefacere, cum didiceritis malum.

59 QVia ex praua, & inueterata consuetudine maculę peccatorum versæ vobis sunt in alteram naturam.

Consuetudo peccandi alterat naturam.

60 Sed cur duplici comparatione, & Æthiopis totaliter nigri, & pardi variegati vtitur? Ad denotandum, alios semper in continuis peccatis esse; alios quandoque á peccatorum commissione cessare.

Qui aliquoties peccant, naturã maculant; qui semper, denigrãt

CAP. 13. NVM. 27.

Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me; vsque quo adhuc?

Nequit dici Dei assecla, qui totaliter á peccando non abstinet.

61 NON *mundaberis post me*, idest, numquam adeó mundaberis, vt dici possit de te, quod me, & vias meas sequaris.

VEL SIC.

Christi passio fidelibus calix salutaris; obstinatis Hebræis faculentus.

62 Nec tunc munda eris, cum in te verus Deus, & homo apparebo, & omnem dispensationem humanitatis meæ compleuero, quę erit vltimus terminus expectationis meæ de emmendatione tua, sed proh dolor! Quod nec tũc resipisces, imo grauissimum omnium scelerum tuorum commissura es me, heredem vineæ occidendo, ob quod calicem totalis interitus tui vsque ad fæces bibitura es.

CAP. 14. NVM. 4.

Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ.

De cælo descendunt bona; ab idolis veniunt mala.

63 NON dicit: *Non descendit pluuia in terrã*, scilicet de cælo, quia illam à Deo non petebant; sed dicit propheta: *Non venit pluuia* ad denotandum, quod illam ab idolis expectabant, quibus sacrificia offerebant, & continuis precibus inuocabant, & vero Deo neglecto opem deprecabantur.

CAP. 14. NVM. 17.

Deducant oculi mei lacrymam per noctem, & diem, & non taceant.

La-

Peccantium calamitates continuo deplorandæ.

64 *Lacrymam*, ideſt vnam continuam, & interminabilem lacrymationem, non intermiſſam, nec alijs actionibus interceptam.

Oculi declamatores rethorici quandoque ſunt

65 Et notandum, quod non minus oculi lacrymis, quam os lingua ceteris, que vocalibus inſtrumentis, loquuntur. Hinc alia lux ad cap. 5. Tobiæ num. 28.

CAP. 15. *NVM.* 1.

Et dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, nõ eſt anima mea ad populum iſtum: eijce illos á facie mea, & egrediantur.

Sancti Patroni in diuina pro cliẽtibus interpellatione coadunantur.

66 NON dicit: *Steterint*, ſed: *Steterit*, de Moyſe, & Samuele quaſi de vnico loquens individuo.

Glorificationis articulum, non ſolum nouũ, ſed vetus etiam teſtamentum confirmat.

67 Notandum etiam eſt, per hunc dicendi modum clare inſinuari, viros illos veteris legis ſanctiſſimos, tunc temporis præſentia diuina non frui, quod fidei noſtræ articulum confirmat.

Piiſſimus Deus miſericordiæ fores numquã omnino recludit.

68 Notandum etiam, quod, nec tunc quando Deus, cum genere humano implacabiliter iratus eſt, oculos ab illo auertit; & actionem illam, Hebræos á facie ſua abijciendi, non per ſe ipſum exequi vult, quæ naturaliſſima actio animi abhorrentis, vel deſpicientis eſt, ſed per alterum nempé Ieremiam, qui poſſet replicare, & mediatorem agere, fieri diſponit.

CAP. 15. *NUM.* 3.

Et viſitabo ſuper eos quattuor ſpecies, dicit Dominus: Gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum, & diſſipandum.

Seditio interna, & externũ bellũ maximum reipublicæ flagellum.

69 CANES, qui ex ſuo naturali munere ad gregis cuſtodiam, & in columitatem deſtinati ſunt, eum dilacerabunt: Hi ſunt mali præpoſiti inferioris gradus tam in linea Eccleſiaſtica, quam ſæculari, á quibus populus ob ſua peccata, Deo permittente, diſcerpitur: *Volatilia cæli, & beſtiæ terræ*: miniſtri ſuperiores vtriuſque lineæ videntur eſſe. Sed quid *gladius*? Bellum externum. En populum interne dilaceratum, externe impetitum, & crudeli bello vtrinque vſque ad internetionem inſecutum, quid grauius pro cõmiſis ſceleribus humanitatus pati poteſt?

CAP. 15. *NUM.* 4.

Et dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ.

Damna ab Ieremia ob Chriſti occiſſonem prædicta Hebræi patiuntur, ſed non vident.

70 IN *feruorem*, hoc eſt in ſtudium feruidum eos debellandi, deſtruendi, & annihilandi, quod an nunc Hebræi vbique terrarum ſuſtineant, & patiãtur, vel ipſi dicant.

CAP. 15. *NUM.* 5.

Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? Aut quis contriſtabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

Perempto mediatore, mediatio perit.

81 CVM Mediatorem occiſſura ſit Ieruſalem, quis rogaturus me, & interpellaturus pro pace, quæ tibi ex nomine proprio debita videbatur: Ieruſalem enim viſionem pacis ſignificat.

CAP. 15. *NVM.* 9.

Infirmata eſt, quæ peperit ſeptem, defecit anima eius: occidit ei Sol, cum dhuc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos eius in gladiũ dabo in conſpectu inimicorum eorũ, ait Dominus.

Peccatores immatura morte puniri ſolent.

72 PER ſolis ante occaſum diſparentiam, & gladij perſecutionem mors immatura Hebræorum litteraliter exprimitur.

VEL

VEL SIC ALLEGORICE.

Occidente iustitiæ Sole synagoga ex partu Ecclesiæ decubuit, & occubuit.

73 Infirmata, & mortua est synagoga, quæ peperit septem legis gratiæ, seu Ecclesiæ filiæ suæ sacramenta. Reliqua verba, tum signa in Christi morte, tum vltimam Hebræorum vastationem significare videntur.

CAP. 15. *A* NVM. 19.

Etsi separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris, &c.

Ore diuino loquitur qui Mariæ massam, & portionem à vili, & peccaminosa separatam pronũciat.

74 HÆC, & quę ad vsque finem capitis subsequuntur, per accommodationem Immaculatæ Beatæ Mariæ Conceptioni adaptari possunt.

CAP. 16. NVM. 4.

Mortibus ægrotationum morientur.

Epidemia à Deo immissa idem est corripi, ac mori.

75 TAlis enim tam atroxque pestilentia in eos grassabitur, quod idem sit epidemia corripi, ac mori.

VEL SIC.

Ægritudo, & curatio illius non minus amara quam ipsa mors.

76 Mortis amaritudo non consistit solum in ipsa animæ à corpore separatione, sed etiam in grauis ægritudinis, eiusdemque curationis perpessione: ideo in peccati pœnam à Deo infligi dicitur Ecclesiastici cap. 38. num. 15.

CAP. 16. NVM. 5.

Hæc enim, dixit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos.

In male morata republica gaudia cum luctibus cõfundantur.

77 OLim temporibus Salomonis, moribus Hebræorum rectius compositis, domus conuiuij, & domus luctus diuersæ domus erant: Ecclesiastes cap. 7. num. 3. hoc est, demonstrationes, luctuum, & gaudiorum nõ commiscebantur, & confundebantur; sed iam moribus eorundẽ corruptis, domus luctus, & conuiuij eadem domus erat; in domibus enim magnatum, & diuitum lauta conuiuia, cum aliquis eorum moriebatur, celebrabantur, ideó Christus Matth. cap. 9 num. 23. in domo principis filia defunctâ, tibicines aliosque lætitiæ ministros inuenit, quæ corruptela in nõ paucas Christianorum Prouincias translata est, & non sine prudentũ scandalo nunc viget.

Quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam, & miserationes.

Ablata pace à qualibet communitate omnia bona absunt.

78 IN ablatione pacis, omnia bona ablata significantur: sed terribilia valde sunt quæ sequuntur: *Misericordiam, & miserationes*, scilicet, *abstuli á populo isto*: Per *misericordiam*, potentia miserendi, per *miserationes* huius potentiæ actus exprimuntur: ait ergo Deus: Non solum exercitium, & actus potentiæ miseratricis, sed ipsam etiam potentiam abstuli á populo isto, & ad illius miserendum me impotentẽ reddidi.

CAP. 16. NVM. 16.

Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.

In amarũ mundi mare Deus piscatores suos mittere dignatus est

79 PIscatores multos scilicet Petrum, Ioannem, Iacobum, Andream, & alios.

Et post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.

Ex mundi deserto Deus per venatores suos multam seratum rationalium sibi collegit prædam.

80 MVltos venatores, id est Paulum, & reliquos Apostolos per vniuersum mundum dispersos. Uel Paulum Eremicolam, Antonium, Pachomium, & ceteros Anachoretas.

CAP. 17. NVM. 1.

Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum.

Scrip-

Iudaicũ cor adamante durius ad pœnitendum.

81 SCriptum quidem, sed non à Deo ad vindictam, sed ab ipso Iudaico populo ad obstinationem.

CAP. 17. NVM. 4.

Et relinqueris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi; & seruire te faciã inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit.

Qui ignẽm ad idolis sacrificandum accendant, æternum ignem sibi accendunt.

82 QUoniam ignem succendísti ad sacrificandum idolis, eodemmet igne in inferno, terra tibi ignota, inter dæmones inimicos tuos, quos sub idolorum larua coluisti in æternũ cremaberis, hereditate cælesti, quã tibi destinaueram, priuatus.

CAP. 17. NVM. 8.

Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit, cum venerit æstus.

A diuino Spiritu abundanter impinguati siccitatis tempore non marcescunt.

83 IN hoc statu sunt, qui in via spiritus largos diuini influxus imbres, & torrentes experiuntur, de quibus psal. 35. num. 9. dicitur: *Et torrente voluptatis tuæ potabis eos:* Qui cum tempus siccitatis spiritualis aduenerit, non marcescunt; sed potius in vberiores meritorum fructus prorumpunt, & fœcundantur.

CAP. 17. NVM. 11.

Perdix fouit, quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.

En alienæ substantiæ iniuste diues nec illa fruetur, nec bene distributam relinquet.

84 QVI alienam substantiam, perdicem imitans, malis artibus sibi appropriat, in dimidio vitæ curriculo in terram cadet, & illidetur, moriens que, vel intestatus decedet, vel diuitias illas male partas pessimè distributas, insipienterque applicatas in testamento relinquet.

CAP. 17. NVM. 21.

Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Ieruſalem.

Quãdoque Deus iuri suo cedit, ne peccatores cadat.

85 HIC videtur benignissimus Deus iuri suo cedere, exigens, vt vnum saltem, & obseruatu facillimum, è multis, præceptum obseruent; vt ex hoc, motiuum, vel saltem prætextũ habeat ad parcendum illis, & ciuitati. Uide infra à num. 24.

CAP. 18. NVM. 4.

Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat, è luto manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret.

Peccatoris conuersio optimum accidens.

86 NON dicit propheta, luteam primi vasis materiam in aliud vas currente rota deformatam, sed primum vas in vas aliud immutatum: forte quia præter illud motiuum á propheta statim declaratum, per hoc symbolice conuersio exprimebatur peccatoris, qui non substantialiter, sed accidentaliter tantum immutatur, & ex vase iræ, & contumeliæ in vas honoris, & gratiæ conuertitur.

CAP. 18. NVM. 11.

Ecce ego fingo contra vos malum.

Supplicium à Deo comminatũ facile dissipabile, si peccator resipiscat.

87 FIngo, hoc est: E terra formo, vt facile illud dissipari possit, si resipiscamini: aut: *Fingo*, idest, verbis terribilibus, & ad comminationem formatis compono, vt paueatis, & à peccatis commissis, & committẽdis abhorreatis: ideo subsequitur: *Et cogito contra vos cogitationẽ: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra.*

CAP. 18. NVM. 13.

Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel.

Sy-

Synagoga virgo imprudens, quia ad expetitas â Deo nuptias non peruenit.

88 SYnagoga frequenter appellatur *virgo*, & nunc *nimis virgo*, forte quia ex toto corde numquam Deo nupsit, etsi á Deo vere illius amatore ad perfectas nuptias sæpissime ambiretur, & solicitaretur. Uide Threnorum cap. 2. num. 2.

CAP. 18. *NVM.* 18.

Et dixerunt: Uenite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes, non enim peribit lex à sacerdote, &c.

Prauæ scelerato-rum cogitationes pro operibus reputandæ.

89 SCelestis peccatoribus, idem est perniciem aduersus iustos cogitare ac illam exequi, & consũmare vide, quæ ad Genes. cap. 50. num. 20. animaduersa sunt.

CAP. 18. *NVM.* 20.

Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ.

Peccator iustum animaduersorem aut vult mutũ, aut mortuum.

90 FOderunt *foueam animæ meæ*, hoc est: Uolunt me illaqueare, aut viuentem sepelire; vel, quod viuens adeó silens, & mutus agam, ac si re vera mortuus essem.

CAP. 16. A *NVM.* 3.

Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnes, qui audierint illam tinniant aures eius: Eo quod de reliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo dijs alienis.

Peccata non solum committentibus, sed locis etiam, in quibus perpetrantur, officiunt.

91 ALienam fecerunt Ierusalem, & â me, & á se ipsis, quoniam statim ac idololatriam in ea commiserunt, ego locum abieci, & ipsi, & me, & ciuitatem amiserunt.

CAP. 19. *NVM.* 7.

Et dissipabo consilium Iuda, & Ierusalem in loco isto.

Consiliorum dissipatio totius reipublicæ punitio.

92 CVM vult Deus obiustam punitionẽ, quod res belli male cedant, & aduerso marte gerantur, non aliud efficacius medium applicare solet, quã puniendorum consilia dissipare. Uide 2. Regum. cap. 17. num. 14.

CAP. 20. *NVM.* 12.

Et tu Domine exercituum probator iusti.

Deus probator iusti, & approbator.

93 PRobator, & approbator *iusti* viri, & etiam eius quod iustum est; nõ tentator, *Deus enim neminem tentat*, vt ait Iacobus in Epist. cap. 1. num. 13. & si Abrahamum tentasse dicitur Genes. cap. 22. num. 1. de huiusmodi probatione intelligendum videtur.

Qui vides renes, & cor.

Interiora hominum percallere Dei perfectio est.

94 IDest præsens, & futurũ omnium hominum: in corde enim partus intellectus, & voluntatis præsentes, imo, & futuri oculis diuinis patent; in rebus filios naturales, tam præsentes conspicit, quam futuros.

VEL SIC.

95 *Qui vides renes, & cor*, hoc est tam actus voluptatis, quã voluntatis hominum. *Vide supra n. 94*

CAP. 21. *NVM.* 6.

Et percutiam habitatores ciuitatis huius, homines, & bestiæ pestilentia magna morientur.

Brutaliter viuẽtes homines cõmuni cum brutis supplicio afficiẽdi.

96 COmmuni cum brutis supplicio homines corripiuntur, quoniam irrationalem, & communem cum brutis vitam gesserunt.

CAP. 21. *NVM.* 9.

Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste.

Enormiter peccantibus multa simul mala lethalia imminent

97 VEl tribus malis lethalibus simul, vel aliquo ex illis sumpta coniunctione: Et disiunctiuè.

Qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit anima sua quasi spolium.

Qui

Qui Deo obsequitur, victoriæ palmam consequitur.

98 QVI diuinæ subditur ordinationi vitæ, & animæ suæ saluationem consequitur quasi pugnæ spolium, & prouentum, & victoriæ palmam, ac coronam.

CAP. 21. NVM. 10.

Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni.

Ciuitas peccatrix multimodis vstulationibus obnoxia.

99 ET *exuret eam igni*: Per hunc dicendi modum insinuat propheta, alios esse modos exurendi ciuitatem, non quidem physicos, & naturales; sed morales, & politicos á tyrannis principibus adinuentos.

CAP. 21. NUM. 12.

Domus Dauid, hæc dicit Dominus: Iudicate mane iudicium.

Dilatio iustæ sententiæ iustitia officit; quid iniustæ pronuntiatio?

100 IVdicate *mane*, ideſt: Cito absque vlla dilatione, est enim quædám iniustitię species pronuntiationem iustæ differre sententiæ, quidnam erit iniquam, & illegalem poferre?

Eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum.

In communitatibus nil communius, ac Deo displicētius, quā calumniæ.

101 NIL Deo displicentius, quam calumnias in qualibet republica, vel cōmunitate vigere, vt sacri textus verba satis exprimunt, quæ viris in commune degentibus ponderanda relinquimus.

CAP. 22. NVM. 2.

Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas.

Reges politica Christiana vtēntes populos: vt filios æstimant; non vt seruos, despiciunt.

102 FAmiliares regis, & ministros vocat seruos, non reliquum populum.

CAP. 22. NVM. 17.

Tui vero oculi, & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

Homines ad mala veloces; ad bona pigri.

103 AD mala opera currunt homines, ad bona opera vix incedunt.

CAP. 22. NVM. 22.

Omnes pastores tuos pascet ventus.

Prælato vano, & ambitioso nil detentus.

104 SPiritus ambitionis, & fastus possidebit eos, audientque libenter adulatores, & assentatores.

CAP. 23. NVM. 1.

Uæ pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus.

Populi dominium solus Deus: prælati vicariam pro Deo administrationem nanciscuntur.

105 MEÆ, non *suæ*, vt aduertant pastores se gregem superioris dominij, non sui pascere, & non esse gregum possessores, sed mercenarios.

CAP. 23. NVM. 12.

Afferam enim super eos mala annum visitationis eorum, ait Dominus.

Mala pœna viros fidales, etsi iniquos, reuerentur.

106 MAla pœnæ in viros fideles, etsi iniqui sint, non audent, sed quasi dubia, & suspensa hærent, donec á Deo aduocentur, & in illos immittantur.

CAP. 23. NVM. 14.

Et in prophetis Ierusalem, vidi similitudinem adulterantium.

Mali conciliatores pseudoprophetis similes.

107 HI erant prędicatores, & magistri populi docentes eum vana, & falsa ad modum pseudoprophetarum, seu hęreticorum.

CAP. 23. NUM 15.

A prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram.

Prauè Ecclesiæ ministri, non solum intra, sed etiam extra Ecclesiam nociui.

108 CORruptio optimi omnium pessima est: Aduertant Ecclesiæ principes, quantum noceant mali ministri,

quorum munus est populum instruere. Sed quid isti extra Ierusalē, ideſt Ecclesiam nocere possunt, vt dicat textus ab eis omnem terram esse pollutam? Multum quidem, nam infideles omnes videntes, vel scientes eorum corruptissimum viuendi morem, alij in suis gentilicis erroribus, alij in suis hæresibus confirmantur, & obstinantur.

CAP. 23. NVM. 29.

Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram.

Audientiū fructus concionem qualificat.

109 IN illustratione mentis, inflammatione ad charitatem, & fractione duri cordis audientis ad pœnitentiam cognoscitur spiritus prædicantis, & verba ipsius diuina esse.

CAP. 23. NVM. 30.

Propterea ecce ego ad prophetas, dit Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo.

Qui ex munere debet vera loqui, & tacet, fur compellandus.

110 PRædicator, qui vel sine causa tacet, vel munus suū nō implet, sicut debet, furtum committit.

CAP. 23. NVM. 31.

Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguas suas.

Praui Ecclesiæ ministri munus assumunt; sed à Deo non assumuntur.

111 ASSumunt ipsi, non assumuntur á Deo.

CAP. 23. NVM. 32.

Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus, qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis.

Circa reuelationes, & miracula caute procedēdū.

112 IN miraculis suis falsis, & inutilibus, ait Dominus, non meis veris, & proficuis.

Ex hoc, & totius capitis huius contextu inferre licet, quantâ cautelâ circa reuelationes procedendum sit.

CAP. 23 NVM. 34.

Et propheta, & sacerdos, & populus, qui dicit: Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domū eius.

Peccata onerāt; Deus alleuiat.

113 QVare adeó vehementer inuehitur Dominus, & hîc, & in subsequentibus contra pseudoprophetas dicentes; Onus Domini? An quia scelera nostra, & peccata sunt quę nos onerant, non Dominus?

Ira diuina parce ab hominibus euitranda.

114 Hîc inuehitur contra illos, qui passim, & indiscrete iram, & indignationem diuinam in proximum ex leuibus in ipsos commissis fulminant, & iaculantur.

CAP. 25. NUM. 3.

A tertio decimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsque ad diē hanc; iste tertius, & vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte cōsurgens, & non audistis.

Tempus ad resipiscendum concessum exactissime Deus enumerat.

115 NOtandum, quam exacte numeratum habet Deus tempus, quo nos ad pœnitentiam inducit, tam internis inspirationibus, quam externis exortationibus.

Vbi peccata dominātur ibi perpetua nox.

116 Sed cur *de nocte* consurrexisse dicitur? De nocte scilicet tenebrosa peccatorum, quæ vbique in illo populo regnabat.

VEL SIC.

Lex Mosayca respectu Euangelicæ non solū vmbratilis, sed nocturna.

117 *De nocte consurgens*, vt essem vester Bosphorus, & per me lux veræ intelligentiæ diuinæ legis in vestris mentibus oriretur: vel quia sub vmbra legis Mosayca populus ille degebat, siquidem nondum Sol iustitiæ eis ortus erat.

CAP. 25. NUM. 4.

Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo.

Deus

Prophetarũ intentio fuit, quod vera lux in audientium cordibus oriretur.

118 DEus *diluculo*, propheta *de nocte* consurgit, vt patet ex num. 3. antecedenti, quia prophetæ vigilans solicitudo, & operatio eo tendit, vt Deus in cordibus nostris illucescat.

CAP. 25. NVM. 9.

Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terram istam, &c.

Deus infideles nõ approbat, etsi quandoque ad fidelium supplicium assumat.

119 PRius dicit: *Mittam*, post: *Assumam*, ad denotandam Chaldæorum infidelitatem; si enim fideles essent, prius assumeret eos Deus, quam mitteret.

Deus infidelibus, tamquam iudex carnifice, vti solet.

120 Sed cur Nabuchodonosor rex Babylonis, *seruus suus* á Deo appellatur? Appellatur quidem seruus, sed non seruus seruiens, & recognoscens; sed seruus, idest iustitiæ punitiuę diuinæ minister, & crudelis executor, sicut carnifex, seruus rei publicæ appellari solet.

Et interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.

Tempus æternum pro diuturno quãdoque ponitur.

121 HIC tempus infinitũ, imo, & æternum pro finito, & limitato ponitur, nisi de Hebræis in impœnitentia finali occisis, vel morientibus propheta loquatur.

CAP. 25. NVM. 10.

Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

Mundana gaudia cordis intima non penetrant.

122 PRæcipua mundi gaudia vocalia sunt, & ad voces deuoluũtur, nec ad cordis intima vnquam penetrant.

Vocem molæ, & lumen lucernæ.

Cum orationes tepidæ, & à peccatoribus prolatæ Deo displiceant,

123 VOcem molæ, qua in puluerem redigebantur quattuor illę aromaticæ species é quibus thymiama componebatur secundum legis præscriptum Exodi cap. 30. á num. 34.

aromata, illas significãtia, respuit.

Hebræi in diuini cultus obseruantia negligentes, & eo tunno deficientes fuerunt.

124 *Lumen lucernæ*, quę coram arca testamenti in aureo candelabro perpetuo ardebat. Sed cur in singulari lucerna dicitur, cum septem candelabri aurei lucernæ forent. Exodi cap. 25. n. 37. Forte ex Hebræorum illius temporis indeuotione, & irreligiositate, é septẽ candelabri lucernis vna tantummodo accendebatur. Vel exiguã Mosaycę legis lucem hoc dicendi modo tropologice insinuare voluit.

CAP. 25. NVM. 38.

Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ & à facie iræ furoris Domini.

Deus Spiritus Sancto fideles punit, quia ex amore punit.

125 HÆC columba Spiritus Sanctus est, cur ergo Deus Spiritu Sancto irascitur, & seueriſsime punit? An quia nos Deus ex amore castigat, ideoque Prouerb. cap. 3. n. 12. dicitur: *Quem enim diligit Dominus corripit, & tamquam pater in filio complacet sibi?* VEL SIC.

Deus Spiritu Sancto fontes punit, quia ad amandum prõptus, si resipiscat.

126 Deus Spiritu Sancto punit, vt ostendat, prõptum, & paratum se habere amorem, quo resipiscẽtes peccatores benignissime recipiat, & sinu suo complectatur.

VEL SIC.

peccantiũ enormitas vel pacatissimũ Dei Spiritum in iram accendit.

117 Ad denotandum intensissimum iræ diuinæ ab hominibus prouocatæ rigorem, & furorẽ, qui vel pacatissimã Spiritus Sancti columbam in iram accendere, & prouocare valeat.

Non dicitur Deus rigorose iratus cum temporale, sed cum æternũ infligit supplicium

128 Quæres iterum cur hæc, *Facies iræ*, seu ira apparens tantum dicitur? Quia ad damnũ, & supplicium temporale inf ligendum terminatur, non ad æternum: ea enim sola per Antonomasiam vera, & rigorosa ira Dei appellari debet, quæ æternã inf ligit damnationẽ.

CAP. 26. NUM. 3.

Si forte audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

Interna Deus mentis suæ aperire dignatur, vt homines á peccatis absterreat.

129 ET *pœniteat me mali, quod cogito facere*, id-est adhuc mente tracto, voluo, & considero, nondum voluntate resolutoria decerno: Uide infra cap. 36. num. 3.

CAP. 27. NVM 2.

Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo.

Bonus præsul malum quod subditis comminatur prius patitur.

130 AD prudentissimam omnium Dei ministrorum instructionem præcepit Dominus Ieremiæ, vt malũ quod populo suo prophetice inf ligebat, prius ipse sustineret, & pateretur. Uide Ezechielis num. 27. & 44.

CAP. 28. NVM. 1.

Et factum est in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto in mense quinto dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon.

Propter vnum, vel alterum defectum honor, merito adquisitus, nõ est amittendus.

131 QUare non appellatur Hananias iste pseudopropheta, cum falsa, & ex suo cerebro commenta annuntiet, sed iterum, ac sæpe in hoc capite propheta nuncupatur? Forte quia alias semper recte, & legitime prophetandi munere functus fuerat, solumque hac vice ex humana fragilitate peccauit, propter vnum autem peccatum, nec honesta nuncupatione, nec honorifico prophetandi munere priuari debuit.

CAP. 28. NVM. 16.

Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te á facie terræ: hoc anno morieris.

Mortis incertitudine Deus nos solicitos reddere procurat.

132 CVR non præsignauit determinatum mortis diem Hananiæ propheta? Ne forte vsque ad illum diem pœnitentiam agere differret, & se ad mortem subeundam disponere. Et notanda diuinæ clementia pietatis, quæ maiorem anni partem ad resipiscendum Hananię concessit. Vt patet num. 17.

CAP. 29. NUM. 2.

Postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes.

133 HÆC *domina* typus Immaculatę Virginis Mariæ fuit inter ceteros seruos, & captiuos ea sola dominans, & libera.

Maria, vel typice solum repræsentata, inter seruos Domina, inter captiuos libera.

CAP. 29. NUM. 5.

Ædificate domos, & habitate: & plãtate hortos, & comedite fructum eorum.

Circa temporalia bona exigua cura impendenda.

134 ÆDificate *domos*, ad habitandum solũ, non ad, tamquam bona immobilia, possidendum. *Plantate hortos* ad vsum fructuum, qui sunt breuioris durationis nõ vineas, & olieta, quę difficilioris culturę, prolixioris educationis, tardioris prouentus, & diuturnioris durationis sunt, quam vestra á Deo in Babylone immoratio decreta est. Hic de exigua cura circa temporalia bona adhibenda doctrina latet.

CAP. 29 NVM. 7.

Et quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci.

Hebræi vbique discordiarum seminatores.

135 CONsilium valde vtile, & necessariũ dat propheta ad Hebræorum conseruationem in illo misero statu, ne omnino delerentur, & perirent, & simul innuitur Hebręos vbique, ex geniali vitio, & praua inclinatione esse discordiarũ seminatores. Aduertãt hoc principes, qui hanc obstinatam, & pessimam Nationẽ, vel declaratam fouent, vel simulatam tollerant. Uide infra ad cap. 42. num. 10.

CAP.

CAP. 29. NVM. 11.

Ego enim scio cogitationes quas ego cogito super vos, ait Dominus cogitationes pacis, & non afflictionis.

Per immensum Diuinæ mentis Occeanum pietatis cynosura nauigare licet.

136 COGitationes Dei quis scire potest nisi ipse, quis enim vnquam hominū, aut angelorum consiliarius eius fuit? Sed si in tam inscrutabili arcano coniecturare liceat, cogitationes diuinas esse *cogitationes pacis, & non afflictionis*, fidenter pronuntiandum est.

CAP. 29. NVM. 21.

Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter.

Qui falsos prophetas iudiciali munere præficiunt, iniquos iudices experientur.

137 QUidam existimant, quos refert, nec refutat Diuus Hieronymus, hos pseudoprophetas fuisse illos inueteratos senes Susannæ turpiter amatores, & scelestissime calumniatores, quod ex num. 23. huius capitis coniecturare licet: Et notanda populi insipientia, qui ab his duobus falsis prophetis turpiter deceptus, non se ab illis cauerit, sed potius in transmigratione Babylonica iudices constituerit.

CAP. 29. NVM. 23.

Ego sum iudex, & testis, dicit Dominus.

Deus omnium iudex, & testis: homo reus, & testis sui ipsius.

138 SOlus Deus potest esse iudex, & testis, sicut homo testis, & reus, in Pœnitentiæ scilicet Sacramento.

CAP. 29. NVM. 32.

Ecce ego visitabo super Semeian Nehelamiten, & super semen eius: non erit vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus.

139 MVlto grauius malum prænuntiatur huic quam supra capite 28. Hananiæ prænuntiatū fuerat; illi enim mors temporalis, huic mors æterna prædicta videtur. *Vide supra num. 128.*

CAP. 30. NVM. 24.

Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligitis ea.

Mors prophetæ ipsius qualificat prophetiam.

140 HEbræis intelligentiam, & Ieremiæ explicationem prophetiæ in hoc capite contentæ videtur Dominus differre voluisse vsque ad articulum mortis prophetæ.

VEL SIC.

Hebræi obstinate fere omnes sero & inutiliter resipiscunt.

141 In fine mundi intelligetis ea velamine mentium vestrarum ablato, sed tunc sero: vel in Messiæ aduentu, sed tunc licet cognoscatis, & Herodi veram Scripturarum intelligentiam proferatis, non tamen propterea ad veram credentiam ex vestra malignitate peruenietis.

CAP. 31. NVM. 12.

Et erit anima eorum hortus irriguus.

Contemplantiū anima hortus Diuino fonte irrigatus.

142 TOrrente diuinæ voluptatis spiritualibus scilicet consolationibus, & immissionibus irrigatus.

CAP. 31. NVM. 14.

Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine.

Vbi deest vnanimitas pinguedo Spiritus Sancti non adest.

143 CVR non dicit: *Animas* sacerdotum, sed *Animam*? Quia vbi deest vnitas, & vnanimitas, pinguedo Spiritus Sancti adesse non potest.

Et populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

Spiritualia vera bona; temporalia falsa bona sunt.

144 BOnis, scilicet spiritualibus, quæ vera bona sunt & Deo digna, non bonis temporalibus, quæ nec vera bona, nec tāto nomine, ac Numine digna sunt.

CAP.31. NVM.21.

Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam.

Crux via regia per quam secure ad cælum itur.

145 HOC est pone speculas populę meus, quæ sint tibi signa viæ per quam in Ierusalem reuersurus es. Hic textus per acommodationem adaptari potest illis crucis signis, quibus via sacra notari solet ob memoriam Dominicæ Passionis.

VEL SIC ANAGOGICE.

Contemplatiuis, Dominicæ Passionis consideratio valde profi-cua.

146 Hoc congruit spiritualibus, & contemplatiuis, qui, vt ad speculam diuinarum perfectionum, & gaudiorum cælestiū perueniant, per prędam meditationem amaritudinū passionis Christi Domini sibi commodissimé viam sternunt.

VEL SIC MORALITER.

Speculatiuum studium amaritudinibus abundat.

147 Qui sibi statuit speculari, statuit sibi amaritudines ponere. Ideo Ecclesiastes cap. 1. num. 18. *Qui addit scientiam, addit, & laborem.*

CAP.31. NVM.22.

Quia creauit Dominus nouum super terram: Femina circumdabit virum.

Dei omnipotentiæ opus maximū suimet exinanitio est.

148 VIR ille à femina circūdandus Deus est; sed adeó exinaniturus semetipsum est, vt á puella, & pusilla femina circumdetur.

Nisi per Mariā facilis ad Deum non patet aditus.

149 Sed cur ab hac circumdandus, seu omnino includendus? Vt nulli nullibi pateat aditus, & accessus ad illum, nisi per ipsam.

CAP.31. NVM.27.

Ecce dies veniunt dicit Dominus: & seminabo domum Israel, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.

In hominū abūdantia reipublicæ felicitas.

150 IN abundantia hominum, & animalit m ad humanos vsus deseruientium fœlicitas temporalis cuiusuis reipublicæ consistit.

VEL SIC.

Hebraismus sepultus in Christianismum reflorescit.

151 *Seminabo* Israelitas, vt in Christianos repullulent, & germinantes reflorescant.

Praui Christiani in bruta degenerant.

152 Sed quid per *homines, & iumenta*, in hac allegorica consideratione? Per homines, boni; per iumenta, mali, seu rudes Christiani indigitari possunt.

Seruilis conditio quædam naturæ nationalis degeneratio est.

153 Vel per homines, & iumenta, indiuidua vtriusque sexus, & vtriusque conditionis seruilis nempe, & dominantis, intelligenda veniunt.

CAP.31. A NVM.29.

In diebus illis non dicent vltra: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur.

Peccata cōmittere, non quid suaue, sed acerbum est.

154 EX hac metaphora manifestè instruimur, quod, peccare non sit, etiam si naturaliter consideretur, quid dulce, & suaue, sed quid valde amarum, asperum, & acerbum.

CAP.31. NVM.31.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, &c.

Testamentū nouum veteris cōsummatiuum.

155 FOEdus nouum nouitescilicet, & æterni testamenti: vel fœdus nouum, hoc est: veteris fœderis consummatiuum, & terminatiuum.

CAP.31. NVM.32.

Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti; pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

Hunc

Hebræi cum Deo non ſolum iure naturali, ſed etiã ciuili infideles fuerunt, & iniuſti.

156 HUNC difficilẽ mihi textum per hanc communem doctrinam ſic exponerem. Cum duo paciſcuntur, etſi alioqui in gradu, & dignitate valde imo infinite inæquales ſint, in ordine tamen ad pactum parificantur, & æquales fiunt; qui autem ipſorum pactum infringit, alteri cedit, & tamquam ſeruus ſubijcitur, ſuique dominum, & arbitrum conſtituit: ex quo, ſpeciali, ſeu ciuili, ſi ſic loqui liceat, dominio Deus in Hebræos pacti tranſgreſſores inualuit, & eorum dominatus eſt.

CAP.31. NVM.33.

Sed hoc erit pactum, quod feriam, cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.

Lex Gratiæ non in lapideis tabulis, ſed in hominum cordibus ſcripta.

157 *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde ſcribam*, non iam in lapideis tabulis, quia lex gratiæ, & charitatis futura eſt, & quia illius profeſſores interiora conſcientię ſuæ ſunt diſcuſſuri, & pœnitentiæ Sacramento ſubiectaturi.

CAP.32. NVM.9

Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui eſt in Anathoth: & appendi ei ei argentum, ſeptem ſtateres, & decem agenteos:

Perfecta Chriſtianæ legis obſeruantia cæleſtis agri beatitudinis comparatur.

158 SEptem Sacramenta nouæ legis, & decem antiquæ legis præcepta, non iam in tabulis lapideis, ſed in viſceribus, & corde ſcripta, vt ſupra ad cap.31.num.33.notatum eſt, ſunt characterizata, & ſignata, pecunia, qua ager, ſeu poſſeſsio cæleſtis beatitudinis comparatur.

CAP.32. NVM.18.

Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos.

Praua filiorum educatio per ipſos à Deo punitur.

159 *INiquitatem*, ſcilicet, quam in eorundem filiorum praua educatione commiſerunt.

CAP.32. NVM.24.

Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatem, vt capiatur, & vrbs data eſt in manus Chaldæorum qui præliantur aduerſus eam á facie gladij, & famis, & peſtilentiæ: & quæcumque locutus es acciderunt, vt tu ipſe cernis.

Ex diuinæ Benignitatis viuida interpellatione Deus de iræ ſuæ in homines eiaculatæ dubitabũdum ſegerit.

160 AN neceſſe eſt perſuadere Deo re vera euenisſe mala á ſe ipſo hominibus comminata? Adeó diuina bonitas, & benignitas talibus executionibus reſiſtit.

CAP.32. NVM.25.

Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argenteo, & adhibe teſtes, cum vrbs data ſit in manus Chaldæorum?

In omni terra captiua eſt Mariæ hereditas, ſeu poſſeſsio libera.

161 ETſi vniuerſa generis humani Prouincia exercitui regis Babylonis, ideſt diabolo, & angelis eius iure belli ceſerit, eſt aliqua hereditas, nempe Marianũ fundũ, argento, ideſt pretio Sanguinis Chriſti ante captiuitatẽ redemptum, & ipſi reſeruatũ. Sed quinã illi adhibiti teſtes ſunt? Forté ſunt quattuor Euangeliſtæ, & præcipuè Ioannes, qui vidit aquam, ſeu argentum fluidum de Chriſti latere manantem, & de hoc teſtimonium perhibuit.

CAP.32. NVM.35.

Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle Ennon, vt initiarent filios ſuos, & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc.

Hominum ſceleratus pluſquam infinita appellanda, ſiquidem diuinam ſcientiam excedere videntur.

162 NEC aſcendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc. Tam horribilia

bilia ſolent homines ſcelera perpetrare, quod per exagerationem dici poſsit, quod ad illa percipienda Deus infinitâ ſuâ ſcientiâ non pertingat.

Parentum in filios impietas adeó enorme ſcelus, vt Dei cognitioni violentiã faciat.

163 Et notandum verbum illud: *Aſcendit*: cum enim actio illa eſſet crudeliſsima, & paternę repugnantiſsima pietati, ſi forte ad Deum veniret nõ motu naturali, ſed violento eſſet peruentura.

CAP. 32. *A NVM.* 38.

Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnũ & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis, & filijs eorum poſt eos.

In lege Gratiæ via regia ad Deũ amor: semita, cũ Sacramenti virtute, timor.

164 IN lege ſcripta, via regia ad Deum, non vnica, ſed vna, fuit timor; ſed in lege gratiæ via regia ad Deum, non vnica, ſed vna, eſt amor; foret autem vnica hæc amoris via, ſi per atritionem accedente Sacramento, non poſſet homo iuſtificari: ſed cum in hoc textu de lege gratiæ videatur præcipue propheta loqui; hic iuſtificationis modus ab vniuerſali Eccleſia catholicè receptus per hæc verba roboratur.

CAP. 33. *NVM.* 5.

Et ad gladium venientium, vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſsi in furore meo, & in indignatione mea, abſcondens faciem meam â ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum.

Calamitatẽ, etiã iuſtiſsime punitorum Deus videre nequit.

165 CVR Deus faciem abſcondit? An ne videat calamitatem, etiam iuſtiſsime, punitorum?

VEL SIC.

Abſque rubore homines committere ſolent, quæ ſine rubore Deus nequeat aſpicere.

166 Deus abſcondit faciem præ rubore à malitiâ, & peccatis ciuium Ieroſolymitanorum cauſato, iſti enim abſque vllâ omnino erubeſcentiâ committebant, quæ Deus, quin magno rubore ſuffunderetur, non poſſet inſpicere.

CAP. 34. *NVM.* 3.

Et tu non effugies de manu eius; ſed comprehenſione capieris, & in manu eius traderis: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt.

Maximum regũ infortunium ab aliis regibus deſpici.

167 OCuli tui oculos regis Babylonis videbunt, non econtra oculi regis Babylonis oculos tuos videbunt, te enim præ irâ, deſpectuque, non dignabitur aſpicere.

CAP. 34. *NVM.* 17.

Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo: Ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

Manumiſsioni iniuſtè denegatæ libertate ad iuſtum ſupplicium ſatisfit.

168 PRo vna libertate ſeruis Hebræis ſecundum legis præſcriptum Exodi cap. 21. non conceſſa; dominis illegitimé detentoribus ad vnum, è tribus malis libera datur optio: ad gladium, ad peſtem, & ad famem.

VEL SIC.

Creaturæ rationalis iniuſta ſeruitus Oculis diuinis diſplicentiſsima.

169 Pro ſeruitute ſuorum male protelata omnes in extraneorum rediguntur, ſeruitutem: &, quod notabilius eſt, etiam rex ipſe Sedecias in Chaldæorum redactus fuit ſeruitutem, vt ex contextu patet: adeó creaturæ rationalis in perpetuam redactio ſeruitutem, oculis diſplicet diuinis.

CAP. 35. *NVM.* 14.

Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis, vt non biberent vinum, & non biberunt vſque ad diem hanc, quiá obedierunt præcepto patris ſui.

Le-

Leges municipales obseruantius, quam generales custodiri solent.

170 LEges municipales, quia distinctiuæ, obseruantius custodiri solent, quam leges communes tam diuinę, quā humanæ, quia generales sunt, & omnes indistincte concernunt.

CAP. 35. A NVM 18.

Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel; pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis: Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

In persona religiosorum antiquæ legis Euangelicis religiosis Deus æternam vitam promittit.

171 SI professoribus religionis non approbatæ, & imperfectæ institutum suum, & leges municipales adamusim obseruantibus, sic benedicit, & fauet Deus; quid veræ, & approbatę Religionis professoribus facturus, & si regulā, & leges suas perfecte custodierint, largitûrus? Certè æternam vitam, quam ipsis in persona Rechabitarum, promittit illis vltimis verbis: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus*, scilicet æternitatis.

CAP. 36. NUM. 6.

Ingredere ergo tu, & lege de volumine, in quo scripsisti ex ore meo, verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunij.

Ad populi exortationem oportunum tempus eligendum.

172 TEmpus oportunum propheta expectat ad populum ad monendum, ex quo prudentissime Ecclesia Catholica tempore ieiunij quadragessimalis admonitiones, & exortationes ad populum multiplicat.

CAP 36 NUM 7.

Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini.

Tepida oratio, cadens; feruida, eleuata nuncupanda.

173 ORatio cadens est tepida oratio: oratio vero eleuata est oratio charitate feruida: Vide Isaiæ cap. 37. num. 4.

CAP. 36. NUM. 23.

Cumque legisset Iudi tres pagellas vel quattuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni, qui erat in arula.

In ministri pro Deo zelatoris opera, & personā igne, & ferro iniqui insurgunt

174 TRES *pagellas vel quattuor*: exiguo numero, & diminutiuo vocabulo, vt non solum despectus voluminis notaretur, sed etiam quod ex paucissimis solum è multis, quæ in illo volumine continebantur, audientium animi in implacabilem furorem accensi fuerunt. Sed vt quid scinditur liber statim in ignem proijciendus, & omnino cremandus? Ut, & volumini omnia damna, & mala, quę pati posset, inferrent, & in voluminis authorem, non solum igne, sed etiā ferro desæuirent.

CAP. 36. NVM 30.

Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo, qui sedeat super solium Dauid.

Qui cum dependentia regit, non regnat.

175 NOnne regnauit post Ioakim, Ioachin filius eius lib. 4. reg, capite 24. num. 5. & 6. quomodo dicitur: *Non erit ex eo qui sedeat super solium?* An quia exiguo tempore præfuit, & cum dependenti Chaldæorum subiectiône, quod regnare dicendum non est?

CAP. 37. NVM. 12.

Cumque peruenisset (Ieremias) *ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius*

Sele-

Selemiæ, filij Hananiæ, & apprehendit Ieremiam prophetam, dicens: Ad Chaldæos profugis, &c.

Ministrum pro Deo zelatorem, nec præsentem, nec abeuntem iniqui tollerare possunt.

176 CVR retinent ab Ierusalem exeuntem prophetam, quem audire nolunt nec credere? Non quidem vt illi obediant, & auscultent; sed vt opprimant, & sub probrosa specie delinquentis flagellent, & in terrimum, & tenebricosum carcerem detrudant, vt statim fecerunt.

Vindicativus libor sæpe ad filios & nepotes transire solet.

177 Forte fuit iste Ierias nepos illius Hananiæ, cuius, & pseudo prophetiam detexit, & expunxit, ac mortem portendit Ieremias supra cap. 28.

CAP. 38. *NUM.* 5.

Et dixit rex Sedecias: Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est, regem vobis quidquam negare.

Tumultuanti populo cedere in multis, prudentia est.

178 IN tali temporum angustia prudenter fecit rex cedendo velleitati, etsi iniquissimæ illius multitudinis, vt sic à violenta morte prophetam eriperet.

CAP. 38. *NUM.* 6.

Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech, qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Ieremias in cænum.

Iniqui, etiam cùm pij videntur, crudeles sunt.

179 IEremiam funibus in lacum illum demittere, & non violenter proijcere, non fuit actio ex misericordia proueniens, sed ex crudeli, & vehementi odio, vt scilicet ibi, & graueolenti, ac cænoso situ torqueretur, & tandem prolixa atrocique famis morte periret: vt colligitur infra num. 9.

CAP. 38. *NUM.* 11.

Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario; & tulit inde veteres pannos, & antiqua quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.

Inueterata conseruare diuitiarũ argumentum.

180 IN domibus regum Iuda etiam veteres, & rupti panni seruabantur, idcó adeó diuites semper fuerunt.

VEL SIC.

In domibus regũ, etiam inutila, quandoque seruiunt.

181 In domibus regum omnia, etiam vilissima, & abiecta quandoque vtilia sunt.

VEL SIC.

Ijs, quæ in regũ domibus redundant, religiosi pauperes abundare possunt, si ipsis concedantur.

182 Ijs rebus, quæ in domibus principum, & diuitum despectæ, & inutiles sunt pauperibus prophetis, & viris religiosis sufficienter subueniri potest.

CAP. 38. *NUM.* 27.

Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum, & locutus est eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei rex: & cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

In reipublicæ calamitate reges benignius segetunt.

183 CUR tam facile primores ciuitatis crediderunt, prophetam á rege, non pro negotio publico vel regio, sed pro priuato ipsius prophetæ negotio accersitum? An quia tunc erat rex in maxima tribulatiône constitutus, & in tali statu solent reges humaniôres, & benigniôres esse, & æque solicite bonum particulare, & priuatum, quam bonum publicum curare?

CAP. 39. *NUM.* 6.

Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblata in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedeciæ eruit.

Be-

Crudelis tyrannus non solum ictum accipientes, sed etiã respicientes torquere intendit.

184 BEnignius cum Sedecia rex Babylonis ageret, si prius oculos eruisset, quam spectaculum adeò miserandum videret; sed egit crudelissime, vt singulorum morientium ictibus Sedeciæ cor transfigeretur: Vide quæ ad 4. regum cap. 25. à num. 5. animaduersa sunt.

CAP. 39. NVM. 9.

Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi, qui remanserant transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

In rebuspublicis, qui officio, vel exercitio carent, superflui sunt.

185 TRanslatis prima vice artificibus, & artium omnium operarijs propriſsimè reliqui ex vulgo remanentes non dicuntur residui, sed *superflui*.

Milites contra belli iura crudeles, lanciones cõpellari possunt.

186 Et notandum in Hebræo apud Ioannem de Mariana pro illis verbis: *Magister militum*, legi: *Magister lanionum*.

CAP. 39. A NVM. 16.

Vade, & dic Abdemelech Æthyopi dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, & erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Dominus: Et non traderis in manus virorum, quos tu formidas: sed eruens liberabo te, & gladio nõ cades: sed erit tibi anima tua in salutem, &c.

Ab vniuersali Hebraicæ prouinciæ captiuitate typus Mariæ liberatur.

187 MIsericordia in Ieremiam exercita Abdemelechum in tam vniuersali calamitate liberâuit, & incolumem conseruauit. Et notandum, quod Iudæis pereuntibus vniuersis, vel captiuitatem sufferentibus, gentiles salui, & liberi manent sub diuina protectione: Et forte Æthyops ille Abdemelech præfigurauit cã, quæ de se prophetice, & anigmatice loquens. Cant. cap. 1. num. 4. ait: *Nigra sum, sed formosa*, nec nomen huius disenrit Æthyopis: nam *Abdimelech*; Pater regis sonat.

CAP. 40. NVM. 16.

Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Carêe: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

In reipublicæ turbatione perniciosa credulitas.

188 HÆC Godoliæ responsio generosa potius, quam prudens fuit; in statu enim valde turbato reipublicę, nil perniciosius quam nimia credulitas.

CAP. 42. NVM. 10.

Si quiescentes manseritis in terra hac ædificabo vos, & non destruam.

Hebræi vbique, ex innata malignitate, inquieti, & seditiosi.

189 MOnet propheta, nõ solum, quod maneant; sed etiam, quod quiescant, illorum seditiosam conditionem timens, & damna ex illa subsecutura præcauens: Vide supra ad cap. 29. num. 7.

CAP. 42. NVM. 16.

Gladius, quem vos formidatis ibi comprehendet vos in terra Ægypti: & fames, pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini.

Crudelius vulnerat, & occidit fames, quam gladius.

190 VEhemẽtius illos angebat fames quam gladius, & quidem rationabiliter; gladius enim breuem inducit mortem; fames diuturnam, & acerbiorem: ideo gladio formido tantum, fami verò solicitudo, & mors attribuuntur.

CAP. 44. NVM. 19.

Quod si nos sacrificamus reginæ cœli, & libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas, ad colendum eam, & libandum ei libamina?

Etsi

Peccata publica delicta vnis imputanda.

191 ET si fœminæ sunt quę hîc loquuntur pronomen: *Nos* in Hebræo in masculina terminatione est, apud Ioannem de Mariana ibi, ex quo instructio, & aduertentia elici potest, quod quæ mulier errata committit, viro, qui caput illius est, & gubernator imputari debent.

CAP. 45. *NUM.* 5.

Et dabo tibi animam tuam in salutem, in omnibus locis ad quæcumque perrexeris.

Iusto ex parte Dei promittitur seruatio, at Mariæ præseruatio conuenit.

192 BAruch, ideſt, *Benedicto* conceditur animæ seruatio, sicut præseruatio: *Benedicta inter mulieres.*

CAP. 46. *NVM* 16.

Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram nativitatis nostræ à facie gladij columbæ.

Grauius infideles Deus, quam fideles punire solet.

193 VIde quæ supra ad cap. 25. num. 38. animaduersa sunt; sed cur ibi iram tantum, hîc iam gladium exerit? An quia ibi in Hebræos, hîc contra Ægyptios mitis columba desæuiebat?

CAP. 47. *NVM.* 5.

Venit calvitium super Gazam.

Perpetua alicuius populi ruina per calvitium exprimi solet.

194 HOC est: Nunquam restaurabitur, nec reædificabitur, sicut caluo capiti pili nunquam redeunt.

CAP. 48. *NUM.* 10.

Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.

Non minus Domini opus est sontium supplicii, quam insontium præmium.

195 HIC per *opus Domini*, iniquorum, & insidelium significatur persecutio ac debellatio; quod per accommodationem omnibus Christianæ reipublicæ ministris, præsertim Ecclesiasticis aptari potest.

CAP. 48. *NUM.* 11.

Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fœcibus suis.

Virtuti nocuit temporalium abundantia.

196 IN fœcibus ideſt vitijs & peccatis; hinc inferre licet, quantum abundantia bonorum temporalium virtutibus nocere soleat.

CAP. 49. *NUM.* 10.

Ego vero discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterit: vastatum est semen eius, &c.

Omnigeno damno exponitur quę Deus abijcit.

197 DIscooperui, ideſt à mea vmbra, & protectione abieci.

VEL SIC.

Totalis reipublicæ ruina consiliorum status propalatio est.

198 In consiliorum status propalatione regni Esaú fundat destructionem, & per hanc reuelationem, & manifestationem, totalem ipsius explicat ruinam, non solum actualem, & præsentem, sed diuturno tempore duraturam: Ob quod *semen eius vastatum* dicitur.

CAP. 50. *NVM.* 25.

Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ.

Ob misericordiã, non ob vindictæ iram thesaurizat Deus.

199 THesaurum iræ suæ non semper habet Deus manifestum, & apertum, sed clausum, & occultum. Sed cur irã thesaurizat Deus? Non certe propter appretiationem, sed propter retractionem, ne semper ad manũ ipsi sit, ideoque forte illam in vasis habet ne facile vertatur, & diffluat.

VEL SIC.

Non vt instrumẽtum vindictæ, sed timoris proficui irã thesaurizat Deus.

200 Æstimat quidem Deus iram, siquidem illam thesaurizat, sed non, vt instrumentum vindictæ, & punitionis; sed vt instrumẽtum metus, & timoris, quo frequenter mouentur homines ad pœnitentiam commissorumque resipiscentiam.

CAP. 50. *NVM.* 36.

Gladius ad diuinos eius qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

Stultitia sapientes; fortes timor neeas.

201 GLadius sapientum destructiuus stultitia est; fortium, timor.

CAP.

CAP. 51. NVM. 14.

Iurauit Dominus exercituum per animam suam.

Deus vel per se ipsum, vel per Mariam animã suam iurat.

202 NON habet Deus alium per quem iuret, ideo iurat per se ipsum, nisi fortè per Mariam Uirginem matrem suam, quæ anima ipsius est, ideo Simeon ad illam Lucæ cap. 2. num. 35. ait. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Ideo etiam Damascenus: *Si formam*, hoc est animam, *Dei te appellem digna existis.*

Quoniam replebo te hominibus quasi brucho.

Hostes bruchi, & locusta Prouinciarum,

203 NON incolis habitatoribus; sed inimicis vastatoribus, & depopulatoribus, qui numerari non possint.

Et super te celeuma cantabitur.

Ciuitas ciuium sanguine perfusa in amarissimum mare conuertitur.

204 *Celeuma* est canticum nauticum, quomodo super Babylone ciuitate, non maritimâ, sed mediterraneâ aserit canendum? Vel quia á fluminibus præter eam labentibus inundanda; vel certius, quia sanguine occidendorum in ea hominum solũ ipsius operiendum, & in mare rubrum conuertendum: Vide infra num. 42.

CAP. 51. NVM. 16.

Et produxit ventum de thesauris suis.

Mundiales diuitiæ inanes, & ventosæ.

205 LOci ex quibus venti perflant, seu repositoria ventorum thesauri vocantur, vt appareat, omnes mundiales diuitias, quid futile leuissimum, & inane esse.

CAP. 52. NVM. 16.

De pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas.

In Hebræorum à á Chaldæis vastatione Lex Gratiæ adumbrata fuit.

206 OMnia, quæ ad ritus veteris legis pertinebant ablata Hebræis sunt á Chaldęis eorum vastatoribus, & solum, quæ ad specialissimum legis gratiæ ritum spectabant, nempe vini, panisque operationes, relicta fuerunt.

THRENI
IDEST LAMENTATIONES IEREMIÆ PROPHETÆ.

PRÆLOQUIVM.

Sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit.

AD THRENOS
IDEST LAMENTATIONES
Ieremiæ Prophetæ.

Qui plangens verba pronunciat, ea ad cantus normam cõcinnare nequit.

1 DIXIT, NON *cecinit*, quia etſi metrica compoſitione plangeret, non canendo, ſed ſingultatim, ſeu intermixtis ſingultibus proferendo propheta eiulabatur, ſciens muſicalem in luctu importunam eſſe narrationem. Eccleſiaſtici cap. 22. num. 6.

Metrica compoſitio facilius addiſcitur, & tenaciùs memoriæ adhæret.

2 Vt quid ergo lamentationes ſuas ad numeros ligauit Ieremias? Ut facilius ab Hebræis memoriter addiſcerentur, & tam ab ipſis, quam in Eccleſia catholica commodius canerentur, ſicut fecit Moyſes Deuter. cap. 32. canticum illud celeberrimum *Audite cœli* pagens, vt ex num. 46. eiuſdem capitis conſtat.

CAP. 1. NUM. 1.

Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina Gentium.

3 PRius, & grauius ſolitudinem Ieruſalem eiulatur, quam ruinam, & deſolationem, quia opulentia, & amplitudo cuiuſuis ciuitatis prius, & principalius ex incolis, ſeu ciuibus, quã ex ædificijs conſtat, & coaleſcit.

Ciuitatis opulẽtia in ciuibus, nõ in ædificijs conſiſtit.

4 Sed cur deſtructionem, & totalem diſſipationem illius opulentiſsimæ vrbis per verbum: *Sedere* exprimit quietis, requietionis que ſignificatiuum? Quia deſtructio illa fuit Sabbatiſmus ſeptuaginta annorum illius ciuitatis, & Prouinciæ, vt ex lib. 2. Paralip. cap. 36. num. 21. patet. Et propterea forte non dicitur vere, & proprie vidua, ſed quaſi vidua, quia illo tempore tranſacto ad populi ſui dilectiſsimi conſortiũ erat reſtituenda. Uel quia viduitas B. Mariæ Uirginis figurabatur, quæ ſtatim poſt triduum erat ſoluenda, & reparanda.

Damnum reparabile, & certò reparandũ abſolute damnũ dici nequit.

CAP.

CAP. 1. NUM. 2.

Et lacrymæ eius in maxillis eius.

Lacrimæ immobiles à corde semiuiuo oriundæ.

5 LAcrymæ eius in maxillis eius, hærentes, vel quia continuo fluebant, vel quia decurrere, seu descendere non valebant, vtpote egressæ à corde semimortuo, & præ dolore stupefacto.

Inconsolabiles lacrymæ, quæ sine collacrymante exeunt.

6 Et notandum lacrymas excidij Ierosolymitani, in aliarum maxillis ciuitatum non videri, sed tantum in suis, vt absque leuamine commiserationis exirent, ideo subsequitur: *Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.* Unde prouidentia Naturæ notanda venit, quæ duobus oculis humanam faciem adornauit, ne vnus solum, absque leuamine, & consortio alterius lacrymaretur.

Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius.

Cælestis patria pro omnibus rationalibus suspirat; non sic rationales omnes pro ipsa.

7 IDest: Ex omnibus quos ipsa diligebat, non à quibus ipsa diligebatur: Ierusalem enim cælestis omnes diligit; sed nō omnes diligunt ipsam.

CAP. 1. NVM. 9.

Deposita est vehementer, non habens consolatorem: Uide Domine afflictionem meam.

Nunquā certior succursus Diuinus, quam cum omnino deest humanus.

8 NUnquam certior recursus, & succursus diuinus, quam cum deficit consolator humanus: ideó non tam relatiue destitutionem consolatoris propheta ponit, quam inductiue.

CAP. 1. NVM. 12.

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est, Dominus in die iræ furoris sui.

Ingratæ vineæ tristis, & iracunda vindemia.

9 VIndemiauit me in furore, quia post operosam, & diligentem culturam, non inuenit in me fructuum correspondentiā.

CAP. 1. NUM. 15.

Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

Synagoga virgo dicitur, non quia casta, sed quia infructifera.

10 HIC Synagoga appellatur Virgo, non quia casta; sed quia in fructifera, ideo forté non dicitur, Dominum calcasse fructum, sed pauimentum aridum siccumque torcularis.

CAP. 1. NVM. 20.

Foris interficit gladius, & domi mors similis est.

Mors famis non minus crudelis, quam mucronis.

11 MOrs scilicet famis, pestis, & timoris, quę non minus crudelis, & atrox est, quam gladij mors.

CAP. 1. NVM. 21.

Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

Inuidia omnigenō cruciatur æqualet.

12 CVM á Deo consolata fuero inimici mei tunc ex inuidiâ ijsdem malis, & angoribus, quibus ego nunc crutior, torquebuntur.

CAP. 2. NVM. 9.

Et prophetæ eius non inuenerunt visionem á Domino.

Prauī Ecclesiæ declamatores spiritu diuino destituti proprium spiritum iactare nō dubitant.

13 ET cum non inuenissent, cognoscentesque se diuinis inspirationibus destitutos nihilominus ex proprio cerebro prophetabant, vt gradum, & dignitatem suam tuerentur, & plausum, populique æstimationem conseruarent, vt patet supra diuersis locis, & infra num. 14.

CAP. 2. NUM. 13.

Magna est enim velut mare contritio tua.

Omnium dolorū confluxus amarissimum mare constituit.

14 QUia sicut omnia flumina intrant in mare, sic in te omnes contritiones, & dolores simul intrauerunt.

CAP. 2. NVM. 14.

Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta.

Qui falsa pronũtiat, Dei nomine loqui nequit.

15 SI *falsa* quomodo visa? Nunquam quidem visa, sed ab istis pseudo prophetis, tamquam visa, & certissima affirmata, ideo non dicit Ieremias nomine Dei loquens: *Prophetæ mei*, sed: *Prophetæ tui.*

Qui ad peccandũ inducentia profert, non propheta, sed pseudo propheta est.

16 Sed in quo cognosci poterat commẽta illa à pseudoprophetis pronuntiata, & ad populum iactata, falsa esse? Quia *stulta*, seu indiscreta erant: Vel forte ad peccandum inducentia, quod stultitiæ nomine in Sacra Scriptura significari solet.

Viderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

Pseudoprophetæ prophetarũ similes

17 ET iam pseudo prophetæ inter multa prospera, quæ ex suo cerebro comminiscebantur, & prænuntiabant, aduersa aliqua intermiscebant, vt veris prophetis assimilarentur, & apud populum cum ipsis confunderentur.

CAP. 3. NVM. 10.

Vrsus insidians factus est mihi: Leo in absconditis.

Fortitudini cautelæ adiunctæ nil valet resistere.

18 FOrtitudine maxima, & non minore cautela egit contra me.

CAP. 3. NUM. 41.

Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in Cælos.

Cultus Dei externus interiore affectu animãdus.

19 COrrespondeãt interna exterioribus, & non solum oremus signis, & ceremonijs externis, sed interno, & cordiali affectu, debitaque attentione, & deuotione. Vel sic.

Oratio eleemosyna cõcomitata optimum Dei obsequium.

20 Oremus quidem, sed non hoc solum contenti simus; sed ad bene etiam operandum manus applicemus.

CAP. 3. NUM. 44.

Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.

21 OPposuisti: ergo, quod impedit, ne oratio nostra transeat ad Deum opponitur Deo.

Quod inter Deũ & nos apponitur, Deo opponitur.

VEL SIC.

Mariæ debetur, quod nostris Deus tepidis orationibus non irritetur

22 Cum nubes ista sit Mariæ symbolum, quomodo obesse potest, ne ad Deum transeat oratio nostra? Obstat vtique, at non semper, sed tunc solum quando oratio nostra, ob indeuotionem, & alios defectus talis est, quæ potius ad iracundiam Deum sit incitatura, quam ad misericordiã inductura.

CAP. 3. NUM. 49.

Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset requies.

Oculi lacrymis rethorice loquũtur.

23 NEC *tacuit*, idest lacrymari cessauit, loquela enim oculorum lacrymæ sunt: Vide, quæ ad Tobiæ cap. 5. num. 28.

CAP. 3. NVM 51.

Oculus meus de prædatus est animam meã in cunctis filiabus vrbis meæ.

Oculi calamitatum spectatores compatientẽ animã deprædantur.

24 OCuli videntes crudelissimas calamitates tam ab incolis Ierusalem, præsertim feminei sexus, quam á ceteris illius Prouinciæ ciuitatibus, & viculis perpessas violenter rapuerũt animam meam, vel in mortem, vel in vehementissimã compassionẽ.

CAP. 3. NUM. 52.

Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.

Anima à Deo destituta omni damno manet obnoxia.

25 COnquæritur Ierusalẽ, se relictã à Deo hostibus suis tamquam locum liberũ, in quo cuique venari, & aucupari licet. VEL SIC.

Peccatorẽ nullo sui damno diabolus rete suo capit, & illudit.

26 Non ceperunt me quasi leonem, vrsum, vel aliud animal ferox, quod absque periculo, & etiam damno venatorum capi nõ solet; sed quasi simplicem auiculã, quæ absque vllo detrimento, & dispendio; mo cum magnã capiẽtium lætitiã, & delectatione comprehenditur.

CAP.

CAP.3. NVM.63.

Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide; ego sum psalmus eorum.

Christi passiones, & tormenta, Hebræorum suauis, & repetita cantilena.

27 HÆC, & antecedentia intelligi posse videntur in persona Christi á Synagogę principibus persecuti, cuius tormenta, & afflictiones erant canticum ab ipsis frequentissime, cum magna animi oblectatione repetitum.

CAP.3. NVM.65.

Dabis eis scutum cordis laborem tuũ.

Difficile mobilis ad puniendum Deus.

28 DIfficultas, qua Deus mouetur ad puniendum, erit obstaculum, ne isti iniquissimi peccatores, & crudelissimi ciuitatis huius miserę hostes statim pereant.

Christi oratio in cruce pendentis efficacissima.

29 Uel si de persona Christi allegorice explicare liceat, ipsamet eius passio, & in cruce oratio fuit medium efficax ne omnes, qui in illam influxerunt, statim, sicut Iudas Iscariotes, perirent.

CAP.4. NVM.1.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?

Aurum veræ Fidei ab infidelibus offuscari potest, destrui non potest

30 OBscuratum est aurũ, quo templi parietes inaurati erant á fumo ignis in eo ab hostibus accensi, ex quo aureus color in nigrum immutatus, & conuersus, vel certius deturpatus, fuit.

VEL SIC ALLEGORICE.

Christi humanitas in eius passione resplenduit Diuinitas lãtuit.

31 *Obscuratum est aurum* diuinitatis in Chtisti passione, ablata ab eo omni specie, & decore, ex flagellorum, & innumerabilium aliorum defædatione tormentorum.

Lapide Angulari dissipato reliqui ædificij lapides facile conuellùtur.

32 Et lapides Sanctuarij, idest discipuli, Ecclesiæ fundamenta, Christum relinquentes, dispersi sunt. Quod primo, ipse per Zachariam cap.13.num.7. prædixerat: deinde ore suo benedicto Mat. cap.26.num.31. Marci cap.14.n. 27. & Ioannis cap.16. num.32. præfari dignatus est.

CAP.4. NVM.3.

Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

Summus crudelitatis apex, materna in filios paruulos despectio est.

33 RElinquens filios paruulos, & lactentes, sicut struthio oua, auis, seu potius fera cum filijs crudelissima.

CAP.4. NUM.5.

Qui vescebantur voluptuose interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora.

Qui ab spiritualibus ad mundana delicias trãsgrediuntur, ab ambrosia ad stercora declinant.

34 IN sensu morali hęc verba conueniunt ijs, qui delicijs spiritualibus aliquando pasti, & recreati, & regali dignitate, & nomenclatura filiorũ Dei fruẽtes, ad fornicationes, & alias mundi spurcitias, & vitia declinant.

CAP.4. NVM.6.

Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.

Grauiora fidelium quam infidelium peccata sũt. Quæ non per se, sed per homines punit Deus, vt grauius puniat.

35 MAior iniquitas Ierusalem, & consequenter maior vindicta, & punitio: ciuitas enim Sodomorum, & finitimæ celerrime, & immediate á Deo, igne de cęlo immisso, destructæ fuerunt; at Ierusalem prolixe, & per homines, quod genus acerbioris supplicij est, vastata, & dissipata fuit. Vide num.9. subsequentem.

CAP.4. NVM.9.

Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame; quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ.

Mala à charissimis illata acerbiora sunt.

36 ET ratio manifesta est tum propter immediate dicta, tum quia fame enecti à pijssimâ matre, nempe terrâ rigorem mortis experti sunt, at vero occiss gladio, á furore hostili, & inimicis mortem acceperunt.

CAP. 4. *NUM.* 10.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum.

Spirituales animæ secum ipsis pie crudeles.

37 IDem accidit in Samaria tempore Elisæi, vt patet ex lib. 4. reg. cap. 6. num. 29. Uel sic tropologice. Hæ matres sunt animæ spiritualium, & ad perfectionem diligenter tendent ũ, quæ passiones omnes carnales, quas in se sentiunt generari, igne charitatis, & aqua pœnitentiæ, & doloris excoquunt, & consumunt.

CAP. 4. *NUM.* 11.

Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & devorauit fundamenta eius.

Hebræorum templum à Deo vsque ad fundamẽta destructum, ne quid illius religionis remaneret.

38 ET *devorauit fundamenta eius*, idest totũ templum vsque ad fundamenta consumpsit, & in cinerem redegit.

Ignis Diuinus sursum, deorsum que ereuat, & consumit.

39 Et notandum, quod ignis diuinus, non solum sursum creuat, & consumit, sed etiam deorsum. Vide supra cap. 1. num. 13.

CAP. 4. *NUM.* 18.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum:

Tyrannorum pedes in terra non cõsistunt, sed lubricant.

40 PEdibus in sanguine occisorum labẽtibus: Et notandum, vestigia propedibus, seu plantis poni, ad exprimẽdam figuram, & characterem earum in terrâ sanguinolenter madidâ, & cœnosâ impressum.

VEL SIC.

Stomachi vacuitas pedes debilitat.

41 Lubricauerunt pedes nostri præ inedia debilitâti, & non valentes consistere.

Completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

Peccatores citò pereunt, quia ad mortem properant, & mors ad ipsos accelerat.

42 COmpleti sunt dies nostri, non ex iusta mensura spatij vitalis; sed ab immatura, & violenta morte intercepti: *Seu completi sunt*, non quia peruenimus ad finem, sed quia finis ipse, iniquitatibus nostris impulsus, & acceleratus ad nos peruenit.

CAP. 4. *NUM.* 20.

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris.

Hebræorum pontifices pro peccatis eorum nunquam capti. Solum Christus Dominus pro illorum, & omnium peccatis captus, & occisus est.

43 NON *Christus Dominus*, vt communiter pontifices, & reges appellabantur; sed *Christus Dominus* verus Deus, qui est Spiritus oris prophetarum.

CAP. 5. *NUM.* 6.

Ægypto dedimus manum, & Assyrys, vt saturaremur pane.

Qui alterius seruitio mancipatur, manum vltr in sui beneficium spolliatur.

44 DEdimus *manum*, idest, operas nostras locipia nos tradidimus ob miseram vitam nostram sustentandam.

CAP. 5. *NUM.* 16.

Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus.

Peccata nõ regno cœli solum, sed etiam terreno priuant.

45 QVod erat regnum florens, & opulentum per se subsistens, & independens, versum est in Prouinciam subiugatam, & Chaldæis subiectam.

PRO-

PROPHETIA BARVCH.

CAP. I. NVM. X.

Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri.

AD CAP. 1. N. 10. BARUCH PROPHETÆ.

Sanctorum orationes Manna Domini sūt præsertim quæ ab Ecclesia fiunt.

1 CUR THYMIAma appellatur *manna*? Quia fumus eius orationes Sāctorū represētat, quæ Deo ad omnem gustum conuertuntur. Et notandū quod é quatuor aromaticis speciebus ex quibus thymiama componebatur, vna solum exprimitur ceteris subintellectis; ea scilicet quę in Ecclesia cremanda erat. Uide Exodi cap. 30. num 34. & 35.

CAP. 1. *NVM.* 12.

Ut viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Baltaßar filij eius, & seruiamus eis multis diebus.

Hebræi in verbis, vt plurimum, solertes, & cauti:

2 MVltis diebus, non annis: cautus modus loquendi Hebræorum: per verba, quæ videntur adulatoria, & in fauorem vtriusque regis, sibi cauent & prospiciunt.

Humanæ protectiones vmbræ appellātur, quia omnes vmbratiles, & euanidæ

3 Et notandum, protectionem humanam, *vmbram* appellari, quia omnes sunt euanidæ: imo per hanc vocem diuini fauores, quibus in hac mortali vita fruimur, in Sacrâ Scripturâ solent significari, vel quia sunt vmbra, & representatio cælestium, vel quia respectu eorum, quos in patriâ frui speramus, vmbratiles sunt.

CAP. 1. *NUM.* 21.

Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos: & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, &c.

Qui carnaliter viuunt sensu pollent, anima potentijs cæcutire videntur.

4 POtentia animæ *sensus* appellatur ad innuendā Hebręorum carnalitatem, ex qua appetitus rationem sibi subijciebat, non ratio appetitum.

CAP. 2. *NVM.* 1.

Propter, quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos.

Ver-

Uerbum Dei regula firma, & indeficiens.

5 UErbum Dei *Statutum* dicitur, & quia nos regit, & quia semper firmum manet.

CAP. 2. NUM. 18.

Sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua.

Peccata, & verecundia & pondere grauãt animam.

6 INcedit curua, tum ex verecundiâ, & rubore commissorum, tum onere peccatorum grauata, & onusta.

CAP. 2. NUM. 23.

Et auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ.

Connubia populum iucundant, & fœcundant.

7 PRæcipua populi iucunditas per connubiorum celebrationem explicatur.

CAP. 2. A NUM. 24.

Vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo: & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis.

Principes, etiam cum deuixere, delicati sunt, & molles.

8 COnditio regum adeò mollis, & delicata est, vt vel mortuorum ossa æstu geluque molestari, dici possit.

CAP. 2. NUM 35.

Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

Per testamentũ reuocatum non aditur hereditas, sed per nouum, vltimum, & alternum.

9 ALterum, id est nouum, & æternum testamentum corporis, & sanguinis mei, per quod, & homo in me, & ego in homine mansurus sum. Matth. cap. 26 num. 28. Marci cap. 14. n. 24. Lucæ cap. 22. num. 20.

CAP. 3 NUM. 2.

Audi Domine, & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri; quia peccauimus ante te.

Sæpe Deus propter hominum exẽplũ externa peccata citius punit; interna ex ingenita sua benignitate diutius tolerato.

10 POtius ad iram, & vindictam, quam ad misericordiam peccatum coram Deo perpetratum debebat incitare; sed benignissimus Deus peccatũ coram se tantum commissum, hoc est internum, & diutius tolerare, & facilius condonare solet; secus se gerit cum peccatis externis, seu coram hominibus patratis, ne ex patientia, & tolerantia Dei homines ad peccandum incitentur.

CAP. 3. A NUM 34.

Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.

Magorum stella á prophetis decantata.

11 HOC propter stellam videtur dictum, quæ magos duxit in Bethlehem, & loquitur de præterito ob certitudinem, quod omnibus prophetis solemne est: & hæc intelligentia clarescit infra ex num. 38. & vltimo huius capitis.

CAP 5. NUM. 1.

Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore eius, quæ à Deo tibi est, sempiternæ gloriæ.

Sanctorum canonizatio Ecclesiæ mœstæ iucunditas.

12 HÆC verba ponderari possunt in beatificatione, vel canonizatione alicuius Sancti in Ecclesia, in qua exequiæ eiusdem antea fiebant, & solemni ritu celebrabantur.

CAP. 6. NUM. 5.

Visa itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.

Exteriora quandoque ab interioribus dissidere licet.

13 HIc propheta per quãdam tolerantiã permittere videtur, quod ob scandalum, & alia damna cuitanda se exterius idololatris in genuflexione, & corporis prostratione conforment, sed in corde suo ad verũ Deum orationem, & adorationẽ dirigant.

CAP. 6. NUM. 10.

Dant autem ex ipso (scilicet auro) prostitutis, & meretrices ornant: & iterum, cum receperint illud á meretricibus, ornant deos suos.

Hinc

Deiparæ & Sanctorum Sculpturæ profanis vestibus non adornandæ.

14 HInc corripiendus aliquorũ abusus Christianorũ, imagines Deiparæ, sanctorumque vestibus, alijsque monilibus profanis á quibusuis feminis, sine delectu mutuatis, adornãtium: si autem huiuscemodi ornatus in despectum idoli cedebat, quanto magis in despectum imaginis vero, & legitimo cultu colendæ cedet?

CAP. 6 NVM. 12.

Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos.

Puluere infideles excæcat dæmon ne se esse puluerem aduertant.

15 INter idololatras nimiũ pulueris est á dæmone quidem excitati ad hoc, vt obcæcati, & obnubilati errorem suum non aduertant.

PRO-

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAP. I. NVM. I.

Et factum est in trigesimo anno.

AD CAP. 1. N. 1.
EZECHIELIS PROPHETÆ.

Aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei.

Spiritus diuinas plura prophetarũ ora coniungit.

1 ACONIVNCtione incipit, nõ solum, vt verbum vocis verbo mentis coniungat, sed etiã, vt suam aliorum prophetijs vatũ copulet prophetiam, vtpote ab vno, eodemque Spiritu dictatam. Et notandum: Ezechielem Christi typum eodem ætatis suæ anno cœpisse prophetare, ac Christus prædicare: Lucæ cap. 3. num. 23.

Cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar.

Ab aquis fluminis transeuntibus miseri solatium capiunt.

2 PRopheta cum concaptiuis ad fluuium confluebat, vt ipsum lacrymis suis augerent. Vel forte, vt aliquale ex flumine solatium caperent, considerantes, quod, sicut aquę præterlabebantur, & fluebant, sic eorum calamitas erat transitura.

3 AD comprobandum, visiones fuisse diuinas cœlorum apertionem prænotat, si enim tales non essent, non aperiretur cælum; sed terra dehisceret, vt tempore Saulis 1. reg. cap. 28. à num. 12.

Visionibus diuinis applaudunt cœli.

VEL SIC.

4 Cœli sunt velum, seu cortina intra quam diuina mysteria latent, sicut templi velum mysteria antiquæ legis operiebat.

Cœlorum cortinæ aperiuntur, vt Dei mysteria pateant.

5 Et notandum, quod ante Christi aduentum, cœli huic, vel illi tantum prophetæ aperiebantur: post Deum vero hominem factum, cœli omnibus patuerunt, & aperti sunt.

Ante Christum cœli paucis; post Christum omnibus aperti.

CAP. 1. NVM. 3.

Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem.

6 CUR non dicitur: *Filiũ Buzi sacerdotis*, vt de paterno inter Hebræos hereditario sacerdotio aliqua mentio fieret? Quia

Ecclesiasticæ dignitates in indignis sunt, quasi non essent.

Quia fortè, nec fuit propheta, nec aliquid gessit memoriâ dignum.

Et facta est super eum ibi manus Domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis, &c.

Vere humilis nil bonum, & laudabile sibi arroggat.

7 EZechiel de se ipso nunc in propriâ, nunc in aliena, seu tertiâ personâ loquitur, nec non, & sacerdotium commemorat, sed totum hoc ex humilitâte facit, vt scilicet tantum prophetiæ munus non proprijs meritis, sed sacerdotali attribueretur dignitati.

UEL SIC.

Prophetæ de se ipsis, tamquam de tertia persona loqui solēt, quia non suo; sed Dei nomine loquuntur.

8 Hoc loquendi, modo Ezechiel vtitur, vt innotesceret, quod licet ipse loqueretur, non tamen ex suo corde, & vt persona priuata, sed tamquam personā publicam, & Dei ministrum loqui.

CAP. 1. NUM. 8.

Et manus hominis sub pennis eorum in quattuor partibus.

Cum contemplatiua actiua vita coniungenda.

9 MAnus hominis auium pennis iunguntur ad denotandum, actiuam vitam cum contemplatiua coniungendam.

VEL SIC MORALITER.

Absque superiori adiuuante manu meritorum pennæ non volitant.

10 Pennæ sunt quæ volare videntur; sed manus hominis sub ipsis occultæ, & latentes sunt, quæ illas eleuant, & impellunt.

CAP. 1. A NUM. 12.

Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum ambularent.

Et animalia ibant, & reuertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis.

Qui à bonis operibus ad mala declinant, anteacta omnia exuunt.

11 CUM ex boni impetu spiritus agitantur absque reuersione ambulant: Quando vero ita eunt, vt reuertantur, seu de bono incessu resipiscant omnia bona anteacta opera tamquam fulgur exurunt.

UEL SIC.

Spirituales in necessarijs Naturæ pensionibus paulùm immorantur.

12 Spirituales viri semper ad superna volare vellent, sed cum ex carnalis ponderis necessitate ad inferiora descendunt, non diutius immorantur, sed statim, tamquam fulgur, ad superna, & cælestia reuertuntur.

CAP. 2. NUM. 2.

Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi.

Lumen supernaturale spiritum humanum nouâ vita illustrat.

13 HIC spiritus denuo super spiritum naturalem prophetæ ingressus, videtur esse mentis eleuatio ad supernaturalia percipienda.

CAP. 2. NUM. 3.

Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.

In peccatorum correptione spem Deus reconciliationis inuoluit.

14 HEbræos, etiam apostatas, & à se recedentes, non priuat honorifica compellatione filiorum Israel clementissimus Deus.

UEL SIC.

Parentum virtutes filiorum vitia exaggerant.

15 Hebræos in præsenti occasione filios Israel appellat, vt eorum apostasiam aggrauet.

CAP. 2. NUM. 8.

Tu autem fili hominis audi quæcumque loquor ad te, & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est.

Nil Deo magis quam inobedientia displicet.

16 NE sis inobediens voci, & mandatis meis, nil enim est, quod me grauius exasperet. Vel ne sis prædicator terrificus, & totus comminatorius.

CAP. 2. NUM. 9.

Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

Pot-

Multa meditatio ad gemitum dispositi o est.

17 PRO *væ* in Hebræo est vox significans gemitum, & meditationem, vnde in diuino eloquio idem est meditari, ac gemere Isaiæ cap. 38. num. 14. *Meditabor, vt columba.*

Mundi oblectationes exiguæ, & mœroribus intermixta.

18 Et notandum, quod inter duo, quæ pertinent ad mœrorem, nempe: *Lamentationes*, & *væ*, est vnum solum, quod ad lætitiam spectat, nempe: *Carmen*, & hoc in singulari, illa verò in plurali: hîc specimen mundialium exhibetur delectationum, quæ paucæ, & singulares sunt, & mœroribus plurimis intermixtæ.

CAP. 3. NVM. 2.

Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo.

Sacrorum voluminum doctrina solus Deus Magister est.

19 VOlumen illud Sacra Scriptura est, ideo nõ dicit propheta: *Cibaui me*, sed: *Cibauit me*, nec bis iussus comedere, ausus fuit se ipsum cibare, sed tantum os aperire, vt à Deo cibaretur, quia Sacræ Scripturæ intelligentia á Deo immediate prouenit, & hominis solum est, os aperire, hoc est intellectum præparare: Vide quæ ad Prouerb. cap. 22. num. 17. & 18.

CAP. 3. A NVM. 3.

Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.

Antequam Eccl. fiæ minister populum instruat Sacræ Scripturæ librum comedat, & digerat.

20 PRius quã concionator Euangelicus os ad populum aperiat, integrum Scripturarum Sacrarum librum comestũ habere oportet: quod studij genus, vel gustanti solum, gratissimum est.

CAP. 3. NVM. 5.

Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ, tu mitteris, &c.

21 SIcut olim Apostolos per vniuersum terratũ orbem missurus fuit.

Longe minor prouincia prophetis, quam apostolis commissa.

CAP. 3. NVM. 9.

Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.

Populi obstinati instructor ignita patientia indiget

22 VT *adamantem* ad sustinendum scommata, & opprobria rebellium Hebræorũ: *Vt silicem* ad scintillandum, & ignem mittendum, quo docibiles illuminentur, & proterui comburantur.

CAP. 3. NVM. 10.

Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi.

Corde indisposito aurium inutile exercitium.

23 AD Dei sermones cum profectu suscipiendos prius disponendum cor, quam aures erigendæ.

CAP. 3. NVM. 11.

Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui.

Res ad Deũ specialissime spectans semper libera, nunquam captiua.

24 AD *filios populi tui*, non *mei*, non solum, quia propter peccata sua á me alienati sunt, sed etiam, quia nolo ex populo captiuo aliquid ad me specialiter expectans habere.

CAP. 3. NVM. 12.

Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo.

Dei, & concionatoris gloria nõ in populi commotione ad plausũ, sed ad pœnitentiam consistit.

25 POst concionatorẽ recte munere suo fungentẽ statim commotio magna sequitur, non populi eloquentiam facundiamque plaudentis, sed peccatorum conuersionis ad pœnitentiam, quæ mutatio dexteræ Excelsi est, & in qua magna Dei gloria accidentalis consistit.

CAP. 3. NVM. 17.

Fili hominis speculatorem dedi te Domui Israel.

Vt

Bonus Ecclesiæ præsul non solũ malis præsentibus, sed futuris, & ingruentibus debet occurrere.

26 UT speculator propheta ponitur, non solum, vt mala præsentia vitentur, sed etiam, vt mala imminentia, & futura non incurrantur.

CAP. 4. NVM. 8.

Ecce circumdedi te vinculis, & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec complcas dies obsidionis tuæ.

Vide Ieremiæ n. 130.

27 HIC propeta calamitatem, quam populo cõminatur, prius ipse Deo iubente patitur, & in semetipso experitur, speciem boni prælati obijciẽs. Uide reliquum capitis huius contextum, & Ieremię num. 130.

CAP. 4. NUM. 16.

Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem.

Panis materialis, corporis, mysticus animæ fulcimentum.

28 PAnis materialis baculus dicitur, quia corpus sustentat, quod etiam tropologice de spirituali pane animam sustentante interpretari potest. Uide psalmum Eucharisticum 22. n. 4.

CAP. 5. NVM. 1.

Et tu fili hominis, sume tibi gladium acutum, radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam, & assumes tibi stateram ponderis, &c.

Tam Deus, quam Dei ministri ad puniendum tardi ac difficiles.

29 TER repetitur verbũ: *Sume*, & *assumes* ad punitionis difficultatem innuendam, tam in Deo præcipiente, quam in propheta executore, quæ difficultas, etiam in illâ actione radendi proprium caput, quę fere impossibilis est, clarius exprimitur.

Instrumentũ ad feriendum, vt percutienti noxium considerandum.

30 Notandus etiam dicendi modus: *Sume tibi gladium acutum*, per quem insinuatur, quod instrumentum, in quo damnum proximorum signatum est, tamquam ad nos feriendos assumi, & considerari debere.

CAP. 5. NUM 10.

Et ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum.

Prauorum reliquiæ despiciendæ.

31 RElIquię tuæ in quantum rebellis huius populi significatiuæ, non sunt dignæ reseruatione ad æstimationem, aut venerationem, sed proiectione, & ventilatione ad conculcationem.

CAP. 5. NVM. 17.

Et immittam in vos famem, & bestias pessimas, vsque ad internetionem.

Crudeles milites bellijs cõparandi.

32 BEstias pessimas, hoc est militares hostes vos, vestraque omnia deuorantes.

CAP. 7. NVM. 2.

Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quattuor plagas terræ.

Qui comminationes multiplicat plerũque non desiderat.

33 MInarũ exaggerata multiplicatio, & repetitio non est argumentum voluntatis diuinæ ad puniendum determinatæ, sed potius ad parcendum dispositę, ac si diceret: *Finis venit, venit finis*, sed non perueniet, si resipiscentes pœnitentiam egeritis: Vide infra num 5. 6. & 7.

CAP. 7. NVM. 8.

Et iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua.

Ante incarnationem vnusquisque suum peccatum; post incarnationem Christus omniũ peccata tulit.

34 NVnc imponam tibi omnia scelera tua, postea, cum venerit plenitudo tẽporis, mihi impositurus, & super me laturus.

Peccatum onus onerum omnium grauissimum.

35 Et notandum, quod nunquam grauius punit Deus, quam, cum facit, quod peccator sentiat, & super se ferat onus peccatorũ suorum.

CAP. 7. NVM. 19.

Argentum eorum foras proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos.

In hostibus ad vastandū à Deo immissis nō præualet cupiditas, sed crudelitas.

36 VEL in sterquilino sepelietur, vt in loco minus suspecto, vt á direptione præseruetur, vt in similibus magnarum vrbium expugnationibus accidere solet: vel certe despicietur ab hostibus tamquam stercus: nec expectetis, quod propter illud benignius, & humanius vobiscum se gerent, quod litteræ conformius est, vt ex eodem num. apparet.

CAP. 8. *NUM.* 3.

Et adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem.

Religionis prætextu se adorare, Deum summopere offendit.

37 ESse in templo idolum zeli, est prętextu religionis, vel alio pio, & honesto colore, vnusquisque se adorare, & in passiones proprias, & velleitates idolatrare, quod Deum ad summam iram, & æmulationem prouocat.

CAP. 8. *NUM.* 10.

Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, &c.

Propias passiones adorare idolatria est, in quam multi incidunt.

38 HÆC reptilia videntur esse passiones propriæ, quæ nos ad terram deijciunt, & per eam reptare faciunt, & quibus vnusquisque in abscondito cordis sui incensum adolere solet.

CAP. 8. *NUM.* 11.

Et vapor nebulæ de thure consurgebat.

In se ipsos insurgunt qui contra Deum agunt.

39 NON *ascendebat*, sed: *consurgebat* aduersus idolorum thurificatores, & incensatores, quia nunquam hostilius in se ipsos insurgunt homines, quā cum contra Deum agunt.

CAP. 8. *NUM.* 14.

Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: Et ecce ibi mulieres sedebant plangētes Adonidē.

Religiosæ feminæ, quæ mundanis affectibus nō renuntiant, non virgines, sed corruptæ nynuandæ.

40 ISTæ videntur esse feminæ religiosæ, quæ mundanis affectibus non renuntiant, sed potius in illos vehementius inhiant, & procacius insistunt, quæ religiosæ habitu, & professione tantum, non ex more viuendi appellandæ sunt: ideo in textu *mulieres*, ideſt corruptæ, non *virgines*, aut religiosæ nominantur.

CAP. 8. *NUM.* 16.

Et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis.

Ecclesiastici ambitiosi faciē mūdo; Deo terga vertunt.

41 HI videntur esse viri Ecclesiastici, qui statum, & professionem suam negligentes, & ambitioni propriæ, & sæcularium principum, qui sunt Sol oriens adorationi studiose incumbunt.

CAP. 9. *NUM.* 2.

Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis.

Qui aliorum defectus notare intendit, sit natura Angelus, & moribus cādidus.

42 ISte vir erat Angelus, & veste candida indutus, quia, qui aliorum deffectus notare aggreditur, & inurere: infra num. 4. & cap. 10. num. 2. necessum est, quod sit natura Angelus, & habitu moribusque candidus.

CAP. 9. *NUM.* 11.

Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo.

In republica corrupta pauciſsimi boni notandi occurrunt.

43 CVR iste vir non habebat atramentarium promptum, & ad manum, seu in parte anteriori, vt omnibus scriptoribus statim scripturis, vel in ipso scribendi exercitio solemne est; sed imparatum, &

& ad ſcapulas proiectum, quod etiam ſupra num. 3. aduertitur? An vt denotaretur, quod paucissimi erant ſigno liberationis, & ſcilicet, notandi?

CAP. 10. NUM. 2.

Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatem.

Bonus Dei miniſter priùs dolorem ſentit quam alios ſentire faciat.

44 PRunas punitiuas iubetur manu aſſumere iræ diuinæ executor, vel, vt ſuppliciũ non differret, ſed ſtatim illas ſpargeret, vel certius, vt tormentum hominibus, etſi peccatoribus, & iniquis inferendum, prius executor ipſe ſentiret, & ſic mitius cum ipſis ageret. Vide ſupra num. 27. & Ieremię num. 130. Ideo, non vtraque manu; ſed vnâ tantum prunas iubetur aſſumere, vt non multas prunas proijceret, ſed eas tantum, quæ vnius pugillo manus comprehendi poterant.

CAP. 10. NUM. 12.

Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erant oculis, in circuitu quattuor rotarũ. Et rotas vocauit volubiles audiente me.

Prouidus gubernator aliamagis, minus ve lentè, alia celerrimè expedire debet.

45 HÆ rotæ cum collis, manibus, pennis, & circulis oculatis, Dei prouidentiã ſignificare videntur, quæ omnia præterita, præſentia, & futura proſpiciens, cuncta ſuauiter diſponit; alios effectus lente, & quaſi manu agens; alios celerrime, & quaſi volatu operans, in rotæ enim agitatę gyratione tres motus obſeruari poſſunt: lentus, velox, & velocior, ſeu velociſsimus; ſi rota, quantum poteſt, agitetur: lentus iuxta centrum, velox ſecundum magis, & minus in radijs, ſeu á centro ad circumferentiam lineis: in ipſa vero circumferentia velocior, ſeu velociſsimus quam expoſitionem comprobare videntur vltima verba, ſcilicet: *Et rotas iſtas vocauit volubiles.* Nam vt ait Eccleſiaſtes cap. 1. num. 9. *Quid eſt quod fuit? Ipſum, quod futurum eſt. Quid eſt, quod factum eſt? Ipſum, quod faciendum eſt, &c.*

CAP. 10. NVM 22.

Et ſimilitudo vultũ eorum, ipſi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus ſingulorum, ante faciem ſuã ingredi.

Scientia diuina infallibilis: conſtans, & perpetua voluntas.

46 HOC iterum ac tertio repetit ad denotandã, & diuinę ſcientiæ certitudinem, & diuinæ voluntatis in decretis ſuis conſtantiam, & immutabilitatem.

CAP. 11. NVM. 3.

Hæc (ſcilicet vrbs Ieruſalem) *eſt lebes, nos autem carnes.*

Mali interpretes diuina oracula magis confundunt, quàm expediunt

47 NON aduertunt iſti mali viſionis diuinæ interpretes, quod caro ad lebetem deſtinata non eſt caro viuens, ſed occiſſa: audiant paulo infra num. 7. legitimam, & veram viſionis explicationem: *Propterea hæc dicit Dominus: Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes.* Vrbs ſcilicet Ieruſalem.

CAP. 12. NUM. 11.

Dic: Ego portentum veſtrum.

Leues calamitates prænuntiari; grauiſsimæ portendi ſolent.

48 EGO *portentum veſtrum*, hoc eſt: Ego ſum prænuntium practicum, & expreſsiuũ calamitatis grauiſsimæ vobis ſubſecuturæ, leues enim, imo, & graues calamitates portendi non ſolent, ſed tantum grauiſsimæ.

CAP. 12. NVM. 12.

Et dux, qui eſt in medio eorum in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, vt educant eum: facies eius operietur vt non videat oculo terram.

Oculorum vsum nemo regibus impedire audeat.

49 HIC prædicitur erutio oculorum Sedecię facienda, quæ lib. 4. regum cap. 25. num. 3. refertur: Uide num. 13. subsequentem: Sed cur hoc claris, & disertis verbis nō exprimit propheta, sed figuratâ, & translatitiâ vtitur locutione? An quia dum rex in sui regiminis exercitio, etsi ad breue tempus, versatur, non est clare, & intelligibiliter dicendum, esse aliquem, qui oculos eius eruere audeat, seu oculorū vsum impedire?

CAP. 13. *NVM.* 3.

Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant.

Praui ministri, nō populū ædificāt, sed se ipsos; at diuersimode.

50 SIcut vulpes in deserto multa stratagēmata moliuntur, vt sibi prędam capiant, sic pseudoprophetæ, & iniqui illorū temporum populi magistri, & instructores futilibus cerebri sui cōmentis, & ineptissimis Sacrę Scripturæ interpretationibus studiose diligenterque incumbebant, nōn vt populo, sed sibi proficerent, & magna emolumenta lucrarentur. Hinc tot Rabinorum fabulæ, & deliramenta, quæ passim â sanctis patribus referuntur, & condignâ censura corripiuntur.

CAP. 13. *NUM.* 5.

Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.

Praui ministri pro populo, nec se Deo opponūt, nec interponunt.

51 NON vos oppositis Domino pro defendendo populo, nec iræ eius restitistis, nec retundistis dicendo cum Moyse Exodi cap. 32. num. 31. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti.*

CAP. 13. *NUM.* 9.

Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur.

52 PSeudo prophetæ à Synedrio, seu concilio magno Hebræorum, alijsque honoribus excludūtur. Quod faber statutis nostris quacumque falsæ religionis macula infectos homines, vel suspectos eorumque progeniem, non solum ab honorificis reipublicæ gradibus, & consessibus, sed á multis etiam pijs tantū, & honestis congregationibus, excludentibus, & intrusos eijcientibus.

Statutā, diuersis maculis infectos, vel suspectos ab honoribus excludentia laudabiliter introducta.

Nec in terram Israel ingredientur.

Praui ministri nō solum à militante, sed à triumphante Ecclesia excludendi; ejus boni.

53 PER hæc verba videntur pseudoprophetæ, & falsi ministri â regione verorum Israelitarum, idest, videntium Deū excludi, & á cœlesti promissionis terrâ eliminari. Et notandū, quod hęc, & præcedentia huius numeri verba possunt in canonizatione Sanctorum, â contrario desumpto argumento ponderari.

CAP. 13. *NVM* 18.

Hæc dicit Dominus Deus: Væ qui cōsuunt pulvillos sub omni cubito manus: & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum.

Praui ministri ad bona opera corporalia desidiā, ad spiritualia torporem intrudere satagunt.

54 PER cubitorum pulvillos desidiam, per cervicalia capitum innuit textus mētium ad spiritualia torporem, & soporem, quem isti pseudoprophetæ in populum intrudere studebant.

Praua & relaxatæ theologorum quorundam opinationes reipublicæ Christianæ pestis.

55 Hi pulvilli, & cervicalia á pseudo prophetis ad capiendas, & deprædandas animas confecta accomodari possunt relaxatis quorūdā opinionibus Theologorū, qui

cons-

conſcientias decipiunt, facientes ſcientiam moralem laborâre, imo, & ſudâre, vt ad conſultantium guſtum reſpondeant: ex quo ſequitur, multorum mentes vermibus acuminatis ſuper reſtitutione rei malis artibus acquiſitæ, vel iniquè retentæ lancinatas, & irrequietas, ſopore ab ipſis immiſſo inebriari; & manus alioqui ad reſtitutionem, aliaque bona opera promptiſsimas, deſidiâ torpeſcere: Uide infra cap. 14. num. 10.

CAP. 13. *NUM.* 19.

Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt.

Pſeudoprophetæ, & pſeudooratores Euangelici tã fidelibus, quã infidelibus nocẽtiſsimi.

56 ANimæ, quæ non moriuntur ſunt fidelium animæ, quæ ex ſua profeſsione ad æternam vitam ordinatæ ſunt; Animę quæ non viuunt ſunt animæ infidelium, quæ ob ſuam falſam credulitatem ex vi præſentis decreti ad æternam damnationẽ deſtinatæ ſunt: Illi ergó pſeudo prophetę, & Chaldæis infidelibus, & fidelibus Hebręis, iam in Babylonia promiſcue degentibus, propter exiguũ lucellũ adulantes, & vtroſque captâre, ſeu verius capere, & decipere cupiẽtes, & Hebræis falſa dogmata ſpecie prophetaliũ oraculorũ adornata, & authorata intrudebãt, & Chaldæos idololatras ſpe vitæ æternæ conſequendæ, quim errores ſuos deponerent, alliciebant, & ſic vtroſque perdebãt, & hehennæ æternis ignibus detrudebant.

Pſeudoprophetã damna publica potius inducunt, quam euitant.

57 Niſi mallis exponere de falſis prophetis, qui captiuis in Babylonia Hebræis fugam conſulebant, vel in Ieruſalem redeundo, vel in Ægyptum confugiendo, quod in maximum eorum damnum, & detrimentum, ſecundum verorum prophetarum oracula, ceſurum foret: & expoſitio hæc illorum calamitoſorum temporũ hiſtoriæ conformior videtur.

CAP. 13. *NUM.* 20.

Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego, &c.

Omnis diuina locutio iuſtiſsima, & rationaliſsima.

58 OMnis Dei locutio, nõ ſolum iuſtiſsima, ſed etiam rationaliſsima eſt; ideó cum veri prophetæ illam enuntiant, cauſalem aliquam præmittunt, ſcilicet: *Ideo, Propterea, propter hoc &c.*

CAP. 16. *NUM.* 6.

Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo. Et dixi tibi, cum eſſes in ſanguine tuo: Viue: dixi, inquam, tibi: In ſanguine tuo viue.

Deus nec canoſis peccatoribus auxilia ſua mittere dedignatur, vt reſipiſcant.

59 HIC gratia pręueniens innui videtur, & continua auxilia, quibus nos Deus, etiam in ſpurcitijs peccatorum immerſos, ad ſe allicere, & trahere non deſiſtit.

CAP. 16. *NUM.* 8.

Et iurauí tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum (ait Dominus) & facta es mihi.

Gratia concomitans præſto adeſt.

60 HÆC videtur eſſe gratia concomitans.

CAP. 16. *A NUM.* 11.

Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus: &c.

Gratia ſubſequẽs cum reliquis donis ſupernaturalibus animã ſanctam & ornans & coercens.

61 ET ornata es auro, & argento: Hæc videtur eſſe gratia ſubſequẽs, & perfecta Dei & proximi charitas, ex qua reliquę omnes virtutes in omnibus iſtis

prętioſiſsimis ornamētis ſignatæ, tāquā ex radice pullulant. Et notādū, quod hæc omnia animā ſanctā ornando cingunt, coercent, & circumſcribunt.

CAP. 16. NVM. 14.

Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te dicit Dominus Deus.

Omnis animæ ſanctæ ornatus à Dei cella ornamentaria deſumitur.

62 PErfecta eras in decore meo, non *tuo*, nam *omnes iuſtitiæ tuæ tamquam pannus menſtruatæ.* Haiæ cap. 64. nu. 6.

CAP. 16. NUM. 15.

Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres. &c.

Synagoga idololatrans non propriè adultera ſed fornicatrix compellanda.

63 QVare in hac metapho ra, quę frequenter ad idololatriam explicandam á prophetis vſurpatur, non dicitur Synagogam idolatrantem mæchatam fuiſſe, ſed fornicatam? An quia Deo nuptias eius ambienti nunquam adeó intime, & ſtricte copulari voluit, vt nomen perfectæ ſponſæ, & veræ coniugis mereretur? Et ideo infra num. 32. non dicitur: *Adulteraſſe*, ſed: *Quaſi adulteram ſe geſiſſe.* Vide quę ad Ieremiæ cap. 18. num. 13. notata ſunt.

CAP. 16. NUM. 49.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia & otium ipſius, & filiarum eius: & manum egeno, & pauperi non porrigebant.

Cum conſuetudo ſit altera Natura ijsdē peccatis aſueti natura li vinculo intērſe inretiuntur.

64 SOdoma, & Ieruſalem peccatrix ex morum conſanguinitate, ſeu verius affinitate, ſorores vocantur.

65 Et notandum, quod grauiſsimum Sodomæ peccatum honeſtatis cauſa explicite non refertur, ſed in ſaturitate, abundantia, & otio implicitum, & incluſſum ſatis explicatur.

Peccata ſatis exprimit, quæ radices peccatorum explicat.

66 Notandum etiam, immiſericordiam ad grauiſsima peccata, & ſcelera perpetranda inducere.

Immiſericordia ad grauiſsima peccata inducit.

CAP. 17. NVM 22.

Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam, &c.

67 HÆC medulla Chriſtus eſt, de illa ſumptus, quę *quaſi cedrus exaltata eſt in Libano.*

Chriſtus Deipara medulla, quia in eius corde ſem per fuit.

CAP. 17. NVM. 23.

In monte ſublimi Iſrael plantabo illud.

68 IN Golgotha, quod eſt Caluarię mons. Et notandus Chriſti erga crucem affectus, ſub cuius metaphora intelligi, & ſignificari vult.

Chriſti amor non ſolum ipſum crucifixit. ſed cruci affecit.

CAP. 17. NUM. 24.

Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile.

69 HVmiliaui Filium mihi conſubſtantialem, vt ſeruum mihi ingratiſsimum exaltarem.

Dei erga humanum genus miſericordiam vel ligna inſenſibilia noſcent.

CAP. 18. A NVM. 5.

Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael.

70 ADidola oculi tantum; non mens, nec cor leuari poſſunt, ab ijs, qui veri Dei cognitionem ſemel nacti ſunt.

Veri Dei cognitionē ſemel nacti idolorum vilē naturā nequeunt ignorare.

CAP. 18. NUM. 7.

Panem ſuum eſurienti dederit.

71 PAnem ſuum, non alienum, & malis artibus acquiſitum.

Eleemoſyna de iuſte acquiſitis elargienda.

VEL

UEL SIC.

Deus abundanter dat cui de cibo ad comedendum destinato pauperi dat.

72 Panem, quem ipse destinatum habebat ad comedendum, cor fidens, quod ipsi defecturum non sit.

CAP. 18. NVM. 23.

Numquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & non vt reuertatur à vijs suis, & viuat?

Non peccatoris, sed peccati mortem Deus vult.

73 NON est voluntatis diuinæ impij mors, & peccatoris; sed peccati mors, & impietatis.

CAP. 18. A NUM. 26.

Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam: Ipse animā suam viuificabit.

De liberi arbitrij ad nostram iustificationem cooperatione dogmatica doctrina.

74 IPse animam suam viuificabit. Notanda liberi arbitrij cooperatio ad impij iustificationem contra hæreticos.

CAP. 18. NVM 31.

Proijcite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.

Impij iustificatio interna renouatio est, nō externa.

75 NON solum hîc cooperatio liberi arbitrij ad impij iustificationem iteratò, ac diserte aseritur; sed hanc fieri per interiorem renouationem, non per externam, & extrinsecam declarationem; quod contra hæreticos valdè notare oportet.

Gratia animæ, sicut anima corporis, vita est.

76 Sed quid sibi vult prophetа per illa verba: *Facite vobis spiritum nouum*? Cooperamini ad gratiam consequendam, quæ spiritus, & vita animæ est; sicut anima est spiritus, & vita corporis.

CAP. 19. NVM. 3.

Et eduxit vnum de leunculis suis, & leo factus est; & didicit capere prædam, hominemque comedere.

77 IN regnis quorum reges vero religionis fræno nō coercentur, & reguntur, idem est discere regnare, ac discere, *prædam capere, hominemque comedere.*

Vera religio reges facit mansuescere.

CAP. 19. NUM. 6.

Qui incedebat inter leones, & factus est leo; & didicit prædam capere, & homines deuorare.

78 PRius leo seu rex supra num. 3. relatus hominem in singulari comedebat; iste vero *homines* in plurali deuorat. Et notanda verborum: *Comedere*, & *Deuorare* differentia, comedens enim comestibile absumit, ossa, cæteraque non comestibilia relinquens; Deuorans vero, nihil relinquit, quod non deglutiat.

Rex malus subditos comedit; Tyrannus deuorat.

CAP. 20. NUM. 4.

Si iudicas eos; si iudicas fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis.

79 NON dicit: *Refer*, sed *Ostende*, quia ipsi eadem abominationes actualiter perpetrabant.

Iniquitates patrum à filijs perpetratæ referendæ non sunt, sed ostendendæ.

80 Vel *Ostende*, Excelsa, & altaria sacrilega á patribus eorum fabricata adhuc permanentia, & ab ipsis conseruata, & reparata.

Vide supra n. 79

CAP. 20. NVM. 6.

In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra Ægypti in Terram, quam prouideram eis fluentem lacte, & melle.

Deus Deus dedit homini terram, Deus homo cæli.

81 DEus olim Hebræis Terram bonam promisit, sed iam factus homo, veris Israelitis Terram meliorem, imo optimam nempe cælum eis disposuit possidendam: primum, motu manus, secundum, totius corporis exaltatione, seu elevatione perfecit.

CAP.

CAP. 20. NUM. 35.

Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.

Iudicio vniuersali etiam ipse Deus se sistere decernit.

82 *Adducam vos in desertum*: Uallem scilicet Ioſaphat, vbi non ſolum iudicabo vos, ſed etiam vobiſcum iudicabor, & vincam cum iudicatus fuero pſal. 50. num. 6.

CAP. 21. NUM. 3.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te; & eijciam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtũ, & impium.

Deus ſumme irritatus nulli parcit.

83 NON dicit: *Educam gladium*, quod ſignificat actionem ex animo moderate irritato prouenientem; ſed *Eijciam*, quod ſignificat actionem ex ſumma ira, & furore procedentem.

Vide ſupra n. 83

84 Et notandum, quod gladius eductus deſtinatur ad hunc, vel illud inimicum feriendum; at gladius eiectus quemcũque obuiũ indeterminatè cedit: ideo ſubiungitur: *Et occidam in te iuſtum, & impium.*

VEL SIC.

Pœna Inferni ſemel inflicta irremiſſibilis.

85 Tam longe gladium â me abijciam, vt nunquam ad vaginam reuertatur.

CAP. 21. A NUM. 9.

Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus. Ut cedat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat, limatus eſt.

Ira diuina gladius, & malos percutit, & bonos coercet.

86 GLadius diuinæ iuſtitiæ non ſolum exacuitur ad ſontium punitionem; ſed etiam limatur, & leuigatur ad bonorum terrorem, ne â recto tramite ad inuias, & obliquas peccatorum ſemitas declinent.

VEL SIC.

Omnibus patet, quam iuſte Deus ſontes puniat.

87 Gladius diuinæ iuſtitiæ limatur, & leuigatur, vt luceat omnibus, quam iuſte nocentes puniat.

VEL SIC.

Cum pietate occidit, qui nõ prolixa, ſed celeri morte occidit.

88 Gladius diuinæ iuſtitiæ exacuitur, vt celerrimè ſontes feriat, & occidat, ne prolixa morte, & ſic crudeliori pereant.

VEL SIC.

Deus quantũ eſt poſsibile ſontiũ ſuppliciũ differt.

89 Ut quid gladius diuinus exacuitur, limatur, & leuigatur, indiget ne his præuijs diſpoſitionibus, vt feriat, & occidat? Minime, ſed clementiſsimus Deus illas omnes adhibere vult, vt toto tempore, quo hæ prolixæ, & operoſæ præparationes durant, & ipſe ſuam iuſtiſsimam vindictam ſuſpendat, & peccatores ampliori ſpatio fruãtur ad pœnitentiam.

CAP. 21. NUM. 14.

Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum.

Deus percuſſurus omnibus modis præmonet.

90 NON ait: *Plaude manu ad manum*, ſed: *Percute*, quia illa actio non iubebatur fieri in ſignum lætitiæ, ſed in ſignificationem ſupplicij.

CAP. 21. NUM. 15.

In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

Vide ſupra num. 86 & 90.

91 *Limati ad fulgendum*, vt videntes exterreat, & pauere faciat: *Amicti ad cædem*, vt incautos occidat.

VEL SIC.

Non vult Deus peccatorum mortem, ſed conuerſionem.

92 Deus gladium expollit, leuigatque vt vibratus, & hinc inde verſatus ab omnibus conſpiciatur, poſt hæc vero percuſſurus, eum amicit, operit, & in vagina recondit, vt potius contuſiones ad emmendationem, quam penetrantia vulnera ad mortem infligat, quia *non vult Deus peccatoris mortem; ſed vt magis conuertatur, & viuat*: Vide ſupra num. 86.

CAP.

CAP. 21. A NUM. 25.

Tu autem profane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinitæ. Hæc dicit Dominus Deus: Aufer cidarim, tolle coronam.

Summum præsulem impium propheta ex speciali Dei ordinatione durissimé corripiens, dignitatē suspicit.

93 QVando vitia principis sæcularis propheta commemorat, & contra ipsum prophetat supra capite 19. verbis modestis, & vrbanis vtitur, secus quando contra impium principem Ecclesiasticum, seu summum sacerdotem agit: sed nihilominus aduertendum est, quod de sacerdote loquens, non dicit, quod honorificis, & pontificalibus ornamentis ab alio expolietur, sed à se ipso.

CAP. 22. NVM. 4.

In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis, quæ fecisti polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum.

Peccata, vtriusque mortis calcaria sunt.

94 ECce, qui peccant, non solum grauissima dāna temporalia ad se trahunt, sed etiam acerbissimum interitum, & præmaturam mortem sibi accelerant.

CAP. 22. NUM. 9.

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem.

Detractor lanionum, & sicariorum pessimus.

95 DEtractio per effusionem sanguinis violētam explicatur, quia est honoris effusio, qui sanguis animæ est: nam sicut vita corporis in sanguine est, sic animæ vita in honore cōsistit: vnde detractor melioris, & æstimabilioris vitæ reus est, quam vitæ communis, & naturalis.

CAP. 22. NVM. 28.

Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento.

Bonus Ecclesiastes felle, & melle discrete vtitur: malus totus meleus est.

96 BOnus propheta, & Ecclesiæ cōcionator corripit vitia, ad virtutes allicit, & tandem tam pœnitentes, quam qui non indigent pœnitentia spe vitæ ęternæ consolatur; malus veró solum consolatiorijs, & lenientibus verbis vtitur.

CAP. 24. A NVM. 11.

Pone quoque eam super prunas vacuam, vt calescat, & liquefiat æs eius: & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius: multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem: Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in tē.

Deus peccatores temporali mallet supplicio afficere; ipsi se æterno mācipare volunt.

97 VEllet quidem Deus, quod taliter se gererēt peccando homines, quod saltem purgatorio igne mundari possent. Sed proh dolor! Talia committunt, quod in æternum ignem, vel nolentem Deum cogant illos detrudere; quod denotant illa verba: *Donec quiescere faciam indignationem meam in te*, vt ex contextu liquet.

CAP. 25. A NVM. 1.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis, &c.

Malum præsens oculis prophetatur.

98 CUR faciem, & non solum os seu loquelam iubetur propheta contra filios Ammon dirigere? An quia mala prænuntianda non solum certissime euentura erant, sed adeò brebiter, quod iam ex tunc cerni possent.

UEL SIC.

Prophetæ, Christi imitatores præuij.

99 Ut conformaretur propheta stilo, & doctrinę Christi, qui palam locuturus erat mundo, & in occulto nihil erat locuturus. Ioan. cap. 18. num. 20.

CAP.

CAP. 25. NVM. 6.

Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod plauisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel: Idcirco ecce ego extendam manum meam, &c.

Finitimorum principū depressio, dogma politicum fallibile, & incertum.

100 ADuertant, quam falso nitantur fundamento principes, quorum maxima status Maxima est finitimorum principum depressio. Vide infra cap. 26. á num. 2.

CAP. 26. NVM. 4.

Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & radam puluerem eius de ea.

Per turres principes, & nobiles; per puluerem promiscuum vulgus metaphoricè significantur.

101 PER *turres*, principes, & nobiles: Per *puluerem*, turba populi tropologicè intelligi possunt.

CAP. 27. NVM. 11.

Sed, & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum.

Homines in altiori loco, & gradu collocati, & pigmæos vident, & pigmæi videntur.

102 PRÆturrium altitudine milites præsidiarij inter mœnia apparebant staturæ pusillæ tamquam pigmæi.

CAP. 28. NVM. 2.

Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus.

Qui mari dominatur, vniuerso orbi dominari existimat.

103 VIdetur alludere ad illud Geneſis cap. 1. num. 2. *Et Spiritus Dei ferebatur super aquas.*

Et dedisti cor tuum quasi cor Dei.

Secretissima status consilia regnum ad miraculum vsquè sublimant.

104 SCilicet inscrutabile, summum enim consiliorum secretum facit quodlibet regnum aut rempublicam valde floreſcere, & sublimari.

CAP. 28. NVM. 16.

In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate.

Comertia lucratiua animæ saluti periculosa.

105 HInc patet, quanta lateant animæ pericula in humanis commererciis, & negotiationibus.

CAP. 29. A NVM. 18.

Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suū seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor in Terra Ægypti, &c.

Nullum Deus sui obsequium immunêratum relinquit.

106 PER acommodationem aptari potest hic textus Hispaniarum regi Ferdinando V. *Catholico* cognominato, cui Deus Indiarum aperuit, & cōcessit imperium in remunerationem totalis Sarracenorum deuastationis.

CAP. 31. NVM. 8.

Cedri non fuerunt altiores in paradiso Dei.

Nil delectabile terrenum diu permanet.

107 NON dicit: *Cedri non sunt*, sed: *Non fuerunt*, vnde inferri potest non extare nunc paradisum terrestrem, sed vel aquis diluuij vniuersalis, vel ex aliâ diuinâ dispositione perijsse. Vide infra num. 9.

CAP. 32. NVM. 7.

Et operiam, cum extinctus fueris cælum, & nigrescere faciam stellas eius: Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.

Deum iratū vel insensibilia timent.

108 CUM Deus generis humani grauissimis sceleribus irritatus vindicem gerit, cœli lugent ex compassiua quadam commiseratione, vel ex timore, ne, & ipsi aliquando similem indignationem incurrant.

CAP.

CAP. 33. A NVM. 6.

Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, &c.

Episcopale munus non tam dignitas, quam periculum.

109 FEre totum pastorale, seu Episcopale officium, vel certius periculum in hoc textu continetur. Semper, hoc est horis, etiam necessario sopori destinatis, vigilare debet, & attendere: Cum sibilus satis non est, *buccina* clangere oportet. Non de grege in communi, sed de quolibet in diuiduo in singulari rationem Deo redditurus est, & pro quolibet peccatore iustissime â Deo, ob commissa scelera, condemnato, in Episcopum tamquam sanguinis reum, inquirendum. Hinc onus angelicis humeris formidandum rectissime in Tridentino Concilio declaratum est.

CAP. 33. A NUM. 13.

Etiam si dixero iusto, quod vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ peccauit non imputabuntur ei: iudicium, & iustitiam fecit, vita viuet.

Vnicuique liberum, & factibile bene agere, & consequêter saluari.

110 TExtus iste valde notandus est, & recolendus à scrupulosis in materiâ prædestinationis.

CAP. 33. NVM. 32.

Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

Qui in concione Euangelica gustum quærunt, morum reformationem non consequentur.

111 SIcut in musica non solet attendi poeticum artificum, sed solum harmonica concinnatio, & compositio; sic multi fideles in Euangelicis declamationibus ad populum, solum attendunt ad ea, quæ faciunt ad gustum, & oblectationē, quæ vero præcipua sunt, nempe, quæ morum correptionem, & vitiorum sugillationem concernunt, vel negligunt, vel despiciūt. Ex hoc textu colligitur, Ezechielem arte declamatoriâ tam naturali, quam artificiali, præter á Deo infusam, præditum, & adornatum fuisse.

CAP. 34. NVM. 25.

Et faciam cum eis pactum pacis.

Pax in Verbi incarnatione vniuerso Orbi donata, & in nouo testamento specialiter legata.

112 PActum hoc celebratum fuisse videtur, cum dixit Christus Ioan. cap. 14. num. 27. *Pacem relinquo vobis, pacē meam do vobis.*

CAP. 35. NUM. 6.

Propterea vivo ego dicit Dominus Deus: quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.

Bello ciuili, & interno nullum sanguinolentius.

113 SAnguini tradam te, hoc est Israelitis consanguineis tuis, cum quibus, & hostiles collisiones, & bellica stratagemata, & supplantationes in vtero Rebeccæ exercuisti, & expertus es: Genesis cap. 25. à num. 22. Vel mouebo inter vos bella ciuilia ex vestrâ inter vos metipsos aceruitâte, & inurbanitâte orta.

CAP. 36. NVM. 25.

Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Aquam

Quod in se immundum est, ad emundationem aliorum ineptum est.

114 AQuam, scilicet baptismalem, sed cur hæc non dicitur: *Mundans*, sed: *Munda*? An quia si in se munda non esset, non foret aptum instrumentum virtutis diuinæ ad spiritualem emundationem perficiendam? Uide Leuitici cap. 11. n. 36.

CAP. 36. NVM. 38.

Multiplicabo eos, sicut gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in sollemnitatibus eius; sic erunt ciuitates desertæ plenæ gregibus hominum.

Synagoga corticis tantum litteræ inhærens brutis comparanda.

115 DE Synagogis, & cõgregationibus Hebræorum loquitur Deus nomine, quod caulis pecudum significandis adaptatur; forte ad innuendũ, quod illi adhuc erant animales, sub corpore, & cortice litteræ degentes; nondum rationalem ipsius spiritum percipientes, & penetrãtes.

CAP. 37. NUM. 7.

Et prophetaui, sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iunctũram suam. Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt.

Vniuersalis resurrectio in veteri lege pluries expressa.

116 ALlegoricotypica videtur hæc fuisse representatio reuiuiscentiæ in mundi fine faciendæ. Et notandum; de carnibus dici, quod: *Ascenderunt*, ad innuendum earum de terra originem, & formationem.

CAP. 37. NUM. 9.

Hæc dicit Dominus Deus: à quattuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.

Non pauci, qui existimãtur naturaliter mortui, interfecti sunt.

117 CUR non dicit: *Insuffla super mortuos istos*, sed: *Super interfectos istos*? Quia significabant filios Israel, fame, peste, & gladio peremptos, & in superficie terræ inhumatos derelictos.

CAP. 37. NVM 19.

Ecce ego assumã lignũ Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt et adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum: & erunt vnum in manu eius.

Crux omnia inter se, & cũ Deo vnit.

118 ET faciam eas in lignum vnum, scilicet crucis, *in manu eius, qui facturus est vtraque vnum.* Ad Ephesios cap. 2. n. 14.

CAP. 37. NVM. 25.

Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri; & habitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorum eorum vsque in sempiternum; & Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuũ.

Verorum Israelitarum regnum æternum, nõ temporale, sed spirituale, & cœleste est, in quo Dauid perpetuo regnat.

119 EX his verbis clarissime infertur non loqui de regno temporali; sed de spirituali: quidquid Rabini perperam repugnent.

CAP. 38. NVM. 12.

Et super populum, qui est congregatus ex gentibus, qui possidere cæpit, & esse habitator vmbilici terræ.

Ad Terram promissionis, vt ad centrũ lineæ, omnes homines confluxerunt, & confluxuri sunt.

120 TErra promissionis *vmbilicus terræ* dicitur, quia sicut vmbilicus est centrum corporis humani, ad quod omnes lineæ confluunt, sic ad promissionis terram nationes omnes confluxuræ erant: primò, Gratiæ legem audituræ, Actuum Apostolorum cap. 2. á num. 4. Secundò: iudicio vltimo discutiendæ, & discernendæ. Matthæi cap. 25.

CAP. 40. NVM. 45.

Et dixit ad me: Hoc est gazophylacium, quod respicit viam meridianam, sacerdotum erit, qui excubant in custodijs templi.

Hæc

Sacerdotes reliquis doctrina, & moribus præluce-re debent.

121 HÆC pars templi lucidior erat, & radijs solaribus magis illustrata, ideoque in ea sacerdotes collocantur, debent enim ceteris, tum doctrinâ, tum morum claritate præluce-re.

CAP.40. NVM.46.

Porro gazophylacium, quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris.

Ministri Ecclesiæ, qui per totũ diem laborant, nocte refrigerẽtur.

122 AD faciem etiã Aquilonis collocantur sacerdotes, vt obsistant, ne spiritualis gelu torporis in mentes obrepat fideliũ. Et notandũ, quã ordinate secundũ physicã considerationẽ sacerdotes per totũ diem igne altaris incalescentes ad gelidiorem partem per noctem mittuntur refrigerandi.

CAP.41. NVM.7.

Et platea erat in rotundum ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus.

Ecclesia triumphans Militante latior, & lætior.

123 HÆC superior templi pars Anagogicé Ecclesiam triumphantem significat, quæ sicut semper lætior, latior etiam est, quam Ecclesia militans, quę per inferiorem templi partem significatur.

CAP.41. A NVM.18.

Et fabrefacta Cherubim, & palmæ: & palma inter Cherub, & Cherub; duasque facies habebat Cherub. Faciem hominis iuxta palmã ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu.

In secundo templo Ezechieli reuelato fuerunt Christi mysteria typice circumscripta.

124 CHerubim bifaciales Christum Deum, & hominem significare possunt, vel Christum leonem de terra Iuda, palmæ verò ipsius victorias de peccato, diabolo, & morte reportatas.

CAP.43. NVM.12.

Ista est lex domus in summitate mõtis; omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus.

Maria Deipara symbolo omnimoda sanctitas attributa.

125 LEX domus, in qua plenitudo diuinitatis corporaliter, & visibiliter habitatura, non est lex, sicut aliarum omnium domorum, nam omnes domus huius fines, hoc est, tam primum fundamentum, quam vltimum complementũ, seu tam primũ, quã vltimũ instans suæ ædificationis (his enim terminis includitur, & definitur) *sanctum sanctorum est?* Et notandum, quanto mysterio dicitur: *In circuitu*, nam in circulo finis, cum principio cõiungitur in ipsius formatione.

CAP.44. *NVM.22.*

Et viduam, & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine domus Israel.

In sacerdotum veterum legali puritate Christi, & suorum vera puritas præsignata.

126 HIC videtur sacerdotes non coactari ad vxores de eadem Leuitica tribu assumendas.

CAP.45. NVM.8.

De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltra principes populum meum.

Principes, qui tributis inordinate inhiant, subditos suos deserunt, & abigunt.

127 PRO eodem vsupat textus principem tributis, & exactionibus populum grauare, ac eum depopulari hoc est non solum destruere, sed etiam à regno suo abigere, & eliminare. Uide num, 9. subsequentem in sacro textu.

CAP.46 *NVM.15.*

Faciet agnum, & sacrificium, & oleũ cata mane mane: holocaustum sempiternum.

Mane diluculo, & quotidie Missam celebrare, Deo gratissimũ.

128 FIgura signatissima iugis sacrificij legis gratiæ, de quo præcipue loquitur propheta, & faciunt verba textus pro nostris sacerdotibus valde mane, & sub auroram celebrantibus.

CAP. 46. NUM. 17.

Si autem dederit legatum de hereditate sua uni seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad principem.

Diuinæ Leges de omnimoda regũ cõseruatione dili genter curant.

129 HANC prudentissimam, & vere diuinam æconomiam omnes principes ad vnguem exercere, & absque exceptione vlla exequi deberent; nempe regale patrimonium in perpetuum nunquam alienare, seu verius prodigere; ne cogantur ad imperij necessaria munera sustentanda, populum nouis contributionibus, & præterlegitimis gabellis opprimere, in maximũ regni totius damnum, & detrimentum.

CAP. 46. ANUM. 19.

Et erat ibi locus vergens ad Occidentem. Et dixit ad me: Iste est locus, vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto.

Christi pro peccatis nostris sacrificium in veteris legis sacrificijs figuratum.

130 EAmdem collocationem, & respicientiã habet Golgotha mons respectu Ierusalem, in quo Christus Dominus facie versa ad Occidentem pro peccatis omnium crucifixus fuit.

CAP. 47. NUM. 9.

Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ,

Aqua baptismatis Orientalis, quia per illam homines renascuntur.

131 AQuæ è porta Orientali egredientes sunt aquæ baptismales; & piscium multitudo, copiosus baptizandorum numerus, cui consonat illud Matthæi cap. 4. num. 19. *Venite, faciam vos fieri piscatores hominum.*

Et viuent omnia, ad quæ venerit torrens.

E baptismate in vitam æternam renascimur, ni peccata obstiterint.

132 HIC vita spirituali, in qua, si perseuerauerint vsque in finem, viuent in alio sæculo vita æterna.

CAP. 47. NUM. 12.

Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius.

Vtrumque testamentum mire consonat.

133 VIde psalmum primum, & Apocalipsim cap. 22.

PRO-

PROPHETIA DANIELIS.

CAP. I. A NVM. III.

Et ait rex Asphenez præposito Eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrannorum, pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, &c.

AD CAP. 1. A N. 3.
PROPHETIÆ DANIELIS.

Muneribus publicis præficiendi ingenui, & nobiles esse debent.

1 HÆC Faciunt pro inquisitione, & informationibus depuritate sanguinis, & nobilitate originum, quæ apud nos vigent, ad diuersa munera publica, vel priuata exercenda, varioſque dignitatum gradus adquirendos.

Vt edoceret eos litteras, & linguam Chaldæorum,

A facilioribus esse incipiendum.

2 PRius elementa, postea linguam, seu Caldaicũ idioma iubentur isti iuuenes edoceri, recto doctrinæ ordine seruato.

VEL SIC,

3 Ediscant litteras, hoc est artes scientiasque, & postmodum loquantur, ne audaci ignarâque garrulitate coram me potius effutiant, quam ratiocinentur.

Qui sine scientia loquuntur, nõ ratiocinantur; sed effutiunt.

CAP. 1. *NUM.* 7.

Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina; Danieli, Baltassar; Ananiæ, Sidrach; Misaeli, Misach; & Azariæ, Abdenago.

Ad aulas principũ assumpti antiquas necessitudines oportet obliuiſci.

4 HÆC nominum commutatio in religioso statu communiter obseruata ad hoc vt eorum alumni, & candidati res omnes mundiales obliuiscantur; in aulis etiam principum Chaldæorum solemnis erat, ob eum certe finem, vt ad talem gradum assumpti statim priorum omnium amicorum, familiariumque memoriam amitterent.

Profani nominis assumptio, quædam profanitatis professio est.

VEL SIC.

5 Istis pueris nomina Hebræa & sancta in Chaldaica, & profana commutantur, ea cauta, & calida intentione, vt simul cum nominibus religionem amitterent.

CAP. 1. NUM. 10.

Qui, si viderit vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentibus coæuis vestris, condemnabitis caput meum regi.

Principes, facierum ministrorum sibi adhærentium attenti scrutatores.

6 ILlud locutionis genus, scilicet: *Si viderit vultus vestros*, non credo esse conditionale, sed absolutum absque dubio enim rex puerorum facies visurus esset, & maxima attentione notaturus ob rationes, quæ lib. 2. Esdræ cap. 2. ad num. 2. allatæ sunt.

Apud iniquos reges indicia delicta probant.

7 Sed cum substantiali horũ puerorum alimentatione á rege præscripta non poterat vultuum macilentia coniungi ex melancholica passione libertatis amissæ, vel ex alijs causis proueniens? Quomodo dicit Asphenez sibi ex hoc capitale damnum imminere? Quia apud iniquum regem indicia, etiam non conuincentia, satis sunt ad condemnatoriam, & capitalem sententiam pronuntiandam.

CAP. 1. A NUM. 12.

Tenta nos, obsecro, seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio.

Mundi sectatores facies hominum contemplãtur: mundi contemptores diuina considerant.

8 HÆC facialis contemplatio aulica est, non cælestis; qualis erat illa, cui Daniel cum socijs frequenter vacabat. Et nota perfectos legis obseruatores Decalogi numerum ad prouationem petijsse.

CAP. 1. NUM. 15.

Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores, præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.

Diuinæ legis obseruantia corporis, & animæ saluti proficua.

9 HIC *vultus* nomine vniuersa corporis dispositio, & personalis habitudo, & corpulentia subintellecta videtur: Et notandum, quantum diuinæ legis obseruantia ad bonam valetudinem conseruandam, & augendã, conferat.

CAP. 1. NVM. 20.

Et omne verbum sapientiæ, & intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerso regno eius.

Qui Decalogum obseruant decuplo à Deo remunerantur.

10 IN hoc decuplo excessu innui videtur perfecta decalogi obseruatio á Daniele, & socijs: Et nota correspondentiam ad decem probationis dies cum aqua, & leguminibus supra num. 12. memoratos, quos Deus super abundantis sapientiæ dono remunerari voluit ob Danielis, sociorumque fidem in ipsum.

CAP. 2. NVM. 1.

In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo.

Terrenus fastus res omnium inanissima.

11 CVR à rege somnium quasi regem despiciẽs fugit? An quia regum status terrenorum res adeò inanis est, vt vel res inanissima, qualis est somnium, maiorem præ illa entitatem habere præsumat?

VEL SIC.

Qui regem audet terrefacere territuſ fugiat.

12 Illa somnij fuga potius timoris, quam despectus signum est: cur ergo somnium timidum fugit? An quia regem ausum fuit terre facere, & recognoscens se huius delicti reum pauidus fugit?

Uel

Qui regem auſit illudere pauidus fugiat, & diſpareat.

VEL SIC.

13 Somnium quædam mentis illuſio eſt: quis ergo audeat regẽ fallere, & illudere, quin ſtatim pauens fugiat, & diſpareat? Vide quæ ad cap. 34. Eccleſiaſtici num. 2. notata ſunt.

CAP. 2. NVM. 2.

Præcepit autem rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi, vt indicarent regi ſomnia ſua.

Qui regum phãtaſticis imaginationibus ſtudent, eas percallere debent.

14 POſt ariolos, magos, & maleficos Chaldęi tãquam peiores referuntur. Sed cur iſti ad rem naturaliter impoſsibilem conuocantur, & coguntur? An quia cum harum ineptiarum profeſſores, omnesque regij miniſtri ſedulo ſemper ſuper regum ſomnijs ſtudeant, nullique alteri negotio diligentius incumbant, non fuit iniuſtum, aut a politica ratione alienum eos ad ſomnia regia inueſtiganda, & declaranda compellere?

CAP. 2. NVM. 4.

Reſponderuntque Chaldæi regi Syriace.

Qui de Grammaticali arte præſumunt rerum medullam non penetrant.

15 SI Chaldæi ſunt, qui reſpondent, cur *Syriace* loquuntur, & non Chaldaice, cum hoc eſſet idioma ſuum, & regis, & ſolemne ſit regum miniſtris, quicumque ſint, eis in ſua lingua alloqui? Forte, ſic profati ſunt, vt regi adularentur de Syriaca Prouincia iure, vel iniuria belli nuper adepta, oſtentantes, ſe iam Syriacum idioma in gratiam, & obſequium regis addidiciſſe; ex quo inferre licet ipſos nunquam ſomnium regis ſoluturos, etiam ſi ænygmatica illius ſeries ipſis proponeretur, qui enim de linguâ, hoc eſt ſcientiâ grammaticali præſumunt, à ſuperficie ad medullam, & ſubſtantiam rerum nũquam penetrare ſolent.

VEL SIC

Popularium artium profeſſoribus extrauagantia vocum lucratiua.

16 Solemne eſt profeſſoribus artium, & facultatum populis deſeruientium, vt Aſtronomia, Medicina, & aliæ, non vernaculo idiomate, cum populo communi, vti; ſed extraneo, & alieno, vt, & ſe iactent, & merces ſuas carius venditent.

CAP. 2. NVM. 9.

Si ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quod interpretationem quoque fallacem, & deceptione plenam compoſueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat: Somnium itaque dicite mihi, vt ſciam quod interpretationem quoque eius veram loquamini.

Si ex natura deffectibus reges ſibi vtilitatẽ captant, quæ ex dotibus percipient?

17 DEffectum memoriæ ſuæ non ſolum excuſat rex, ſed etiam myſteriolum facit, vt illo vtatur ad ariolos, & coniectores de legitimâ, & certâ prognoſtication examinandos, & probandos. Quantum emolumẽti, & lucri reges ſibi ex dotibus ſuis tam naturalibus, quam acquiſitis percipient, qui etiam deffectus naturales ſic in eorum cõmodum, & vtilitatem detorquent? Ideo forte Salomon cor ſuum dediſſe dicitur, vt ſciret, non ſolum prudentiam atque doctrinam, ſed etiam *errores, & ſtultitiam*, Eccleſiaſtes cap. 1. num. 17.

CAP. 2. NVM. 11.

Sermo enim, quem tu quæris, rex grauis eſt: nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpectu regis: exceptis dijs, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.

Vanarum artiũ profeſſores, etiã de ignorantia conuicti, præſumptuam inclamatiã non deponunt.

18 EXceptis dijs, forte ex hoc motus fuit rex ad Danielẽ adorandũ infra n. 46. Sed notanda horum exceſsiua circulatorũ iactantia: etiam, de ignorantia conuicti, audent corã rege dicere: nullum omnino hominum

scire, quod ipsi nesciunt, & solum Deum sapere, quod ipsi ignorant; Hinc, non metiri, sed considerare licet horum immensam nebulonum de suis incertissimis coniectationibus, quas ipsi, diuinationes: vel affectatâ modestiâ, *prædictiones* vocant, præsumptionem, cum forte in aliquo negotio super quo adeuntur consulendi, casualiter, & per accidens scopum veritatis collimant.

CAP. 2. NVM. 12.

Quo audito, rex in furore, & in ira magna, præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis.

Sententia sapiẽtum destructiua ab alio nequit, quam à furore pronuntiari: Vbi enim sapientia deest stulta confusio adest.

19 FVror regis, & ira magna præmittitur ad innuendum, quod sententia, quæ sapientes omnes indiscriminatim iubet interimi, nequit ab alio, quã à furore, & irâ magnâ pronuntiari, quam iram maximam credere dicendam, si sententia prolata, executioni mandata plene, & adequate fuisset: tuncque proprijssime ciuitas illa Babylon, seu confusio iure veniret compellanda.

VEL SIC.

Qui de deitate præsumunt nihil ignorare debent.

20 Quantum ad ariolos, & magos, non videtur fuisse omnino iniusta sententia, nam cum illi præsumerent de scientiâ plusquã naturali, & humanâ, soliusque Deitatis propria, nempe scientia futurorum, ac propterea vellent ab hominibus, tamquam dij venerari, non solum, ad regis somnium percallendum, sed etiam ad nihil ignorandum tenebantur.

CAP. 2. NUM. 13.

Et egressa sententia sapientes interficiebantur: quærebantur, que Daniel, & socij eius, vt perirent.

Scioli circulatores obuij: veri sapientes ab hominum commercio semoti.

21 SApientes obuij interficiebantur Daniel, & socij quærebantur ad internecionem, quia cum essent vere sapientes, non scioli, sicut magi Babylonis circulatores, Deo, & sibi vacabant, diuinis, & naturalibus scientijs intendentes, nec coram aulicorum oculis continuo obuersabantur, nec pedibus eorum se offerebant proterendos.

Veri sapientes grauioribus expositi detrimentis, quam scioli.

22 Et notandum: ex modo significandi grauius malum Danieli, & socijs, quam ceteris sapiẽtibus imminere; hi enim *ad interfectionem* quærebantur; illi vero, *vt perirent*, quod genus quoddam totalis destructionis, & anihilationis est.

In republica, vel communitate, in qua sapientes deficiunt omnes pereunt.

23 Notandum etiam, verbum illud: *Vt perirent*, absque magna textus violentiâ ad populi instructionem, & morum correptionem, ad omnes Babylonis ciues extendi posse: cum enim omnes sapientes cuiusuis ciuitatis pereunt, reliquã ciuium multitudinem perire necesse est. Huc facit Salomonis põderatio Ecclesiastés cap. 9. á num. 14.

CAP. 2. NVM. 15.

Et interrogauit eum, qui â rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia â facie regis esset egressa?

Vide supra n. 19.

24 A *Facie* iratâ, & furente, non ab intellectu sedato, & prudenti. Vide supra num. 12.

VEL SIC.

Adulatores iudices, non legum volumina, sed faciem regis inspiciunt, vt sententiam pronuntiẽt.

25 *A facie regis*, ait Daniel, egressam sententiam, quia iudices sententiæ huius iniustissimæ pronuntiatores, illam in facie iratâ regis legerunt, & studuerunt: Vide ad Ecclesiasticum num. 186. & Esther num. 12.

CAP. 2. A NUM. 17.

Et ingressus est domum suam, Ananiæque, & Misaeli, & Azariæ socijs suis indicauit negotium, vt quærerent misericordiam á facie Dei cæli, super sacramento isto.

No-

Iusti de aliorum virtute multum; de propria nihil præsumunt.

26 NOtanda Danielis modesta humilitas, de sociorum oratione: & deprecatione multum fidens, de suâ nihil præsumens.

Iustorum laudes ad quoscumque dirigantur, adulatoriæ non sunt.

27 Et etiam aduertendum est; somnium regis appellauisse Sacramentum, non adulatorie, sed prophetice ex internâ Spiritus Sancti motione ob magna mysteria, quæ à Deo in somnio regis erant inclusa.

CAP. 2. NVM. 23.

Tibi Deus patrum nostrorum confiteor, te que laudo: quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi, quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis.

Orationis in cõmuni factæ apud Deum immensa virtus.

28 NON dicit: *Quæ rogaui*, sed: *Quæ rogauimus*, modestè recognoscens, Deũ ab orationibus sociorum fuisse, & Danielis iudicio, principaliter permotum ad illam gratiam concedendam, vt ita oratio á pluribus facta commendaretur, & immensa virtus eius cognosceretur.

CAP. 2. NVM. 24.

Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Sapientes Babylonis ne perdas.

Vere sapiens alijs non inuidet.

29 SI Daniel fuisset mundana, & non diuina sapiẽtia sapiens, reliquis sapientibus inuideret, & illos occidi sineret.

Sapientũ amissio reipublicæ perditio est.

30 Et notandum, non dixisse Danielem Arioch: *Ne interficias*, sed: *Ne perdas sapientes Babylonis.* Uide supra ad num. 13.

Introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.

Qui, non à se, sed ab alio loquitur, non author, sed relator appellãdus.

31 ACsi diceret: Non agã ariolum, magum, & coniectorem de scientia propria præsumentem; sed illius, quod mihi á Deo manifestatum fuit, narratorem, & relatorem.

In eradine ad proximi salutẽ, iusti plus faciunt, quã promittunt.

32 Et notandum, multo plura Danielem præstisse, quam promisserat: cum enim somnij regalis solutionem solummodo promisisset, postea, & somnium, & solutionem eius, & omnem cogitationum regalium seriem patefecit. Vide infra à num. 29.

CAP. 2. NVM. 25.

Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de filijs transmigrationis Iuda, qui solutionem regi annuntiet.

Nonnulli minisuperiores propias regibus desidias pro solicitudinibus intrudunt.

33 NOnne Daniel vltro se obtulit Arioch regis somnium interpretaturus, vt patet supra num. 24. Cur ergo dicit regi. *Inueni hominem, qui solutionem regi annuntiet*, ac si maximam in eo inquirendo diligentiam, & solicitudinem adhibuisset? Hoc solemne est regum ministris, præsertim in gradibus superioribus collocatis, suas negligentes desidias pro solertibus curis, & operosissimis negotiationibus venditare.

VEL SIC.

Qui regibus veritatem sincere enuntient obuij non sunt.

34 Forte hac prudenti industria vsus fuit Arioch, vt regi credibilis appareret ipsius propositio: Homo enim, qui veritatem regibus nuntiare vellit, & implicatos difficultatum nodos dissoluere, nequit esse homo vltroneus, sed magna industria, ac diligenti indagine conquisitus.

Ex vna laudabili, & virtuosa actione aliæ bonæ bene inferri possunt.

35 Ad sic bene de Arioch sentiendum ex eius pietate, & erga sapientes affectione inducor, si enim omnes illos vellet interimere, nec Danielem audiret, & statim ad regem introduceret, nec sententiam in sapientes prolatam, publicatam, & executioni mandari incœptam, intermisisset.

Et

Cum regibus cauta attentione loquendum, & agēdum est.

36 Et notanda aulicorum cū regibus in loquendo prudens attentio, & cauta solertia, nil addidit Arioch, aut minuit in relatione ad regem, ad ea verba, quæ Daniel pronuntiauerat. Daniel Arioch. dixerat: *Solutionem regi narrabo:* Arioch regi dixit: *Inueni hominem de filijs transmigrationis, qui solutionem regi annuntiet.*

CAP. 2. NVM. 43.

Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest testæ.

Nationes inter se naturaliter dissentientes commisceri possunt, non uniri,

37 HOC inter multos principes, & nationes, præsertim finitimas nunc, & semper expertum est.

CAP. 2. NUM. 49.

Daniel autem postulauit à rege; & constituit super opera Prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago.

Primi regum ministri, etiam rectissimi, suos intimos, & charissimos, si benemeriti sint, promouere non dubitēt.

38 HÆC sociorum præfectura non fuit effectus ambitionis Danielis, sed iustissimæ distributionis, erant enim ad illa munera omniū dignissimi, nec debuit eorū condignitati, & merito intima cum primo ministro necessitudo aliquid officere.

Diuersa nomina diuersis muneribus aptanda, nec profana sacris miscenda.

39 Et notandum, quod cum ad orationem, & diuini auxilij impetrationem á Daniele aduocantur supra num. 17. eos nominibus Hebraicis appellat, cum vero Prouinciæ operibus Babylonicæ præfert, gentilica, Chaldaicaque eorū nomina vsurpat.

CAP. 3. NUM. 7.

Post hæc igitur statim, vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex.

Qui idola colunt corpore, ac mente cadunt.

40 CAdentes, non solum corporis demissione, sed etiam animæ præcipitatione, & ruinâ ob commissum idololatriæ peccatum.

CAP. 3. NUM. 15.

Nunc ergo, si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, omnis que generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam, quam feci.

Si ad falsam adorationem præparatio exigitur, quid ad veram?

41 NUnc ergo, si estis parati; Si ad fallam adorationem præuia dispositio, & præparatio petitur: Qualem ad veram adorationem adhibere oportebit?

CAP. 3. NUM. 22.

Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.

Ignis ex naturali potentia vrit, ex obedientiali interficit.

42 CVR de igne non ait textus, quod crudeles illos ministros *combuserit*, sed quod *interfecerit*? An quia illa occisio non fuit effectus ignis naturaliter operantis, sed supernaturaliter Deo moti, & elcuati? Nam credibile est, illos ministros non se intra iurisdictionem flammæ vrentis immisisse, & prorripuisse, sed flammam, ad illos interimendos, longius à Deo motam processisse.

VEL SIC.

Deus præmature suorum Fidelium incolumitati attendit.

43 Adeó præmature, & efficaciter Deus ab illo igne virtutem vrendi suspenderat, ne Danieli, & socijs eius vel minimum offenderet, vt per illam, nec in sacrilegos ministros agere permitteret: ideó non dicitur, illos cremauisse, sed interfecisse.

Deus vires agētium naturalium intendit, vt suæ elga Fideles miracula splendant.

44 Sed si mallis dicere, quod illa fuit actio combustiua ignis, per interfectionem transiere significata, dicemus, hoc fecisse Deum, vt

vt notarent Babylonij, quanto miraculo virtus combustiua ignis in medio fornacis suspensa esset, cuius flamma exundans tantas, talesque vires exereret.

CAP. 3. NUM. 26.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in sæcula : quia iustus es in omnibus , quæ fecisti nobis.

Anima Fideliũ in Purgatorio Diuinam iustitiam, & misericordiam laudare non cessant.

45 HÆC accommodari possunt animabus ignem purgatorium patientibus.

CAP. 3. NVM. 51.

Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace dicentes.

Trinitatis mysterium à prophetis cognitũ, & frequenter adoratum.

46 HIC semel iterumque mysterium Trinitatis exprimitur : primo tacer illa verba: *Tres quasi ex vno ore.* Secundó, per sequentia, scilicet: *Laudabant , & glorificabant, & benedicebant Deum.*

CAP. 3. NVM. 94.

Et congregati satrapæ , & magistratus , & iudices , & potentes regis contemplabantur viros illos , quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, &c.

Vide supra n. 43

47 AB illo igne videtur, non solum abstuliſſe Deum actum cremandi, sed etiam potestatem, seu potentiam.

Probatio Fideles ẽ pueris in viros transmutat.

48 Et notandum post ignis probationem non iam dici pueros, sed viros : nec quod satrapæ illos conspiciebant, sed quod cõtemplabantur, quasi quid diuinum in illis considerantes, & admirantes.

CAP. 4. NUM. 10.

Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil , & sanctus de cælo descendit.

Angelus custos tam ad Deum, quam pro cliente suo semper vigilat.

49 ANgelus á Daniele *vigil* appellatur , quia nunquam dormit , seu cessat ab actibus cognoscendi , & amandi Deum ; & quia semper vigilat ad custodiam indiuidui, vel communitatis sibi commissæ.

CAP. 4. NVM. 12.

Et alligetur vinculo ferreo , & æreo, in herbis, quæ foris sunt.

Ad regis conspectum humiliati, vel inanimata humiliantur.

50 QVomodo poterat Nabuchodonosor vinculo ferreo, & æreo herbis alligari? Forte herbæ istæ arbores robusti erant, sed ad conspectum regis humiliati, depressi, & iram, indignationemque Diuinam patientis, in herbulas, & exigua gramina conuersi sunt.

CAP. 4. NVM. 33.

In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni : & figura mea reuersa est ad me, &c.

Mundiales dignitates appetẽtes, & figuratæ.

51 NAbuchodonosoris restitutio per figuræ reuersionem significatur, omnia enim terrena regna , quid apparens tantum, & figuratum est.

CAP. 5. NUM. 1.

Baltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille : & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.

Quæuis ætas ad rapulan proportionata humanæ appetentia.

52 IUuenes multum bibebant , quia robustioris stomachi; senes etiam, quia imbecillioris , vnde omnes temulenti euaserunt.

CAP. 5. NUM. 2.

Præcepit ergo iam temulentus , vt afferrentur vasa aurea , & argentea , quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem , vt biberent in eis rex, & optimates eius , vxores que eius, & concubinæ.

Te-

Sacræ supellectilis profanatio, nisi à temulento, incredibilis.

53 TEmulentiæ regis circumstantia á textu notanter aduertitur, ad significandum, tam immane sacrilegium ab alio, quam á temulento, committi esse moraliter impossibile.

Sacrilegium, etiã temulento, ad vtrumque reatũ imputabile.

54 Et notandum sacrilegium istud, etiam temulento, tam ad culpam, quam ad pœnam imputatum fuisse.

CAP. 5. *NVM.* 5.

In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis cõtra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ.

Deus, minimum quod potest, ad punitionem applicat.

55 DIgiti dicuntur veri, & proprij fuisse, manus non ita, sed: *Quasi manus*: sed quare hoc? An quia erat manus Dei, & Deus minimum, quod potest, applicat ad punitionem?

VEL SIC.

Deus ad condonandum suã; ad puniendum hominis manu vtitur.

56 Manus Dei ex geniali propensione ad parcendum, donandumque inclinat, ac propterea, cũ punit, non manus, sed quasi manus appellatur. Et notandum: *Hominis* additamentum, vt rex plus timeret, & vehementius terreretur.

VEL SIC.

Si digitis Deus in vna nocte amplissimum regnũ destruxit, quid cum ad puniendum totam manum exerit.

57 Si quando Deus digitos tantum mouet, adeó grauiter punit, quid, cum totam exerit manũ, & brachium extendit?

In superficie parietis aulæ regiæ.

Veritates, præsertim diuinæ, per miraculum regũ palatia penetrãt.

58 VEritates diuinæ, præsertim illæ, quæ vitam æternam, vel mortem concernunt, aulas regum penetrare non assolent, nec audent; miraculum est, si quando impariete leui manu describuntur, & superficialiter notantur.

CAP. 5. *NVM.* 6.

Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eũ: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur.

Regum reliqua, etiam interna, præter cor, scrutabilia.

59 DE facie regis Baltassaris immutatione, de cogitationum conturbatione, de renum dissolutione, de genuũ collisione expressè loquitur textus, inter quæ de corde nihil enũtiat, vt ostendat, cor regum inscrutabile esse. Prouerb. cap. 25. n. 3.

CAP. 5. *A NUM.* 10.

Regina autem pro re, quæ acciderat regi; & optimatibus eius domum conuiuij ingressa est: & proloquens, ait: Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ neque facies tua immutetur. Est vir in regno tuo qui spiritum deorum sanctorum habet in se, &c.

Feminarum vitium loquacitas, curiositas, & superstitio.

60 ET *proloquens, ait*: Nunquam feminea loquacitas absque prolocutionibus, seu præambulis negotia sua ediserit. Sed quomodo hæc regina tum iuuenis, tum à negotijs publicis tractandis seiuncta, adeò perspicue, & distinctè cognoscebat, quæ rex penitus ignorabat? Quia hæc notitia erat, de incantationibus, aruspicijs, alijsque magicis artibus, ad quas feminæ, præ viris, naturalem habent propensionem, & viuidam affectionem: Uide huius numeri contextum.

CAP. 5. *NUM.* 12.

Quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum, inuenta sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex posuit nomen Baltassar.

Prudentia cæteris virtutibus naturalibus præferenda; quæ ad loquendum cũ regibus magna circumspectione indiget.

61 PRudentia Danielis intelligentiæ, ceteriscque dotibus eius præfertur. Sed cur nomen hebraicum Danielis vsurpat, & de immutatione ipsius in Chaldaicum Baltassaris á Nabucodonosore facta mentionem facit? Totum hoc adulatorie à regina videtur dictum; ne rex Baltassar autumaret, aliquem priuatâ au-

authoritate nomen suum regale vsurpare ausum fuisse. Ex quo etiã infertur, Nabuchodonosorem, ad maximam Danielis æstimationem declarandam, nomen principis filij sui, tunc iuuenis, & in palatio existentis, ei imposuisse, & nomen Danielis in Baltassaris nomen, honoris causa, commutasse.

CAP. 5. A NUM. 13.

Igitur introductus est Daniel coram rege, ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudæ quem adduxit pater meus rex de Iudæa? Audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas, &c.

Aularum regalium, ex maligna & cauta Ministrorum solertia magna vicissitudo.

62 NOtandum se se offert aularum regalium nimia vicissitudo, varietas, & inconstantia in regum successione, etiam filiorum respectu parentum: En primum Nabuchodonosoris parentis ministrum miraculosum, & in omni regno celeberrimum non solum non cognoscebat Baltassar, sed de eius genere dubitatiue, ex notitia nuper acquisita, interrogat. Notanda etiam iniqua, & calida actualium solertia ministrorum, qua antiquos expertos, & benemeritos ministros à succedentis immediate principis notitia, & cognitione remotissimos, & omnino auulsos effecerunt.

CAP. 5. NUM. 17.

Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da.

Munera publica ciuilia plus onerosa sunt, quam honorifica.

63 MUnera á rege oblata repellit Daniel; quia præter bonam suam, & generosam indolem, iam ab experientiâ anteacta cognoscebat, munera illa plus onerosa esse, quam honorifica,

Cum Infidelibus aliter agendum vt veræ Fidei nulla iniuria fiat

64 Et notandum, quod ceteri omnes etiam regina, initio locutionis regem salutant, dicentes: *Rex, in æternum viue*; secus Daniel, ne, si de vita temporali, falso, & adulatorie; si de vita spirituali, & vere æternâ, tum falso, tum irreligiose loqueretur, cum rege enim idololatra sermo erat.

CAP. 5. NUM. 27.

Thecel; appensus es in statera, & inuentus es minus habens.

Cum Dei prouidentia aliquem in publico munere collocat ad illud necessarias dotes sub pondere, numero, & mensura donat.

65 HÆC appensio, vt denotat clausula: *Inuentus es minus habens*, ad aliam refertur appensionem, illam scilicet, quæ à Deo in regni traditione facta fuerat: tunc enim sub pondere, numero, & mensurâ dedit Baltassari Deus dotes necessarias, & sufficientes ad rectam regni administrationem, quas ille dissipauit, seu male negotiando, seu ipsis non vtendo, vt seruus nequam parabolæ Euangelicæ Lucæ cap. 19. num. 20. ideo quando Deus numerauit iterum, seu compleuit regnum illius, quod per verbum illud emphaticum, scilicet: *Manê* significatur, inuenit regem minus habentem. Hoc idem omnibus, præsertim officia publica negligenter administrantibus applicari potest.

VEL SIC.

Omnes mundiales dignitates nihilo minus sũt.

66 Illud: *Minus habens* intelligi posse videtur comparatiue, collatione, scilicet vnius bilancis ad alteram: quid ergo in illa positum refert textus? Nihil omnino. Ergo vniuersus Baltassaris principatus, & quidquid ab illo in republicæ administratione, & regimine gestum fuit, minus nihilo existimatum fuit.

VEL SIC.

Sui muneris obligationes vnusquisque scire tenetur.

67 In alio lance positum fuit onus, & obligatio regalis officij illius principis: cur ergo non exprimitur? An quia cuiusuis onus, & obligatio, ad quam quisque ex munere suo tenetur, non debet exprimi, sed supponi?

Uel

Nil magis obliuioni quam propriæcuiusque obligationes tradi solent.

VEL SIC.

68 Non exprimitur ad denotandum, nil habere solitos principes, & rectores magis obliuioni traditum, quam obligationes, & onera, quæ ipsis ex suo munere incumbunt.

CAP. 5. NUM. 29.

Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, &c.

Honores instantanei, etsi amplissimi, quasi nihil reputandi.

69 QVÆ hæc munificentissima regis liberalitas in hominem non adulantem; sed vera proferentem, & tristissima prænuntiantem? Hoc mirandum non est: exercuit insolitam liberalitatem rex in honore Danielis per duas, vel tres horas ad summum duraturo.

VEL SIC.

Dulcioribus ad nauseam vsque satiati amariora appetunt.

70 Sicut cibis dulcioribus assueti amaros appetunt, & austeros, sic principes, adulationes continuo audientes, adeó illis stomachantur, vt nil auidius appetant, quam vnam sinceram veritâtem, etsi amarissimam, audire.

CAP. 6. A NUM. 1.

Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam.

Nonnulli principes sui honores muneris amplectuntur, onera abijciunt.

71 REges de suo munere id solent appetere, quod iubat; non quod molestat.

CAP. 6. NVM. 4.

Porro rex cogitabat constituere eum (Danielem scilicet) super omne regnum; vnde principes, & satrapæ, quærebant occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere regis, &c.

Amor cæcus; inuidia lyncæis oculis prædita ad nocendum.

72 QVantum perspicaciæ oculis amoris deest, tantum oculo inuidentiæ superest, nondum rex cogitationem Danielis exaltandi extra mentis cancellos extulerat, & iam á satrapis penetrata ipsos in Danielis ruinam impellebat.

CAP. 6. NUM. 5.

Dixerunt ergo viri illi: Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui.

Animi pestilentes religionem turbant, vt regna, ac dominia conuellant.

73 AD turbandam rempublicam, dominia conuellenda, & bonos ministros deturbandos, nullum viris pestilentibus medium promptius, aptiusque occurrere solet, quam materia religionis.

CAP. 6. NVM. 7.

Consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, & satrapæ, senatores, & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum: Vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum.

Prauorum politicorum impia religio.

74 OMnes isti Darij regis ministri, etiam cum pij, & religiosi apparent, irreligiosissimi sunt, & impijssimi.

Praui ministri, cum regibus magis obsequiosi vi dentur, sunt amplius nociui.

75 Præterea si cum regem adulatorie maximum, imo vnicũ deorum facere procurant, ipsi maxime aduersantur, & acerbissimum dolorem moliuntur, vt infra patebit, quid cum eum Tyrannorum maximum declarare intenderent?

CAP. 6. NUM. 10.

Quod cum Daniel comperisset, ideest, constitutam legem, ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cænaculo suo contra Ierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, &c.

Tri-

Qui tempus bene impendere norunt, tam ad corporalia munera, quam ad spiritualia exercitia sufficiens habēt.

76 TRibus *temporibus* in die Daniel Deum adorabat, vel mysterium Trinitatis insinuans, vel tempus præteritum, præsens, & futurum innuēs. Et notandum, grauia, & plurima negotia publica non obfuisse Danieli, quominus ter in die Deum adoraret, non quidem leuiter, & perfunctorie, sed per diuturnum spatium, quale vox illa, scilicet: *Tempora* significat.

CAP. 6. NUM. 11.

Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum.

Maligna nequitia sub speciosa curiositatis larua solet incedere.

77 MAligna aulicorū nequitia speciosō curiositatis nomine operiri solet: quod ad nostram aduertentiam innuit textus.

CAP. 6. NVM. 13.

Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto, quod constituisti; sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua.

Iniqui accusatores non solum criminosi, sed vilipensores.

78 NON dicunt Daniel vnus ex tribus primis principibus á te constitutis super ceteros, vel saltem, Daniel de filijs transmigrationis; sed *Daniel de filijs captiuitatis Iuda.* vt non solum Danielē honore debito priuarent, sed illum, quantum possent, deturparent.

VEL SIC.

Iniqui ministri non solum bonos, siqui inter eos sunt, accusant, sed nondum cōuictos condemnant.

79 Isti iniquissimi Danielem solummodo accusatum, nondum conuictum; nec condemnatum muneribus, & honoribus contra ius, fasque expoliare nituntur.

80 Sed ab istis contestibus, & accusatoribus iure inquirendum foret, vnde illis euidenter constare poterat, & actus internus Danielis, & obiectum illius, & quod ad orationem addiderit obsecrationem?

Iniqui iudices de internis, & incognoscibilibus audent sententiam pronuntiare.

CAP. 6. NVM. 15.

Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum, atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari.

Rex qui nimiam potestatem aliquibus ministris concedit, sibi officit.

81 ECce nimiam potestatem his ministris collatam, ne rex molestiam sustineret, in damnum, & detrimentum ipsius conuersam, vide supra num. 1. Sed nihilominus notare licet: Hanc rempublicam in vera fide, & Dei cognitione errantem fuisse tamen bene moratam, & gubernatam propter legum exactissimam obseruantiam, ad quam, etiam rex ipse inuiolabiliter tenebatur.

CAP. 6. NVM. 17.

Allatusque est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem.

Longe grauius nocumentum à potentioribus inuidis, quam à leonibus famelicis timeri potest.

82 VNO integro lapide totum hiatum operiente, non pluribus lapidibus, iubente rege, os laci occlusum, & obsignatum fuit, ne facile in damnum Danielis posset aperiri, plus á rabidis inuidorum dentibus, quā à famelicis leonum rictibus nocumenti timens: imó, vt verba textus insinuare videntur, à leonibus nil mali in Danielem suspicabatur rex, ab inuidentibus, plurimū, si ipsis pateret aditus, non dubitabat inferendum.

UEL SIC.

Longe grauius aulici inuidentes nocere solent, quam Leones famelici.

83 Ultra id nocumentum, quod homini leonibus famelicis obiecto expectari necessum est, habent aulici inuidentes grauius aliud nocumentum, quod inferre possint. Sed quodnam istud, quod corporis dilacerationem, & vitæ amissionem superet? In promptu responsio est. Dilaceratio famæ, & honoris occisio.

CAP.6. NVM.21.

Et Daniel regi respondens ait: Rex in æternum viue.

Vere credenti potius vita æterna, quam temporalis imprecanda.

84 REgi salutem animæ desiderabat Daniel, & imprecabatur, & ex nunc hac ad regem salutatione vtitur, quam antea non vsurpauerat, propter fidem in verum Deum, quam rex supra num.17. manifeste ostenderat, ac professus fuerat.

CAP.7. NUM.1.

Anno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo.

Imaginaria prophetarum representationes visiones dici solent ob certitudinem, vel approximationem.

85 VIsio dicitur ob certitudinem; *Capitis* ad qualitatem visionis significandam, quod scilicet ocularis non fuerit, sed imaginaria.

CAP.7.A NVM.2.

Videbam in visione mea nocte, & ecce quattuor venti cœli pugnabant in mari magno. Et quattuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se.

Regna gentilica per mare, ventos, & bestias cõgrua valde metaphora significantur.

86 REgna per mare, ventos, & bestias significantur: per mare: populi ob inconstantiam: per ventos: nobiles, ob ambitionem, & vanitatem: per bestias principes ethnici, veræ fidei cognitione, ac propterea rationalitate carentes, quales erant quattuor illi Danielis imaginationi prophetice obiecti.

CAP.7. NUM.4.

Prima, quasi lœna, & alas habebat aquilæ.

Lœna alata rapina velox.

87 PER lœnam aquilinis præditam alis, significari videtur velocitas ad rapinam.

Aspiciebam donec euulsæ sunt alæ, & sublata est de terra, & super pedes, quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.

Princeps, qui potentia sua moderate vtitur, de ferina in rationalem naturam conuertitur.

88 PRinceps, qui potentia sua moderate vtitur, non vt alas eleuet, sed potius deprimat, non solum rectus, vt homo, incedit, sed etiam de ferina in rationalem naturam valet transmutari.

CAP.7. NVM.7.

Post hæc aspiciebam in visione noctis; & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans.

Principes tyranni, quos non deuorant subditos, conculcant.

89 SVbditi, qui Tyrannorum voracitatem effugiunt, pedum conculcationem patiuntur.

CAP.7. NUM.9.

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda, &c.

Finalis iudicij theatrum in lege veteri descripti, & adumbratum.

90 SEdens, Christus Dominus, qui *antiquus dierum* dicitur propter æternitatem Deitatis: *Vestimentum candidum*, propter naturam humanam glorificatam, *Capilli, quasi lana munda*, quia fuit agnus immaculatus pro mundi redemptione in sacrificium oblatus *throni* propter apostolos coniudices: *Flamma* throni principalis, & sublimioris Christo destinati, lumen gloriæ Saluandorũ: *Fluuius igneus, rapidusque*, pœna æterna damnandorum: vnde totus iste apparatus iudicij finalis esse videtur.

CAP.

CAP.7. NVM.10.

Iudicium sedit, & libri aperti sunt.

Omnium conscientiæ in finali iudicio patebunt.

91 LIbri, vel conscientiarum iudicandarum, vel prouidentiæ Diuinæ decretorum, quæ omnia aperta dicuntur, & scripta ob certitudinem.

CAP.7. NVM 11.

Et vidi, quod interfecta esset bestia, & perijsset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni.

Dæmonis cultus carnalis, á carnalibus exhibitus, & modicum duraturus.

92 HÆC *bestia* idololatria esse videtur, & eius numen, nempe dæmon, quod *corpus* dicitur; quia omnia opera eius carnalia sunt, & á carnalibus tantum; non ab spiritualibus adoratum fuerit. Uel corpus bestiæ est congregatio damnatorum cum dæmone capite suo, ęterno igni tradita. Sed quomodo bestia hæc *interfecta* dicitur, cũ in tormentis, & cruciatibus sit æternum duraturâ? Quia à iudicio finali, & deinceps omnis idololatria, & dæmonis cultus cessaturus est, & periturus.

CAP.7.A NVM.13.

Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, &c.

Christi Vicarius cum ipso Christo æquiuocabilis.

93 HIC *quasi filius hominis*, videtur esse Christi Uicarius, seu summus Pontifex Romanus, qui Christo Domino á tota Ecclesiâ Catholicâ offertur, & consecratur, vt ab eo accipiat potestatem, & honorem, & vniuersale imperium.

Iudices superiores, non clandestine; sed cum exteriore pompa, apparatuqis creãdi.

94 Sed si cum communi Expositorum malis, hunc *quasi filium hominis*, esse Christum Dominum, per *antiquum dierum* supra num. 9. relatum, patrem æternum intellige, sed mihi difficultatem ingerit illud Ioannis cap. 5. num. 22. *Neque enim pater iudicat quemquã: sed omne iudicium dedit filio.* Nisi dicas: Æternum Patrem non sedisse in throno cum coniudicibus Apostolis ad iudicium exercendum; sed ad censoriam, & iudicialem virgam Filio suo solemniter tradendam.

CAP.7. NUM 23.

Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deborabit vniuersam terram, &c.

Omnium errorũ cathedra in omnium veritatum cathedram transmutata.

95 HInc vsque ad finem capitis agit de Romanorum imperio, quod â Deo dissipatum fuit, vt in eius Regia solium Ecclesiæ exaltaretur, & vniuerso orbi resplenderet.

CAP.7. NUM.25.

Et putabit, quod possit mutare tempora.

Romanorum gẽtiliũ potens audacia non Terræ solum, sed Cœlo etiam dominari ambiuit, & ausa fuit.

96 SIC fecit Iulius Cæsar Kalendarium reformando: Et ineptius Eliogabalus pręcipiendo, quod opera diurna noctu fierent, & nocturna per diẽ efficerentur,

CAP. 9. NVM. 21.

Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione á principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini.

Qui veram fidem nequeunt externe profiteri, interne confiteri non desistant.

97 DAniel, & ceteri viri sancti in captiuitate constitui, etsi carerent templo, & potestate sacrificandi effectiue nihilominus saltem affectiue statutis à lege temporibus sacrificabant, & pro sacrificio agnorum, & arietũ, sacrificiũ laudis offerebãt.

CAP.9 NVM.22.

Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel nunc egressus sum, vt docerem te, & intelligeres.

Angeli â Deo ad aliquem iustum legati orantem non intercipiũt.

98 A Deó placent Deo iustorum preces, & orationes, vt angeli legati ad ipsos, illarum finem expectent, vt legationem suam exequantur.

CAP.11. NVM.2.

Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes.

Nimiæ diuitiæ ipſas poſſidentibus valde nociuæ.

99 DArius, ſcilicet rex Perſarum, cuius immenſæ diuitiæ Alexandrum in ſe concitauerunt, de quo ſtatim nu. 3. ſequenti agit.

CAP.11. NVM.4.

Et cum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quattuor vētos cæli; ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius, qua dominatus eſt, lacerabitur enim regnum eius, etiam in exteros, exceptis his.

Regnum diuiſū deſolabitur.

100 HÆC fuit diuiſio imperij Alexandri, vt patet ex lib.1. Machabęorum cap. 1. Et notandum idem eſſe, regnum in plures diuidere, ac lacerare.

CAP.11. NVM.25.

Et rex Auſtri prouocabitur ad bellum multis auxilijs, & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia.

In re bellica cōſilia viribus præualent.

101 NOtandum, quantum in re bellica præualeant viribus non ſolum congrua, & prouida, ſed etiam calida conſilia, quæ ſtratagemata vocari ſolent. Vide lib.2. Regum cap.15. num.34.

CAP.11. NVM.27.

Duorum quoque regum cor erit, vt malefaciant, & ad menſam vnam mendacium loquentur.

Qui in conuiuijs negotia politica tractant, & expediunt, mendacij ſæculum deuorant.

102 HIC mos aliquarum deſcribitur Prouinciarum, quæ in menſis, & conuiuijs negotia politica tractare, & expedire ſolent.

CAP.11. NVM.30.

Et venient ſuper eum Trieres, & Romani: & percutietur, &c.

103 HIC confirmatur, & canonizatur prophetia antiquiſsima Balâam, quæ in libro Numeri cap.24. num.24. refertur de Hieroſolymitana per Ueſpaſianum, & Titum vaſtatione.

Gentilium prædictiones veras vera Fides, cum oportet canonizat.

CAP.11. A NVM.32.

Populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit, & facient. Et docti in populo docebunt plurimos.

104 APoſtoli, & cæteri Chriſti Domini diſcipuli á quibus vniuerſus orbis veram religionem, & Dei cognitionem edoctus, & adeptus eſt.

Apoſtolorum magiſterium in veteri lege expreſſum.

CAP.11. NVM.35.

Et de eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur.

105 RVent, non à vera fide, & Dei cognitione, ſed per martyrium â vita temporali cadent, & ſic ſtolas ſuas dealbantes, electi Dei vocabuntur: Hi Eccleſiæ primitiuæ martyres videntur eſſe.

Martyrum caſus ipſorum magna exaltatio eſt.

CAP.11. NVM.37.

Et Deū patrū ſuorū non reputabit: & erit in concupiſcentijs feminarū, nec quemquam deorum curabit: quia aduerſum vniuerſa conſurget.

110 HIc Mahometus prophetice videtur definitus, & Othomanorum impetium hinc inde diffuſum vſque ad terræ ſanctę captionem, & adquiſitionem, vt patet vſque ad finem capitis.

Mahumeti paganiſmus in lege veteri præuiſus, & prænuntiatus.

CAP.12. NVM.1.

In tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui, &c.

111 HIC finis Mundi, & vltimi temporis iudicij deſcribi videtur.

Vide ſup. n. 90.

CAP.12. NVM.2.

Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt.

Mul-

In sacro textu quandoque Multi, *pro* Omnibus, *&* Omnes, *pro* Multis *accipiuntur.*

112 MVlti pro omnibus: Et notandum, quãdoque etiam in Sacra Scriptura poni, omnes pro multis: si autem de primo Christi aduentu hic textus posset intelligi, verba hæc rigorosam accipere possent explicationem iuxta illud Matth. cap. 27. num. 52. *Et multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt*, sed huic intelligentiæ antecedentia huius textus repugnare videntur.

CAP. 13. NVM. 5.

Et constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

Non omnes, qui populum videntur regere, regũt.

113 QVi *videbantur regere populum*, idest: Non regebant vere, sed apparenter.

CAP. 13. ANVM. 10.

Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiã suam.

Sensualis concupiscentia vulneris, doloris, erubescentiæ, aliorumque similiũ mater.

114 EFfectus sensualis cõcupiscentiæ sunt vulneratio, dolor, erubescentia, & alij non minus mali, qui sub istis intelliguntur. Et notandum, iudices, vt in plurimum inter se suspecte agere, & conuersari.

CAP. 13. A NVM. 15.

Factum est autem, cum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando, sicut hesterna, & nudiustertius, cum duabus solis puellis voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat: & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam.

115 FOrte calida intemperies, qua totum illud spatium æstuabat, ab ardenti, & inueterata horum senum lasciuia prouenichat.

Luxuriæ ardor spatium luxurioso contemnunt adhuit.

116 Sed cur non ait textus: *Videntes*, sed: *Contemplantes eam?* Uel quia quasi quamdam rem diuinam, & supernaturalem considerabant; vel certius, quia præ senectute, & concupiscentiæ ardore caligantibus oculis eam clare videre non poterant.

Lasciui oculi, & in obiecto fallũtur, & in videndi exercitio deficiunt.

CAP. 13. NVM. 17.

Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer.

Grauissimo periculo se exponit, qui honestatem luxui postponit.

117 HAnc forte tribulationem Deus Susannæ permisit, quia prius potius ad luxũ spectantia, nempe oleum, & smigmata sibi iussit afferri, quã quæ ad cautã honestatis custodiã pertinebant, fieri præcepit, nempe ostiorum pomarij clausuram.

CAP. 13. NVM. 18.

Et fecerunt sicut præceperat: clauseruntque ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum, vt afferrent, quæ iusserat; nesciebant quod senes intus essent absconditos.

Nonnulli serui ordinate exequũtur, quæ dominus inordinate præcipiunt.

118 REctius puellæ istæ impleuerunt, quæ domina Susanna minus ordinate iusserat, ideo ipsarum honori cauens, earum dem ignorantiam de subdola senum latitatione exprimit textus, ne forte in dubium verteretur, & de tanti criminis cõplicitate infamari possent.

CAP. 13. A NVM. 22.

Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

Qui non mortē, etiam ignominiosam, sustinere; sed peccare, mortem existimat: eum Deus ab vtraque liberat.

119 NON appellat Susanna *mortem* incidere in manus senum illi mortem adsciscentium, sed peccatum adulterij admittere, hoc mortem verissime, & castissime appellat: ideò Deus ipse curauit eam ab vtraque morte defendere, & liberare. Sed interim discant isti inueterati iudices, & salaces senes á puella valde turbata, & afflicta in re difficili breuissime, & Solidissime discurrere, & iustissime deliberare, & resoluere.

CAP. 13. *NVM.* 27.

Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer.

Feminæ vere castæ erubescentia, cum de libidine sugillatur, inenarrabilis.

120 SI seruorum fuit erubescentia vehemens, quantam credemus Susannæ erubescentiã fuisse? Certe inenarrabilis fuit, ideo in textu subticetur.

VEL SIC.

Quem propria conscientia non accusat, accusatio externa non perturbat.

121 Seruorum erubescentia, non Susannæ refertur, forte enim ex propriæ conscientiæ innocentia, & securitate illam non incurrit, nec permisit Deus, quod illa castissima, & fortissima Heroina huic passioni, licet naturali, maneret subiecta; sed constantem faciem, animumque imperturbatum in illa occasione ostenderet.

VEL SIC.

Erubescunt serui, defectus dominorũ ab alijs cognitos, ab ipsis ignorari.

122 *Erubuerunt serui vehementer*, quod turpem Dominæ suæ conuersationem, quam certam, & indubitabilem ex senum contestatione credebant, antea iam ipsi ex sua inuestigatiua solertia non percaluerint, vel saltem odorauerint, ideo subsequitur: *Quia nunquam dictus fuerat sermo huiusce modi de Susanna.*

CAP. 13. *NUM.* 28.

Cumque venisset populus ad Ioakim virum eius, venerunt, & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam.

123 HOC die nõ manicauerunt senes ante populum ad domum Ioakim, vt assolebant, si forte Susannam cõspicari possent, sed expectauerunt, quod prius populus conueniret, tum vt suam iniquissimam intentionem obtegerent, tum, quia populus in hac maligna, & calumniatoria causa iudicem acturus erat, ipsi accusatores, & testes voluerunt que habere prius tribunal completum, ante quod causam dicerent, & accusationem obijcirent. Et notandum, non dici presbyteros, quia sacerdotes forent, sed quia senes, & seniores erant: Vide infra num. 41.

Iniqui, & falsi accusatores, iuris solemnitates diligẽter obseruare solent.

CAP. 13. *NVM.* 50.

Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis.

Adulatio, non minus quam munera, iudices solet corrumpere.

124 ADulatoriâ hac demonstratione existimabant inueterati senes Danielẽ demulcere, & puerum iuniorem ad suas partes adducere.

CAP. 13. *NUM.* 57.

Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram.

Coram populi multitudine res inhonestas honestis vocibus explicandæ.

125 LOquebantur, hoc est: Consentiebant vestris nefarijs concupiscentijs: sic loquitur modestiæ causa, & stilo satis á populo perceptibili, vt absque indiuiduorum infamia, populum ad iustam vindictam accenderet.

CAP. 14. *NVM.* 2.

Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ sex.

Non

Qui idolo litat, non sacrificat, sed impendit.

126 NON dicit : *Impendebantur ei*, sed *in eo*, vel propter eum, ob rationem infra à num. 12. relatam.

CAP. 14. NUM. 12.

Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea.

Inter plurimos secretū diu subsistere, & conseruari mirandum est.

127 NON tanta videtur admiratione dignum, Babyloniorum stolida, credulitas, quanta, quod inter tot homines, feminas, & pueros tandiu secretum latuerit.

CAP. 14. NVM. 36.

Et clamauit Habacuc, dicens : Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus.

Panis Eucharisticus ad grauissima euadenda pericula necessarius.

128 SIcut leones sine cibo miraculose viuere faciebat Deus, cur non etiam Danielem? An propter mysticam panis Habacuc Eucharistici panis representationem, sine quo Daniel immane illud periculum non posset euadere?

PRO-

PROPHETIA OSEE.

CAP. I. NVM. III.

Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium.

AD CAP. 1. NVM. 3. PROPHETIÆ OSEE.

Peccatores intime iustis adhærentes ab anteactis erroribus emmendari solēt

1 ET PEPERIT EI: Ex his verbis innuitur, quod Gomer ex quo prophetæ nupsit, honeste vixerit: antea enim cum omnes viros ipsi accedere cupientes indiscriminatim admitteret, nulli eorum determinate parturire poterat.

Infamiam vitiorum à filijs, ex prava educatione, contractorum parentes incurrunt.

2 Sed cur pater meretricis declaratur, qui sine dubio fuit homo honore conspicuus, & in illo populo satis cognitus, & nominatus, si enim è confusso vulgi foret numero, vt quid nomen *Debelaim* exprimeretur? Hoc factum fuisse crederem, tum vt constaret, quod propheta mulierem nobilis stirpis, etsi illo vitio corruptam, duxerit: tum, vt Debelaim debitam negligentię suę infamiam incurreret; ex effectu enim bonę, & honestæ educationis moraliter certum est, filiã ipsius in illud vitiũ, & totalem morum corruptionem incidisse.

CAP. 1. NUM. 4.

Et quiescere faciam regnum domus Israel.

3 REgnum in falsa religione, & contemptu veræ religionis fundatum, quale, fuit illud decem tribuum sub Ieroboamo, & successoribus, non quiescit, donec conteratur, & penitus destruatur. *Regnum in falsa religione fundatum in interitum properare non cessat.*

CAP. 2. NVM. 6.

Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis.

4 VIA inuia peccatorum, etsi ipsis leuis, & plana videatur, valde tamen senticosa est, ex iusti simâ primi peccati maledictione Genes. cap. 3. num. 17. & 18. *Via peccatorum inuia difficilis, ac senticosa.*

CAP. 2. NUM. 9.

Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiã eius.

So-

Vberrimos terræ fructus, pecudumque prouentus agricolarum, & pastorum peccata exsiccant.

5 SOlet Deus vberrima panis, & vini fructuum ostensione agricolarum spem allicere, & fouere, cum vero iam maturescentiæ approximauerint, vẽto vrenti omnino consumere, quod est, Deum fructus illos sibi sumere, & in peccantium pœnam, & in peccatorum, quę in re agraria commissa sunt iustissimam vindictam, qualia sunt, mala decimatio, stipis laborantium iniqua retentio, & alia.

Terræ diuitiæ in peccantium potestate violentæ, & captiuæ sunt.

6 Et notandum, fructus terræ, & bona temporalia in potestate peccantium esse violenta, captiua, & oppressa, propterea dicit Dominus: *Et liberabo lanam meã, &c.*

CAP. 2. A NUM. 20.

Et sponsabo te mihi in fide: & scies, quia ego Dominus. Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum.

Omnis creatura se Deo pro hominibus suppliciter interponit, cum ab eorum peccatis non præpeditur.

7 COEli, & omnia elementa ex innata propensione Deum suppliciter deprecantur pro hominum beneficientiâ, quãdo ab ipsorum peccatis non impediuntur.

CAP. 2. NVM. 24.

Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

Deus propter Mariam reduplicatiue Noster est.

8 DEus meus meus, idest, meus quia á Patre mihi datus: & *meus*, quia â Matre mihi emptus, vt ait Diuus Bernardus sermone de purificatione.

CAP. 4. NUM. 2.

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.

Peccata præcipue carnalia, & incæstuosa suos cõmittentes demergunt, ac suffocãt.

9 VItia, & peccata suosmet comittentes demergunt, & suffocant. Sed quid est, quod sanguis sanguinem tetigerit? Per hunc dicendi modum videtur peccatum incæstus significari, vel commixtio cũ menstruata in lege grauiter prohibita Leuitici cap. 18. num. 19. & á prophetis frequenter, & seuere reprehensa.

CAP. 4. NVM. 3.

Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli, sed & pisces maris congregabuntur.

Peccata, & terræ luctus, & habitãtium in ea infirmatio sunt.

10 PER *Bestiam agri*, homines agrestes, & rudes intelligi posse videntur, siue homines sensuales, qui more pecudum viuunt: Per *volucrem cæli*, homines spirituales, vel status Ecclesiasticus, cui res cœlestes incũbunt: Per *pisces maris*, homines negotijs ciuilibus irrequietos, & irretitos, vel forte habitatores Insularum, qui hac figuratâ locutione solent quandoque significari.

CAP. 4. NVM. 4.

Populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti.

Sacros ritus, & ceremonias pro arbitratu suo despicientes. & corrumpentes hæreticis comparari possunt.

11 QVi *contradicunt sacerdoti* sunt, qui vel veræ aduersantur religioni; vel intra veram religionem pro arbitratu suo agere volunt, legitimas ceremonias, & ritus â sacerdotibus intimatos, & ad obseruandum propositos, contemnentes.

CAP. 4. A NVM. 8.

Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Et erit sicut populus, sic sacerdos.

Sacerdos peccatis populi annuẽs sacerdotij vilipẽdium lucratur.

12 PEccata populi victus sacerdotum quotidianus erunt, ad quæ committenda animos eius prauis, & relaxatis opinationibus incitabunt, vt ad eorum expiationem iugiter, & frequenter munera accipiant, ex quo

quo ſacerdotij vulgarizatio, & deſpectio ſubſequetur, & alia grauiſsima damna, quæ ad Iſaiæ cap. 24. num. 2. notata ſunt.

CAP. 5. NUM. 1.

Audite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate.

Lex diuina vnicuique in ſuo gradu collocat, & congruentia attribuit.

13 PRimo loco ponit ſacerdotes, ſecundo populum, tertio regales perſonas, & familiam, nam licet rex ſit totius populi caput ſub primaria tamen conſideratione filius populi eſt, ab eo electione productus. Et notanda verborum proprietas vnicuique gradui attributa: ſacerdotibus auditio tantum populis attentio, regibus auſcultatio intimatur.

CAP. 5. NVM 2.

Et victimas deduxiſtis in profundum.

Victima male lizata non ſurſum ad Deum aſcendit; ſed deorſum ad dæmones abijcitur.

14 CUM victimæ ex ſua inſtitutione ordinatæ ſint ad me vnicum, & vniuerſalem omnium Dominum recognoſcendum, & ita ex altari, in quo cremantur, ad me aſcenderent; ex veſtrâ malitiâ coactus ſum illas repellere, & in profundum abijcere.

VEL SIC.

Vide ſupra n. 14.

15 Victimis ex ſe ad cœlum promerendum ordinatis, veſtram condemnationem, & profundum inferni commeruiſtis.

VEL SIC.

Sacrificia ex auaritia oblata Deũ, & crumenã grauant.

16 *In profundum*, hoc eſt, in auaritiam, quæ profundiora, & ſecretiora cordis veſtri occupat.

CAP. 5. NVM. 7.

In Dominum præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt.

Fidelium filij indiſciplinati, non fideles, ſed ethnici compellandi.

17 *Filios alienos*, ideſt, in diſciplinatos, & legis diuinæ, quam patres profitentur, ignaros.

Nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

Qui male ſacrificant inutiliter ſuam ſubſtantiã diſsipant.

18 DEſtruentur ſubſtantiæ eorum inutiliter in ſacrificijs, quæ offerent, tam in Kalendis, quam in alijs diebus menſis, quia á Deo non exaudientur, nec per illa placabitur ira eius.

CAP. 5. NVM. 10.

Facti ſunt principes Iuda, quaſi aſſumentes terminum.

Qui pœnitentiã ab anno in annũ differunt, terminum interminabilem aſſumunt.

19 QUaſi *aſſumentes terminum*: hoc eſt, de die in diem pœnitentiam agere differentes. Vel perplexi ad deliberandum: an Deum, an idola ipſis ſequi conueniat.

Super eos effundam quaſi aquam iræ meam.

Propter Malos quandoque Boni mala Naturæ, ſeu mala pœnæ perpetiuntur.

20 QUaſi *aquam* pluuiæ generalis, quæ ſuper omnes indiſcriminatim cadit: vel *quaſi aquam* diluuij vniuerſalis, quæ omnes incautos comprehendat, & perimat.

CAP. 6. NVM. 5.

Propter hoc dolaui in prophetis.

Deus mundi Faber, vt ipſum perficiat, laborare non ceſſat.

21 PRopheta, & concionator eſt inſtrumentum â Deo artificioſe motum.

Occidi eos verbis oris mei.

Verba Dei irati ex iuſtitia occidunt; ex miſericordia, sõtes terrificant.

22 VErba Dei irati mors, & occiſio ſunt, ideo ex ore eius gladius vtraque parte acutus exibat Apocalipſis cap. 1. num. 16. Uel dic quod terrificis oris verbis ſolet Deus comminatorie occidere, ne gladio iuſtitiæ ſuæ effectiue occidere cogatur.

Et iudicia tua quaſi lux egredientur.

Dei iudicia inſtanti ab omnibus clariſsime videnda.

23 QUaſi lux, hoc eſt inſtãtaneè, quia lux in inſtanti diffunditur, & diſpergitur. Vide quæ ad locum Apocalip. nuper citatum notata ſunt.

CAP.

CAP. 7. NUM. 4.

Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente.

Idololatria ignis omnia combures

24 Sicut accenso clibano totus incalescit, sic omnes filij Israel, nullo dempto in idolatriam exarserunt.

Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.

Sicut fermentum massam, sic prauа doctrina rempublicam corrũpit.

25 Illud breue temporis spatium, quod satis est, vt exigua fermenti portio totam massam corrumpat, sufficit, vt mala doctrina in qualibet republica, vel communitate admissa, omnem rempublicam, vel communitatem inficiat.

CAP. 8. NUM. 1.

In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini.

Cum ira Dei approximat, Euangelica tuba vehementius insonet.

26 NON videtur dicere, quod tuba instrumẽtali canat, nam hæc non gutturi, sed labijs applicatur; sed quod vocem suam propheta fortiori, & vehementiori, quo potuerit impulsu exaltet, tam vt ab omnibus audiatur, quam, vt omnes exterreat comminatione ruinæ iam imminentis, & ab Osea aquilinis oculis conspicatæ: Vide Isaiæ cap. 58. num. 1. Et præcipit Dominus, quod huius declamationis suggestum sit templum ipsius, & vt ab omnibus, vtpote ab eminentiori loco proclamata, percipiatur, & vt aduertant, etiam ipsi templo tam materiali, quam formali destinati, hoc est, ministri eius, calamitatem præuisam ipsis imminere.

CAP. 8. NUM. 8.

Deuoratus est Israel: Nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum.

Excessiua tributa tributarios deuorant.

27 *Deuoratus*, hoc est, factus vbique tributarius, & intolerabilibus exactionibus oneratus.

28 *Quasi vas immundum*, id est fœtidum, contemptibile, & despectum; quod adeò certum est; vt vel ipsi Hebræi cœcis cœciores clarissime videant, & negare nequeant. *Hebræi vbique fœtidi, & contẽptibiles.*

29 Et aduerte, illud *Nunc* propositionem æternæ veritatis denotare, hoc est: Tamdiu Hebræorum despectum duraturum, quandiu ipsorum obstinata protetuia, & incredulitas durauerint. *Tamdiu Hebræorum despectus durabit, quamdiu ipsorum pertinax protetuia durauerit.*

CAP. 9. NUM. 2.

Area, & torcular non pascet eos.

Terræ sterilitas peccantium flagellum.

30 A Deó exiles fructus dabunt eis *Area, & torcular*, vt nec triticum famem satiet, nec vinum sitim extinguere sufficiat.

Et vinum mentietur eis.

Vinum mentitur ijs, qui Deo mẽtiuntur.

31 EXiguum vinum, quod expreserint, ipsis in acetum conuertetur, vel taliter exinanietur, & infatuabitur, vt nulli vsui aptum remaneat.

CAP. 9. NUM. 4.

Sacrificia eorum, quasi panis lugentium, omnes, qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini.

Peccatrices animæ à Deo incomestibiles.

32 ANima ipsorum, sunt Deo abominabiles contaminatæ, & diuina acceptatione indignæ, similes omnino pani lugentium, qui contaminatus est, & ad oblationes in domo Domini fieri solitas legaliter ineptus, & prohibitus.

CAP. 9. NUM. 6.

Desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit.

Prauorum diuitiæ, vtpote nulli proficuæ, tamquã mortuæ sepeliendæ.

33 CUM captionem vrbis viderint approximare, argentum, aurum, gemmas, & pretiosa quæque in terra abscondentes sepelient á qua nunquam hæc effodienda sunt, & extrahenda.

CAP.

CAP. 10. A NVM. 1.

Iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.

Vbi idololatria, aut hæreſes graſſantur ſchiſma neceſſario exoritur.

34 IMpleta eſt in ipſis prophetia Moyſis Deuteronomij cap. 32. á num. 15. Nec diuiſum eſt cor eorum ſaltem inter Deum, & idola, ita vt aliqui eorum veram religionem teneãt, & alij falſam amplectantur, ſed omnibus in apoſtaſiam prolapſis ſuper varijs idolis adorandis tota cordium, & affectionum diuiſio eſt, vnde inter ipſos ſchiſmata, ſcandala, diſturbia omnigena, & totalis interitus exortus eſt, quia *Omne regnum*, in materia religionis, vel alia naturali, ſi grauis, & fundamentalis ſit, *in ſe ipſum diuiſum deſolabitur*. Lucæ cap. 11. nu. 17.

CAP. 11. NUM. 8.

Conuerſum eſt, in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea.

Proprium cor videtur Deus abijcere cum flagellum punitiuũ aſſumit.

35 VT Deus in iram accẽdatur peccatorum, etiam enormium, & grauiſsimorum, punitiuam, neceſſum videtur eſſe cor ſuum abijcere, & aliud cor diuerſum aſſumere, donec per reſipiſcentiam, & mitiora conſilia, cordis diuini ad Deum reuerſio, ſeu conuerſio fiat.

VEL SIC.

Ingratos amare eſt cor prodigere.

36 REdijt ad me cor meum, quod antea á me ad vos diligendos exierat, & in hominum ingratiſsimorum amore quaſi prodegeram, ideo deinceps ab experentia cautus, vobis remiſſam quamdam beneuolentiam, non ardentiſsimam affectionem impendam.

CAP. 11. NUM. 9.

Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar, vt diſperdam Ephraim: quoniam Deus, ego & non homo.

Natura diuina in miſericordiam; humana in rigorem propenſa.

37 CUM Deus miſereri vult, Naturam humanam occultat, exeritque, & oſtentat Diuinam; cum vero punire decernit, Naturã diuinam celate, & humanam oſtentare ſolet.

In medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem.

Angeli cuſtodes, ac viri ſanctitate eximij ciuitates peccatrices cuſtodiunt, ne ab ira diuina abſorbeantur.

38 PArcam ciuitati, quam omnino deſtruere decreueram propter Angelum illius cuſtodem, qui pro illa efficaciter interpellat, & meam pietatem exorat, vel propter quemdam virũ ſanctitate eximium, & virtutibus præcellentem, ob cuius merita vniuerſę ciuitati parcere decerno. Vel forte iſte antonomaſtice *Sanctus*, erat Chriſtus Dominus futurus, qui, antequam in vtero conciperetur, aduocatum pro Hebræis contribulibus contribulatis agebat.

CAP. 14. NVM 3.

Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum.

Vocalis, & deuota plurium deprecatio, & iram diuinam placat, & peccatorum conuerſionẽ impetrat.

39 VErba, ideſt, orationes vocales â multis cõgregatis, ſimul in communi prolatas, quæ media valde efficacia ſunt, & ad veſtram conuerſionem, & ad meam placationem.

Et reddemus vitulos labiorum noſtrorum.

Sacrificium laudis Deum placat, ac placidum reddit.

40 HI vituli ſunt ſacrificium laudis, quod ſumme Deum honorificat ac delectat. Pſal. 49. num. 23.

PRO-

PROPHETIA IOEL.

CAP. I. NUM. XII.

Vinea confusa est, & ficus elanguit: malo granatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium â filijs hominum.

AD CAP. 1. NUM. 12. PROPHETIÆ IOEL.

Vel ab insensibilibus discant homines mala, quæ patiantur, ponderare.

1 VEL IPSA insensibilia dolent de malis hominum, quæ ipsi, vel ex inaduertentia non considerant, vel ex despectu, & irrisione parui, aut nihili pendunt.

CAP. 1. NVM. 17.

Computruerunt iumenta in stercore suo.

Bruta ad seruitium hominum destinata, si ipso careant, contabescunt.

2 IN otio stabuli contabuerunt, quia nec in agris habebant operationes rurales in quibus deseruirent, nec in villis habebant onera, quæ comportarent.

VEL SIC MORALITER.

Vitia sensualia, animam fœdant, & corpus corrumpunt.

3 Iumenta, ideſt, peccatores, præsertim sensuales in fœcibus vitiorum suorum, & vitam corporis, & animæ, nec non famam, & bonam de se ipsis existimationem corruperunt, & perdiderunt.

CAP. 2. NVM. 6.

A facie eius cruciabuntur populi.

Christi facies Beandos gaudio; Damnandos inenarrabili tristitia afficiet.

4 FAcies Christi Domini, quæ beandos summè lætificabit; damnandos summa afflictione, & cruciatu afficiet.

Omnes vultus redigentur in ollam.

Damnandorum facies monstruosa spectra.

5 SQualore, & spurcitia deformabuntur facies dãnandorum, ac si laruati spectra agerent. Uide Nahum cap. 2. nu. 10.

CAP. 3. NUM. 18.

Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum.

Baptismalis aqua Adami spinas in flores conuertit.

6 FOns baptismalis conuertet irrigatione sua spinas, vel funes (secundum aliã lectionem) peccati originalis in flores gratiæ sanctificantis.

VEL SIC

Cœlestis imber spiritualium immissionum animas recreat, & fœcundat.

7 PER hunc fontem significari possunt consolationes illæ interiores, & veræ cordis gaudia, quibus vere pœnitentes, & omnes passiones suas mortificantes à Deo recreantur, ideo Diuus Bernardus abunde istis dulcoratus dicere solebat: *Vident afflictiones nostras, sed non vident consolationem nostram.*

PROPHETIA.

AMOS.

CAP. I. NVM. III.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quattuor non conuertam eum.

AD CAP. 1. N. 3.
AMOS PROPHETIÆ.

Cum diuina iustitia vlciscitur nil inultum relinquit.

1 NON DICIT: *Quarto*, sed: *Quattuor*, quia cũ diuina iustitia aliquod intolerabile peccatum punit, omnia alia peccata antecedentia, quæ eius patiẽs clementia tolerauerat, rigorose vlciscitur: Et sicut de Damasco, Phylisthijm, Tyro, & Theman, de reliquis Orbis Prouincijs discurrendum est.

CAP. 4. NUM. 6.

Vndo, & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me dicit Dominus.

Propter bonum nostrum spirituale temporalia mala Deus solet immittere.

2 NON solet Deus nobis immittere malum tẽporale, nisi propter bonum nostrum spirituale. Vide, quæ restant in textu huius capitis.

In pane omne alimentũ virtualiter ineluſſum.

3 Et notandum, non dicere: *Indigentiã panis*, sed: *Panũ*, ad significandam omnigenam alimentorum, quę ad vitam sustentandam necessaria sunt, penuriam, & deficientiam.

CAP. 5. NVM. 7.

Qui conuertitis in absinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis.

Iudices austeri Litigantium absinthium.

4 CORripit iudices, qui suâ austeritate, & difficili litigantium ad se informandos admissione, efficiunt, quod litigare, & vnumquemque suum ius defendere, & procurare sit res amarissima tamquam absinthiũ: & tales iudices nullatenus ad Deum, & propriam obligationẽ, sed ad humanos tantum respectus solent attendere, quod est *iudicium in terra relinquere.*

CAP. 5. NUM. 16.

Et vocabunt agricolas ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.

Agricolæ raro hilares; fere semper quæruli, ac luctuosi.

5 AGricolæ aptissimi, qui ad luctum conuocentur, semper enim lugent, iam anni tem-

tempora, seu siccas vel madidas vicissitudines, iam terræ correspõdentiam, & spei conceptæ frustrationem.

VEL SIC.

Tristitia hypocrisis comes inseparabilis.

6 Isti plangere scientes sunt hypocritæ, quos propterea *Tristes* solebat Christus Dominus cõpellare: Matthæi cap. 6.

CAP. 5. NVM. 23.

Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

Prauî cantantium mores vocum melodyam corrumpunt.

7 Diuersas, & acordes voces cantus enarmonici in choro plurium musicorum non vocat *melodyam*, sed *tumultum*, vel propter imperitam, & prauam earum concinnationem, vel certius propter morum dissonantiam tam ipsorum canentium, quam residui, & totius populi. Et eodem modo enuntiat, & suam ostendit displicentiam super canentibus ad lyram, seu, singillatim modulãtibus.

CAP. 6. NVM. 4.

Et Lasciuitis instratis vestris.

Choreæ inhoneſtæ Deo displicentissimæ

8 *Instratis vestris* tripudia, & choreas ducitis inhonestas, & libidinis pruriginem excitantes.

CAP. 6. NVM. 5.

Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici.

Musici Ecclesiastici choris destinati a profanis cantilenis omnino abstineant.

9 Putauerunt, *se habere vasa*, seu instrumenta cantici, sicut Dauid, sed falsi fuerunt, non enim cum Dauidicis comparabilia sunt instrumenta sua, tam in politissima, & perfectissima eorum forma, & dispositione, quam in vsu, & mihi gratissima modulatione: ille enim ea instrumenta ad laudes tantum diuinas applicuit, isti ad sensuales, & lasciuas cantilenas, eis abutuntur.

CAP. 6. A NVM. 6.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Qua propter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.

Regno vel Reipublicæ, in qua lasciuia viget, ruina approximat.

10 Cum in aliqua Prouincia, Regno, vel ciuitate scortationes, impietas, & immisericordia, & omnes lasciuiẽdi artes vigent, signum euidens iam approximantis ruinæ est, non solum imminentis: ideo ait: *Nunc migrabunt.*

CAP. 6. NVM 8.

Iurauit Dominus Deus in anima sua.

Deigenitrix adeo formosa, vt Dei forma ipse mereatur.

11 Quænam hæc anima Dei, cum ipse simplicissimus sit? Certe anima illius, cui dixit Simeon Lucæ cap. 2. nu. 35. *Et tuam ipsius animam, &c.* Et si enim Deus in se physice actus purus, & simplicissimus spiritualis sit; moraliter tamen compositus dici potest ex diuinitate sua tanquam subiecto, & purissima Mariæ anima, tanquam forma: ideo dicebat Damascenus: *Si formam Dei te appellem, digna existis* Similiter explicari potest Ierem. ia. cap. 51. num. 14.

CAP. 6. NVM. 12.

Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus.

Altiori Dignitati grauius imminet periculũ.

12 Palatijs, & Basilicis ruinam; exiguijs domibus scissuram tantum minatur, ad mensuram magnitudinis damno proportionato, quod autem de domibus pronuntiatur, de personis etiam intelligendum videtur: Vide Sapientiæ cap. 6. num. 7.

CAP. 6. NVM. 14.

Qui lætamini in nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?

Omnis humana potentia per nihilum optime definitur.

13 Omnis humana potentia in stilo Sacræ Scripturæ nihili æstimatur, & per nihilum explicatur.

CAP. 7. NUM. 14.

Respondítque Amos, & dixit ad Amasiam Non sum propheta, & non sum filius prophetæ; sed armẽtarius ego sum vellicans sycomoros.

Vt regni, vel Reipublicæ vitijs immersæ ruina porrẽdatur, prophetia dono opus non est.

14 SI Amos non est propheta, nec filius prophetæ, vt vel supernaturale prophetię donum, vel saltem naturale existimari posset se habere, quomodo tam clare, perspicue, & expresse captiuitatem, & reliqua damna prænuntiat in hoc cap. nu. 17? Quia vt prædicatur totalis ruina ciuitatis vitijs inuolutæ, flagitijs immersæ, & Dei veri desertricis superfluit, & necessum non est prophetiæ donum: talis enim ruina legitima ratione naturali ex ordinaria, & communi Dei prouidentia certissime infertur: ideó Ecclesiastici cap. 10. num. 8. dicitur: *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.*

CAP. 8. NUM. 3.

Multi morientur: in omni loco proiectur silentium.

Extrema calamitas est, non posse vicem suam eiulari, & gemere.

15 SIlentium, dicitur, *proiectum*, quia ab hostibus despectiue, & contemptibiliter incussum: Vel quia omnes vbique iacebunt præ timore, plagis, & inedia non solum non valẽtes loqui, & verba formare, sed nec eiulari, & gemere.

CAP. 8. NUM. 4.

Audite hoc, qui conteritis pauperes, & deficere facitis egenos terræ.

Magnum Reipublicæ bonum misericordiæ subiectum, & exercitium.

16 DEficere facitis egenos, idest fame perire facitis: Et notandum, quod deficere pauperes in aliqua ciuitate, vel republica, est magnum illius damnum, & detrimentum: deficit enim misericordię subiectum, & consequenter illius virtutis exercitiũ, quod temporalem non solum vitam confert, sed etiam æternam.

CAP. 8. NUM. 6.

Vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis.

Pecuniosi auari non solum pauperibus non elargiuntur; sed pretiosum libertatis bonum subripiunt.

17 ARgento suo non solũ pauperibus, non subueniebant; sed, & se ipsos ditiores, & pauperes vilioris faciebant conditionis, in seruos, & ancillas pedibus proterendas coementes.

CAP. 9. NUM. 7.

Numquid non, vt filijs Æthyopum vos estis mihi, filij Israel, ait Dominus.

Obstinatissimi peccatores in ordine ad resipiscentiam Æthyopibus comparabiles.

18 FIlij Æthyopum, idest, adeo obstinati peccatores, quod non solum moraliter, sed etiam physice impossibile videatur, quod iustificentur, & à gratia sanctificante dealbentur, quod exaggeratiue ad prauos mores corripiendos ponderari potest; vide quæ ad Ieremiæ caput 13. n. 23. dicta sunt.

PRO-

PROPHETIA.

ABDIÆ.

NVM. 7.

Inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te.

AD NVM. 7.
PROPHETIÆ ABDIÆ.

Publici ministri pecuniarum cupidi, hostes reipublicæ infensissimi.

1 MINISTRI regij, qui suæ ditationi, & satietati student sunt hostes periculosiores, & insidiatores Prouinciarum.

NVM. 8. 9. & 10.

Dicit Dominus: Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? Et timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te, confusio, & peribis in æternum.

Vbi sapientia deest confusio adest.

2 PER destructionem sapientium, & prudentiũ Idumææ æternam totius Prouinciæ confusionem, & perditionem explicat.

NVM. 11.

In die cum stares aduersus eum, quãdo capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, &c.

De finitimorum principum ruina lætari pseudopoliticum gaudiũ, & exultatio est.

3 CArpit Idumæos de filiorum Iuda finitimorum captiuitate à Chaldæis perpesâ nimium exultantes, & vaticinatur, nullum ex hoc emolumẽtum, sed multa potius damna cõsecuturos, vt aduertant principes, quam falsa sit politica existimantium, in aliarum depressione, & ruina, finitimarũ præsertim, exaltationem, & augmentum alicuius Prouinciæ, vel regni consistere.

NVM. 21.

Et ascendent Saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

Apostoloci ministri honorificẽtissima Saluatorum compellatione digni.

4 SAluatores, idest, Apostoli, *qui iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.* Sapientiæ cap. 3. num. 8.

PROPHETIA IONÆ.

CAP. I. A NVM. II.

Surge, & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini.

Si Deus ab aliquo loco abesse posset, ab eo, in quo hominũ cõmercia, nundinæ, & contractus vigent, absentaretur.

AD CAP. I. A NUM. 2. PROPHETIÆ IONÆ.

1 CVM MALItia Niniue coram Deo ascẽderit, quanta necessum est, quod Tharsis malitia foret, vt in obscurissima illius nebula faciem Dei Ionas posset effugere? Erat quidem Tharsis, & nauali commercio, & diuitijs opulentissima, & vbi hominum contractus, diuitiæ, & commercia vigent, non mirum, quod abesse c redatur Deus.

CAP. I. NVM. 5.

Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.

Iusti, & peccatores in procelloso mundi pelago dormire solent, ast valde diuersimode.

2 ISte grauis sopor fictam peccatoris denotare videtur quietem, & pessimam somnolentiam, quia in procelloso mũdi demersus mari, nec damnum proprium sentit, nec æternæ mortis periculum aduertit. Sed cum Ionas, & prophetię dono, & Christi typo dignatus fuerit, aliter discurrere lubet, decetque: Hæc est intima illa virorum spiritualium animi quies, ex qua nulla mundi pericula ipsos non solum non cõturbant, imo nec vellicant, nullæ procellæ, & commotiones, vel leuiter attingunt.

VEL SIC,

Qui cum Christo in crucis naue nauigat cælo, & terra turbatis secum quiescit.

3 Hic Ionas typum gesit illius, de quo psalmo 3. num. 6. dicitur: *Ego dormiui, & soporatus sum, & excurrexi.* Et psal. 4. num. 9. *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam,* toto enim cælo, & mundo turbationem, & commotionẽ patiente Christus in crucis naue, quæ saluationem, & salutem è cælo ad terram aduexit, quietus, & securus dormiebat.

CAP.

CAP. 1. NVM. 10.

Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? (cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.)

Deum verum timere solum, & non amare, vel ethnicis, inobedientiæ argumētum euidens.

4 VBinam hoc indicium, nam ex verbis Ionæ nec percipitur, nec inferri posse videtur? Scrutemur illa: *Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam*, supra num. 9. An hoc indiciū in eo stetit, quod cum cognitionē Dei veri Ionas se habere profiteretur, nihilominus cum ethnicis, & gentibus ipsum Deum ignorātibus conuersabatur, & communiter agebat? Sed hoc indicium, quod nobis fidelibus satis, & sufficiens foret, Ioppitis nullatenus indicatiuum esse poterat, qui vel Dei veri fidem ignorabant, vel nullam aliam credulitati suæ præferebant; vnde istos, crederem, indicium suum ex illis prophetæ verbis: *Dominum Deum cæli ego timeo*, illatiue desumpsisse sic discurrentes: Deum cœli, & terræ factorem, & quem Deum verum esse credis, timere te tantum, & non amare fateris, ergo faciem illius fugis: Et notandum, hunc Ionæ timorem similem fuisse illi, qui de Adamo Geneſis cap. 3. nu. 10. refertur, scilicet: *Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.*

CAP. 1. NVM. 15.

Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare.

Rigidæ executiones saltem quoad modum temperandæ.

5 MIserunt Ionam in mare; non violento impulsu proiecerunt.

CAP. 1. NVM. 16.

Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

Periclitantibus in mari vota, & laudum diuinarum hostiæ solemnes sunt.

6 PEriclitantibus in mari perantiqua consuetudo est, vota vouere: sed quas hostias in tantâ turbatione, & rerum confusione immolare potuerunt? An ipsum prophetam in mare sacrificatiue demersum, qui typum Christi Domini, cui aquæ passionum, & tormentorum vsque ad animam intrauerunt, signatissime gesit? An vitulos labiorum, hoc est sacrificium laudis immolauerunt?

CAP. 2. NVM. 11.

Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.

Bruta præceptis naturalibus Deo obsequentia.

7 CUR non ait: *Præcepit Dominus pisci*, sed: *Dixit Dominus pisci*? An vt denotaret, quam prompte obediant Deo bruta animantia, ad hominum inobedientiam corripiendam?

VEL SIC

Bruta præcepto formali diuino honorari non merentur.

8 Irrationalia animātia tanto honore digna non sunt, quod á Deo præceptum formale accipiant. Cum autem 3. Regum cap. 17. nu. 4. dicitur: *Coruisque præcepi, vt pascant te*, alias rationes habet, quæ ibi videri possunt.

CAP. 3. NVM. 6.

Et peruenit verbum ad regem Niniue.

Ad principes verba tristia nō peruolant; sed lente incedunt.

9 VErba tristia ad reges non peruolant: satis, nimiumque, si lento incessu ad ipsorum aures liceat, tandem peruenire.

CAP. 3. NVM. 7.

Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant.

Ieiunium rigide obseruatum, & ieiunantibus salutare, & via diuinæ sedationi.

10 NON solum ieiunium legale, & commune, sed etiam naturale indixit, imo quodammodo præternaturale, nā bruta animantia ciuili legi voluit esse subiecta.

CAP.

CAP. 3. NUM. 9.

Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus.

Ieiunantium lacrymæ iram diuinam non solum placant, sed emolliunt.

11 QVis scit, imo quis ignorare, vel saltem dubitare potest, cum nil in benignissima Dei gubernatione certius, & frequentius; quam pœnitentium lacrymis non solum placari, sed etiam emolliri.

CAP. 4. NVM. 1.

Et afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est.

Minister summe rigidus, sed à superiore, cum oportet, temperatus reipublicæ valde proficuus.

12 HIC videtur gessisse Ionas typum rigidi, & crudelis ministri, non tam volentis delictorum emmendationem, quam supplicium, & vindictam: Unde instruimur in magnis rebus publicis, aliquos, vel aliquē huius tetrici genij ministrum ad terrorem incutiendum necessarium esse, sed qui á supremo domino temperetur, & modificetur.

CAP. 4. NUM. 2.

Scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.

Per excessum diuinæ misericordiæ respectu humanæ malitiæ Dei attributum significantissime declaratur.

13 POst multa nomina infinitam Dei pietatem exprimentia tamquam significantius addit propheta, quod plus potest Deus condonare, quam homo committere, seu peccare.

CAP. 4. NVM. 3.

Et nunc Domine, tolle, quæso animam meam á me: quia melior est mihi mors, quam vita.

Viro iusto mors, maxima mundialis fœlicitas.

14 VIro iusto nihil conuenientius, & fœlicius accidere potest in præsenti vita, quam mors.

CAP. 4. NUM. 4.

Et dixit Dominus: Putas ne bene iratus es tu?

Ira raro omnino bona.

15 IRA, etiam in viro sancto, & iusto rarissime bona est.

CAP. 4. NUM. 6.

Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum (laborauerat enim)

Eodemmet tempore, quo minister pro Deo laborat, Deus ipsi leuamen præparat.

16 NON produxit tunc Deus hederam; sed iam antea præparatam habebat, eodem enim met tempore, quo Ionas erat laborans, erat etiam Deus ei leuamen præparans.

Et lætatus est Ionas super hedera lætitia magna.

Natura paucis contenta.

17 Natura, & iusti, qui secundum illam viuunt pauciſsimis, & leuiſsimis rebus valde contenti sunt.

CAP. 4. NVM. 9.

Et dixit Dominus ad Ionam: Putas ne bene iratus es tu super hedera? Et dixit: Bene iratus sum vsque ad mortem.

Iustorum naturales defectus, & imperfectiones Deus patienter tolerat.

18 VAlde pronus ad iracundiam videtur fuisse Ionas, & tamen hoc naturale quidē, non vero morale, vitium à Deo propter alias ipsius virtutes patiēter toleratur.

CAP. 4. NUM. 11.

Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam, & iumenta multa.

Abundantia humilium, & bonorum ministrorum Ecclesiam non solum amplificat, sed tutatur.

19 PER hæc iumenta intelligi possunt tropolo gice homines humiles, & cuiusuis ge-

generis oneribus, & laboribus addicti: Vel ministri Ecclesiastici in area Ecclesiæ laborantes, de quibus Dauid psalm. 72. num. 23. ait: *Ut iumentum factus sum apud te*, propter quos frequenter Deus peccatores tolerare soler.

Per ieiunium vel merendi incapacia mereri possunt.

20 Uel si litteraliter de brutis iumentis hæc verba intelligantur, dicendum est, propter illa Deum ciuitati peperciſſe, quia ieiunauerunt, vt patet supra cap. 3. num. 7. tanta enim vis ieiunij est, vt ipsos etiam merendi incapaces mereri faciat.

PRO-

PROPHETIA MICHÆÆ.

CAP. I. NVM. I.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum, est manus eorum.

AD CAP. 2. NVM. 1. PROPHETIÆ MICHÆÆ.

Iniqui manicãt, ut diuinis auxilijs abutantur.

1 IN LVCE MATutina faciunt illud: hoc est: Exurgunt diluculo ad male operandũ. Vel Luce matutina, ideſt, auxilio gratiæ præuenientis ad iniquitates perpetrandas abutuntur.

CAP. 2. NVM. 3.

Id circo hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum.

Deus sontes puniturus, ea quæ ad iram emolliẽdam faciunt, cõsiderat.

2 FAmilia pro regno, vt Isaias cap. 38. num. 1. dixit Ezechiæ: *Dispone domui tuæ*: Vide, quę ad hunc locum aduersa sunt. Et notanda Dei benignitas, bonitasque: Cum malum in filios Israel cogitare intendit, ipsos esse familiares suos, & domesticos memoratur, vt iram compescat, & malum auertat.

VEL SIC.

Potior Deo peccatoris cõuersio, quam peccati punitio.

3 Cum Deus cogitationem suam peccatorum punitiuam manifestat, non tam vult peccata punire, quam peccatores resipisci, quoniam *peccatoris mortem non vult Deus; sed vt magis conuertatur, & viuat.*

CAP. 2. NVM. 13.

Ascendet enim pandens iterante eos: diuident, & transibunt portam, & ingredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

Deo compassiuã potius benignitatem, quam vindictam ostentare placet.

4 DOminus *in capite eorum*, cum captiui ducuntur, vel suam iustissimam ostentans vindictam, vel certius eorum calamitatibus condolens, & compatiens. Et nota: Deum patiendi cupidum tribulatorum Coriphẽũ agere.

CAP. 3. NVM. 3.

Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt.

Hic

Principes auari, non solum de subditorum diuitum substantia, sed etiã de parsimonia pauperum pinguescunt.

5 HIC excessiua, & iniusta principum cupiditas arguitur: sed quomodo ponitur prius *carnis comestio*, & *pellis ablatio* posterius, cum ad carnem, nisi præuia excoriatione pertingi nequeat? Hic methaphorice per carnem intelligerem substantiam, seu bona temporalia, quibus corpus Reipublicę nutritur, & pinguescit, quibus sensim ablatis pellis tantum super ossa restat, hoc est, ea tantum, quæ ad exilem, & miseram vitam, vt cumque conseruandam, præcisse necessaria sunt, ad quæ etiam auara iniquorum principum cupiditas frequẽter se solet extendere.

CAP. 3. NVM. 5.

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.

Praui principum ministri religione, tam pro se, quam contra sibi infensos abutuntur.

6 PEssimi hominum, quales sunt cacopolitici quorundam principum ministri, religione, in sibi quoquomodo aduersantes, aut eorum buccas nõ replentes, tanquam lege proscriptionis, abutuntur, illosque bannitos proclamant. Clarior huius textus expositio ab scrinijs legatorum ad varios principes petenda est.

CAP. 4. NVM 5.

Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri in æternum, & vltra.

Religio vera duplici æternitate gaudet; falsa nulla.

7 NVlla religio falsa durabilis est: vera autem religio *æternum, & vltra* durabilis, & duratura: *Æternum*, hoc est, quantum præsens sæculum duraturum est: *Vltra*, hoc est, quantum alterum interminabile sæculum cælestis beatitudinis durauerit.

8 Sed dices; leges naturalem, & scriptam per totum præsens sæculum non perstitisse. Ad quod respondeo: Ueram religionem, hoc est, veram Dei veri cognitionem, & cultum ab initio mundi humano generi infussam, & hucusque permansisse, & ad mundi finem permansuram clarâ Dei visione vltimo perficiendam, licet interim pro temporum diuersitate, & prouida ordinationis diuinę dispositione, varijs ritibus, & modis hunc verum Deum colendi, & adorandi, variatam, qui congruẽtissima partitione intres leges Naturalem, scilicet. Scriptam, & Gratiæ diuisi sunt.

Vera Dei cognitio, & cultus semper vnus, cõgruentissime tamen tripliciter variatus.

CAP. 6. NUM. 4.

Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysem, & Aaronem, & Mariam.

Tres leges, maximum Dei erga mundum beneficium, germana diuersitate gaudent.

9 LEgem naturalẽ in Moyse, qui Æthyopissam filiam sacerdotis Madian vxorem duxit: Scriptam in Aarone, qui portabat Ephod, seu iudicium filiorum Israel: Legem vero gratiæ in Maria, quæ victoriam de Pharaone, seu peccato cecinit: vel in Moyse legem scriptã: in Aarone Christum summũ sacerdotem, & de peccati seruitute, in Ægyptiaca significata, redemptorem: in Maria vniuerialem patronam, & mediatricem.

CAP. 6. NVM 8.

Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat á te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam.

Misericordia ab omnibus affectiue à diuitibus effectiue, & hilariter exercenda.

10 NON omnes possunt effectiue facere misericordiam; sed affectiue nullus non potest, ideo non iubet Deus *facere*, sed *diligere misericordiam.* Uel quia misericordia cum amore, & lætitia cordiali exercenda est, hilarem enim datorem diligit Deus,

Deus, propterea ētiam ab incunabulis Ecclesiæ eleemosyna charitas nuncupatur.

CAP. 7. NVM. 3.

Princeps postulat, & iudex in reddendo est.

Boni, & recti Ministri debent, nō solum subditorū frænum esse; sed etiam principū.

11 HIC corripere videtur propheta ministros nimium obsequiosos, & obsequentes, qui non replicant super imperatis á principibus, quando ea, quæ præcepta sunt, sine populi detrimento exequi non possunt.

CAP. 7. NVM. 4.

Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe.

Nimia austeritas bonorum Ministrorum proprietas est, quam tēperare oportet.

12 SI aliquis inter eos æquus iudex est, & bonus reipublicę administrator, adiunctam habet nimiam austeritatem, & aculeatam acrimoniam absque debita admixtione suauis comitatis, & benignæ vrbanitatis.

CAP. 7. NUM. 5.

Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

Secretum soli Deo, & eius Vicario aperiendū.

13 SI vtriusque fortunæ consorti, & cui sinus conceditur, secretum negare oportet, cui fidendum? Nulli certe, nisi Deo, aut eius vices gerenti; & notandū: Non dicere: *Claustrum*, sed: *Claustra*, quia os duplex claustrum habet, vnum labiorū, alterum dentium, ne verba facile prosiliant, & elabantur.

CAP. 7. NUM. 19.

Et proiicit in profundum maris omnia peccata nostra.

Peccata in duplici Ecclesiæ mari suffocantur.

14 IN *profundum maris* latissimi, qualis est baptismus: amarissimi, quale pœnitentia est.

PRO-

PROPHETIA NAHUM.

CAP. I. NUM. IV.

Increpans mare, & exsiccans illud.

AD CAP. 1. N. 4.
NAHVM PROPHETIÆ.

Maior peccatoris siccitas, quam maris humiditas.

1 MARE ADvnicam Dei increpationē aresecit; homo vero peccator ad plurimas nō emollescit: maior ergo peccatoris siccitas, quam maris humiditas.

CAP. 1. NUM. 9.

Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.

Deus iustissime iratus, & enormissime irritatus primo impetu fontes destruere solet.

2 QVia á prima tribulatione taliter anihilabimini, vt nil remaneat alteri tribulationi, quod destruere possit.

CAP. 1. NUM. 15.

Ecce super montes pedes euangelizātis, & annuntiantis pacem: celebra, Iuda, festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltra, vt per transeat in te Belial: vniuersus interijt.

Cum Dei humanitas apparuit, diaboli inhumanitas disparuit.

3 CVM, præeunte Ioanne, Dei benignitas, & humanitas apparuit, diaboli malignitas, & inhumanitas disparuit.

CAP. 3. NVM. 10.

Et super inclytos eius miserunt sortem.

Vitijs semper mala, ac deserta sors.

4 MIserunt sortem, vel ad occisionem, vel ad distributionem, quibus in mancipia cederent.

CAP. 3. A NVM. 17.

Sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum, vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui.

Pastorum dormitatio gregi grauiter nocet, dormitio totaliter gregem destruit.

5 SI pastorum dormitatio Rempublicam sic destruit, quid faciet profunda dormitio?

PROPHETIA HABACVC.

CAP. I. NUM. VII.

Horribilis, & terribilis est: ex se met ipsa iudicium, & onus eius egredietur.

AD CAP. 1. N. 7.
HABACUC PROPHETIÆ.

Maxima Reipublicæ hostilitas iudicialis fori peruersitas.

1 GENS CHALdeorum in vos prius iudicialiter pronũtiabit, quam onus, seu accusationem imponat, & hoc pro arbitratu suo, non ex iusta, & rationabili causa, Et notandum Chaldæos infensissimos Iudæorum hostes non dici horribiles, & terribiles propter inuasiones, expugnationes, & alias bellicas crudelitates; sed propter iniquitates, & iniustitias cum Hebræis in foro iudiciali exercitas.

CAP. 1. *NVM.* 9.

Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens.

Hostis á Deo immissus, vel solis oculis omnia exurit.

2 VEntus vrens omnia cõsumit, minimas rimulas transgreditur, & intima penetrat, vnde nil erit tam occultum, quod oculi vastantium Chaldæorum non perspiciant, & atrocissime deprædentur.

Et congregabit quasi arenam captiuitatem.

Nobilium cum ignobilibus confusa permixtio totalis est Reipublicæ conuulsio.

3 CAptiuos Hebræos arenę comparat, tum ob multitudinem, tum ob confusam, & permixtam nobilitatis cum plebe, & aliorum reipublicæ graduũ complicationem: Ideo Ieremias cantu lugubri plangebat: *Magna est velut mare contritio tua*, Threnor. cap. 2. num. 13.

CAP. 2. *NVM.* 6.

Væ ei, qui multiplicat non sua, vsque quo aggrauat contra se densum lutum.

Aurum male acquisitum lutum spurcidum.

4 DEnsum lutum, dicitur aurum male acquisitũ, quia possidentem grauat, & inquinat. Vide ad Zachariæ cap. 9. num. 3.

CAP. 2. *NUM.* 7.

Numquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinã eis.

Hi

Propriæ conſciẽtiæ vermis nocentior dæmone.

5 Hi ſunt dæmones, aut vermes propriæ conſcientię ipſis peiores, de quibus Marci cap. 9. num. 43 45 & 47. trina repetitione dicitur: *Vermis eorum non moritur*, quæ correſpõdet triplici nocumento in præſenti textu expreſſo.

CAP. 2. NVM. 9.

Væ, qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putet de manu mali.

Palatium rapinis exædificatum luteus mus.

6 DOmum male partis diuitijs ædificatam appellat, *nidum*, quia, etſi nimiũ ampla, & excelſa appareat, poſſidenti tamen erit ex gua, inſtabilis, & lutea, ac ſi nidus auium eſſet manu facile diruibilis, & diſſipabilis.

CAP. 2. NUM. 15.

Væ, qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum.

Rara inter homines omnino aut-os liberalitas.

7 RArus homo eſt, qui omnino liberaliter, & generoſe dat ab que aliquo felle, quod rubore ſuffundat recipientem: ſolus Deus eſt, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat.*

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAP. I. NUM. XII.

Et erit in tempore illo : ſcrutabor Ieruſalem in lucernis: & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis.

AD CAP. 1. N. 12.

SOPHONIÆ PROPHETIÆ.

Peccatorum, & ignorantiæ tenebræ vltra id, quod dici poteſt, obſcuræ, & denſæ.

1 CVM LUCERna lux nocturna, ſeu in tenebris deſeruiens ſit, per hunc dicendi modum ſignificatur, Iſraelitas ſemper in tenebris, tam peccatorum, quam ignorantiæ legis immerſos, quæ adeo fuſcæ, palpabiles, & conſuſæ ſunt, vt per exaggerationem dici poſsit, indigere Deum alienæ lucis adiutorio ad illos viſu percipiendos.

CAP. 1. NUM. 14.

Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.

Vltima Dei ſententia nec appellationem admittit, nec reſtitutionem.

2 TRibulabitur ibi fortis, cum audierit : *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, &c. Matthei cap. 25. num. 41.

CAP. 2. NVM. 1.

Conuenite, congregamini gens non amabilis.

3 GEns, propter ſcelera veſtra non ſolum *non amabilis*, ſed *odibilis* valde; attamen non ſolum, non odio habita, ſed propter infinitam Dei bonitatem cordialiter amata.

In ſe motiuum quærit amandi Deus obiectum non amabile.

CAP. 3. NVM. 1.

Væ prouocatrix, & redemptaciuitas, columba.

4 PRoudcans hoſtes tuos ad hoc, vt te vili pretio emant; vnde non debes *columba innocens* appellari, ſed *ſimplex, & ſtulta*, ſicut *columba ſeducta*, vt de Ephraim dicitur Oſeæ cap. 7. nu. 11.

Peccatum non ſolum animam fœdat, ſed corpus corrumpit, ac vilipendit.

CAP. 3. NVM. 7.

Verumtamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas. Quapropter expecta me, dicit Dominus, &c.

Num impij præceps velocitas Dei diligentiam præueniat?

5 NUmquid præcurrit, & velocior eſt malitia imi-

impiorum ad peccandum, quam prouida Dei diligentia, quærentis media, & remedia, ne peccent?

CAP. 3. NUM. 9.

Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno.

Ad legis Gratiæ suaue iugũ vnus humerus satis est

6 CUM iugum legis gratiæ suaue sit, & onus eius leue, humerus vnus ad hoc, vt feratur, satis est.

VEL SIC

7 Deus *humero vno*, quod ipsi seruiamus petit, vt alterum expeditum nobis relinquat, quem rebus tẽporalibus frugaliter moderateque impendamus. *Lex diuina temporale cuiusque munus non impedit.*

UEL SIC,

8 Deus applicat alterum humerum, vt onus leuius, faciliusque feratur. *Diuinæ legis obseruatores coadiutorem Deum nanciscuntur.*

PROPHETIA AGGÆI.

CAP. I. NVM. I.

In anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ.

AD CAP. I. NVM. I. AGGÆI PROPHETIÆ.

Prophetiæ donũ, non solum ori, sed etiam manui congruit.

1 RELIQVIS prophetis *in ore*; Aggæo vero *in manu* semel, & iterum verbum Dei factum est, quia erat verbum ad templi reædificationem persuadendam: Vide infra num. 3. & cap. 2. per totum.

CAP. 2. NVM. 19.

Ponite corda vestra ex die ista in futurum, à die vigesima, & quarta noni mensis; à die, qua fundamenta iacta sant templi Domini, ponite super cor vestrum.

2 A Bipso iacti fundamenti die ad templi reædificationem Deus placatus, propitius, & liberalis ostenditur, quod pro immaculata Deiparæ conceptione facit.

Immaculata Deiparæ conceptio implacabilem antea Deum hominibus placabilem, & placatum reddidit.

PRO-

PROPHETIA.

ZACHARIÆ.

CAP. I. A NVM. XX.

Et ostendit mihi Dominus quattuor fabros. Et dixi: Quid isti veniunt facere, &c.

AD CAP. 1. A N. 20.
ZACHARIÆ PROPHETIÆ.

Fabrorum abundantia Rempublicam ditat, & pacificat.

1 ABVNDANtia fabrorum, & artificum Prouincias lætas, diuites, & pace fruentes facit, aut infert.

CAP. 2. A NVM. 6.

O fugite de terra Aquilonis dicit Dominus: quoniam in quattuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. O Sion, fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis.

à peccatis, & peccatoribus celerrime fugiendum.

2 CVR non lento gradu, sed cõcitatissimo cursu de terra Aquilonis, & Babylonis abscendendum est? Quia à peccatis, & peccatoribus fuga est, quam non oportet lentam esse, sed summe accelleratam.

CAP. 3. NVM. 2.

Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: numquid non iste torris est erutus de igne.

Pœna sensus in Inferno perpessa in veteri lege manifeste expressa.

3 TExtus litteralis, & clarus de pœnis inferni, & earum qualitate, obseruatione dignus ad hæreticos confutandos: Et notandum, quod Satan etsi ab igne inferni per aliquod temporis spatium discedat, ignem secum trahit, & quocumque ierit, vstulatus, & ignitus incedit, quo satisfiet Francisco Ribera, & alijs existimantibus, hæc verba de Satan, ideſt, diabolo intelligi non posse, & communissimæ Hebræorum, Græcorum, & Latinorum explicationi repugnare.

CAP. 3. NVM. 7.

Tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt.

Præ-

Prælatis superioribus plures angeli custodes adstant.

4 PRælati superiores habent plures angelos à Deo ad eorum assistentiam, & custodiam deputatos.

CAP. 3. NUM. 9.

Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum.

Christi vulnera portæ nobis ad Christum, & oculi Christi ad nos.

5 SEptem *oculi*, septem sacramenta, quæ in lapide angulari Christo Domino celte lanceæ, clauorumque cælato aperta sunt: quæ nobis ad Christū portæ sunt, & Christo oculi sunt ad nos, vt patet cap. 4. sequēti n. 10

CAP. 4. NVM. 14.

Et dixit: Isti sunt duo filij olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ.

Spiritus Sancti Oleum fœcundū, & filios in sanctitate insignes generans.

6 HI *duo filij olei*, vel sunt duo supremi spiritus, vel Iesus, & Zorobabel. Acomodari autem possunt Petro, & Paulo, vel vtrique Ioanni.

Spiritus Sancti oleum filios fœcundos generat.

7 Sed cur *filij olei* dicuntur, cum spicis oliuarum comparantur, siquidem olei potius parentes, quam filij dici deberent? Sunt quidem, & parentes, & filij: filij, quatenus à Spiritu Sancto gratiam accipiunt: parentes quatenus illā alijs communicant: Vide Diuum Gregorium Papam, Homil. 3. in Euangelia in illud Matthæi cap. 12. num. 46. Ecce mater eius, & fratres stabant foris, &c.

CAP. 5. A NVM. 2.

Et dixi: *Ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorū. Et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ; quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.*

Peccatorum volumen maximū voluminum.

8 NUllum volumē maius tam in longitudine, quam in latitudine legitur in Sacra Scriptura, quam illud, in quo peccata hominum descripta sunt, & illis debitæ exaratæ sententiæ; quod volumen alas habere dicitur, vt aduertant peccatores, damnationem suam tardare non posse, nisi resipiscant, & pœnitentiam egerint.

CAP. 5. NUM. 7.

Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc est impietas, &c.

Saluandorum præmiū, & Damnandorum pœna contraria proportione æquiualent

9 IN hoc *plumbi talento* denotatur pœna inferni impijs impœnitentibus inflicta, cui contraponitur auri talentū, quod templi candelabrum Exodi cap. 25. pendebat, præmium cælestis beatitudinis, quo iusti remunerantur, anagogice significans vnde infertur pœnæ, præmijque cōtraria proportione æquiualentia. Vide Bedam apud Lyppomanum ad prędictum Exodi cap. 25.

CAP. 8. NUM. 9.

Hæc dicit Dominus exercituum: cōfortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum.

Multorum prophetarum vnum os, quia vno, eodemque Spiritu pronuntiant, & prænuntiant.

10 PER *os*, non: Per *ora* prophetarum, quia omnes vno, eodemque Dei sermone, & spiritu loquuntur, & verba pronuntiant.

CAP. 9. NUM. 3.

Et ædificauit Tyrus munitionē suam, & coaceruauit argentum, quasi humum, & aurum, vt lutum platearum.

Quod homines pluris æstimant, solet Deus plus despicere.

11 IN comparationibus horum humanitus pretiosissimorum metallorum perspicue patet, quanti ea Deus æstimet. Vide ad Habacuc cap. 2. nu. 6.

CAP.

CAP. 9. NUM. 8.

Et circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes, & reuertentes, & non transibit super eam vltra exactor.

Ædes sacræ cælesti muniuntur satellitio.

12 NOtanda multitudo militiæ cælestis ciuitates catholicas, & præcipue sacras ædes circumuallantis, & iusu Dei inuisibiliter protegentis.

Exactores grauius, quam tributa populos onerant, & affligunt.

13 Notandum etiam, quod maxima populi fœlicitas in liberatione á tributorum collectoribus constituitur, quos aduertit textus, *super populum transire*, quia semper illum vilipendunt, & conculcant. Vide ad Exodi cap. 3. n. 7.

CAP. 9. A NVM. 11.

Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Conuertimini ad munitionem vincti spei.

Abrahæ sinus omnimoda sensus pœna caret,

14 SInum Abrahæ *lacum sine aqua*, vocat, *sine aqua*, scilicet tribulationis, quia ibi nulla fuit pœna sensus.

In Abrahæ sinu detenti spē certā beatitudinis habuerunt consequendæ.

15 Et notandum, quod in eo detentos *vinctos spei*, appellat propter certitudinem, quam de sua liberatione, & vinculorum solutione habebant.

CAP. 9. NVM. 13.

Et suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia.

Apostoli ceteris Fidei magistris præferendi.

16 FIlios Sion, idest, Apostolos Ierosolymitanos, super Antiochenos, & reliquos Græcos, & Gentiles.

CAP. 9. NVM. 14.

Et Dominus Deus super eos videbitur; & exibit, vt fulgur iaculum eius.

Forma aduentus diuini Spiritus prænuntiata.

17 SVper eos videbitur completis diebus, Pentecostes linguata iacula vibrans.

CAP. 9. NVM. 15.

Et bibentes inebriabuntur, quasi á vino, & replebuntur, vt phialæ, & quasi cornua altaris.

18 VIde actuum Apostolorum cap. 2. nu. 13.

Cælestis gratia vinum spiritualiter inebrians.

CAP. 9. NVM. 16.

Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

Lapidibus tam spiritualibus quā materialibus Ecclesia solidatur.

19 ISti *lapides*, allegorice significare possunt Apostolos, & eorum successores: vel certius altaria super quibus Eucharistiæ sacrificium in lege gratię conficiendum: vt claret ex nu. 17. immediate subsequente.

CAP. 10. NVM. 3.

Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo.

Principes sæculares mali in iram, at vero Ecclesiastici peruersi in furorem Deum adigunt.

20 PAstores sunt prælati Ecclesiastici: *Hirci*, principes sæculares, præsertim prauis moribus præditi, & luxurię dediti. Et notandum, quod contra, malos principes sæculares Deus inquisitiua tantum visitatione agit; at vero contra malos prælatos non solum irascitur, sed furescit.

CAP. 10. NUM 8.

Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos.

Ecclesiæ filij oues Dei docibiles.

21 ADeò dociles erūt Ecclesiæ filij, & legis gratiæ alumni, vt leui signo, sicut pastor oues, eos regere possit; ideoque æquo iure omnes, *docibiles Dei*, vocabuntur.

CAP. 10. NUM 9.

Et seminabo eos in populis.

Primitiuæ Ecclesiæ filij semen Dei fœcundissimum.

22 AN ideo adeó copiose vbique Iudæi multiplicantur? Sed ego de semine, & seminatoribus Euangelicis hæc sicut, præcedentia verba intelligerem.

CAP.

CAP. 11. A NUM. 1.

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: Vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.

Mali principes in ordine ad populi damna trunci insensibiles.

23 DE principibus vtriusque status illius populi loquitur propheta sub metaphora arborum, & truncorum, tam ad denotandam illorum, erga subditorum damna, insensibilitatem, quam excidium ipsis imminens.

CAP. 11. A NVM. 4.

Hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis, quæ, qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus.

Quadam virtutis larua solet diabolus affectas suos fallere, & in malis artibus confirmare.

24 HI videntur esse, qui ditati rapinis, & malis artibus, ad aliqua exercitia virtuosa se conuertunt, & vocales Deo gratias agunt, quibus se iustificatos falso existimant, ac peruersa, erroneaque credulitate cõsolantur.

CAP. 11. NUM. 7.

Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum: & paui gregem.

Diuini regiminis virga pro meritorum diuersitate diuersum nomen fortitur.

25 HIS verbis, includi videtur prædestinatio ad gloriam, & reprobatio ad pœnam sempiternam.

CAP. 11. NVM. 10.

Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis.

Nunquam Malis petius, quam cum Boni ab ipsis separantur.

26 SOlet Deus de medio tollere, & ad se recipere bonos, iustos, & virtuosos viros, vt peccatores patronis, & mediatoribus destitutos acerbius puniat

VEL SIC.

Testamentum nouum veteri ex natura sua irritatiuum.

27 De Christo Domino hæc verba intelligi posse videntur, in cuius morte pactum antiquum, tã cum Noe, Abrahamo, alijsque in lege naturæ, quam cũm Moyse, & filijs Israel in monte Sinai in lege scripta initum, per nouum, & æternum legis gratiæ testamentũ, irritum factum fuit: ideo statim subsequitur: *Et irritum deductum est in die illa, &c.*

CAP. 11. NVM. 11.

Et cognouerunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.

Viri Apostolici, pauperes persequerent.

28 ISti *pauperes*, sunt Apostoli, & eorum successores, quos *pauperes* elegit Christus, & vult, quod *pauperes spiritu* semper sint.

CAP. 11. NVM 17.

O pastor, & idolum, derelinquens gregem.

Prælatus negligens emortuum simulachrum.

29 PAstor, vel potius *idolum*, qui curam commissi à Domino gregis abijciens, honorifico tantum, & delectabili muneris fruitur sui, subditorum nempe adoratione, & annualium reddituum perceptione.

Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius aridate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Cui brachium ad bene operandum arescit, oculus ad videndum Deum obtenebrescit.

30 IN *brachio dextro bona* opera altioris ordinis, quæ prælatorum propria, & digna sunt, *in oculo dextro*, præmium visionis beatificę ipsis correspondentis, & promissæ, denotari potest: & in vtroque malus prælatus á iustissimo Domini furore mulctatur: ideo brachium arescit, & oculus obtenebricatur.

CAP.

CAP. 12. NVM. 1.

Dicit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo.

Spiritus ad terrena depressus in terrā dici potest conuersus.

31 NON dicit: *Fingens spiritum*, quia spiritus fictus, seu factus ex materia sit, sicut corpus; sed, vel quia intra materiam corporis organici creatus; vel ad denotandum, quod homo ex prauo liberę voluntatis affectu ad opera seruilia, & terrena suam deprimere soleat spiritualem substantiam.

CAP. 12. NVM. 10.

Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu, quasi super vnigenitū, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.

De diuinitate sua Deo loqui non placet, quin de humanitate sua mentionem faciat.

32 DEus de se ipso, & in prima, & in tertia loquitur persona: per *Me* æterna Christi diuinitas significari videtur: per *Eum*, humanitas nondum, cum hæc proferebantur, assumpta, sed assumenda.

Communicatio idiomatum non est Theologorum inuentum, sed antiquæ legis stabilitum assertum.

33 Et notandum, quod prædicationes propriæ humanitatis de Deitate enuntiantur, per quod communicatio idiomatum á theologis stabilita, & ab vniuersali Ecclesia approbata, & admissa, roboratur.

CAP. 12. A NVM. 12.

Et planget terra: familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum, &c.

34 HInc taxari potest vsus, ne abusum dicam, in pluribus Christianorum Prouincijs introductus, & difficile eradicabilis, viros, feminasque in Ecclesia permixtim assistere, & orare permittens, & hinc inde indeuote, indiscretequediscurrere.

Viros à feminis in Ecclesia separari, & cultui decentius, & fidelibus proficiētius.

CAP. 13. NVM. 3.

Et erit, cum prophetauerit quispiam vltra, dicet ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini: & configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit.

35 IPsi conciues, ipsæ quæ communitates, in quibus superexcellentes oratores, & declamatores viuunt, & quæ ipsis vices patris, matrisque gerunt, sunt, quæ vehementius solent illos persequi, & implacabilius aduersari.

Insignes oratores ab externis proclamati, ab internis inuisi.

36 Uel loquitur in sensu allegorico, & litterali de Christo Domino à Patrimatre Synagoga crucifixo, vt patet ex sequentibus.

Christus à patrimatre Synagoga non pie tractatus, ut filius; sed crudeliter, vt priuignus.

CAP. 13. NVM. 4.

Nec operietur pallio saccino, vt mentiatur.

37 Sic faciunt hypocritę.

Pallium hypocritarum mendax.

CAP. 13. NVM. 5.

Sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.

38 NON *sum propheta*, ait in persona Christi, sed Dominus prophetarum: & *Adam exemplum meum*, quoniā ego sum Adam secundus, & *sum agricola* paradisi Ecclesiæ.

Christus prophetarum Dominus, & Adam secundus.

CAP.

CAP. 14. *NUM.* 20.

In die illa erit, quod super frænum equi est, sanctum Domino.

Super frænum diuinæ legis consilia Euangelica fideles perficiunt & sanctificant.

39 FRænum est dictamen rectæ rationis, quo *equus*, ideſt, pars animalis hominis interne regitur, & cohibetur, vel certe lex iusta, qua eiusdem operationes externe moderantur: super hoc ergo dictamen, & super hanc legem sunt consilia euangelica, quæ hominem perficiunt, & sanctificant.

PRO-

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAP. I. A NUM. II.

Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Non ne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui.

AD CAP. 1. A N. 2.
MALACHIÆ PROPHETIÆ.

Verbum diuinum incarnationi proximum humanitatis candidatum egit.

1 HIC DEUS non solum diligens, sed etiã tenerrime amãs ostenditur, siquidem omni sua authoritate deposita, ad rationem de se reddendam, & amatis irrationabiliter quærulis satisfaciendum, suam deprimit maiestatem: crederem, his humilitatis, & humanitatis actibus, & præludijs se Deum ad naturam humanam iam proxime capessendam, disponere, & nostri luti candidatum agere.

Iacob, & Esau Prædestinatorũ, & Reproborum symbolum.

2 Et notandum, quod sub his nominibus Iacob, & Esau prædestinati ad premium, & destinati ad pœnam æternam præsignati sunt.

Et posui montes eius in solitudinem.

A nemine adorari Superborum maximum supplicium.

3 SVperborum maximum supplicium est ab omnibus deseri, à nullo adulatorijs artibus adorari.

Et hereditatem eius in dracones deserti.

Præsciti damoni tamquam draconi traduntur deuorandi.

4 IN *dracones deserti*, hoc est: in dæmonum possessionem.

CAP. 1. NVM. 4.

Et vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum.

Damnatio æterna terminus impietatis humana, ac iræ diuinæ.

5 DAmnatio æterna est *terminus impietatis*, ex parte hominis, & iræ, indignationisque ex parte Dei, quia nec vltra damnatus libere agere potest, nec Deus punire solet.

CAP. 1. A NVM. 7.

Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis: Mensa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum non ne malum est?

Praui decimatores, & votorum solutores grauissima censura digni.

6 HÆC, & subsequentia contra malos decimatores, & votorum solutores ponderari possunt, & efficacissime vrgeri ex ijs, quæ infra cap. 3. num. 8. dicuntur.

CAP. 1. NVM 11.

Ab ortu enim solis, vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Eucharistiæ sacrificium Deo, etiam ante institutionem, gratissimum.

7 EVcharistiæ sacrificium nondum institutū, iam pro vniuersaliter stabilito, & vbique oblato refert propheta, affirmatque, ex Deo placendi affectu quam complacentiam ipse manifestare dignatus est. Luce cap. 22. num. 15. dicens: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.*

VEL SIC.

Deo per Missarū pluralitatē solēnia adulari potest.

8 Si Deus capax adulationis foret, ex hoc solum capite assentationem acciperet, quod plura vbique Missarum, seu Eucharistiæ sacrificia nomini suo litarentur.

CAP. 2. NUM. 3.

Ecce ego proijciam vobis brachium.

Cum Deus brachium punitiuū à se abijcere ait, vltimum supplicium infligit.

9 NON vt vos delectos erigam, sed vt scelestissimos, & impœnitentes vltimo æternoque supplicio affligam: non enim Deus brachium punitiuum à se abjceret, si haberet vltra quod puniret.

Deus quodammodo secum irascitur, quando cū homine implacabiliter irascitur.

10 Et notandum, quod instrumentum, quo Deus fontes vltimo adigit supplicio, etsi ipsi adeó, vt membrum, coniunctum sit, sacrâ quâdam impatientiâ cum illo iratus, & quasi stomachatus, á se longe abijcit, & repellit.

Et dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.

Sacrificia immūda, velut stercus, à Deo abiecta.

11 SOlemnitates Hebræorum appellat *stercus*, quia in eis fæces armentorum, & aceruorum quisquilias offerebant, vt patet supra cap. 1. à num. 7.

Immūdus immūda sacrificans in Inferni cloacam abijciendus.

Et assumet vos secum.

12 CVM stercore sacrificiorum vestrorum assumet, etiam vos in cloacam inferni proijciendos.

CAP. 2. NVM. 7.

Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius.

Sacra doctrina Scripturæ propter populoā sacerdote ministranda.

13 CVstodia scientiæ Dei, hoc est Sacrę Scripturæ, & legis diuinæ *labijs sacerdotis*, non mentis scrinio, non codicibus commendatur, vt illam in promptu habeat, ad populum eruidiendum, & dirigendum.

Sacerdos, qui ad populi eruditionē eloqui non valet, scribat.

14 Aduertat ergo sacerdos, qui labijs declamatorio sale, ac lepore cōditis á Deo prædijtus nō est, ipsi Deum publicationē huius scientiæ suæ non commendasse: calamos adaptet, & meditationes suas alijs eloquio pollentibus cōmittat declamandas, & sic Deo gratius, & Ecclesię vtilius deseruiet. Vide ad Prouerb. cap. 10. n. 13.

CAP. 2. NVM. 9.

Propter quod, & ego dedi vos cōtemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut nō seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege.

Qui in conscientiæ aliorum regimine non Dei legem, sed consultantium gustum attendit, vilipendium, & animæ dispendium pro lucro reportabit.

15 IN legis intelligentia, & intimatione contemporizauistis velleitati sæcularium præsertim principum. Hinc taxari possunt illi theologi, qui de casibus, quos conscientiæ vocamus, consulti, aspectum interrogantis attendunt, vt ipsius velleitati ob exiguum lucellum resolutionem accommodent, non quidem veram, & solidis rationibus doctrinisque fundatam, sed sophisticam, & paralogisticis argumentis male subnixam: si ergo propter hoc Hebræis vilipendium omnium populorum, quod nunc per totum orbem experiuntur, portenditur, quid laudis, lucri, & honoris isti, si qui sunt, Theologi sibi promittere, & expectare possunt?

CAP.

CAP. 2. NUM. 11.

Transgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael, & in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni.

Fidelium cum Infidelibus connubia Deo diſplicentiſſima.

16 LIteraliter agit propheta, & nomine Dei conquæritur de connubijs Hebræorum cum gentilibus feminis, & idololatris.

Religio inter Hebræos poſt Babilonicam ſeruitutem magna ex parte deformis, & conuulſa.

17 Spiritualiter, & allegorice hæc *filia* eſt cultus, ſeu religio, quam Hebræi maiori ex parte de vera in falſam, & idololatricam commutauerant: & hunc ſenſum magis genuinum eſſe ex num. 12. ſequenti apparet.

CAP. 2. NUM. 15.

Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere.

Coniugatorum ſumma conformitas tam interna, quam externa commendatur.

18 NON ſolum videtur velle propheta, quod vxor legitima ſit vna caro cum viro ſuo; ſed quod ſit etiam vnus, atque idem ſpiritus: ſed hic de religione ſub matrimonij metaphora agi videtur. Conſonat Diuus Paulus ad Epheſios cap. 5. num. 32. Vel loquitur de vera, legitima, & naturali legis diuinæ, & Sacræ Scripturæ intelligentia: Vide, quę ad num. 17. huius capitis §. 19. ſubſequuntur.

CAP. 2. NUM. 17.

Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.

Qui Sacræ Scripturæ ſenſum corrumpunt, Dominum laborare faciunt.

19 *LAborare feciſtis Dominũ in ſermonibus*, violentando, ſcilicet legitimum ſenſum ſacrarum Scripturarum.

Et dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo, quod dicitis: Omnis, qui facit malum bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent: aut certe vbi eſt Deus iudicij.

Hæretici in Fide ſola ſine operibus gloriantes, & garrientes cõtra fere omnes huius tempeſtatis hæreticos mordicus, licet perperam, effutientibus, ſolam fidem ſine operibus, imo cum prauis operibus coniunctam ſaluare; quod & alia peruerſa dogmata ex hoc textu euidenter impugnari poſſunt, & conuelli.

20 NOtanda verba contra

CAP. 3. NUM. 3.

Et ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colocabit eos, quaſi aurum, & quaſi argentum.

Ordo Eccleſiaſticus aurum, & argentum Dei alia metalla ceteri.

21 ORdo Eccleſiaſticus eſt *aurum*, & *argentum* Dei; ceteri tamquam inferiora metalla reputari videntur.

CAP. 3. NUM. 5.

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, adulteris, & periuris, &c.

Deus homo hominum iudicandorum Teſtis, & Iudex.

22 ERO teſtis, & iudex: *teſtis* in quantum homo; *iudex* in quantum Deus; vel certius econtra, cum Pater non iudicet, quemquam, ſed omne iudicium filio dederit, & omnis iudicij veritas á teſtis infallibilitate pẽ deat. Vide Ioan. cap. 5. num. 22.

CAP. 3. NVM. 11.

Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ: nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

Terrenorum bonorum ſuffitientia omnibus proficua; abundantia exorbitans omnibus nocua.

23 *INcrepabo deuorantẽ*, ſcilicet hoſtem, aut vermem: *Nec erit ſterilis vinea*, ſed fœcunda vſque ad abundantiam; nõ vero vſque ad redundantiam, & ſuper effluentiam, quia hæc nociua eſt agricolis, nec populis proficua.

CAP. 4. A NVM. 5.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

Circa vltimum mundi diē summa certitudo cū summa incertitudine coniuncta

24 AGens de vltimi iudicij die, quomodo dicit: *Ne forte veniam?* Non quidem propter aduentus, sed propter diei incertitudinem. *De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi solus Pater.* Matth. cap. 24. num. 36.

25 Et *percutiam terram anathemate*: notandum quantum anathema, seu ex communicatio Ecclesiastica timenda sit, siquidem per illam æterna damnandorum pœna signanter exprimitur.

Ecclesiastica censuræ æternis Inferni pœnis comparabiles.

LI-

LIBER PRIMUS MACHABÆORUM.

CAP. I. NVM. IV.

Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis.

AD CAP. 1. A N. 4.
LIB. 1. MACHABÆORVM.

Non in confusa pluralitate, sed in veterana militum virtute robur exercitus cōsistit.

1 NON DICIT: *Cōgregauit exercitum numerosū*, sed: *Fortem nimis* ex militibus, scilicet veteranis, & probatæ virtutis congregatum: nam, cum ita non fit, non exercitus, sed hominum congeries nuncupari debet.

CAP. 1. NUM. 7.

Et post hæc decidit in lectum, & cognouit, quod moreretur.

Potentia tyrannica, ante quam plurimi innoxii cadunt, citius cadit.

2 ALexander ille coram quo tot hominum myriades, tot munitæ vrbes, tot Prouinciæ, tot regna ceciderunt, tandem *decidit*: Sed notandum, genus ęgritudinis non exprimi, sed solū per Verbum illud: *Cognouit*, indicari, ne crimen lęsæ maiestatis in ipsammet principis personam illorum, qui ei venenum propinauerunt panderetur; vel forte, quia in illa actione peccatum non interceſsit: non enim regem, sed Tyrannū occiderunt, violenta, & immatura morte digniſsimum, quia innumerabiles violentas, & immmaturas mortes intulerat.

VEL SIC

Superbia inflatus sero, & inutiliter se mortalem esse cognouit.

3 *Cognouit* sero se mortalem, ac Philippi filium, qui væsana superbia inæbriatus se Iouis filium adorari permiserat.

VEL SIC.

Qui in aliorum mortalitate suā non recognouit, veloci experientia discet.

4 *Cognouit* tandē in se, esse mortalem, qui in tot hominum à se occiſsorum milliaribus non cognouerat,

VEL SIC.

Alterorum deprædator mortis præda.

5 *Cognouit* denique se mortis prædam qui tot imperia deprædatus fuerat.

CAP. 1. *NUM.* 13.

Et bonus visus est sermo in oculis eorum.

Sermo, quem ratio non approbat, irrationalis est.

6 SErmo, quem oculi, non vero mens, & ratio approbat, irrationalis est.

UEL SIC.

In superiorum signis, & motibus subditi ipsorum mentē perlegunt.

7 In gestu oris, & oculorum motibus principum, & senatorum proponentium legebant subditi, & promiscua populi multitudo vehementem eorum propensionē, vt iniqua, & sacrilega propositio admitteretur, & approbaretur.

CAP. 1. NUM 16.

Et venundati sunt, vt facerent malũ.

Stulti aurũ prodigunt, vt lutum adquirant.

8 PRetiosissimum libertatis thesaurum prodegerunt, vt eis liceret pessime, irreligiose, & sacrilege operari, & Dei legem abijcere.

CAP. 1. NUM. 23.

Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureũ, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia,

Templi vtensilia non solum rapere, sed destruere, ac transformare religionis ruinã portendit.

9 IAM legia templi ornamenta, & instrumenta nõ solum asportabantur, sicut à Chaldæis factum est, sed etiam destruebantur, & comminuebantur in signum legis Mosaycæ nutantis, & iam fere deficientis.

CAP. 1. NUM. 24.

Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia.

Pretiosa templi vasa, post contaminationem, nõ sacra, sed concupiscibilia compellanda.

10 IAM illa vasa contaminata, & sacrilege contrectata non appellantur *sancta*, sicut semper antea solebant compellari, sed vocantur *concupiscibilia*, ob materiam pretiosam, ex qua conflata erant.

CAP. 1. A NVM. 35.

Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem: & posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea.

Sub militis honesto nomine sex hominum latere solet.

11 NON dicit, in loco eminentiori, arce nẽ pe Sion, seu ciuitate Dauid, ad reliquum vrbis subiugandum, præsidium militum collocatum; sed gentem peccatricem, & viros iniquos ibi positos: maluit enim hoc genus hominum definire, quam nominare: vt quid sub honesto, imo honorifico militis nomine latere soleat, cognosceretur.

CAP. 2. A NUM. 2.

Et habebat (Mathathias) *filios quinque, Ioannem, qui cognominabatur Gaddis, & Simonem, qui cognominabatur Thasi: & Iudam, qui vocabatur Machabæus, &c.*

Qui cum gentibus promiscue conuersatur gẽtilicos mores cõtrahit.

12 IAM Hebræi ex conuersatione cum gentibus, more illarum, nomine, & cognomine compellantur, à patrijs, & antiquissimis moribus ad gentilismum declinantes.

CAP. 2. NVM. 11.

Quæ erat libera facta est ancilla.

Vitiorum damnum, & corruptio morum reliqua Reipublicæ mala longe excedunt.

13 CVR Ierusalem cum in maxima ipsius calamitate ab Ieremia Threnorum cap. 1. num. 1. deploretur, vt vidua, nunc in minori damno defletur, vt ancilla? Quia tunc abierat ab ea populus, quem tanquam sponsum diligebat: Nunc autem populus quidem Hebræorum in ipsa est, sed grauissimorum catenâ peccatorum constrictus, & ab alieginis subiugatus.

CAP. 2. NVM. 19.

Et respondit Mathathias, & dixit magna voce.

In materia Religionis, non clandestine, sed palam, & clarissime loquendum.

14 MAgna voce, vt omnes audirent, & suum exemplum sequerentur, & quia in materia Religionis non subdole agendum, nec clandestine, aut submisse deliberandum est; sed clarissima oris pronuntiatione, palã, & coram omnibus.

Etsi omnes Gentes regi Anthioco obediunt, vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis eius: ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum.

Et-

Fidelis infideliter agens cum infidelibus computandus.

15 *ETsi omnes Gentes regi Antiocho obediunt* Hoc loquendi modo vtus fuit Mathathias, vt comprehenderet Hebræos à propria religione deficientes, & ad gentilem ritum trãseuntes.

CAP. 2. NVM. 21.

Non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei.

Contra veræ Religionis professionem nulla vtilitas.

16 VTilitas temporalis, quæ propter contẽptum veræ religionis promittitur nulla est; quæ vero ex veræ religionis amplexu, & professione resultat magna est, iuxta illud Matthæi cap. 6. num. 33. *Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.*

Bonum vtile forsitan attrahit.

17 Sed cur, cum veram religionem amplecti, & falsam abijcere sit bonum honestum; & superioris lineæ, recurrit Mathathias ad bonum vtile, quod inferioris lineę est? Crederem hoc fecisse, quia hoc genus boni magis allicitiuum est, & propterea aptius ad populum in communi persuadendum, & ad suam sententiam attrahendum.

CAP. 2. NUM. 24.

Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius.

Patriæ pater de damno reipublicæ paterne dolet

18 HOC dicendi modo indicat textus, Mathathiam paternali dolore motũ fuisse.

Et accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram, &c.

Rationaliter, & iuste furit qui secundum legem furit.

19 FVror secundum iudicium legis, furor rationalis est, quod exprimit textus, ad manifestandum, non egisse Mathathiam, vt hominem priuatum; sed tanquam publicum ministrũ legis exactorem, & zelatorem, exemplo Phinees, qui arrepto pugione Ueneris sacrificulum, aramque vno ictu destruxit: Numer. cap. 25. num. 8.

CAP. 2. NVM. 41.

Et cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus aduersus eum, &c.

Ad casum á lege ex epycheia, excipiendum, toto mentis nisu incumbendum.

20 EX Epycheia in iure naturali fundata inferunt, ius positiuum diuinum in illo casu non obligare, vel illum casum esse à iure positiuo diuino exceptum: Et notandum ad resolutionem istam, multam cogitationem, & solicitam mentis in dagationem præcessisse.

CAP. 2. A NVM. 65.

Ecce Simon frater vester, scio, quod vir consilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuẽtute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.

In turbatissimo Reipublicæ statu potius optimis consilijs, quam armorum viribus fidendum.

21 IN illo turbatissimo reipublicæ statu, & in quo ius omne sceleri, & Marti datum erat, prius, & principalius de prudenti, & bono consiliatore, quam de strenuo belli duce prouidentiam gesit Mathathias.

CAP. 3. A NUM. 1.

Et surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus, filius eius pro eo: & adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuersi, qui se coniunxerant patri eius, & præliabantur prælium Israel cum lætitia.

Bellum pro Religione susceptum nullum tristem euentum timeat.

22 BEllum pro religione tuenda susceptum, & multos consequitur adiutores, & nullum casum, seu euentum tristem expectat; ideoque cum lætitia peragi necesse est.

CAP. 3. NVM. 5.

Et persecutus est iniquos perscrutans eos.

Maxima hostiũ persecutio est eorumdem persecutatio.

23 MAxima hostium *persecutio* est eorum *persecutatio*, seu secretorum consiliorum, & resolutionum introspectio. Et notandum, quod idem est, Ducis pro religione bellum susciptentis, esse *hostes*, ac esse *iniquos*.

CAP. 3. NUM. 8.

Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel.

Vt bella fœliciter gerantur, prius peccata publica exterminentur.

24 ANteq̃uam Iudas Machabæus cum hostibus Israelitici nominis bellum committeret, malos Israelitas, & peccatores, vel occidit, vel profligauit, & sic, & Dei iram auertit, & bellum ei maximâ prosperitate successit.

CAP. 3. NUM. 17.

Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie.

Ieiunium pios, & perfectos alleuiat, imperfectos onerat.

25 RElgiosius, & verius loquerentur milites isti, si dicerent: *Et nos sumus alleuiati ieiunio hodie*; sed ieiunium sæcularia studia, & negotia, præsertim bellica profitentibus onus potius, & fatigatio, quam leuamen esse solet.

CAP. 3. NUM. 27.

Vt audiuit autem rex Antiochus sermones istos.

Strenui ducis opera omnia rationi consona.

26 SErmones *istos*, non *verba*, nam Iudæ Machabæi opera, & facinora omnia fuerunt rationabilia, & in recta iustitia solidoque iure fundata.

Iratus est animo.

Vindicatiuus animus iram celat.

27 HOC est, ira interne cõcepta politice dissimulata, & vsque ad vindictæ oportunitatem non parturita, & propallata.

CAP. 3. NUM. 28.

Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum: & mandauit illis, vt essent parati ad omnia.

Qui stipendia militaria anticipat, ad omnia milites paratos obtinet.

28 PRinceps, qui stipendia militaria, non solum prõpte, sed anticipate porrigit, nó tantum præcipere, sed etiam *ad omnia* paratos milites poterit obtinere.

CAP. 3. NVM. 29.

Et vidit, quod defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem, & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima, quæ erant à primis diebus.

Excessiuis, ac nouis gabellis fiscus non impinguatur; sed macrescit.

29 REX, qui non contentatur legitimis, & antiquis tributis, & regalijs suis; nouorũ accrescentia vtraque amittet, vel summe extenuabit, quod adeó certum est, vt ipsis oculis videri possit, propterea ait textus: *Et vidit.*

Excessiua, ac noua gabella pestis Reipublicæ.

Et notandum, hoc appellari plagam, quia talis innouatio pestis reipublicæ est; & forte ex crudelioribus, quæ grassari possunt, & solent.

CAP. 3. NVM. 42.

Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorum: & cognouerunt verba regis, quæ mandauit populo facere in interitum, & consummationem.

Dux, qui hostiũ consilia percauerit, hostes debellabit.

30 EN Iudam conscium factum consiliorum status Antiochi regis, & designiorum exercituum eius, haud dubium, quod hostes suos, & Israelitici nominis inimicos debellaturus est.

CAP. 4. NVM. 23.

Et acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.

Spo-

Hostium religionis spolia, non rapinæ, sed iustæ acceptionis materia sunt.

31 SPolia ex bello iusto adepta accipi dicuntur, non arripi.

Purpura, & Terrestris, & Marina, quia in vtroque elemento humana ambitio dominatur.

32 Et notandum, purpuram dici marinam, ad distinctionem terrestrium vermiculorum, qui in variis Prouincijs generantur, & nunc ex America ad nostram Hispaniam in magna copia transuehuntur.

CAP. 4. NVM. 42.

Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei.

In sacerdotibus scientia diuinæ legis tanquam certa supponēda.

33 DE intelligentia legis non dubitauit, sed tanquam certam in sacerdotibus suppositi Machabæus, & *voluntatem* solum, pietatemque requisiuit.

Diuinæ curæ, ac prouidentiæ est, bonos Ecclesiæ ministros nunquam deficere.

34 Et notandum, quod etiam in turbatissimo, & fere conuulso reipublicæ, & religionis statu, Dei curæ esse, quod probi ministri nō deficiant, qui ad populi instructionem, & bonorum morum restitutionem facile inueniri possint, & eligi.

CAP. 5. NVM. 60.

Et fugati sunt Iosephus, & Azarias vsque in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est fuga magna in populo.

Strenuo duci ignominiosior mittitum suorū fuga, quam mors.

35 NON ponderatur populi clades, & occisio etsi ad hominum duo millia creuerit; sed *fuga*, vtpote ignominiosior, & strenuo duci, honestæ gloriæ cupido Machabæo infensior: ideo non dicitur: *Et facta est occisio magna, sed fuga magna in populo.*

CAP. 5. NVM. 62.

Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.

Cum duces strenui adsunt, alijs negotia bellica non committēda

36 CVM in aliquo regno, vel Prouincia sunt duces strenui, & fortunati experimento comperti, pernitiosum valde consilium est, per alios bella committere.

CAP. 5. NVM. 67.

In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium.

Fortitudo obsque consilio præceps.

37 FOrtitudo sine consilio, non virtus, sed temeritas est.

Ecclesiasticis ministris nō corporales pugnæ, sed spirituales incumbunt.

38 Et notandum, aduerter dici: *Dum sine consilio exeunt in prælium*, si enim Sacerdotes illi consilium inijssent, non dubium, quod recognoscerent, ipsis bellū, non cum hostibus, corporis; sed cū animæ hostibus, hoc est, dæmone, & eius militibus, nempe vitijs incumbere, nec sui muneris esse *fortiter facere*, sed suauiter.

CAP. 6. NVM. 3.

Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam; & non potuit, quoniam innotuit sermo his, erant in ciuitate.

Cui hostium cōsilia patent, hostium incursum non timeat: Vide supra nu. 30.

39 IN re bellica illa pars, cuius consilia detegun tur, inferior respectu alterius fere semper remanere solet: Vide supra num. 30.

CAP. 6. NVM. 8.

Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in tanguorem præ tristitia.

Regni malis rex ægrotare debet.

40 IN hoc laudabilis est iste, alioqui iniquus, rex, quod mala regni sui illum vsque ad ęgritudinem commouerunt, & compulerunt.

Quia non factū est ei, sicut cogitabat.

Solemne regibus ex aliorum ruinis se extruere.

41 HÆ sunt omnium fere regum cogitationes, ex aliorum ruinis ædificare se ipsos.

CAP. 6. NVM 15.

Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret.

Uer-

Sub rege pupilo tutores regnant.

42 VErbum *Regnaret* æquiuoce, & ad Antiochũ filium, & ad Philippum fidei cõmissarium, & tutorem referri potest: Vide infra in hoc cap. n. 63.

CAP. 7. NUM. 9.

Sed, & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel.

Prauus Ecclesiæ minister, non in sacerdotem, sed in sacerdotium creatur.

43 NON ait textus: *In sacerdotem*, erat enim tanto munere Alcimus indignissimus; sed: *In sacerdotium*, vt illud scilicet contaminaret, & simul fidelem populum destrueret.

Amplius Religioni nocet prauus præsul, quã hostis infensior.

44 Et notandum ad Israeliticí populi necem, & ruinam, quam intendebat, & enixe procurabat, non græcum, vel alterius nationis ducem crudelissimum, sed malũ sacerdotem, Hebræorum contribulem elegisse, & applicuisse.

CAP. 7. NUM. 23.

Et vidit Iudas omnia mala, quæ fecit Alcimus, & qui cum erant, filijs Israel, multo plusquam Gentes.

Vide supra n. 44

45 EX hic, & supra dictis infertur, quanto plus noceat fidelibus superior eiusdem religionis iniquus, & malus, quam infideles plurimi.

CAP. 7. *A* NUM. 45.

Et tubis cecinerunt post eos cum significationibus: & exserunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, &c.

Lege Euangelica approximãte tubæ Leuiticæ significantius resonare cœperunt.

46 FOrte tubarum cantus apud Hebræos antehac erat simplex, & solum ad exercitum mouendum, & sistendum: Martem ciendum, vel sedandum ordinatus: & ex hoc Iudę Machabæi tempore cæperunt duces Hebræi, variato tubarum sonitu plurimas, & diuersas belligerendi actiones significare, & indicare.

CAP. 7. NUM 46.

Et ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus.

47 EXercitus impij, & irreligiosi ducis non solũ vincitur, sed etiam vsque ad internecionem perit, adeó, vt nec vnus remaneat.

Impiorum exercitus, non solũ, Deo fauente, vincitur, sed interimitur.

CAP. 8. NUM. 2.

Et audierunt prælia eorum (scilicet Romanorum) *& virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, &c.*

48 MUltæ actiones præsertim principum, videntur virtuosæ, quæ re vera non sunt, sed actiones huiusmodi cõpellari bonæ non debent: cum ergo dicat textus Romanorum *bonas*, fuisse, *virtutes* manifeste indicat illas fuisse veras virtutes naturales; non fictas, & per politicã hypocrisim affectatas.

Veræ virtutes naturales in Romanis Gentibus viguerunt.

CAP. 8. NUM. 3.

Et possederunt omnem locum consilio suo, & patientia.

49 CErte *consilio, & patientia*, non vero potentia, & inconsulta, & inconsiderata audacia, quæ temeritas est, Romani facinora tanta perfecerunt.

Consilio, & patientia magnã opera perficiuntur.

CAP. 8. NUM. 16.

Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos.

50 INter plurimas, eximiasque illorum primitiuorum virtutes Romanorum, hæ tamquam sublimiores, & excellentiores á sacro textu exprimuntur, ponderanturque obedientia, scilicet, & inuidiæ, zelique maligni depressio, & subiectatio.

In senatoribus obedientiæ propitudo, inuidiæque depressio Rempublicam florere faciunt.

CAP. 8. NUM. 26.

Et præliantibus non dabunt, nec subministrabunt triticum arma, pecuniam, naues.

51 TRiticum prius quam arma ponit, vtpote in rebellica in primis necessarium. Vide infra num. 28.

In re bellica militum alimenta armis præferenda

CAP.

CAP. 9. NUM. 7.

Et vidit Iudas, quod defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos.

Vir fortis prius sibi, quam hostibus succumbit.

52 SE ipsum prius confregit, seu vicit vir fortissimus Iudas Machabæus, quam ab hostibus cõfringeretur, seu vinceretur.

CAP. 9. NVM. 18.

Et Iudas cecidit.

Vir fortis vincẽdo solum vinci potest.

53 NON dicitur, quod Machabæus ab aliquo occisus fuerit, sed, quod ceciderit, haud dubium, quod deficiente naturali virtute ob nimium laborem, & lassitudinem, quæ ex hostium interemptione illum suppresit.

Et ceteri fugerunt.

Deficiente capite corpus deficit.

54 STatim, ac Iudas cecidit, cuncti ipsius milites fugerunt, vna enim, & sola Machabæi virtus in omnibus præliabatur.

CAP. 9. NVM 75.

Et cessauit gladius ex Israel: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

In Republica, in qua ius Marti cõcedatur à Minerua tolli necesse est.

55 OMnibus sedatis, & in pace compositis incœpit Ionathas *iudicare*: non enim potest iustitia tam commutatiua, quam distributiua recte administrari in republica bellorum fragore perturbata, & conuulsa.

CAP. 12. NUM. 35.

Et reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit cũ eis ædificare præsidium in Iudæa.

Status consilia secretissime agitanda.

56 CUR non ait textus: *Consuluit*, aut *contulit cum eis*, sed: *Cogitauit?* Ad denotãdum, quod status consilia adeo secreta esse debent, & occulta, vt potius cogitationes internæ, quam externæ consultationes appellari debeant.

Status consilia mente diu, satisque voluenda.

57 Vel certe ad innuendum, quod res huiusmodi antequam ad suffragia, nedum executionem, deueniant, debent satis, diuque mente tractari, & reuolui.

CAP. 13. NUM. 3.

Vos scitis, quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia, & angustias, quales vidimus,

In bonis principibus idem est calamitates subiecti populi videre, ac easdẽ pati.

58 REges, & principes calamitates, & angustias suarum Prouinciarum videre solent, non pati, Sed non sic de Simone, & fratribus suis licet discurrere, qui damna populi, & pericula, non visione mere speculatiua, sed experimentali, & practica viderunt, vitam, & omnia temporalia sua, pro sanctis, seu religione tuẽda, & populo conseruando prodigentes, vt ex totius libri contextu patet: vnde in omnibus bonis principibus idem est calamitates populorum suorũ videre, ac illas in se ipsis intime pati, & experiri.

CAP. 13. NVM. 28.

Et statuit septem pyramidas, vnam contra vnam patri, & matri, & quattuor fratribus.

Qui viuens sibi sepulchrum præparat, genus quoddam immortalitatis nanciscitur.

59 PAter, materque, & fratres quattuor senariũ numerum non excedunt, cui ergo septima pyramis constructa fuit? Forte filijs Ionathę â Tryphone simul cum patre interemptis, supra num. 23. Sed cum verosimilius, & fere certum sit, pium Simonem sibimet septimam pyramidẽ erexisse, vt communiter asseritur, cur de hoc textus nec hic, nec alibi vllam mentionem facit? An quia, qui mortem suam frequenter meditatur, & sibi tumulum viuens præuenit in æstimatione diuina genus quoddam immortalitatis nanciscitur?

CAP.

CAP. 13. NVM 29.

Et his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ob omnibus nauigantibus mare.

Trophæa sepulchralia virtutes sub ipsis tacentiũ enuntiant.

60 TRophœum ex armis, quibus in terra belligeratur, & ex nauibus, quibus in mari naumachiæ fiunt Machabæis constituitur, & erigitur ad denotandum, ipsos terra, marique fortes, & inuictos fuisse.

Non minus periculose per terrã, quamper procellosum mare nauigatur.

61 Sed vt quid naues ea magnitudine sculpuntur, quæ á nauigantibus cerni possent? An, vt adverterent non minus periculosam esse nauigationem terrestrem, quã maritimam fluctuationem?

VEL SIC.

Vita fluctuans per mortem ad securitatis portum appellit.

92 Hoc factum fuit ad denotandum heroes illos, qui per amarum, procellosumque mundi pelagus nauigauerant ad securitatis portum per mortem appulisse.

VEL SIC,

Sanctorum nauigatio ad cælestẽ portum contendit; Mundanorũ vero ad terrestẽ.

63 Ut adverterent maris cursores, ipsos per fluctuum periculosos vortices ad portum terrestrẽ contendere; Machabæos vero columnâ fidei, anchora spei, & velis charitatis ad cælum nauigasse.

CAP. 14. A NVM. 48.

Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere in peribolo sanctorum in loco celebri; sxẽplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon, & filij eius.

Egregia pro religione tuenda facinora sancta sunt, & pretiosissima.

64 EGregia facinora pro religione, patriaque peracta, res est omnium laudabiliũ præcipua, pretiosiorque: ideoque congruentissime primũ exẽplar in sanctorum peribolo, transsumptum vero in ærario rerum pretiosissimarum iubetur collocari; quod Sanctorum Romanæ canonizationi adaptari potest.

PRO-

LIBER SECVNDUS MACHABÆORUM.

CAP. I. NVM. I.

Fratribus, qui sunt per Ægyptum Iudæis salutem dicunt fratres, qui sunt in Ierosolymis, Iudæi, & qui in regione Iudææ, & pacem bonam.

AD CAP. 1. N. 1.
LIB. 2. MACHABÆORVM.

Pax iustorũ vera; pax peccatorum ficta.

1 PACEM BONA imprecãtur, quæ pax Dei est; non illam falsam, & malã pacem, quam habere videntur peccatores in suis vitijs immersi, de qua Dauid Psal. 72. n. 3.

CAP. 1. *NVM.* 3.

Et det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem, corde magno, & animo volenti.

Plurium fidelium cordialis vnitas Spiritus Sancti signum.

2 COR vnum omnibus; non corda diuersa singulis, quod signum euidens assistentiæ Spiritus Sancti est: Vide Actuum Apost. cap 4. num. 31. & 32.

Viam perfectionis aggredi, non pusillorũ est, sed robustorum.

3 Et notandum, actiones pias, virtuosas, & religiosas exercere, non femineæ pusillanimitatis proprium esse, vt vulgo existimatur, sed virilis magnanimitatis, quam etiam omnes vere sanctæ feminæ â Deo nanciscuntur.

CAP. 1. *A NVM.* 20.

Nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit (Nehemias) *ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, &c.*

Baptismalis aqua in lege veteri clarissimè adumbrata.

4 IN hac aqua representari videtur aqua crassa, seu oleaginosa, oleo, & chrismate delibuta, & benedicta, qua ad baptismum Ecclesia vtitur, & in qua ignis Spiritus Sancti latet.

CAP. 3. *NVM.* 12.

Decipi vero eos, qui credidissent loco, & templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile esse.

In loco sacro, & viris religiosis non solum Fides, sed etiam Fidelitas debet respici.

5 DEcipi eos, qui sua bona crediderunt homini sæculari, & loco profano dabile est; quæ autem viro religioso, & loco sacro fiducialiter committũtur, malam fidem, & fraudulentiã experiri, est res moraliter impossibi-

biis absque magno personæ, locique contemptu: Vide infra nu. 18. & quæ ad ipsum notantur.

CAP. 3. NUM. 18.

Alij autem gregatim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes, pro eo, quod in contẽptum locus esset venturus.

Fractio fidei absque vlla culpa fractorem deturpat, quid culpæ admixta?

6 FRactio fidei circa rem depositam absque vlla omnino culpa recipientis, sed per violentiam extrinsecam illata sacrosanctum templum facit contemptibile, quid alium minus sacratum, seu profanum locum? Et ex paritate rationis de personis similiter discurrendum est.

CAP. 3. NVM. 19.

Accinctæque mulieres cilicijs pectus per plateas confluebant: sed & virgines, quæ conclusæ erant, properrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant: vniuersæ autem protendentes manus in cælum deprecabantur, &c.

Hebræi amplius pecuniarũ cupidi, & auari, quã religiosi.

7 NON existimo legi alicubi in Sacra Scriptura, tantam ab Hebræis doloris significationem pro legis, & religionis damno ostensam fuisse, quam quæ hic pro imminenti dãno, & periculo pecuniarum describitur: nam illam, quam Exodi cap. 33. num. 4. propter indignationem Dei ob vituli idololatriam fecerunt, terminos oculorum, vestiumque non fuit transgressa.

CAP. 4. A NUM. 4.

Ad regem se contulit (Onias Pontifex) *non ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semet ipsum vniuersæ multitudinis considerans. Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua.*

Ecclesiastica potestas a seculari adiubari quandoque potest, nũquam subijci.

8 FORte ex hoc exemplo aliquando in Ecclesia catholica Pontifices summi Imperatoribus detulerunt, & aliqualem ab eis dependentiam passi sunt, absque vllo tamen supremæ suæ potestatis, & authoritatis præiudicio, vtpote iure diuino, positiuo, & expresso fundatæ.

CAP. 4. NUM. 12.

Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere.

Cum religiosus religionis habenas rumpit, efrænis, ac præceps currit.

9 CUM viri religiosi rumpunt habenas pudoris, & obseruantiæ regularis in grauissima peccata ruere solent: & non solum sæculares, & profanos, sed etiam ethnicos, imo & bruta animalia spurcitijs, & sceleribus suis de longe superant.

CAP. 4. A NUM. 45.

Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum, quasi refrigerandi gratia, regem adijt, & deduxit a sententia: & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem, qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit.

Subditorum negotia, & lites nõ voluptuose; sed studiose examinandæ sunt, & resoluendæ.

10 REX, vel iudex, qui audit causas, & iustitiæ negotia quasi per otium, & voluptati consulens absque dubio in pronuntiando errabit, & sententiam iniustam, & iniquam proferet.

CAP. 5. NVM. 21.

Igitur Antiochus mille, & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia, terram, ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem.

Mentes elati, ac superbi non vnũ impossibile, sed plura, simul cõminiscuntur.

11 QUomodo ex mentis elatione, *terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agẽdum.*

dum, deducere Antiochus cogitare poterat? An quia terram sanguine interficiendorum submergere,& in pelagus conuertere; mare vero eorundem corporibus repletum complanare, & calcabile reddere satagebat , & præsumebat?

CAP. 7. NVM. 41.

Nouissime autem post filios, & mater consumpta est.

Filiorum tortura tormentum matris crudelissimum.

12 TOrmenta matris corpori specialiter illata tacet textus: nulla enim, etsi crudelissima,illam torquere poterant comparatione illorum, quæ filij, ipsa vidente,& compatiente sustinuerant.

VEL SIC.

Per torturæ filiorum relationem tormentum matris satis exprimitur.

13 *Consumpta est :* nil enim restabat dicere, quam ipsam matris consumptionem, & mortem; nam tormenta ipsius iam relata fuerant , cum filiorum tormenta referebantur, & singillatim explicabantur.

CAP. 10. A NVM. 29.

Sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præstantes: ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumen conseruabant.

Principes catholici Fidei defensores duplicatam angelorum custodiam nanciscuntur.

14 HInc notandum,quanto fundamento in Ecclesia , vt certissimum receptum sit,summum Pontificem, Imperatorem,reges catholicos , & alios principes supremos,præsertim qui infidelibus continuo aduersantur, duplicatam habere Angelorum custodiam.

CAP. 13. NUM 3.

Commiscuit autem se illis,& Menelaus : & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum , non propatriæ salute sed sperans se constitui in principatum.

Qui ambitiose dominari intendit,non sui exaltationem , sed subditorum depressionem quærit.

15 NOn ait textus : *Sperans se constitui in principem,* sed : *In principatum,* seu *contra principatum* , quia, qui iniqua, iniustaque ambitione dominari intendit,non tam sui exaltationem quærit , quam subditorum depressionem.

CAP. 13. NVM 4.

Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem : & suggerente Lysia, hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuetudo apprehensum in eodē loco necari.

Pestilentes homines,ac Reipublicæ peruersores absque foro sit strepitu plectēdi.

16 LAudabilis certe Græcorum consuetudo,& iuste cum similibus discordiarum inter principes Prouincias que seminatoribus obseruata, & semper obseruatu digna , si enim cum talibus rerum publicarum pestibus per forenses prolixas actiones iuridice procederetur, suis fallacibus; præstigiosisque machinationibus animos iudicum fascinarēt, nihilque, propter quod pœnam mererentur, vnquam liqueret.

CAP. 13. NUM. 15.

Et dato signo suis Dei victoriæ.

Qui protegente Deo cum hoste committit, non tam ad pugnandum , quam ad vincendum congreditur.

17 NON *pugnæ signum*, vt moris est , dari iussit Machabæus , sed *victoriæ* , qui enim, Deo protegente, cum hoste committit , non tam ad pugnandum congreditur , quam ad vincendum.

Iuuenibus fortissimis electis , nocte aggressus aulam regiam , in castris interfecit viros quatuor millia.

Imperialis tentorij expugnatio totius exercitus euersio est.

18 SIcut in corpore physico, nulla lethalior, quā cordis vulneratio , sic in corpore morali exercitus nullum vulnus irreparabilius, quam regalis tentorij expugnatio, & euersio. Vide Iudith cap. 15. à num. 1.

SANCTUM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECUNDVM MATTÆVM.

Liber Generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

AD CAP. 1. N. 1.

SANCTI IESU Christi Euangelij Secundum Matthæum.

Christus non ad terrenas dignitates exercendas venit, sed ad cælestes conferendas.

1 VR NON dicit: *Filij Dauid regis, filij Abraham patriarchæ?* Quia non venit Christus in mundum ad temporales dignitates quærendas, seu ipsi iure debitas exercendas, sed ad æternas, cœlestesque elargiendas.

CAP. 1. A NVM. 5.

Iesse autem genuit Dauid regem, Dauid autem rex genuit Salomonem.

Christus, & Maria soli vere regia dignitate fulgent.

2 DUpliciter tantum in omni hac genealogia regia dignitas sonat, & auditur, quia duo tantum in ea sunt vere, proprie, & absque vlla limitatione reges, & triumphatores Christus» scilicet, & Maria.

Ex ea, quæ fuit Vriæ.

Adulterium Deo summe displiceat.

3 NOmen Rahab meretricis in hac genealogia exprimitur, nomen Bethsabee adulteræ subticetur, vt ex hoc, quantum Deo adulterium displiceat, manifeste pateat.

VEL SIC.

Lex iusta eo modo, quo fieri potest, adimplenda.

4 Maneat saltem silentio obruta, quæ merebatur ex præscripto legis lapidibus obrutam fuisse.

VEL SIC.

Vide supra num. 4.

5 Omnes ista in genealogia relati filij Abrahæ sunt, qui á Christo Domino infra cap. 3. n. 9. lapidibus compatantur: maneat ergo Bethsabee saltem his lapidibus oppleta in aliqualem sui delicti pœnam, & legis satisfactionem, seu vindictam.

Subditorum ius quod principes violenter vsurpat, Deus permanenter conseruat

6 Sed cur cum de Bethsabee, vt matre Salomonis, agitur, vxorem Vriæ fuisse dicitur, cum eo tem-

pore, quo Salomon natus, imo, & conceptus fuit non Uriæ, sed Dauidis fuerit Bethsabee legitima vxor, vt patet ex 2. Reg. cap. 11. & Apostolus 1. Corinthiorum cap. 7. num. 39. dicat: *Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est; cui vult, nubat?* An quia cum Urias per iniustam, & iniquam occisionem, Bethsabee vxore sua spoliatus fuerit, & eam Dauid sibi assumpserit, voluit Spiritus Sanctus per os Euangelistæ ipsam primæuo, & legitimo viro quodammodo restituere: vt aduertunt principes, & potentiores, quod res, quas malis artibus adquirunt, nunquam faciunt suas; nec legitimos earum dominos iure, quod in ipsas habent, priuare possunt? Et norandū, dixisse Apostolum: *Quod si dormierit vir eius libera est*, non: *Quod si per vim, fraudemve vir eius occisus fuerit, libera est*: Tunc enim impedimentum dirimens matrimonium cum talis necis authore, iure quidem positiuo, sed in naturali valde fundato, exoritur.

CAP. 1. NUM. 18.

Christi autem generatio sic erat.

Humana Christi Generatio diuinæ non absimilis.

7 NON ait Euangelista: *Christi autem generatio sic fuit*, sed: *Sic erat*, modo loquendi ad æternam Uerbi diuini generationem exprimendam proprio, & á Sacra Scriptura Ioannis præsertim cap. 1. adaptato.

Cum esset desponsata Mater eius Maria Ioseph.

Deiparæ relatio ad Deum omnes ad creaturas relationes antecedit,

8 PRius quam Ioseph nominetur, Maria Iesu mater declaratur. Sed quando non Maria mater? Vt ait Chrisologus.

CAP. 1. NUM. 19.

Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere.

Pium esse cum Deipara iustitia est.

9 HOC pietatis opus videtur esse, nō iustitiæ; sed esse pium cū Maria iustitia est.

CAP. 1. NUM. 20.

Hæc autem eo cogitante; ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei.

De coniugali honore solicitus somnum nequit capere.

10 PRæualebant absque dubio, conuincebantque rationes Iosepho pro sponsæ suæ innocentia, & integritate occurrentes, quod per somni aduentum, aliter omnino ab eo recessuri, demonstratur,

Dicens: Ioseph fili Dauid:

Speciali Deiparæ obsequio, & seruitio depugnandus omnigena mentis, & corporis nobilitate anteponi debet.

11 ANgelus Iosephum genethliaco honore, graduque condecorat, vt eum dignificaret ad præcelsum Mariæ tutoris, & custodis munus exercendum.

UEL SIC.

Numquam secularius honor possedetur, quam cum pro Deipara incuda periculo exponi videtur.

12 Tanto titulo honoratur, vt intelligeremus, numquam magis Iosephum, quam in illa occasione, condecoratum fuisse, nec vllam, vel minimam honoris iacturam pati potuisse.

Noli timere, accipere Mariam coniugem tuam.

Deiparæ custodia omnem timorem abigit.

13 NOli timere, accipere Mariam in castissimum consortium, & contubernium, tantique pignoris custodiā, & tutamen.

Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

Diuini Uerbi genitura naturaliter miraculosa.

14 NAtiuitatem cum cōceptione æquiocat, vt tam diuini fœtus, quam materni muneris perfectionem denotaret.

CAP. 1. NUM. 21.

Pariet autem filium; & vocabis nomē eius Iesum.

Christus priusquam ex matre prodiret, perfectissimi muneris Redēptoris ei ipsam obtt.

15 QVomodo *pariet*, quē nuper natum dixerat? *Pariet* quidem, & nominabis illum, qui iam in matre non solum natus erat, sed etiam munus perfectissimi redēptoris, hoc est præseruatoris, obierat.

Et vocabis nomē eius Iesum.

Tu,

Ioseph potestatiuè vocat, quem omnes supplicitèr invocare debemus.

16 TU, ó Ioseph, *vocabis*, vt in hoc paternam exerceas potestatem; ceteri *invocabunt*, vt eum, & Dominum, & Redemptorem recognoscant; ideo subsequitur: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

CAP. 1. NUM. 24.

Exurgens autẽ Ioseph à somno, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini.

Tanta est vera, & realis Iosephi dignitas, vt somnata apparere possit.

17 A Isto somno exsurrexit Ioseph Dei nutritius, Mariæ consors, & custos, & reliquos Sanctos tanta dignatione præcellens. Et notandum, quod in illo somno manipulus illius mystici Iosephi exsurrexit, vt à ceteris adoraretur, nec non vt á Sole Christo, Luna Mariâ, & Stellis, Sanctis, scilicet, veneraretur. Genes. cap. 37. num. 7. & 9.

CAP. 1. NUM. 25.

Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum.

Verbum Non cognoscebat, *interminatam negationem importat.*

18 NON ait Euangelista: *Non cognouit*; sed: *Non cognoscebat eam*, quod negationem interminatã, & infinitã significat.

Deigenitricis dignitas ingeneratis maris infinita.

19 Et notandum Mariæ maternitatis dignitatem, nisi per filij relatiuum esse incognoscibilem, ex eodem que in genere moris infinitam euidenter argui. Vide perdoctum opus de hoc argumento á R. P. Ioanne de Cardenas, magistro meo colendissimo nuper luci datum.

CAP. 2. NUM. 1.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iuda.

Prophetiæ antecedentis, rei euentus consequentia est.

20 HÆC est legitima cõsequentia illata, & subsecuta ab antecedentibus, & vnisonis prophetarum vaticinijs.

In diebus Herodis regis.

Cum Sol iustitiæ lucet, dies est.

21 NON illi dicũtur *dies*, propter iustum Herodis regimen, aut præclara ipsius facinora; seu dicuntur, *dies* propter Christi solis iustitiæ exortum: si enim ad Herodem solum attẽderet, alio dicendi modo vsurum Euangelistam crederem.

CAP. 2. NUM. 2.

Dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?

Tyrannum nil grauius quam propria conscientia turbat, & accusat.

22 ISta verba hunc sensum, & vim significationis habent: Regem legitimum, & naturalem huius gentis quærimus; non qui in præsenti regnat, Idumæum, & tyrannice intrusum; alioqui Herodes non turbaretur; sed filium ipsius Archelaum puerum inquiri existimaret.

Vidimus enim stellam eius in Oriente.

Stella mystica Deipara ab Oriẽte nunquam in Occasum declinat.

23 STella Christi matutina mystica Maria semper in Oriente videtur, nunquam in Occasu.

Et venimus adorare eum.

Vere liberales munera sua non iactant.

24 DE muneribus copiosis secum ad offerendum adductis nil dicunt isti vere liberales, & magnifici principes, sed solum de adoratione, regi quidem mere humano Iudæorum indebita, & tantum regi homini simul, & Deo impendenda.

CAP. 2. NVM 3.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est & omnis Ierosolyma cũ illo.

Corporis capitis ægrotantis reliqua membra sana esse nequũt.

25 IN ægrotanti, & male humorato illius reipublicæ corpore accidentia capitis in reliqua omnia membra redundabãt.

CAP. 2. NVM 4.

Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur.

Cacopoliticè regis etiam actiones externè bonæ ex prava intentione vituantur.

26 VTrumque statum Herodes congregauit, vt vtrique assentaretur, & nullum videretur despicere, & quia in puncto, & negotio principaliori illius religionis examinare volebat, an omnes conuenirent, an aliqui dissentirẽt, vt ex hoc sibi prospiceret.

Tyrannus, in eo etiam quod iuste videtur agere, se prodit, & accusat

27 Sed quomodo, quod etiã rudiores plebis sciebant, Herodes solus ignorabat? Ut in hoc non solum suam irreligiositatem manifestaret, sed etiam extraneitatẽ, & à iure in Hebræorum gentem regnandi alienationem.

UEL SIC.

Tyranni quod certo certius sciunt, politice ignorare ostendũt.

28 Herodes nesciebat politice, quod moraliter non poterat ignorare. Sed quomodo *sciscitabatur vbi Christus nasceretur*, seu nasciturus esset, cum eundem iam natum á Magis audierit? Vt in hoc, & suam incredulitatem, & Iudaicam circa aduentum Messiæ procrastinationem ostenderet.

CAP. 2. *NVM* 5.

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: Sic enim scriptum est per prophetam, &c.

Ad regum interrogationes solide semper, & cum fundamento respondendum

29 AD principum interrogationes, iure, vel iniuria regnantium, nõ ex proprij cerebri præsumptiua apprehensione, sed cum magno rationis, & authoritatis fundamento respondendum est.

CAP. 2. *NVM.* 6.

Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Superior, qui non pascit subditos, non regit.

30 GRÆca legunt: *Qui pascat:* Superior enim, qui subditos non pascit, haud dubium, quod ipsos regere nõ poterit.

CAP. 2. *NUM* 7.

Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, &c.

Rex tyrannus inciuilis, & inurbanus.

31 NON Magos Herodes benigne accepit, nec hospitio, aut saltem conuiuio recepit, nec viæ præcursores, qui eos recta ducerent in Bethlehem prouidit crudelis rex & omnis comitatis, & ciuilitatis ignarus.

CAP. 2. *NUM.* 11.

Et apertis Thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhã.

Cordis thesaurus semel in Dei obsequium apertus, non est iterum recludendus.

32 THesauri aperti, & patentes dicuntur, non vero iterum clausi, omnia enim, quæ intus erant, fuerunt in Domini obsequium integre, & fideliter oblata.

CAP. 2. *NUM.* 12.

Et responso accepto in somnis, ne rediret ad Herodem.

Quæ Deus specialiter dirigit ab hominum directione non pendent.

33 HInc infertur, Magos super regressu suo ad Herodem, Dominum consuluisse. Sed cur super negotio, in quo habebant expressum regis præceptũ in omni regno suo stabilitam authoritatem, & obedientiam habẽtis, dubitationem concipiunt, & responsa diuina requirunt? Tum, quia Magi Herodi tanquam regi suo obedientię iusiurandum non præstiterant, nec ad breue tempus in illius ditione commoraturi, ad ipsius præcepta exequenda tenebantur: Tum, quia omnis illa actio non ab hominum ordinatione, sed ab speciali, expressaque Dei directione, & dispositione pẽdebat.

Pro cuiusque mẽrito Deus munera sua dispensat.

34 Sed cur, non iam lingua cælorum, sed interna locutione Deus Magos alloquitur? Quia qui gentiles, & infideles venerãt, viso, & adorato Christo Domino Christiani, & fideles facti sunt: *Linguæ autem in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus*, ait Apostolus 1. Corinth. cap. 14. num 22.

CAP. 2. *NUM.* 13.

Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptũ.

Ioseph Deipara sponsus arcanorum Dei consiliarius.

35 CVR non ante, sed post Magorum recessum Angelus Iosephum alloquitur? An habet Deus sua arcana status consilia, ad quæ omnes præter Iosephum excludit?

Et

Principes in negotijs Status magnũ seruare secretum docet Deus.

36 Et notandum, quod hunc non solum caute, & latenter, sed etiam in somnis adiri iubet, ad maximam secreti importantiam in eiusmodi negotijs, principibus persuadendam. Vide infrà in hoc cap. ad num. 22.

Qui Sanctos indebitè laudat, non extollit, sed deprimit.

37 Sed cur, cum de Iesu, & Maria Angelus mentionem faciat, ait: *Fuge*, & nõ: *Fugite*? An quia est vox indicatiua pauoris, & minus decoræ significationis, propterea que indigna, quæ de Iesu, & Maria enuntiaretur? Sed obstat terminus subsequens, scilicet: *Esto ibi*, qui decoræ, & honestæ significationis est, & tamen ad Ioseph̃ solum dirigitur. Numquid dicemus hoc factum fuisse ad denotãdum, quod coram Ioseph̃o nullus alius supponit, nec Maria ipsa, imo nec filius eius? Absit: hoc enim esset Ioseph̃um imprudenter, indebite, & vltra metam, ne dicam, hæretice, exaltare, vel certius deprimere: dicamus ergo adeó per charitatem Iesum, & Mariam in Ioseph̃o imbibitos, & idemtificatos, vt omne illud, quod cum Ioseph̃o agitur, & tractatur, cum Iesu, & Maria tractari, & agi dicẽdum sit.

Iesus, Maria, & Ioseph, tres personæ ex amoris vinculo vsque ad idemtitatem cõiunctæ.

Et esto ibi vsque dum dicam tibi: Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

Cum Ioseph̃o Angelo, non, vt cum inferiori ministro, sed vt cum superiori status diuini consiliario negotia conferunt, & expediũt

38 SEmper Angelus Ioseph̃o rationem, & causam rerum agendarum manifestat, in quo maxima illius excellẽtia denotatur, non enim tractatur, vt merus executor, sed tanquam supremus minister, & diuinorum cõsiliorum particeps: Uide notam ad psalm. 102. num. 7.

VEL SIC.

Generosus animus media minus decora, nisi extrema vrgente necessitate, non admittit.

39 Ad hoc, vt Ioseph̃us fugã iniret, Angelus vrgentissimam causam proponit, aliter enim ex animi generositate hoc minus decorum medium non admitteret.

Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

Qui male Iesum quærunt, non inuenient, sed perdent.

40 BOni quæsitores Iesum quærunt, vt inuenãt; mali vero, sicut Herodes, Iesum quęrunt vt perdant.

CAP. 2. *NVM.* 16.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis tratus est valde.

Impius rex Dei obsequium primum reputat vipendium.

41 MAgi non vt Herodẽ illuderent, sed, vt Deo obtemperarent, per aliam viã reuersi sunt: sed iniqui reges, quod iusti in Dei obedientiam faciunt, in sui despectum accipiunt.

Cacopolitici pro certis habent quæ suspicantur.

42 Sed quomodo vidit Herodes illusionem, quam magi numquam perpetrati sunt? Principes Herodiani genij, ea, quæ solum suspicari possunt, tamquam certissima, & á seipsis visa pronuntiare audent.

Et mittens occidit.

Tyrannus tot manus ad occidendũ habet, quot satellites, & carnifices.

43 NON ait: *Et mittens iussit occidere*, sed: *Et mittens occidit*, nam ipsemet occidit, licet per satellitũ manus, quoniam in omnibus, & singulis carnificibus ipsemet Herodes erat imbibitus.

Omnes pueros qui erant in Bethlehẽ, & in omnibus finibus eius.

Tyrannorum ministri ad benefaciendum desides, ad nocendum promptissimi.

44 OMnes, nullo dempto, præter Iesum â tanto furore præreptum: forte ad rem bonam, & iustam peragendam nõ inueniret Herodes adeò fideliss-imos, & exactissimos executores.

Abimatu, & infra, secundum tempus, quod exquisierat á Magis.

Tyrannus crudelitatem, quam concipit, non abortitur.

45 CUM diligenter Magos Herodes super tempore apparitionis stellæ examinauit flagitium, quod nunc peperit, tunc mente concepit.

CAP. 2. *NUM.* 22.

Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.

Deiparæ coniugis dignitatem etiam Angeli reuerentur.

46 QVatter in hoc, & antecedenti capite An gelus Domini Ioſephum, & ſemper in ſomnis alloquitur. An ob tanti viri reuerentiam non audet Angelus ad illum expergefactum alloquendum accedere?

VEL SIC

Deiparæ coniugis naturales ſæpe ſopitæ paſſiones.

47 Forte hoc dicendi modo Ioſephi ſanctiſsimi puritas, & caſtimonia inſinuatiue ſignificatur.

VEL SIC.

Secure dormit, qui ſub Deiparæ protectione viuit

48 Tanta Ioſephi dormitatio miranda non eſt: valde enim ſecure dormit, qui Mariam, non ſolum adiutricem, ſed etiam conſortem, domeſticam, & contubernalem maximo Dei beneficio, ſortitus eſt.

VEL SIC.

Dei genitricis ſponſus, cum ſenſu quieſcebat mente, & corde vigilabat.

49 Hic Ioſephi ſomnus, in quo ſenſus quidem corporis quieſcunt, ſed animæ potentiæ vigilant, eſt illa perfectiſsima mentis in Deum eleuatio, quam myſtici *orationem quietis* appellant, & quæ Canticorum cap. 5. num. 2. exprimitur per illa verba: *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

CAP. 3. NVM. 1.

In diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta.

Herodis tempus nocturnum; Baptiſtæ Ioannis diurnum.

50 POſt noctes Herodianarum perſecutionũ iam illucęſcunt Ioannis Baptiſtę dies.

Prædicans in deſerto Iudææ.

Ioannis vox in campo audita, quia totum mundum, vt theatrũ requiſiuit, & toti inferno bellum mouit.

51 CVR Ioannes *in deſerto* prædicat? Vel vt Iudæorum duritiem, & agreſte genium denotaret: vel quia tantam vocem non tecta domorum, non clauſtra ciuitatum capere poterant: vel certe, quia vox illa bellũ diabolo, & toti Inferno, non ſolũ indicebat, ſed etiam inferebat, & ideo patens deſertum, vt aptiorem ad pugnandum locum, elegit.

CAP. 3. NUM. 4.

Ipſe autem Ioannes habebat veſtimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos eſcæ autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre.

In Baptiſtæ corpore Natura, in anima reſplenduit Gratia.

52 IOannes, nec ad ſui alimentum, nec veſtimentum vllam artificialem induſtriam adhibebat, ſed tam cibo, quam veſtitu naturali vtebatur, vt in corpore ipſius ſplendeſceret natura, ſicut in anima reſplenduit gratia.

CAP. 3. NUM. 10.

Iam enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt.

Nil hominem grauiori exponit periculo quam ſuperba elatio.

53 CVM radix arborum ſubtus terrã ſit, quomodo ſecuris ad illam applicari poteſt? An quia hæ arbores naturam humanam ſignificant, cuius radix anima rationalis, quæ principium vitæ eſt, quæ cum deberet eſſe ſubtus terram per humilitatem, eſt ſupra terram per elationẽ, & ſic manet ictui ſecuris expoſita? Uel loquitur phyſice, nam homo eſt arbor inuerſa, cuius radix caput eſt.

CAP. 3. NUM. 11.

Qui autem poſt me venit, fortior me eſt.

Chriſti Gratia in ſe ſuauis, in effectu fortis.

54 CUR non ait: *Melior, dignior, ſanctior*, ſed: *Fortior*? Forte per hunc dicendi modum Ioannes ſummam gratiæ Chriſti virtutem, & efficaciam, qua mundum debellare, & vincere veniebat, ſignificare voluit.

Cuius non ſum dignus calceamenta portare.

Ad miſericordiæ præclariſſima opera exercenda Baptiſtæ dignitas ſe ſentit indignam.

55 CAlceamenta Chriſti, pauperes ſunt, quorũ portatione ſe tantus propheta, & pluſquam propheta indignum exiſtimat.

CAP.

CAP. 3. NUM. 16.

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam.

Ab initio Mundi Deus aquas ad baptismi materiã præparauit.

56 HÆC est illa Columba, quæ initio mundi *ferebatur super aquas*, seu *fouebat aquas*, vt eis spiritualis regenerationis virtutem infunderet.

CAP. 3. NUM. 17.

Et ecce vox de cælo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Vox Personæ diuinæ demonstrabilis, vtpote personata.

57 CUR *Ecce*, demonstratiuo vtitur non ad rẽ ostendendam, sed vocem manifestandam? An quia illa vox, vox Patris æterni est, quæ personata, & realis est?

Æternus Pater Spiritu Sancto Filium diligit.

58 Sed cur Spiritus Sanctus adest, cum Pater loquitur? Quia amorem filij exprimit, quem Spiritu Sancto diligit.

Cum distinctione loquendum, ne Baptistæ persona cum diuinis æquiuocetur.

59 Cur autem illa dicitur: *Vox de cælo*, & non *vox cæli*? An, ne cum voce, etiam personata, Ioannis æquiuoce confunderetur, quæ etsi in terra personaret, vox tamen cæli erat?

CAP. 4. NUM. 1.

Tunc Iesus ductus est in desertum ab spiritu.

Bonus Spiritus ducit; malus seducit.

60 A Quo spiritu? Alij à bono; alij à malo autumant: ego bonum fuisse spiritũ, non dubito: etenim spiritus malus non *ducit*, sed *seducit*.

CAP. 4. A NVM. 2.

Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, &c.

Ieiunium esuriem arcet, tentationesque repellit.

61 VSque dum ieiunij terminus pronuntiatur, non auditur esuritio, nec dæmonis ad tentandum accessio.

CAP. 4. A NVM. 4.

Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, &c.

Sacræ Scripturæ authoritas dæmonẽ conuincit, ac tacere cogit.

62 FActa diabolo ex textu Sacræ Scripturæ responsione non audet replicare, sed aliam diuersam tentationem moliri incipit. Uide infra á num. 7. & 10.

Et statuit super pinnaculum templi.

Firma dæmonis statutio cuspis periculosior.

63 QVis audiens verbum *Statuit*, non existimaret, Christum Dominum á diabolo in aliquo loco plano, & firmo, & non in acuminato cuspide collocatum? Aduertant huiusmodi ducis assectæ, quã solide soleat diabolus suos milites statuere.

Templi locus eminentior periculosior.

Nec sine animaduersione prætereundum est eminentiorem tẽpli locũ periculosiorem etiã esse.

CAP. 4. NVM. 6.

Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, &c.

Hæretici in Sacra Scripturæ intelligentia magistrum dæmonis obseruant.

64 SIC solent hæretici ex hoc diaboli exemplo aliqua Sacrę Scripturæ male intellectæ, & peius explicatæ testimonia ad suos errores fundandos, & confirmandos adducere.

CAP. 4. NVM. 8.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Quibus Deus vera vere offert, dæmon falsa falso promittit.

65 REgna mundi, & gloriam eorum apparẽter ostendit, & falso promittit diabolus ei, qui regnum cælorum, & gloriam eius generi humano, non solum ostendere venerat, sed etiã elargiri.

VEL

VEL SIC.

Intellectus vana Mundi contemplans à suanatura, & perfectione degenerat.

66 Gloria mundana est ille actus complacentiæ, & fruitionis ex temporalium dignitatum possessione, exercitioque resultans, quomodo ergo potuit actus ille ob oculos proponi, cum intellectualis sit, nam certum est, diabolum non potuisse per internam suggestionem Christum Dominū tentare, sed solum per externam accessionem? An quia actus ille apparens solum, & phantasticus esse potest, sicut, & ipsa regna?

VEL SIC.

Intellectus acumen mundialia bona considerata hebetant, & retundunt.

67 Actus ille ex obiecti materialitate spiritualitatem amittit, & in naturam actus sensibilis, & phantastici transfertur: Aduertāt ergo mundi sequaces, & amatores, quod quanto his sensibilibus immerguntur, tanto eis mens, & ratio suffocatur. Vide quæ ad psalm. 145. num. 4. notantur.

VEL SIC.

Mundi gloriā, sicut ipsius munera, & dignitates phantastica.

68 Ostendit diabolus Christo Domino omnia regna mundi phantastice apparenter, & improprie; sed gloriam eorum vere, & proprie, sicuti est, phantastica scilicet.

CAP. 4. NVM. 9.

Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo.

Vide supra num. 68.

69 HÆC verba ab spurcissimo dæmonis ore sublata, & maligna eiusdem intētione reiecta, in moralis philosophiæ fontibus sic ad nostram eruditionem repurgari possunt: *Hæc omnia*, non adiectiue, sed substantiue, idest: *Hæc, quæ sunt omnia*, quia omnia mundana sunt, sicut hæc, vana scilicet, phantastica, & apparentia.

CAP. 4. NVM. 11.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Christi humanitas dæmonum triumphatrix.

70 EX hac angelorum ad Christum accessione colligitur, ipsos antea ab eo recessisse, & tanti congressus spectatores tantum adstitisse ad ostendendum Christi humanitatem ipsorum opera, & adiutorio nullatenus indiguisse ad perfectam victoriam de diabolo reportandam. Hinc instruimur solere Deum, viros iustos, & spirituales angelorum præsidio destitutos ad breue tempus, & ad magnum ipsorum profectum dæmoni tentādos permittere.

VEL SIC.

Dæmones à se abigere soliti Christiani curent.

71 Per hunc Angelorum á diabolo recessum admonemur, taliter debere operari, quod ad vnoquoque nostrum semper distans, & longe sit.

CAP. 4. NVM. 19.

Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

Euangelicæ prædicationis ministrus Spiritus Sanctus dispensat.

72 SIC loquitur Christus ad denotandum Euangelicæ prædicationis officium à supremo Numine esse: *Faciam, vos fieri*, scilicet, ab Spiritu Sancto.

VEL SIC.

Euangelicæ prædicationis munus arduum, ac difficile.

73 In ista Uerborum ambage magna difficultas acquisitionis huius ardui muneris, & exercitij denotari videtur.

VEL SIC.

Ad Euangelicæ munus prædicationis homo vetus abijciendus.

74 Uerba hæc: *Faciam, vos fieri*, rei productionem significant; est enim necesse, quod prædicator exuat veterem hominem, & induat nouum, qui secundum Deū creatus est, vt recte hoc munere fungatur: Ad Colos. cap. 3. num. 9.

Euangelicæ prædicationis munus Gratiam requirit, & Naturam.

75 *Faciam*, & *fieri*, duplex efficientia est, ad denotandum, quod prædicator debet à natura effici, & á gratia reficī, & reformari: ideo Christus homines ex geniali, &

na-

naturali inclinatione piſcatores elegit, vt eos ad ſupernaturalem piſcationem exercendam eleuaret.

CAP. 4. NVM 24.

Et abijt opinio eius in totam Syriam.

Vera virtutis fama curſu naturali, non violento, incedit.

76 *Abijt*, curſu naturali, nō procurata, & ſolicita diuulgatione, vt cōmuniter aſſolent hypocritæ.

CAP. 5. NUM. 1.

Videns autem Ieſus turbas, aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.

Humilitatis doctrinam verbo, & opere nobis Chriſtus commendauit.

77 FOrte non ſedit Ieſus ad quieſcendum, ſeu vt commodius ſe haberet, ſed, vt ſe magis exinaniret.

CAP. 5. NUM. 11.

Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me.

Detractio malorum omnium epylogus.

78 DEtractio *omne malum*, dicitur, & maledictioni, perſecutionique, vt grauius malum comparatur.

CAP. 5. NVM. 13.

Vos eſtis ſal terræ.

Elementaris puritas ad Fidem ſuſcipiendam aptior.

79 HOmines ſale Apoſtolico condiendi terra dicuntur, vel, vt ſui principij recordentur: vel quia ad recipiendum ſalem fidei, & veræ doctrinæ debent eſſe tamquam elementum ſimplices, & puri.

VEL SIC.

Subditi terræ ſunt, non à Superioribus conculcanda, ſed excolenda.

80 Ad hoc, vt prælati aduertant, homines ſibi ſubditos eſſe terram, non vt illos conculcent, ſed vt ipſorum miſereantur, & cōtinuo influxu foueant.

CAP. 5. NVM. 19.

Qui ergo ſoluerit vnum mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines.

81 ET *docuerit ſic*, hoc eſt, exemplo ſuo, quod efficaciſsimum magiſterium eſt, præſertim ad prauam doctrinam perſuadendam. *Superiorum exemplum efficaciſsimum magiſterium.*

CAP. 5. NVM. 22.

Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

Æterni ignis frequens recordatio ſalutaris animæ proficua.

82 TER in hoc capite de Inferni igne mentio fit num, 23. 29. & 30. ſemel de purgatorio num. 25. ad magnum terrorem incutiendum, & peccatorum horrorem inducendum.

CAP. 5. NUM. 25.

Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo.

Angeli boni nobis, ne in vitia declinemus, continuo aduerſantur.

83 HIC aduerſarius non mihi videtur eſſe Angelus malus, ſed potius bonus, qui nos ſemper ad bene operandum allicit, & noſtris prauis affectionibus, & inclinationibus aduerſatur.

Et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſsimum quadrantem.

Acerniſsimæ Purgatorij pœnæ per violentam in illo detentionem ſatis exprimitur.

84 IN *carcerem* Purgatorij: & notandum, quod acerniſsimæ ignis purgatorij pœnæ non referuntur, quia per incluſionem, & detentionem in illo tenebricoſo carcere ſatis videntur explicari.

CAP. 5. A NVM. 38.

Audiſtis, quia dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi, & alteram. Et ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.

Iudex, & Inferior læſus contraria agendo recte operari poſſumus.

85 NUmquid Chriſtus Dominus legi á ſe latæ Exodi cap. 21. num. 24. contrariatur (Minime, nam prædicto lo-

co-

co præscribitur, quid iudex debeat decernere; hic consulitur, quid læsum oporteat facere iuxta regulas perfectionis Christianæ.

Iniustè Læsi ictum Deus sustinet.

86 Sed cur *alteram maxillam*, non *sinistram* dicit, cum *dexteram*, prænominauerit? Tum, quia vir perfectus, & vere patiens nihil in se sinistrum habet, vel patitur, vt ait Chrisologus: tum, quia illa secunda maxilla, quæ iubetur percussioni offerri, non est tam propria ictum sustinentis, quam Dei compatientis: Vide ad Exod. nu. 117.

Aliter in iudicio aliter priuatim agendum,

87 Sed quomodo Christus ad percutientem ministrum Ioan. cap. 13. num. 23. non fuit suomet vsus consilio? Ob rationem supra datam, tunc enim ipsius causa iudicialiter agebatur, non priuatiue.

E duobus malis necessarijs minus graue consulendum, & eligendum.

88 Sed quomodo cum dictis cohæret, quod subsequitur: Tunicam scilicet iudicialiter petenti, pallium etiam dimittendum? Optime: quia quod minus graue, & impendiosum est, consulitur, quanto enim leuius est, sic cum iniusto actore se gerere, quam litis contestationem, aliasque innumeras, ne dicam infinitas, forenses molestias deuorare, sustinere, & pati?

Ad actiones suas palliandas num: quam hominiopetimenta desunt.

89 Sed quærendum restat, quomodo, cui tunica, quæ vestis interior est, petitur, pallium exterius contegens, quod exhiberi possit, relinquitur? An á prima illa Adami constitutione Genes. cap. 3. num. 7. pallia hominibus ad actiones suas operiendas deesse nequeunt?

CAP. 5. A NVM. 44.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in Cælis est.

90 HOmo conditionate dicitur filius Dei; Deus absolute pater hominis nũcupatur: homo enim quotidie á se Dei filiationem, peccando, expellit; Deus autem á se nunquam paternitatem, miserando, auertit. Vide ad Isaiæ num. 160.

In homine filiale erga Deum obsequium deficiens: in Deo erga hominem paternalis pietas perseuerans.

CAP. 6. NVM. 1.

Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.

Eleemosynæ Ad iustificationem medij efficax.

91 VAtablus legit: *Ne eleemosynam vestram, &c.* Eodem modo vertunt Syriacus, & Arabicus textus; ex quo instruimur, quod vel eleemosynã ex iustitia erogare tenemur, vt probat consequens, quod statim num. 2. subsequitur, vel quod eleemosyna efficaciter disponit ad iustificationem.

CAP. 6. NVM. 2.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus.

Tuba inanis gloriæ symbolum instrumentum.

92 PER tubam inanis gloria significatur, quia leuis, & vacua est, & vento animatur, & viuit, seu resonat.

CAP. 6. NVM. 3.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

Bona opera efficiens non minuens à se ipso, quam ab alijs cauens.

93 CHristus nos cauere iubet, non solum à vanagloria ab alijs prouenient, sed etiam ab ipsomet eleemosynã elargiente.

VEL SIC.

Eleemosyna statim elargienda.

94 Eleemosyna adeó celeriter, statim, ac proximi necessitas apparet, est impertienda, vt prius á destra manu impensa sit, quam á sinistra, etsi adeó coniuncta, possit aduerti.

VEL SIC.

Vide sup. num. 93

95 Adeó caute eleemosyna elargienda est, quod sinistra manus existimet, stipis erogationem esse

esse aliquod ex operibus œconomicis, seu ciuilibus indifferentibus; non vero opus bonum ex morali virtute proueniens.

CAP. 6. NVM. 5.

Et cum oratis.

Omnes Deum orare oportet.

96 ORatio, non præcipitur, sed supponitur, cum indifferenti ad omnes extensione. *Non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus.*

Hypocrisis simplicium illusiõ.

97 PLatea, est locus publicus, & patens, *angulus* est locus secretus: hypocritæ ergo in loco publico affectant secretũ, & occultationem, vt simplicibus, & incautis illudant, & in sui admirationem, & venerationem adducant.

VEL SIC.

Incompatibilia hypocritæ concordare satagunt

98 *Platea*, est locus publicæ negotiationis, & commertij: isti ergo hypocritæ vadunt ad negotiandum simul, & orandum, quia mammonæ, & Deo simul seruire volunt.

VEL SIC.

Hypocritæ ex otio negotium faciunt.

99 Sicut alij pecunia, & rebus commutabilibus negotiantur, sic hypocritæ, simulata oratione, & alijs fictis virtutibus sibi maximũ lucrum, & negotium facessunt.

Hypocritæ stantes orant, vt videant, & videantur.

100 Et notandum, quod: *Stantes* orant, quia non solum corporis, & animi demissione, & humiliatione carent, sed etiam quia ab omnibus videri, & notari affectant, vt aduertit textus.

CAP. 6. NVM. 6.

Ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Vis orationis Deum debitorem facit

101 REddet, non Dabit, quia vis orationis Deum constituit debitorem.

CAP. 6. NVM. 7.

Orantes autem, nolite multum loqui, sicut hypocritæ tristes.

Breuis oratio cælos penetrat.

102 HInc Ecclesia in suis orationibus breuissima est.

CAP. 6. NVM. 16.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Ieiunij præceptũ omnes Leges transcendit.

103 SUpponitur ieiuniũ, non præcipitur, iam enim in lege præceptum erat.

Tristitia ficta Deo displicet, nõ vera, & proficua.

104 Et notandum, quod non vetat Christus Dominus esse tristes, sed fieri, hoc est fingi tristes.

Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.

Ieiunium hypocritæ faciale tãtum, & apparẽs.

105 EXterminant à præsenti vita, nam mortuorum facies præferunt, & confingunt.

CAP. 6. NVM. 17.

Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

Ieiunia, quæ cõmuniter fiunt, mitigata sunt, & imperfecta.

106 IEiunia ficta, vulgaria, & minus rigorosa ad plures: *Cum ieiunatis.* At vero ieiunium verum perfectum, & rigidum ad paucos, imo ad vnum reducitur: *Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, &c.*

CAP. 6. NVM. 32.

Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.

Nostris Deus indigentijs succurrendis, quantum ex se est, promptissimus.

107 SCio etiam ego, *cui omnia dedit Pater in manus*, vt promptius, & celerius illa vobis impenderem, vestrisque indigentijs abunde succurrerem. Ioan. cap. 13. num 3.

CAP. 6. NVM. 33.

Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

Bona caduca, & temporalia diuina donatione indigna.

108 CUR *adijcientur*, ait, non *Adijciam*? Quia omnia temporalia bona, cum vera

ra bona non sint, nec semper proficua, sed sæpe sæpius nobis nociua; nec Deus se illorum exprimit largitorem, nec dari dicuntur; sed adijci, seu appendi.

CAP. 7. NUM. 9.

Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem numquid lapidem porriget ei?

Pro pane lapis dæmonis oblatio est.

109 QUI lapidem pro pane porrigit, non homo, sed diabolus est: supra cap. 4. num. 3.

CAP. 7. NUM. 16.

A fructibus eorum cognoscetis eos,

Hominis genius, non statim, sed post diuturnam communicationem dignoscibilis.

110 A *Fructibus*, non *a floribus*, ne statim, & primis tantum operibus considerandis de natura, & proprietatibus arboris rationalis crisis fiat: ideo idemmet Dominus doctrinæ suæ semper insistens infra cap. 13. nu. 30. ait: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.*

CAP. 7. NUM. 21.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit in regnum cælorum.

Obliuio Dei, Dei obliuione compensabitur.

111 QUI ergo nunquam dicit: *Domine, Domine*, quomodo in cœlorum regnum introitum inueniet?

CAP. 7. NUM. 23.

Et tunc confitebor illis; quia numquã noui eos.

Diuina misericordia facile credibilis, non sic punitiuus, vigor.

112 DIuus Chrisostomus in imperfecto Homil. 19. sic legit: *Tunc iurabo illis, &c.* Misericors Deus, vt parciturus credatur iusiurandi interpositione non indiget; secus, vt punitu-rus.

CAP. 7. NVM 24.

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram.

Fidelium Congregatio supra petram, cetera super arenam fundatæ sunt.

113 HIC vir sapiens est ipsemet Christus Sapientia Patris, qui pauló post Petro dicturus est: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam*, infra cap. 16 num. 18. Domus vero super arenam fundata videtur esse Synagogam, vel certius Gentilismum. Vide vsque ad num. 27. in sacro textu.

CAP. 7. NUM. 29.

Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi

Prædij dominus potestatem, colonus solum habet administrationẽ.

114 *Potestatem habens*, sicut Hæres, & Dominus vineæ, non sicut agricola, & colonus.

CAP. 8. A NVM. 1.

Cum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens adorabat eum.

Gratia præueniens prius ad nos descendit.

115 HIC gratia præueniens videtur denotari: prius enim Iesus descendit, & statim *leprosus*, hoc est peccator ad eum venit.

CAP. 8. NVM 2.

Domine, si vis, potest me mundare.

Deus, quod vult, potest; homines volunt quæ non possunt.

116 PER conditionatam propositionem, Dei perfectionem explicat, in quo voluntas, & potentia idem tificantur; nihil enim Deus potest velle, quod non possit facere, ad distinctionem hominum, qui multa volunt, quę facere non possunt.

VEL SIC.

Homo vere credens Dee quodammodo compatibilis.

117 Ac si diceret: Si omnia possibilia sunt homini credenti, quanto magis omnia possibilia erunt Domino volenti?

CAP.

CAP. 8. NVM. 4.

Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris

Pœnitentialis fori secretum per semetipsum Christus commendare dignatur.

118 IEsus potentiam suam celari vult, vt peccatoris famæ, & honori consulat, aduertant, quam securam sui opinionem, & existimationem habeant, qui ad Pœnitentiæ secretissimum forum proprias conscientias detegunt.

Sed vade, ostende te sacerdoti, &c.

Christus beneficus omnes liberalitatis leges obseruare dignatur.

119 STatim abire præcipit Iesus, vel vt gratificationem euitaret, vel ne qui paulo ante fuerat leprâ plenus cum suis discipulis remaneret.

CAP. 8. NVM. 9.

Nam, & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites

In dignitate constitutus dignitatis subditus.

120 TAM subiectum se fatetur Centurio potestati, quam milites subiecti sunt Centurioni.

Et dico huic: Vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; & seruo meo: Fac hoc, & facit.

Pro subiectionis qualitate diuersimode subditi tractandi.

121 ALiter subditi politice; aliter subditi despotice tractari debent: ideo Centurio militibus legationes; seruo cetera seruilia opera præcipiebat.

Superior modeste, ac moderate præcipiens promptam obedientiam experitur.

122 Sed cur iste Centurio adeó promptam in vtrisque obedientiam experiebatur? An quia moderate, & modeste præcipiebat, vtpote, qui prius se potestati subditum, quam milites sibi subiectos recognoscebat?

VEL SIC.

Superiori de subditorum corporis, & animæ salute solicito prompte obediatur.

123 Tam prompta subditorũ omnium Centurio obedientia, & obsequio fruebatur, quia eorumdem ægrotantiũ per se ipsum curam gerebat, & cælestem eis medicinam personaliter solicitabat.

CAP. 8. NVM. 10.

Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, &c.

Christus ob nostram doctrinam, vel impossibilia aggreditur.

124 ADmirabilis, & admirari, seu admirationis actiuæ omnino incapax, se, ad eruditionem nostram, admirantẽ ostendere dignatur.

CAP. 8. NVM. 17.

Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit.

Ex generis humani amore Christus infirmatur.

125 QVomodo *infirmitates nostras accepit*, qui nunquam ægrotauit, nec ægrotare poterat, ægrotationes enim naturæ lapsæ supplicia sunt? Primo, per compassionem: Secundo, quia ipse fuerunt causa, & occasio inuidiæ Hebræorum, quæ tot mala, & tormenta Christo peperit, & mortem tandem violentã asciuit.

CAP. 8. NVM. 19.

Et accedens vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris.

Scientia inflat, Charitas vero ædificat.

126 HÆC verba denotant superbã huius scribæ de sua scientia præsumptionem: nondum enim incœperat, & ad iam ad perfectionis culmẽ volebat peruenisse. Cautius, decentiusque dixisset, vt ait Chrisologus: *Sequar te, quocumque iusseris: Ciuilius, & humanius: Quocumque volueris; sed nolunt dicere, nisi superbius: Quocumque ieris.*

CAP. 8. NVM. 20.

Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas, habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.

Ficti virtutis candidati temporalis vitæ incõmoda abhorrent.

127 VT Scribam ficte accedentem â se Iesus abigeret, non alio medio vsus, quã significatione carentiæ temporalium commoditatum.

VEL SIC.

Deipara absente, vel Christo ipsi reclinatorium deest.

128 Cum hæc verba Iesus protulit certe à Maria abiens erat, quomodo enim reclinatoriũ Iesu deficeret, si matris gremium adesset?

UEL SIC.

Spirituum probationem verbo, & opere Christus Ecclesiam docuit.

129 Sic locutus fuit Iesus, vt Scribæ spiritum probaret, & cum illo, sicut cum discipulis castello Emmaus appropinquãtibus Lucæ cap. 24. num. 28. fegesit.

CAP. 8. NVM. 21.

Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.

Qui a Iesu abire intendit, nullum opus bonum perficiet.

130 NON solum huius stetit discipuli error in eo, quod fecerit primum, quod debuerat esse secundũ, vt ait Chrisologus; sed etiam in verbo, quod subsequitur, scilicet: *Ire*, poterat enim non solum patrem funerare, sed illi etiam vsque ad mortem assistere, non abiens á Iesu; sed cum Iesu, & propter Iesum.

CAP. 8. NVM. 24.

Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat.

Creaturæ Creatori famulari possunt, non officere.

131 FLuctus nauiculãope riebant, quasi Domino famulantes; non implebant ad summersionem, vel nauigantium incõmoditatem; seu detrimentũ: ideo forte reprehendit Christus discipulos, quia videntes fluctuũ modestam, & præternaturalẽ obseruantiam, adhuc suffocari, & perire timebant.

VEL SIC.

Persecutionibus Ecclesia nauis laborare potest, non summergi.

132 In hoc euentu persecutiones, & tribulationes nauis Petri, seu Ecclesiæ Christus præsignanit, quę etsi aliquando adeó magnæ futurę essent, vt videri possit, & Iesum dormire, & nauem fluctibus operiri, numquam tamen videbitur submergi.

CAP. 8. NVM. 25.

Et accesserunt ad eum discipuli eius.

In exigua, quoad locum, a Iesu distantia, multum ab eo abesse possumus.

133 IN tam exiguo phaselo adeò â Iesu aberant, adeó distracti & separati erant, vt necessum fuerit exprimere, quod accesserunt?

UEL SIC.

Per crucis tribulationes Christus omnes ad se trahere satagit.

134 Tribulatio magnæ illius tempestatis fuit medium efficax ad hoc, vt Discipuli ad Iesum accurrerent, & accederent; ideo enim solet Deus iustis, & peccatoribus calamitates temporales immittere, istis ad conuersionem, illis ad probationem, omnibus ad accessionẽ, vt omnes trahat ad se ipsũ.

CAP. 8. NVM. 27.

Porro homines mirati sunt.

Carnalis homo Dei magnalia mirari solet, non percipere.

135 *Homines*, idest Nauclerus, nautæ, & viatores; non vero Discipuli: sed discipulis etiam hæc verba aptari possunt; adhuc enim *homines*, idest carnales erant; ideoque mirabantur super signis Iesu.

Dicentes: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?

Carnalis homo scit quod in Christo apparet, quod latet nescit.

136 NON dubitant: *Quis sit*; sed: *Qualis sit*, quia sciebant, Christum esse hominem; sed nondum sciebant, *quid esset in homine*, Ioan. 2.

CAP. 8. NVM. 32.

At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.

Quod cum immundis brutis dæmon, Deo permittente, egit, est quod cum hominibus facere desiderat.

137 DIabolus prius intẽdit præcipitiũ, seu lapsum hominis in peccatum, & postea mortem illius, antequam ex amaro mari peccatorum emergat, seu resipiscat.

CAP. 8. NVM. 34.

Et ecce tota ciuitas exijt obuiã Iesu & viso eo, rogabant, vt transiret à finibus eorum.

Cum

Cum dispendio bonorum temporalium imperfecti Iesum non appetunt.

138 CVM dispendio bonorum temporaliū, non vult Gerasenus, Iesum apud sedegere.

CAP. 9. NUM. 2.

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, &c.

Interiora hominum Deo patent.

139 SI fides actus internus est, quomodo visus dicitur? An quia per externa signa, & actiones expressus? Sed certius per hunc dicendi modum denotatur euidentia, qua Christo Domino interiora omnia tam bonorum, quam malorum hominū patebant: Uide infra num. 4.

CAP. 9. A NUM. 5.

Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico; surge, tolle lectum tuū, & vade in domum tuā.

Quandoque Deus ignorantiæ humanæ se accōmodat.

140 HOC argumentum efficax est, non quidem Dialectico rigore, est enim á minori ad maius; sed ex eo modo, qui *ad hominem* dicitur: isti enim Scribæ difficilius iudicabant, paraliticum corporaliter curare, quā spiritualiter sanare.

CAP. 9. NUM. 8.

Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Hominum amator Deus priuilegia sua ipsis communicat.

141 TAM suprema potestas vni soli homini Deo data fuit, quomodo ergo *data hominibus* dicitur? An quia ex amore amicitiæ, quo Deus hominum genus prosequitur, omnia omnibus vult esse cōmunia? Ideo Ioannis cap. 1. n. 12. dicitur: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.*

Insanus capitis membra participant.

142 An quia; cum Christus, secundus Adamus sit, & caput morale omnium hominum, actiones ipsius omnibus applicantur?

CAP. 9. NVM. 9.

Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio.

Reparatio hominis parallela formationis.

143 VIdit hominem, vt reparatio eodem stilo procederet, ac præcesserat formatio: *Faciamus hominem, &c.* Geneſis cap. 1. num. 26.

Matthæum nomine.

Pecuniosi frequenter auari.

144 CUR addit: *Nomine?* An quia Matthæus *Donatum* significat, & teloniarij, pecuniosique homines non intelligunt de donationibus re; sed nomine tantum, nec ipsis donationes facto, & opere; sed verbo solum, & nomine conueniunt?

CAP. 9. NVM. 11.

Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester?

Inuidorum, & calumniantium oculi vident quod non vident.

145 QUomodo Pharisæi vident Iesum cū publicanis comedentem, à quorū congressu, consortioque omnino abstinebant? Vel quia inuidorum calumniantium oculi, etiam ibi vident, quo non pertingunt: vel quia, vt calumniētur, vident quod non vident. At saltem isti nebulones non aduerterent, ratione actorum, vel agendorum, non á discipulis, sed â Magistro petendā? Sed à discipulis quærunt, quia non volebant ipsis satis fieri, sed malignæ intentioni suæ satisfacere.

CAP. 9. NUM. 13.

Euntes autem, discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium.

Præsumptuosi nil minus sciūt, quā quod magis scire debent.

146 MAgistri legis legem discere mittuntur? Recte quidē: nil enim præsūptuosi magis solent ignorare, quā illud, quod omnium maxime debebant scire.

Præsumptuosi vt plurimum immisericordes sūt

147 Et notandum, hos adeó à misericordia alienos esse, vt nec eius naturam, seu quidditatem speculatiua saltem cognitione pertingerent.

CAP. 9. A NVM. 14.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter; discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus, Numquid possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus?

Baptistæ discipuli a Christi discipulis longe inferiores.

148 NON admisit Ioannes discipulos suos ad tantã charitatẽ, vt filij ipsius appellarẽtur, sicut Christi discipuli.

Christus nuptiarum Ecclesiæ feruidus ambitor.

149 Sed cur se Christus spõsum vocans, habere se filios dicit; cum sponsus cõmuniter dicatur, vel qui nondum de præsenti contraxit, vel saltem matrimoniũ non consummauit? An quia discipuli erant Synagogæ filij, primæ Christi sponsæ, & iam fere repudiatæ, quos ad Ecclesiæ consortium adduxit, de cuius nuptijs iam solicite, & affectiue agebat?

CAP. 9. NVM. 16.

Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinẽ eius à vestimento, & peior scissura fit.

In Lege veteri, etiam actus boni aliquali imperfectione non carebant.

150 HIC innui videtur etiam ipsos virtutis actus in lege veteri aliquali imperfectione non caruisse, vt aliqua intermissio necessaria fuerit ad hoc, vt in lege gratiæ purius, & perfectius exercerentur.

Labor Naturam perficit.

151 Et notandum, quod pannus nouus *rudis* dicitur, qui si iam deseruijsset, honestiori certe vocabulo nunc paretur, vt aduertas, quantum vsus, laborque naturam quamlibet perficiat.

CAP. 9. NVM. 22.

At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Morbis carnalibus statim occurrendum.

152 MUlier sanguiniflua statim curatur; cæci non item, sed spectat illos, vt ipsum domum vsque sequãtur: quia mulieris languor carnalia significat peccata, quę statim curari oportet; alia peccata, in cæcitate designata, longiorem in sui curatione dilationem pati possunt.

VEL SIC.

Hæreticalis error magno conamine, & diligentia adhibita depellendus.

153 Mulieris languor humanæ peccata fragilitatis generaliter significat; cæcitas malitiam hæreticalem denotare videtur, quam non curat Iesus, nisi qui in illam lapsi sunt, & sanari volunt, ipsum vsque ad domum, ideſt Ecclesiam continuo sequantur, & circa fidem examinati recte respõdeant: Vide infra num. 28. *Creditis, quia hoc possum facere vobis, &c.*

CAP. 9. A NVM. 23.

Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite.

Fœmerum ministri in antiqua Lege rapaces, tumultuarij, & auari.

154 TIbicines nondum clangebant, quia ipsis forte stipendia soluta non erant; ideo non ait textus Iesum illos, *audiuisse*, sed *vidisse*: nec reliqua vespillonum turba sua munera obibat, sed super feralis pretij quantitate omnia tumultu, & vocibus replebat.

Ad benefaciẽdum Christus clangoris instrumenta excludit.

155 Sed hos omnes Iesus cur iubet recedere? Tum, quia omnia clangoris instrumenta ad benefaciendum excludit.

In Fidelium funeribus Gentilica pompa Deo displicet.

156 Tum, vt ostenderet, quãtũ ei hæc potius vanitatis gentilicæ, quã pietatis Christianæ in funeralibus exequijs põpa displiceat.

CAP. 9. NVM 26.

Et exijt fama hæc in vniuersam terrã illam.

Bona fama per se diffunditur, non subdolo artificio ad volandum indiget.

157 HÆC est bona fama, quę per se diffunditur; non quæ ab hypocritis fraudulenter, sedulo, & subdole, seu malis artibus disseminatur: ideo forte tibicines, & reliquam turbam á miraculi participatione Christus excluſit

CAP.

CAP. 9. A NUM. 30.

Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte, ne quis sciat: illi autem exeũtes diffamauerunt eum in tota terra illa.

In docti Declamatores plus Euangelicæ veritati nocent, quã proficiunt.

158 CÆCI prohibẽtur Christi magnalia prædicare, & proclamare, ne diceretur, quod qui heri cæci erant, hodie Prædicatores Dei mirabilium euaserunt: & ideo forte de his cæcis præcepto Christi Domini non obsequentibus enuntiat textus, quod *diffamauerunt eum in tota terra illa*, quod verbum frequentius in malam partem accipi solet.

CAP. 9. A NVM. 37.

Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Simultanea multorum apud Deum plurimum valet deprecatio.

159 QVod Christus in quantum Deus concedere potest, & in quantum homo facillime impetrare, cur â discipulis rogari, & postulari iubet? Tum, vt charitatem proximi commendet; tum, vt quantum multorum deprecatio apud Deũ valeat, ostendat.

Operarijs Euangelicis, non multis, sed bonis Ecclesia indiget

160 Et notandum, quod, cum operarios paucos esse prædixerit, non præcepit, rogari Deum, *vt mittat multos*; sed *vt operarios mittat*, hoc est, bonos, feruidos, diligentesque operarios, nam si tales fuerint, non est necessum, quod multi sint: tredecim enim boni operarij ad vniuersam totius mũdi messem satis fuerunt.

CAP. 20. NUM 1.

Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituũ immundorum &c,

Cum diuisione nec virtus, nec potestas stare queunt.

161 AD potestatem conferendã Iesus Apostolos conuocat, & coniungit; non illos seorsim accipit, quia cum diuisione potestas stare nequit.

CAP. 10. A NVM. 2.

Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simõ Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui, & tradidit eũ.

De Primatũ Petri Lex Euangelica nemini dubitare permittit.

162 CVR Petrum in primo loco, & gradu collocans, reliquos Apostolos per subsequentes gradus non coordinat dicens: *Secundus Andræas, tertius Iacobus, &c* Ad aduertendum, quod de primatu Petri nemini dubitare liceat; sed semper constans, & inconcussus permanere debeat; secus de ceteris Ecclesiæ gradibus; ideo Lucæ capite 22. num. 24. dicitur: *Facta est autem, & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.*

Ad bonorum præsentiam proprij defectus vsque ad visibilem clarescunt perceptionem.

163 Sed cur Matthæus cum supra cap. 9. num 9. suam primam vocationem refert, non se publicanum appellat, sed nunc quando iam publicanus non est, sed Apostolus, & inter Apostolos connumerari dignus? An Christi præsentia, aliorumque consortiũ Apostolorum Matthæi oculos detersit, vt defectus suos respiceret, & animaduerteret?

VEL SIC.

Cum quis incipit esse bonus, tunc se fuisse malum incipit cognoscere.

164 Cum Matthæus erat publicanus forte se Apostolum, hoc est, pium, iustum, & sanctum reputabat; postquam vero à Christo Domino conuersus, & in ipsius schola conscribi dignus effectus est, tunc primum se publicanum esse didicit. Uel sic.

Uere humilis se omnium pessimum reputat.

165 In hoc excellens Matthei humilitas resplendet, se enim solum cum Iuda proditore in addito deturpante comparat.

CAP. 10. NUM. 8.

Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate.

Apostoli non solum corporum, sed potissimum animarum medici.

166 INfirmos, mortuos, leprosos, non solum corpore; sed etiam anima *curate*, *suscitate*, & *mundate*.

VEL SIC.

Mors animæ morte corporis longè grauior.

167 Post mortem lepram ponit, quia illa corporis, hæc, peccatum nempe, animæ mors est, quæ infinite grauior, & periculosior est.

CAP. 10. NUM. 9.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris,

Aurum, & argentum non excussum, sed specificè consideratum res sunt pecuniæ commutabiles.

168 POst aurum, & argentum pecuniam ponit, quia sæpe aurum, & argentum pecunia non est; sed species pecuniâ signatâ commutabilis, & comparabilis.

Ne vnus in peccatum incidat plures sunt admonendi.

169 Et notandum, quod forte propter Iudam Iscariotem, hoc consilium Christus D. discipulis omnibus præmature, & prouidenter dedit.

Qui castitatem ob malum finem seruat, eximiæ virtutis huius derogat pulchritudini.

170 Sed cur ait Christus Dominus? *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris*, & non *in loculis, bursis, vel repositorijs vestris*? Zona symbolum castitatis est: *Sint lumbi vestri præcincti.* Lucæ 12. num. 25. Pecuniam ergo *in Zonis* habere est castitatem, non propter Deum, & tam eximiæ virtutis amorem; sed propter auaritiam seruare: quod Deo valde displicens est.

CAP. 10. NUM. 10.

Non peram in via neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.

Euangelizantium pedes, vel nudi, vel modestè calceati speciosissimi.

171 NON existimarem hic Christum discipulis suis, quod nudipedes iter ad prædicandū arriperēt, consiliū aut præceptū dedisse, sed duplicatū calceamētorū, sicut & tunicarū commeatum, prohibuisse: nisi forte voluit, quod *quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona*, omnibus appareret. Ex Isaia Paulus ad Rom. cap. 10. num. 15.

Christiani populi precisa obligatio est quod ministri Euangelici nulla re necessaria indigeant.

172 Sed cur saltem peram ad cibum in craſtinum prouidendū, & virgam ad corporis itinerantis leuamen non permisit? Quia, & Dei prouidentiæ, & instructorum instruendorumque præcisæ obligationis est, quod Euangelici operarij, & decenti ornatu reparati semper sint, & abundanti adeó alimonia recreentur, vt nec in craſtinum eis cura subesse possit, nec iter agentibus vires deficere, taliter quod baculo, vel scipione indigeant, Ideò concludit: *Dignus enim est operarius cibo suo*; & nota, cibum præstandum, non dici, *exhibentis*, sed *operarij*, *proprium*, & quod magis est, *suum*.

CAP. 10. NVM. 11.

In quamcumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.

In distributiua Dei œconomia solùm digni præficiuntur.

173 DIgnus, ideſt, ciuitatis, aut castelli præpositus: in morali enim Christi phylosophia solum digni præficiuntur: nam indigni, qui malis artibus, honores, & dignitates adipiscuntur, nec honorati existimari debent, nec digni.

Euangelicis ministris nec clandestinè docere, nec indecore permittitur diuagare.

174 Et notandum, duo hic Apostolis intimari: primum, ne clandestine, & absque domini hospitij licentia, & beneplacito se permittant hospitari. Secundum, ne, semel hospitio recepti, de domo in domum diuagentur, & cursitent; sed exinde munus suum obeant, & Euangelicam suam legationem expleant.

CAP.

CAP. 10. *A* NVM. 12.

Intrantes autem domũ salutate eam, dicentes: Pax huic Domui: Et si quidem fuerit domus illa digna: veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

Apostolica verba, & potestate plena, & tamquã sacramenta suspicienda.

175 TAntam Christus Apostolis in sui muneris exercitio potestatem, & authoritatem concesit, vt verba ipsorum, ad Sacramentalium modũ, operatiua essent; idque, quod significabant, in subiecto capaci efficerent.

CAP. 10. *A* NVM. 16.

Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos, &c.

A subdolo adulatore cautius, quam ab hoste manifesto cauere oportet.

176 CVM Christus discipulos suos, *sicut oues* inter circumstantes luporum cateruas mittat, cur non á lupis, sed ab hominibus cauere? præcipit Præsertim, cum Hieronymus, quẽ fere omnes sequuntur, hic per lupos homines intelligat. An, quia hic per *lupos*, homines inimici, & persequentes, intelliguntur, per *Homines*, adulatores, & blandientes significantur, á quibus grauius imminet periculum, ac propterea cautius, diligentiusque cauendum?

Minister Christi etiam bruta animãtia suspiciat, vtneminem despiciat.

177 Et notandum, quod hic Christus discipulos suos tribus animalium speciebus: ouibus scilicet, serpentibus, & columbis non solum comparat, sed etiam eorũdem magisterio subijcit, vt discant homines non despicere, qui iubẽtur bruta animantia suspicere.

Quis, serpens, & columba Christianæ perfectionis symbolicum magisterium.

178 Sed in quo ab his tribus mysticis speciebus discipuli Domini debent erudiri? Ab ouibus, quod tamquam victimæ ad sacrificia destinati sunt. A serpentibus, pro capite, seu Fide seruanda totum corpus disecandum exponere, & obijcere. A columbis, in præsenti vita meditari, & orare, & pro cœlesti patria suspirare, & gemere.

VEL SIC.

179 In his tribus mysticis animalium speciebus, Martyres, Doctores, & Confessores symbolizati sunt. *Vide sup. n. 178.*

CAP. 10. *NVM.* 20.

Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Verborum Fidei Sanctus Spiritus præcipuus promotor est.

180 VErba fidei Diuinæ, etsi ex ore humano exeant, non ab homine, sed â Deo proferuntur, qui per illa *vbi vult, spirat.*

CAP. 10. *NVM.* 28.

Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam.

Iudicij vniuersitatis dogma à Christo D. verum ac sæpe expressum.

181 IN his verbis iudicij vniuersalis dogma videtur contineri.

CAP. 10. *NVM.* 35.

Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.

Discreta separatio ordinem inducit, non confusionem.

182 SEparare, ideſt, ordinate diuidere, & discernere, non contrariare, vt explicatur infra n. 37. Ideo sponsa Canticorum 2. num. 4. dicebat: *Ordinauit in me charitatem.*

CAP. 10. *NVM.* 42.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Aquam

Aqua frigida necessitati naturæ, gelida luxui conuenit.

183 AQuam frigidam dicit, quæ ad sitim sedandam aptior, & naturæ salubrior; non *gelidam*, quæ insalubris,& potius ad luxum, quam ad naturæ necessitatem inuenta, & vsitata.

CAP. 11. NVM. 1.

Et factum est, cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transijt inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Sanctorum necessitudo multa bona spiritualia inducit.

184 HOC instructionis,& prædicationis beneficium videtur Christum Dominum in discipulorum gratiam illis ciuitatibus,quę eorum patriæ erant,contulisse: Hinc quot,quãtaque bona,præsertim spiritualia, ex viris sanctis proueniant ijs, qui ipsis quoquomodo coniuncti sunt,licet colligere.

VEL SIC.

Patria respectu filiorum suorum frequenter nouercam agit.

185 Noluit Christus discipulos suos in proprijs patrijs,& ciuitatibus Euangelicam legationem, & prædicationem exercere, eorũdem honori cauens; sciebat enim: *Non esse prophetam sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua*, infra cap. 13. num. 57.

VEL SIC.

Qui Dei causam agunt, causarum suarum Deum actorem lucrantur.

186 Apostoli s in Christi legatione, & Euangelica missione occupatis, Christus per se ipsum in omnibus eorum paternis ciuitatibus Euangelistam agit, vt aduertamus: quod cum Dei causas, & negotia diligenter agimus, Deũ per se ipsum res nostras speciali prouidentia agere,& curare.

Viri perfectionis cupiãt consilia Diuinatam quam præcepta admittunt, & obseruant.

187 Sed cur cum ea, quæ Iesus discipulis suis capite præcedente commendauit, communiter consilia tantum fuisse, existimentur, hic ad præcepti naturam eleuantur? An, quia quæ viris sanctis á Deo sub consilio proponuntur, ipsi adeó prompte alacriter,& exacte adimplent, ac si sub præcepto formali intimata fuissent?

CAP. 11. NVM. 2.

Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi.

Gratia Dei non est alligata.

188 QUI in Dei gratia persistit nullis corporis vinculis præpeditur, quin Dei magnalia percipiat.

Ioannes Christi vox, Christi opera Ioanni verba.

189 Sed cur Ioannes *opera Christi*, dicitur audisse,non *vocem, seu verba*? An quia Ioannes, cum vox Christi esset, se ipsum audiẽs, voces, & verba Christi audiebat, solumque opera audienda restabant?

VEL SIC.

Vide suprà num 189.

190 Ioannes sciebat, Christũ esse Dei Verbum personatum,pro eodem ergo Ioanni erat Christi opera audire,ac Verbum Dei auribus,menteque percipere.

Mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es,qui venturus es.

A, propter Christum afflicto,& tribulato, Christus absentari nequit.

191 NON dicit textus: *Ait per illos*, quasi absens,sed: *Ait illi*,quasi præsens cum Christo loqueretur, quia à vincula,& tribulationes pro Christo patiente Christus abesse, & absentari nequit.

Hebræi, etiam cum de Messiæ aduentu bene sentiunt, impropriè loquuntur.

192 Sed de modo loquendi Ioannis per internuntios discipulos dubitare liceat: Quomodo, qui iam est, *venturus est*? An Ioannes Hebræorum incredulitatem fugillat, eorum dubitabundo de Christo loquendi stilo, & more vtens? Et notandum, quod Hebræi, etiam cum bene de Messiæ aduẽtu sentire videntur, impropriè tamen, confuseque loquuntur.

CAP. 11. NVM. 7.

Illis autem abeuntibus cæpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne.

Tur-

Christi discipulus Baptistæ merita, & dignitatem ignorare nequit.

193 TUrbas de Ioannis virtutibus informat Iesus, non vero discipulos suos, qui iam de Ioannis dignitate. & merito certiorati, & certificati erant.

VEL SIC.

Meritorum Ioannis, ac virtutũ Solus Christus declamator dignus.

194 Hæc quædam parentatio, seu honoraria de Ioanne iam morituro declamatio fuit, in qua Christus Ecclesiastem, seu concionatorem agere dignatus est; ideo non *ad discipulos* in particulari; sed *ad turbas* in communi proclamat.

Vide supra num. 194.

195 Sed cur per se ipsum, nõ per aliquem è discipulis, tunc adstantibus Euangelistam agit, & panegiristam? Certe ad denotandum de Ioannis meritis, & virtutibus solum Christum dignum oratorem, & declamatorem esse posse.

Baptistæ laudes initium habere possunt, numquam finem.

196 Cur autem laudatoriam Ioannis declamationem Christus dicitur *incæpisse*, cum *finisse* non dicatur? Certe, quia Ioannis laudes initium quidem habere possunt; sed finem habere non possũt.

CAP. 11. NVM 11.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno Cœlorum maior est illo.

Solus Christus Ioanne Baptista Maior.

197 MInor in regno cælorum, hoc est, Ecclesia, Christus est, qui semetipsum exinaniuit, qui solus *Ioanne maior*, dicendus est.

VEL SIC.

Antonomasticus Ecclesiæ Minor, nempe Franciscus Ioãne Baptista maior, proclamandus.

198 Cum regnum Cælorum præsentis temporis Ecclesia dicatur, & lex, & prophetæ vsque ad Ioannem durauerint, dicendum videtur, *Sanctum Minorem*, legis gratiæ, nempe *Franciscum*, Ioanne Baptista maiorem non solum dici, & proclamari posse; sed etiam re vera fuisse, cui expositioni fauet, quod Ecclesia ex hoc ipso capite â num. 25. pro beatissimo Francisco Seraphico celebrando Euangelium desumit.

CAP. 11. *NUM.* 29.

Tollite iugum meum super vos, & discite á me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.

Humanæ leges corpora, Christi lex animos componit.

199 FOrte in legibus humanis requies corporis inuenietur; at vera requies animę in sola Christi lege inueniri potest.

CAP. 11. *NUM.* 30.

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Christi gratia nil graue, & onerosum est.

200 PArticula: *meum*, & *iugum* suauificat, & *onus* leuificat.

Lex diuina nulli grauat, quia omnes obligat; leges humanæ omnes grauant, quia nõ omnes obligant

201 Sed cum lex Christi revera *iugum*, & *onus* sit, & in aliquibus grauis appareat, cur *iugum suaue*, & *onus leue* dicitur? An quia cum ab omnibus nullo dempto, seu excepto feratur, onus interpene innumeros distributum vsque ad leuitatem decrescit, & sic leue, & suaue est, quod cuique ad sufferendum obtingit? At reliquæ omnes humanę leges (cum multos eximant) & grauant in ijs, quæ præcipiũt, & aggrabant in ijs, quos excipiunt.

CAP. 12. *NUM.* 1.

In illo tempore abijt Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.

Sanctorum actiones, etiam indifferentes, ab inuidorum calumnijs eruendæ.

202 PRius discipulorum esuritionem exprimit, & posterius vulsionis spicarũ incœptionẽ, vt constaret, illos ex vera necessitate, non ex animi leuitate, aut hilaritate, vt assolent qui per camporum sata diuagantur, spicas à Pharisæis visas, & inuisas collegisse.

CAP.

CAP. 12. NUM. 2.

Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.

Maligne inuidi vno ictu plures fe rire intendunt.

203 ECCE dicunt Pharisæi, vt vno ictu, & discipulos de transgressione sabbati accusarent, & Magistrum de negligentia in discipulorum perscrutandis, & corripiendis excessibus fugillarent.

Vide sup. n. 203.

204 Sed cur dicunt: *Sabbatis*, & non: *Sabbato*, cum non constet, illam á Pharisaicâ censurâ enormem transgressionem reputatam, alijs sabbatis á discipulis fuisse repetitam? Certé per hunc dicendi modum multas alias diuersasque sabbatorum transgressiones, & violationes in discipulos, Magistrumque conijcere subdole intendebant.

CAP. 12. NUM. 3.

At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?

Præcellentiũ hominum actiones imitatoribus excusationem præbent.

205 MAgnorum principum actiones tantam vim, & efficaciam habent, vt etsi contra legem fiant, imitatoribus sufficientem excussationem præbeant.

Synagogæ panis arctus, & limitatus; Ecclesiæ cœlestis panis abundantissimus & omnibus propositus.

206 Et notanda Ecclesiæ præsynagoga dignitas, & magnificentia: in synagoga panis Eucharisticus figuratiuus ad solos sacerdotes, & intra templi sepia limitabatur; at in Ecclesia Eucharisticus panis verus omni viuenti, & in omni loco, etiam non sacro, si necessitas postulet, conceditur: ideó Christus in fractione, & porrectione panis á discipulis cognitus: Lucæ cap. 24. á num. 30.

Maligni detractores, quæ accusandi ansam præbent, perlegunt, quæ excusandi, illecta relinquũt.

207 Sed cur ait Christus Pharisæis: *Non legistis?* Certe ad innuendum, malignos detractores, & accusatores ea, quæ ansam accusandi præbent, semper legere, quæ autem excusandi motiuum exhibent, numquam legere, aut lecta nolle intelligere.

CAP. 12. NUM. 12.

Itaque licet sabbatis benefacere.

Christus corporis sanitatem cõfert cum animæ salu, ti congruit.

208 PHarisæis supra num. 10. superlicita in sabbatis curatione quęstionem inuidam excitantibus, Christus ad beneficientiam reducit, & quæstioni resolutorie respondet: quia Christus miraculose corporalem salutem non solet concedere, nisi cum salus concessa ægrotantis beneficium est.

CAP. 12. NVM. 13.

Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Sanitas miraculose acquisita, nõ debilis, sed roborata.

209 CVR ait: *Sicut altera?* Ad denotandum, integræ, perfectę, & robustę sanitati manum aridam restitutam fuisse, non debili, ac decursu temporis roborandæ, ac si naturaliter curata per medicinæ artem fotet, ideo manui numquam læsæ comparatur.

VEL SIC.

Peccatores vere resipiscens taliter Dei sit amicus, ac si numquam inimicus fuerit.

210 In hoc arido reuiteſcenti significantur ad amicitiam Dei per gratiam restituti, qui taliter á Deo amantur, ac si ab ipsius gratia nunquam excidissent.

CAP. 12. NVM. 19.

Non contendet, neque clamabit.

Disputatrix cõtentio semper clamorosa.

211 NOta, quam coniuncta sit disputatrix contentio cum clamore, vt ex vnius negatione videatur subsequi negatio alterius.

CAP.

CAP. 12. *NVM.* 45.

Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi.

Vitia homini dæmone peiora

212 SEptem vitia capitalia, quæ peiora, & hominibus nocentiora sunt, quam ipse dæmon.

CAP. 12. *A NVM.* 49.

Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

Perfectus Religiosus nullum Sanguinis necessitudinem agnoscit.

213 HIC summam religiosi status perfectionem, videtur, Christum recopilasse: perfectus enim regularis, religionem suam pro vtroque parẽte, ceteriſque consanguineis æstimare debet, nec alios habere, vel appretiare præter ipsam, fratresque eiusdem instituti professores.

CAP. 13. *A NVM.* 1.

In illo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens, sederet: & omnis turba stabat in littore.

Cum Christus adest, maris etiam inconstantiæ cessat.

214 CUM adest Iesus: & in ipso mari silentio, & in littore statio quieta, fida, & secura est.

CAP. 13. *NVM.* 12.

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

In morali consideratione parum virtutis pro nihilo reputatur.

215 QUinque talenta dãtur, alia quinque ex proprio ingenio, & industria negotiationis spiritualis superlucraturo. Sed quomodo, qui non habet, quod ab eo auferatur habere potest, eum habere, & non habere contradictoria sint? *Habere, & non habere* sunt quidem contradictoria physice, sed non moraliter: in hac enim consideratione, cum parum pro nihilo reputetur, qui parum virtutis habet, quasi nihil haberet á Deo existimatur, & aliunde in eo miseræ adquisitionis statu diu permanere nequit.

VEL SIC.

Homo virtutibus, & vitijs præditus ens chimericum.

216 Homo vitiosus, cum aliqua specie virtutis, est quoddam ens chimericum ex contradictionibus coalescens, & compositum: ideo frequenter in Sacra Scriptura de talibus enuntiatur, quod *videntes non vident: audientes non audiũt: percipientes non intelligunt.*

CAP. 13. *NVM.* 15.

Incrassatum est enim cor populi huius & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant, & conuertãtur, & sanem eos.

Rebus Fidei cordialiter assentiendum.

217 RES Fidei dicuntur cordæ intelligendę: requirunt enim deuotionem, & piam animi affectionem.

CAP. 13. *NVM.* 17.

Amen quippe dico vobis; quia multi prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt.

Christus ab antiquis patribus non prænuntiatus solum, sed præcognitus.

218 HInc infertur, multos patriarchas, & prophetas præsertim primi gradus, vt Adam, Noe, Abraham, Dauid, Isaiã, Ezechielem, & alios habuisse claram de Christo, & eius mirabilibus cognitionem, nõ tantum confusam, vt non pauci autumant expositores.

CAP. 13. *NVM.* 18.

Vos ergo audite parabolam seminantis.

Qui quæ audit non intelligit, ac si non audiret, reputandus.

219 AVdite parabolã: Cur nõ ait Christus D. *Intelligite parabolam?* Quia etsi discipuli illam parabolam, cum turbæ proponeretur, audierint: Cum illam non intellexerint, sic gerebant se, ac si nunquam audiuissent.

CAP.

CAP. 13. NUM. 19.

Omnis, qui audit Uerbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est.

Qui ad salutem necessaria intelligere non vult, vel negligit, culpæ, & pœnæ reatum incurrit.

220 CUR non intelligens diabolica rapina mulctatur, cum in hoc culpabilis non appareat? Uel quia *noluit intelligere, vt bene ageret*, vt psalmo 35. num. 4. notatur: Vide quæ ad hunc locum animaduersa sunt. Vel quia cum necessaria ad salutem non intelligeret debitam diligentiam ad intelligendum non adhibuit: ideo passim sunt in via, & secus viam mundi plurimi non intelligentes viam veræ salutis, & æternæ vitæ.

Diabolus assumit pennas, vt homines pœnis immergat.

221 Sed cur diabolus sub volucris cœli larua in hac parabola supra num 4. à Christo Domino introducitur? Uel quia de cælo cecidit: vel quia frequenter se in Angelum lucis transformare solet, vt homines, præsertim spirituales decipiat: vel quia sicut volucris modulans audientium auribus lenocinatur, sic diabolus semper delectationes sensuales suggerit. Uel quia ad homines decipiendos non ambulat, non currit, sed peruolat.

CAP. 13. A NUM. 28.

Serui autem dixerunt ei: Uis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis, & triticum.

Euangelici declamatores munus suum caute, & prudenter obeant.

222 HOC valde aduertere debent serui, & ministri Domini, seu oratores, & declamatores Euangelici, quibus magna prudentia opus est, ne plus in area Domini laborantes semeti noceant, quam proficiant: Uide quæ ad cap. 3. Isaiæ à num. 1. notata sunt.

CAP. 13. NUM. 30.

Sinite vtraque crescere vsque ad messem.

Propter iustos mali non statim pereunt.

223 PROpter bonos mali, & iniqui à Deo tolerantur per totum naturalem ipsorum vitæ periodum: alioquin statim delendi, & ex area Ecclesiæ eradicandi.

CAP. 13. NUM. 55.

Non ne hic est fabri filius? Non ne mater eius dicitur Maria?

Nec Iesum ipsum propria Patria honorat.

224 NON filium Iosephi vocant, vt re vera esse putabant, ne Iesum Dauidicæ stirpis honore decorarent; sed fabri filium appellant, vt Iesum, ex humili existimati parentis exercitio, aliquali de decore, & despectione afficerent.

Quandoque Deus, in gratiam Fidei, malignæ intentionis linguam dirigit.

225 Sed etsi ipsi ex maligna intentione loquerentur; attamen Spiritus Sanctus eorundem linguam gubernauit, ne Iosephum, & Mariam in eadem clausula coniungerent, sed distinctis clausulis diuiderent, & matrem ex proprio nomine, patrem suppresso nomine proprio, ab exercitio compellarent, vt sic veram vtriusque naturæ filiationem exprimerent, nomine fabri, fabricatore totius vniuersi Deo patre æterno sufficienter ab ipsis significato, & recte à nobis subintellecto.

CAP. 13. NUM. 57.

Et scandalizabantur in eo, Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.

Propheta in Patria sua non solum honoribus caret, sed etiam despectibus abundat.

226 IN patria, & in domo sua propheta non solum non honoratur, sed etiam inhonoratur, & despicitur: non solum debita æstimatione caret, sed iniqua, & iniusta vilipensione mulctatur.

CAP.

CAP. 14. NUM. 4.

Dicebat illi Ioannes : Non licet tibi habere eam.

Mille effugijs se principes à legũ obedientia eximere conantur.

227 NON ait Ioannes Herodi : *Non licet secundum legem nostram vxorem fratris viuentis sibi assumere, & vsurpare*, sed: *Non licet tibi* : nam si generaliter loqueretur, non existimaret rex se communibus legibus obligari, & obstringi ; vel saltem, vt Idumæus se ab Hebræorum legibus exemptum esse.

CAP. 14. NVM. 5.

Et volens illum occidere, timuit populum.

Rex populi frænum, regis populus.

228 ÆQue conueniens est, quod rex timeat populum, quam quod populus timeat, & vereatur regem, vt sic ad inuicem in actionibus iniquis fræneutur, ac reprimantur.

VEL SIC.

Inter regem, & subditos bonos viget amor ; inter iniquos timor.

229 Rex, & populus iniqui, & mali ad inuicem timentur: rex, & populus boni, & morigerati ad inuicem amantur.

Quia sicut prophetam eum habebant.

Rex, qui Ecclesiæ ministrũ in æstimatione habet, eius monitis acquiescit.

230 NON quidem Herodes ; sed vniuersus populus ; ideo non ait textus : *Sicut prophetam eum habebat*, sed: *Habebant*. Nam si Herodes Ioannem tanquam prophetam æstimauisset, ipsius profecto salutaribus monitis, consilijsque acquieuisset.

CAP. 14. NUM. 6.

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.

Cæco amore præuento placent, quæ cæteris displicent.

231 SAltus illi, vtpote inordinati, & feminei sexus impropriij non dicuntur cæteris recumbentibus placuisse, sed solum Herodi cæca affectione præuento, & offuscato.

CAP. 14. A NVM 9.

Et contristatus est rex : propter iuramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant iussit dari, misitque, & decollauit Ioannem in carcere.

Lasciuus amor mentem excæcat, & discursum eliminat.

232 NVM Herodes ignorare poterat, iuramentum ipsius ad illum casum ob materiæ iniquitatem non se extendere? Uel cur saltem non timet populum, quem paulo ante tantopere verebantur? Sed rex lasciuæ passioni traditus omni non solum legitima, & regulata, sed etiam politica, imo & rationali consideratione priuatus manet.

CAP. 14. NVM. 11.

Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ.

In tyrannorum conuiuijs crudelitas fercula ministrat.

235 AB alijs ad alios transit discus, vt omnes comederent ex ferculo, quod crudelitas tali conuiuio præparauit, decoxit, & condiuit.

CAP. 14. A NVM. 15.

Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius ; dicentes desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis : Non habent necesse ire : date illis vos manducare.

A languoribus peccatorum sanati, non corporeo, sed spirituali doctrinæ cibo indigent.

234 OMnes fere istæ turbæ ex languidis nuper sanatis componebantur, qui simul cum miraculosa curatione taliter á Christo Domino confirmati, & viribus roborati fuerunt, vt corporali cibo non indigerent: Vnde ipsis necessarius non erat corporalis cibus, sed spiritualis, quem Apostoli ministrare debebant, ideoque dixit eis Iesus : *Date illis vos manducare*, & ideo etiam

exhibitus cibus figura cibi spiritualis Eucharistici fuit.

CAP. 14. NVM. 24.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

Vanitatis ventus semper naui Ecclesiæ contrarius

235 VAnitatis ventus sēper naui Ecclesiæ contrarius fuit, & semper erit.

CAP. 14. NVM. 26.

Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est.

Vanis Ecclesiæ ministris Christus euanescit.

236 MInistri Ecclesiæ, qui vanitatis vento feruntur, nec in vera humilitate solidati sunt, semper Christū quoddam phantasma esse ipsis videtur.

CAP. 14. A NVM. 28.

Respondens autem Petrus dixit; Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Ueni.

Per baptismales aquas ad Iesum itur.

237 PER aquas Baptismatis ad Iesum recta via itur.

VEL SIC.

Per tribulationū aquas ad Iesum itur.

238 Per aquas tribulationis ad Iesum recta via itur, ac peruenitur.

CAP. 15. A NUM. 10.

Et conuocatis ad se turbis dixit eis: Audite, & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Leuiora legis præcepta superstitiose obseruare, & grauiora contemnere Deo displicentissimum.

239 NON ne delectus ciborum fuerat in lege præscriptus, & variæ animalium species prohibitæ Leuitici cap. 11. Cur ergo contraria videtur legi doctrina Christi, qui venit, legem non soluere, sed ad implere? Hinc inferri potest non omnia in veteri lege pręcepta grauiter obligatoria fuisse: Vel certius: hic taxari eos, qui de leuioribus in lege pręscriptis studiosissima, & diligentissima superstitione curabant, grauioribus, & substātialioribus neglectis; quod vitium, ne in Ecclesiam suam obreperet, iam ex tunc Christus Dominus solicite satagebat.

Non Sacramentalia solum, sed & multa alia Christi D. verba practica fuisse plusquam certum est.

240 Et notandum, quod dicens Christus: *Audite, & intelligite*, sensum, & intellectionem audientium aperuit, & illustrauit, vt ipsius doctrinam proferendam intime, & comprehensiue perciperent: ideo forte Petro infra num. 15. expositionem parabolæ huius petenti respondit Christus: *Adhuc, & vos sine intellectu estis?* Per quę verba adeó rudes tunc esse discipulos declarauit, vt non solum intellectuæ exercitio potentiæ, sed ipsa etiam potentia intellectiua carere viderentur.

CAP. 15 A NUM. 25.

At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, ad iuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus

Gentilismus ob Fidei docilitatē semper Deo charus, & æstimatus

241 NON dixit Iesus: *Proijcere*, sed: *Mittere*, nam cum de Gentilismo sub canum metaphora loqueretur, maluit termino minus proprio, quam despectiuo vti.

CAP. 15. NUM. 28.

O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Respectu beneficiorum à Deo humanogeneri collatorum, dæmoniorum eiectio mica est.

242 CUR cum admiratione, huius insignis mulieris fides extollitur? An quia existimauit filiæ energumenæ curationem esse micā respectu lautissimi conuiuij, & splendidissimæ refectionis beneficiorum generi humano à Christo Domino exhibitorum, & exhibendorum?

Sed

Deiparæ Fidei nulla alia æqualis, nec comparabilis.

243 Sed cur non dixit Iesus: *O mulier: maxima est fides tua?* An ne Mariana fidei alterius cuiuscumque fides comparari posset?

CAP. 15. NUM. 32.

Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ, quia triduo tam perseuerant mecum.

Trinitatis Fides fidelium rã animæ, quam corpori proficua.

244 TRiduana cũ Christo perseuerantia ob fidei constantiam, & mysticam significationem, & laudem á Christo Domino meretur, & tam animæ, quam corporis refectionem.

Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Per viã gradientes perfectionis Deum, & pastorem, & doctorem sortiuntur.

245 DEus per se ipsum pascit in via perfectionis ambulantes, ne in ea deficiant.

VEL SIC.

Christus ad se accedentes cibat

246 Christus neminem ad ipsum accedentem ieiunum dimittit.

CAP. 15. NUM. 33.

Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam?

Veris Christi discipulis doctrina semel tradita numquam exoleuit.

247 OPtimis discipulis doctrinam á Christo Domino supra cap. 14. nu. 16. exhibitam repetere necessum non fuit, vt se ad turbam alendam, & reficiendam obligatos recognoscerent; ideo non dicunt: *Vt saturetur turba:* sed *vt saturemus turbam.*

VEL SIC.

Verus, ac perfectus Religiosus doctrina, & exẽplo suo fideles pascit.

248 Viri religiosi in deserto degentes, & austeram, asperrimãque vitam agentes satis habent, quo fidelium turbam vsque ad saturitatem reficiant, ædificatione, scilicet, & exemplo suo.

CAP. 15. NUM. 38.

Erant autem qui manducauerunt, quattuor millia hominum, extra paruulos, & mulieres.

Paruuli, ac mulieres difficile regulabiles.

249 CUR paruuli, & mulieres à numero excluduntur? An quia gens difficile regulabilis est?

VEL SIC.

Deus non solum dat, vt habeamus sed vt, & alijs elargiri possimus

250 Forte Apostoli pueris, & mulieribus non diuiserunt panẽ; sed viris tantum, dantes cuique sufficientem portionem, quam pueris, & mulieribus ad se pertinẽtibus distribueret, vt etiam ibi vnusquisque pater familias esset, ope diuina, familiæ suæ altor.

CAP. 16. NVM. 1.

Et accesserunt ad eum Pharisæi, & Sadducæi tentantes.

Non omnes, qui ad Christum accedunt, ipsi approximant.

251 SÆpe isti præsumptuosi, & scioli legis doctores accedunt ad Iesum, non vt ipsi approximent; sed vt ab ipso longius discedant.

Qui ad Iesum rõ recte accedunt tentantes accedunt.

252 Sed cur, *tentantes* accedunt? Non miror, quod isti tentatores *tentantes* ad Iesum, accedãt; *cæci enim sunt, & duces cæcorum:* supra cap. 15. num. 14.

CAP. 16. NVM. 12.

Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.

Doctrinæ diuinæ legis cibus nobis quotidianus esse debet.

253 DOctrina legis pani æquiparatur, quia debet esse quotidiana, & continua: Vide quæ ad psal. 1. num. 2. notata sunt.

Diuinæ doctrinæ panis charitatis igne decoquendus.

254 Sed cur massę integræ, seu pani crudo comparatio fit? An quia debet igne charitatis decoqui, priusquam consideratione, & praxi masticetur, & perfectam accipiat digestionem?

CAP. 16. NUM. 28.

Amen dico vobis, sunt, quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

Viris sanctis mors gustum, non nauseam excitat.

255 A Viris Apostolicis, & perfectis mors gustatur; non nauseâ, seu aliâ inuincibili naturæ repugnatia deuoratur.

CAP. 17. NUM. 5.

Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

Deus voluntatē suam probat, & examinat, vt nostras nos velleitates corrigamus

256 Bene, ideſt, æque, & rationabiliter: quasi in diuinam Patris complacentiam aliquod minus iustæ velleitatis vitium posset irrepere, illam reflexiua, & expressa qualificatione ad nostram proponit instructionem.

VEL SIC.

In eo quod sit perfectissimæ obiectum dilectionis Generatio diuina ab humanis differt generationibus.

257 Omni paternitati naturalis, & necessaria filiorum complacentia inest: in hoc diuina, & humana differunt, quod illa semper bona iusta, & perfectissima: hæc á rectitudine, & perfectione frequenter deficit: hoc ergo loquendi modo sapientissime æternus Pater diuinam Christi filiationem, & generationem expressit electis discipulis percipiendā.

CAP. 17. A NVM. 14.

Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

Ægrotantis indispositio medeti non debet imputari.

258 Quis lunaticum curare, nisi solus Deus queat, cū enim vt ait firmus quæritur, sanus, & mentis compos inueniri solet, quando velut sanus cum eo agitur, inopinato delirans, & inops mentis reperitur, ideo impotentia ab isto incredulo parente in discipulos iactata condigna seueritate á Christo Domino fuit reprehensa.

CAP. 17. NVM. 18.

Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum?

Prælati defectus suos humiliter recognoscāt sed imprudenter non propalent.

259 Caute, & secreto accedunt discipuli ad Iesum humiliter de se sentientes, & certo existimantes, non ob diuinæ inefficaciam potentiæ; sed ob ipsorum virtutis defectum, quem non deceret propalare, ad illam curationem non pertinxisse: propterea subdunt: *Quare nos non potuimus eijcere illum?* Alioquin dicturi: *Quare non dedisti nobis tātam virtutem, quæ sufficeret ad eijciendum illum?*

CAP. 17. A NVM. 23.

Et cum venissent Capharnaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait: Etiam.

Obligationes iustitiæ non discutiendæ, sed statim ad impleēdas.

260 Statim, ac vocem obligationis, iustitiæ significatiuam, scilicet: *Soluit*, audiuit Petrus, affirmatiue pro Iesu respondit, non dubitans, ipsum impletioni illius illico consensurum.

Regalis exactor modeste munere suo fungens laude dignus.

261 Et notandum de modestis illis tributi generalis exactoribus dici, quod: *Accipiebant*, forte ad sugillandos alios eiusdem muneris immorigeratos, & crudeles executores, qui didrachma non accipere, non recuperare malunt, sed extorquere.

VEL

Regalia pensa laici soluũt; Ecclesiastici, & Leuitæ donant.

VEL SIC

262 A subditis Ecclesiasticis didrachma regium non tanquam debitum iustitiæ exigitur; sed tanquam gratuita donatio in casu grauis, & vrgentis necessitatis accipitur. Vide textum subsequentem n. 268.

Et cum intrasset in domum præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? A filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.

Maluit Christus, in quantum homo, Israelitico sceptro carere, quam ius suum ad illud litigare.

263 IN hac prænentione, & cum Simone Petro collocutione insinuare videtur Christus suum ius per legitumam à regibus Iuda successionem, in temporalem Israel coronam, licet inter homines ob temporis transcursum, & multimoda accidentia non satis cognitum, & valde confusum.

Petrus singularis Christi in status negotio consiliarius.

264 Et notandum, hanc grauissimam Christi *status* materiam ex omnibus discipulis soli Simoni Petro participatam, & cum ipso collatam, & communicatam fuisse.

CAP. 17. NUM. 26.

Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, &c.

Vt scandala publica euitentur, vel integrũ regnum dispicienũ

265 POterat quidem Iesus excusatione illius tributi solutionis, si non regnum temporale Israeliticum asserere, & adipisci, iuri saltem suo non officere, sed illæsum conseruare: ast, vt scandalum euitaretur, non solũ ius ad regnum Israeliticum temporale Christus parui pensit; sed etiam regnum adeptum, & pacifice possessum parui pensurum crederem.

Mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem.

266 ILle piscis non primus; sed vltimus videbatur ascensurus, vtpote stateris pondere grauatus; sed cum ditior ceteris esset, fuit etiam cupidior, & ideo ad prædam in hamo demissam præcucurrit. *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

267 Sed quomodo tam prõptum, & in ore habebat staterem? An vt virtute, quasi magnetica cibum hami attraheret? *Suum habet nũmus magnetismum.*

Illum sumens da eis pro me, & te.

268 DA, gratuita scilicet exhibitione; non *solue*, quasi debita satisfactione. Vide supra num. 262. *Vide sup. n. 262.*

269 Vel: *Da*, ob euitandas importunas valde exactorum persecutiones, & molestias; ideo non dixit Christus Dominus: *Da ei hoc* est Cæsari, aut Principi, sed: *Da eis*, ideſt, exactoribus. Vel sic. *Ob litigiorũ molestias euitandas vel in debita, ex consilio Christi D. exhibenda. Mat. cap. 5. n. 40*

270 *Da eis*, ideſt, exactoribus, seu Cæsareis ministris, isti enim, non principes, sunt, qui ex huiusmodi redditibus ditescunt, & hoc pauperum sanguine hi rudines istę nutriuntur, & impinguantur. *Regalibus tributis non ditescunt reges, sed exactores.*

CAP. 18. NVM. 2.

Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum.

271 QUem Iesus ad se vocat, *statuit*, hoc est, firmum reddit. *Christi vocatio vocatum firmat.*

CAP. 18. NVM. 10.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.

272 QUi pusillum fidelem contemnit, Angelum ipsius custodem contemnit. *Custos Angelus clientis honorem suum reputat.*

273 Sed cur de Angeli ante Deum præsentia in hac occasione mentionem facit? Vel ad denotãdum, Angelũ corã Deo statim eliẽtis sui contemptorẽ accusare: vel ad innuendũ magnã in Deũ irreuerentiã ex contẽptu ministri corã tanta Maiestate existentis fieri. *Angelus custos statim corã Deo clientis sui contemptorem accusat.*

CAP. 18. NUM. 19

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quācumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est.

Pluriū inter se consentientium oratio apud Deū valde efficax.

274 EFficacissima quidem apud Deum est plurium petitio, & oratio, sed inter se consentientium.

CAP. 18. NVM. 20.

Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

In Concilijs, & congressibus vbi Fidei causa agitur, certissime Deus adest.

275 NOtanda certissima Dei assistentia in omnibus fidelium cætibus, & cōgregationibus contra hæreticos derisores, & detractores.

Concilij Ecclesiastici patres Dei quodammodo cōprehensores.

276 Sed cur *in medio*, & non á latere, huiusmodi congregatorū esse dicitur? An quia, qui sic congregantur, quodammodo Dei cōprehensores dici possunt?

VEL SIC.

Vbi passionibus abiectis dictamē rationis regit, Deus adest.

277 Ad denotandum, Deum cum eis assistere, qui in medio passionum suarum collocati recto rationis dictamine reguntur; non vero cum eis, qui ad propriarum passionum, & curuarum inclinationum latera declinant.

CAP. 18. A NUM. 24.

Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta, &c. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios.

Inter Deo, & hominibus debita, differentia maxima reperitur.

278 INter ea, quæ nos debemus Deo, & homines nobis debent, ea proportio considerari potest, quæ reperitur inter denarium, quæ minima moneta est, & talentum, quod maxima vsualis pecuniæ summa est.

VEL SIC.

Vide sup. n. 278.

279 QUod Deus homini dimittit per talenta computatur; quod vero homo homini condonare potest, & non solet, denariorum summulam non excedit.

CAP. 18. NUM. 31.

Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde.

Angeli de hominum ingratitudine eo, quo possunt, modo tristitiam capiunt.

280 ANgeli, qui conserui hominum esse, & dici non dedignantur. Apoc. cap. 19. num. 10. Hęc, & similia passim in mundo quotidie fieri videntes, eo quo possunt modo contristantur.

CAP. 19. NUM. 1.

Et factum est, cum consūmasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.

Væ Prouinciæ, vel Regno, à quo Deus migrat.

281 CHristus à Galilæa migrasse dicitur, forte, quia ad illam Prouinciam, non erat amplius in vita temporali; sed post resurrectionem suam reuersurus.

CAP. 19. NVM. 2.

Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

Vniuersalis medicina Baptismus est.

282 NON dicit hos, vel illos in particulari, sed omnes in generali sanatos fuisse; forte ob mysticam baptismatis in Iordane significationem, quod generaliter ad omnes se extendit.

CAP. 20. NUM. 2.

Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

Operarijs Ecclesiasticis virium resumptio, ac reparatio conceditur.

283 CUM hæc vinea Ecclesia sit, in qua tam nocte, quam die laborari potest, cur, *cum operarijs*, hoc est, *ipsius ministris*; *ex denario diurno*, non vero *nocturno* conuentio fit? An vt ipsis tempus ad quiescendum, & vires insumptas reficiendas relinquatur?

VEL

Viatoris meritum cum vitæ itinere terminatur.

VEL SIC.

284 Denatius diurnus dicitur, non nocturnus ad innuendum, quod solum in hac præsenti vita, per diem significata, mereri possumus, non vero post mortem, seu in alia vita, in nocte subintellecta.

CAP. 20. NVM. 21.

Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.

Ambitio humana ad supremum gradum aspirat

285 NON vnus, & alter; sed vnus, & vnus, vt vnusquisque vnicus sit, nec relatione, etiam fraterna, quodammodo diminutus: aliter enim ambitioso, licet maternali, affectu, quoad Iesum accesit, non satisfaceret.

Deus vult omnes homines saluos fieri.

286 Sed cur loquens de sinistra non addit: *Tuam*? An Spiritus Sanctus per os huius honestæ fœminæ indicare voluit, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, & neminem vult perire?

CAP. 20. NUM. 34.

Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

Cum Deus illuminat, mentem potius quam corpus illuminat.

287 VIderunt, non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter, siquidē Iesum statim secuti sunt, in quo maxima ipsius erga istos cęcos miseratio stetit.

CAP. 21. NVM. 2.

Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.

Qui á dæmonis ad Dei seruitutē transit, à vinculis ad libertatem transiit.

288 CAstellum, quod cōtra Christi discipulos, & Dei ministros est, dæmonis fortalitium est, in quo natura peccatrix, in asina significata, non libere diuagari permittitur; sed grauioribus vinculis alligata captiua detinetur, nec pullus, hoc est, appetitus ipsius, illam deserit; quam á ministris ab ipso Deo potestatem habentibus solui necessum est, vt ad Christum adduci possit.

CAP. 21. A NVM. 6.

Euntes autem discipuli fecerunt, sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua.

Bonus Christi minister omnes, nullo dempto, ad Christum trahit.

289 BOnus Ecclesiæ minister omnes aptare debet, ac præparare, vt Christus in ipsis residere possit.

Et eum desuper sedere fecerunt.

Qui Fideliū animas bene disponit, Deum ad in ipsis residendum obligat.

290 QUI fidelium animas bene disponit, sacram quandam Christo violentiā facit ad hoc, vt in ipsis resideat.

CAP. 21. NUM. 12.

Et intrauit Iesus in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & emētes in templo, &c.

Prauas mos in genere auaritia in Ecclesiam semel introductus difficile eliminatur.

291 EIjciebat: voce indefinita vtitur Euangelista forte ad denotandum, quod hæc actio in Ecclesia ab Euangelicis præconibus semper exercenda erat; sed ob prauam, & inueteratam Fidelium consuetudinem, numquam perficienda, seu ad debitam reuerentem obseruantiam adducenda.

Et cathedras vendentium columbas euertit.

Nūdinalis negotiatio á re mechanica, ex hominum genio, & ingenio, in scientificam conuersa

292 RErum venalium cōmercium, & nundinalis negotiatio forte erat tunc, sicut, & nunc est, res adeó subtilizata, & scientifica, vt congrue suggestum illud in quo exercebatur, cathedræ nomine compelletur.

Magnam curam adhibere oportet ad duplicitatem ex humanis cordibus eradicandā.

293 Sed quid cathedræ cum simplicitate columbarum? Certe inter homines duplicitas adeó introducta est, vt necesse sit, cathedram simplicitatis vbique dotare, & frequentari facere.

VEL

UEL SIC.

Hypochritā caute, & proficue agere res difficilis.

294 In his venalibus columbis apparens virtus, & ficta simplicitas significari potest, quæ ex cathedrâ edocetur; non est enim facile, & cuique peruium hypochritam caute, & proficienter agere.

VEL SIC.

Simoniacā prauitatem Christus ab Ecclesia sua omnino vult eradicatam.

295 Isti vendebant patrimonium Christi, nempe Spiritus Sancti gratiam, & cetera omnia Ecclesiastica munia, & munera in columbis subintellecta: in qua re adeó ingenia laborant, opiniones hinc inde ventilantur, tum, vt horum ambitioni, tum, vt illorum auaritiæ deseruiant, vt magna moralis Theosophiæ pars ad hoc punctum deuoluta sit, & beneficiales tractatus fere omnes cathedras ad se traxisse certo certius dici possit: quas cathedras omnino euertit Christus, & penitus dissipauit; non tantū in terram deiecit, ne iterum erigerentur.

CAP. 21. NVM. 19.

Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum.

Præsumptio infructifera Deo displicentissima.

296 IN hac misera ficulnea, vel Paradisi arborem, vel populum Hebræorum infructiferum, & præsumptuosum Christus Dominus maledixit: Vide Hugonem Car. ad finem cap. 3. Habacuc.

UEL SIC.

Ad non subueniendum proximo extreme indigenti nulla excusatio sufficit.

297 Ad non subueniendum proximo vere indigenti nulla excusatio, nec ipsa rei carentia, tamquam legitima admittitur, aut sufficiens est.

UEL SIC.

Hypocritæ non solum sunt corā Deo mali, sed maledicti.

298 In hac ficulnea hypochritas, ipsi semper infensissimos, Christus maledixit, qui virtutum fructus, in folijs, seu in apparentijs exterioribus solum ostendunt, cum intus careant.

CAP. 21. NUM. 25.

Baptismus Ioannis vnde erat? E cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: &c.

Qui ante responsionem cogitant, & considerant, diuinam merentur apretiationē.

299 AN quia isti cogitāt, seu cōsiderāt, priusquam responsum præbeant, habuit illos Christus pro hominibus ceruicatis, & consilij, ac ideo infra num. 28. quasi ipsos consulens, ait: *Quid autem vobis videtur?*

CAP. 21. A NVM. 26.

Si dixerimus, è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem, sicut prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus.

Hæretici, in rebus Fidei, non Deo, sed hominibus attendunt.

300 SImiles isti sunt cauti politicohæretici huius temporis, qui, vt de rebus ad Fidem pertinentibus pronuntient, populum respiciunt, & ambitioni principum, qui istis diabolicis instrumentis vtuntur, misere inseruiunt, & malunt dicere, se nescire, quam rationibus, & authoritatibus Romanocatholicis se conuictos confiteri.

CAP. 22. NUM. 3.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Quod Angelus inuidere posset, homo despicit.

301 MIsit rex cæli, & terræ Moysem, & prophetas vocare ad filij sui cum natura humana desponsationem: *Et nolebant venire*: En quod Angelus inuidere poterat, homo despexit. Et notandum, quam diuino consilio Ecclesia per vnius fere mensis spatium ad Christi Natiuitatem celebrandam se præparet.

CAP.

CAP. 22. NUM. 4.

Iterum misit alios seruos, dicens: Ecce prandium meum paraui.

Ad Eucharisticā mensam Deus ab initio Mundi inuitare nō oe sat.

302 ALios seruos, scilicet Apostolos, & ceteros omnes Euangelicos ministros, qui prandium Eucharisticum paratum iam esse nuntiauerunt.

CAP. 22. NUM. 5.

Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam; alius vero ad negotiationem suam, &c.

Grauius peccant Christiani ab Eucharistia recedētes, quam peccauerunt Hebræi Christum nō admittentes.

303 GRauius peccare videntur Christiani ab Eucharistia recedentes, quam peccauerunt Hebræi Messiæ aduentui repugnantes: isti enim per simplicem nolitionem restiterunt. *Et nolebant venire*, supra num. 3. At illi per malitiosum despectum, & negligentiam, rebus temporalibus, & caducis immersi, resistunt.

CAP. 22. NVM. 7.

Rex autem, cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos. & ciuitatem illorū succendit.

Infidelis, Dei minister dici solet: at non delegatus, sed metus executor.

304 EXercitus Uespasiani, & Titi, qui Ierosolymam succenderunt, & omnino destruxerunt, *Dei exercitus* vocātur, quia diuinæ iustitiæ ministri executores fuerunt.

CAP. 22. A NVM. 11.

Intrauit autem rex, vt videret discumbentes; & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?

Ad Eucharistiam vel mortificatus, vel, vt statim moriturus, accedas.

305 HÆC nuptialis vestis pollinctoria, & sepulchralis est, vt patet infra cap. 25. ex parabola decem virginum: in qua, hora aduentus sponsi ad nuptiarum celebrationem, hora mortis est. Unde ad conuiuium Eucharisticū accedere sine habitu morientis, hoc est, ea dispositione, ac si statim moriturus esses, piaculum est grauissima pœna dignum, & æterno supplicio mulctandum.

CAP. 22. NUM. 13.

At ille obmutuit.

In sacramentali foro obmutescentem fores cœli excludunt.

306 EN causam damnationis non exigui numeri Christianorum: ob mutescentia, scilicet, in Sacramentali confessione.

CAP. 22. NVM. 14.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Vnus dānatus in Dei computatione pluribus æquiualet.

307 QVOmodo pauci electi, cum vnus tantum reprobatus fuerit? An, quia vnus misere damnatus, velut plures, á Deo existimatur?

CAP. 22. NVM. 16.

Et mittunt ei discipulos suos cum Horodianis dicentes: Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo.

Iniqui sub laudis & honoris larua vituperant.

308 SUB laudis, & exaltationis larua, pessimi isti nebulones Christum vituperant; omnem enim ipsi rerum curam, & prouidentiam negant.

CAP. 22. NVM. 19

Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

Christi imitatores crumenam vacuam; mundi sequaces onustam portant.

309 NON gestabat secū pecunias Iesus; non sic Pharisæi, statim enim numisma census ostenderunt.

CAP. 22. A NVM. 29.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim, neque nubent, neque nubentur: sed erunt, sicut Angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum, &c.

Cui rationabiliter dubitat, rationabiliter satisfaciendū Christus docet.

310 SAdducæos tum ratione, tum Sacræ Scripturæ authoritate conuincit Iesus, fundabant enim suam difficultatem in ipso textu legis.

CAP.

CAP. 22. A NUM. 35.

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege?

In Dei lege nullum mandatum est, quod magnũ non sit.

311 IN lege Domini nullũ mandatum est, quod magnum non sit: vnde sciolus iste legis doctor in tentatiua hac interrogatione *Maximum*, debebat dicere, vt ex Christi Domini responsione infra num. 38. suaui insinuatiua correctione aduertitur; dicẽs: *Hoc est maximum, & primum mandatum, &c.*

CAP. 23. A NVM. 1.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.

Moysi cathedra vsque ad Christũ Petri cathedra vsque ad mundi finem.

312 SI cathedra Moysi vsque ad finem & consummationẽ legis scriptæ permãsit, cur volunt Hæretici, & Nouatores, quod Petri Cathedra vsque ad mundi finem cum gratiæ lege non permaneat? Non vident miseri, qui super hanc firmissimam Petram ædificare nolunt, quod ad ipsam eorumdem capita confrigguntur?

CAP. 23. NVM. 3.

Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite.

Christiani populi instructores se ad inuicem non fugillent.

313 OMnia ait Christus, quia etsi multa Scribæ, & Pharisæi, ceterique legis Doctores, si non contra, saltem supra, & præter legem docerent, populus ipsis obediendo, & illa exequendo non peccabat, & hac tuta, & secura via, & doctrina grauissima scandala cuitabantur. Aduertant populi instructores, quod etsi inter se quantum Christus à Scribis, & Pharisæis in doctrinâ, opinionibusque dissentiant, non debent se ipsos coram populo, nec alicubi ad inuicem infamare; sed honori proprio, & coqnificantium cauere, ac diligenter prospicere.

Populus Christianus monita salutis ab Euangelico declamatore pronuntiata admittat, de eiusdem moribus non disquirat.

314 Sed quomodo, prosequitur Christus, dicens: *Secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt, &c.* Optime quidem: nam etsi magister debeat verbo, & exemplo docere, ne manu dissipet, quod ore ædificare conatur: Christus tunc populi instructor, valde proficuam populo in communi doctrinam ministrabat: posse, scilicet in magistro veritatem doctrinæ cum morum prauitate componi, & sic ad ipsius verba, non ad opera attendendum esse.

CAP. 23. NUM. 35.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum, & altare.

In vna Christi cæde omnia antiqua scelera recapitulauerunt Hebræi.

315 AN ne parricidium Abelis, & Zachariæ sacrilegium peccata originalia fuerunt? Minime. Quomodo ergo hæc, cum ceteris eiusdem sceleris, Hebræis præsentibus imputanda dicuntur? Quia quæ in exemplum terroris, & abominationis in sacris commentarijs scripta sunt, ipsi in exemplaria imitationis accepturi erant: in vno innocentissimo primogenito naturæ filio, & Sacerdote Christo Iesu & vniuersam Naturã impie offendendo, & omnem religionem sacrilege violando.

CAP. 24. NVM. 31.

Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.

Ad

Ad finale iudicium omnes, nullo dempto, sistēdi sunt.

316 AD finale iudicium tam cœlicolæ, quam animæ igne purgatorio tunc existentes, qui est vltimus terminus Electorum, seu destinatorum ad gloriam, cum reliquis omnibus aduocandi, & adducendi sunt.

CAP. 24. A NUM. 48.

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis.

Malus præsul munus suum non ministeriale, sed dominatiuum tātum existimat.

317 IN hoc seruo mali prælati indigitantur, qui munus suum non ministeriale existimant, nec subditos, vtpote in Christo conseruos, fraterne, charitatiueque gubernant; sed crudeliter premunt, & dominatiue subijciunt, se ipsos vero indulgentissime, & lautissime tractant.

CAP. 24. A NVM. 50.

Veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium.

In inferno hypocritarum pœna omnium acerbissima.

318 ACeruissima pœna damnatorum videtur esse, quam hypochritæ perpetiuntur. Et notandum in inferno simul sustineri pœnas, & seruiliter afflictorum, & superbe indignantium, quarum prima per fletum, secunda per stridorem dentium designatur.

CAP. 25. NUM. 6.

Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit.

Tot habet Deus aduentus sui præcones, quot ægritudines.

319 CLamor factus dicitur, sed á quo factus sit, non dicitur: habet enim Deus tot aduentus sui proclamatores, & præcones, quot ægritudines mortalis homo pati potest.

CAP. 25. NVM. 7.

Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.

Oleum diuinæ gratiæ est primū, & potissimum, quod adquirendum est, & præparandum.

320 SI prius a lampadum fomentatiuū liquorem, quam ad ornatiuum apparatum attendissent, absque dubio defectum olei maturius aduertissent, & opportune ante Sponsi aduentum prouidissent.

VEL SIC.

Qui externa solum virtutū opera diligenter curant, & interna negligunt, fatui sunt.

321 Per quinque fatuas ex his virginibus intelligi possunt, qui internis animę virtutibus omnino neglectis, operibus virtuosis externis tantum, & apparentibus diligenter incumbunt, & totali animi applicatione, nixuque deseruiunt.

CAP. 25. NVM. 8.

Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lāpades nostræ extinguntur.

Qui absque propria diligentia, aliorum virtute freti, saluari præsumunt, fatui sunt.

322 PER has significari possunt, qui bonis aliorum operibus, orationibusque pro ipsis applicatis absque propria diligentia saluari præsumūt.

CAP. 25. NUM. 10.

Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.

Per totam vitam immisericors, & durus, in mortis vero articulo misericors, & liberalis, miser est.

323 PER has extemporarias, & serotinas emptrices significari possunt, qui in mortis articulo constituti per testamentariam dispositionem, variis bonis operibus incumbunt, quæ per totum vitæ spatium neglexerunt, & si ab infirmitate conualescerent, neglecturi essent.

CAP. 25. A NVM. 14.

Sicut enim homo peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem

Cur

Amplius in liberalitatis, quam iniustitiæ exercitio elargienti licet.

324 CVR isti in talentorũ adeó inæquali distributione non murmurant; sicut illi ad vineæ culturam assumpti, & stipendiaria mercede conducti, supra cap. 20. num. 12. An quia hîc, licet vniuscuiusque virtus accipientis attendatur, non iustitiæ, sed liberalitatis virtus exercetur, ibi rigorosa iustitia administrata fuit, & condigna laboris impensi satisfactio, cuius inæqualitas inæqualem satisfactionem exposcere, & præcedens pactum irritare posse videbatur?

VEL SIC.

Ciuilis genius ciuiliter, rusticus rustice semper agit.

325 Isti erant homines aulici, ciuiles, & vrbani; illi rustícani, & rudes, & secundum vtrorumque genium, alij comiter se gerũt, alij turpiter, & inurbane, vel ipsũ commutatiuæ actum iustitiæ vellicant, & lancinant.

VEL SIC.

Intellectu suo vnusquisque cõtentus est.

326 Per hæc talenta rationalem hominis intellectum nõ pauci expositorum significari existimant: nullus ergo de inæqualitate submurmurat, vel conquæritur; quia quilibet intellectu suo contentus est; & casu, quo aliquis de grauamine querelam formare posset, maxime ille, qui quinque talenta accepit, nam vt ait Salomon Ecclesiastes cap. 1. num. 18. *Qui addit scientiam, addit, & laborem.*

CAP. 25. NUM. 19.

Post multum vero temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.

Licita negotiatio exiguo tempore commerciatorem non ditat.

327 CUR non *post exiguum*, sed *post multum temporis*, rationẽ exigit? Quia cum negotiatio illa deberet esse legitima, & per iustitiæ regulas directa, non poterat breui tempore esse nimium lucratiua; & idcó mutuans ille, scilicet Deus, *non post exiguum*, sed *post multum temporis* accepturus rationem reuertitur. Hinc infertur vnicuique á Deo ad bene per bona opera merendum sufficiens, imò super abũdans tempus concedi. Hinc etiam argumentum desumi potest ad mores illorum corripiendos, qui exiguo temporis interuallo malis, & iniquis artibus nimium ditescunt.

CAP. 25. NUM. 24.

Accedens autem, & qui vnum talentum acceperat.

Deus humanatus omnibus humanus.

328 AD Deum hominem factum etiam iniqui, & improbi accedere non verentur.

Ait Domine, scio, quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas, vbi non sparsisti.

Omnis auarus corde durus.

329 QVia talia facit, non videtur esse homo *durus*, sed *nimis cupidus*, & auarus; sed quis auarus, & cupidus est, qui durus corde non sit?

CAP. 25. NVM. 29.

Et autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

Auaro tam deest quod habet, quã quod non habet.

330 AUarus *non habet*; sed *videtur habere*, cum reuerâ non habeat: nam illi tam deest quod habet, quam quod non habet.

CAP. 25. NVM. 32.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hædis.

Pastorale munus Deo semper chatum.

331 CHristus etiam in suprema suæ maiestatis sede officium boni pastoris nõ dedignatur.

CAP. 25. NVM. 33.

Et statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris.

Non

Id supremo Dei tribunali plures personæ tum diuinæ, tum humanæ coniudicant.

332 NON *á dextra, & á sinistra*; sed *à dextris, & à sinistris*, forte ad personarum in Diuinis pluralitatem denotandam. Vel forte hæc dextrarum, sinistrarumque pluralitas ex coniudicū dextris, sinistrisque componitur: iuxta illud Matth. cap. 19. n. 28. *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.*

Coram Deo iudico omnis creata perfectio exinanitur.

333 Sed cur de prædestinatis, & reprobis sub metaphora ouiū, & hædorum non vero sub arietū, & hircorum agit? An quia coram Deo, præsertim supremo iudice. omnis creatura á perfectione speciei suæ minuitur, exinanitur, & deffectibilis apparet?

VEL SIC.

Mali ad mortē; boni ad vitam destinati.

334 Mali per hædos, qui vt in plurimum ad mortem destinari solent; boni vero per oues significantur, quia fœcundi sunt, & alios Deo generare solent.

CAP. 25. NVM. 34.

Tunc dicet rex his, qui á dextris erunt: Venite benedicti patris mei.

Bonorum virtus non deficiens, & feminea; sed masculæ, & robustæ.

335 CVM de prædestinatis ad gloriam sub ouium nomine loquatur, cur non ait: *Uenite benedicti*, sed: *Venite benedicti*? Forte ad denotandum, quod etsi ob simplicitatem, spiritualem fœcunditatem, aliasque plurimas virtutes oues fuerint, hæ virtutes non fuerunt femineæ, & deficientes; sed robustæ, masculiæ, & permanentes.

Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

Iusti per bona opera ad cœleste regnum ius adquirunt.

336 POSSIDETE, ait, ad denotandum, quod ius ad cœleste regnum iam ante habebant adquisitum, & nunc solum restabat possessionis captio, seu perceptio.

Deus non ad terrenam seruitutē, sed ad cœlestem libertatem hominem plasmauit.

337 Sed cur adeo præmature regnum cœlorum homini paratum dicitur? Quia non fecit Deus hominem, vt esset seruus peccati in terra; sed vt conregnaret cum ipso in cœlo; ideo forte Moyses Genes. cap. 1. num. 1. prius cœlum, quam terram nominat, cum alioquin terra, vtpote huius maximæ structuræ centrum, & fundamentum prius nominari debuisse videretur.

CAP. 25. NVM. 37.

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te: sitientem, & dedimus tibi potum?

Etiam bona opera, quæ inaduertenter facimus Deus ad remunerationem cōputat, & considerat.

338 ETiam ad bona opera, quæ inaduertenter facimus Deus attendit, & in memoriæ indefectibilis thesauro reponit, vt oportuno tempore remuneretur.

CAP. 25. NVM. 41.

Tunc dicet, & his, qui à sinistris erunt: Discedite á me maledicti in ignem æternum.

Diuina visione carere, pœna Inferni dicitur.

339 DISCEDITE *á me*: hîc exprimitur pœna damni. *In ignem æternum*, hîc pœna sensus pronuntiatur: & notandum, quod illa huic, vtpote tristior, grauiorque præfertur.

Qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

Peccator, in quantum dæmonis sit, Inferno adiudicatur.

340 IGnis æternus non hominibus; sed Lucifero, & Lucifugis ipsius sequacibus paratus á Deo fuit: ideo auderem dicere, hominem non in quantum hominem damnari, sed in quantum per peccatum naturam rationalem humanā quo-

dam modo amittit,&in filium diaboli conuertitur, seu in naturam diabolicam transmutatur : ideo dicebat Christus. Ioannis cap. 8. num.44. *Uos ex patre diabolo estis, &c.*

CAP.25. NUM.46.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Cruciatus Inferni æternitas cõtra hæreticos definita.

341 HÆretici effutientes, ignem quidem æternum esse ob ea, quæ supra n. 41. & alijs locis dicuntur, sed vstionem temporariam tantum, ex hoc textu euidenter reuincuntur.

CAP.26. NVM.2.

Scitis,quia post biduum Pascha fiet.

Scita supponenda, quæ ignorari non debent.

342 SVpponit, discipulos legalia scire, quæ nõ debebant ignorare.

Immolatus Christus Hebræorum Pascha verum, cetera vmbratilia fuere.

343 Sed cur non dixit : *Pascha erit*, vel *celebrabitur* ; sed : *Pascha fiet*? Quia illud fuit Pascha vere,& realiter factum , in quo immolatus est Christus: cetera vmbratilia,& figuratiua tantum fuerant.

Et Filius hominis tradetur.

Non Iudas solus, multi alij Christi traditores fuerunt.

344 NON solum á Iuda, sacerdotibus, scribis,& senioribus;sed etiam á Pilato,Præside Hebræorum , populo; ideo subsequitur;*vt crucifigatur.*

Qui inuidentibus traditur, ad crucem traditur.

345 Sed cum de Iudæ traditione præcipue loquatur Iesus,cur addit: *Vt crucifigatur* , cum de crucifixione Iudas non legatur vnquam spopondisse? An quia idem fuit principibus sacerdotum,Scribis,& Pharisæis Christum inuidẽtibus tradi,ac ad crucifigendũ tradi?

CAP.26. NVM.5.

Dicebant autem:Non in die festo

Iniquissimi de iusti damnatione consentiunt, & dissentiunt.

346 NON de captura, & occisione Christi disentiebant , sed de executionis oportuno tempore,& hoc, nõ ob tanti reuerentiam festi; sed ob populi in Christi fauorem declarandi timorem,&cautelam;ideo subsequitur: *Ne forte tumultus fieret in populo.*

CAP.26. NVM.6.

Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi.

Nonnulli de vitijs erubescentia dignis , gloriari solent.

347 NON dicitur : *Simon Leprosus* ab ęgritudine actuali : alioquin á communi ciuium communicatione , & commertio , iuxta legis præscriptum,saparatus viueret. Sed à cognomine,seu denominatione ápręterita lepra ; qua infectus fuerat: Non nulli enim de vitijs,pro quibus æquum erat rubore suffundi, potius gloriantur,& stemma gentilitium faciunt.

VEL SIC

Rusticanorum genus fere semper detractorius.

348 Simon,vir nobilis,& vrbanus ob valetudinis reparationẽ, vel alias iustas causas in pago, seu villula rusticanam vitam agebat; paganis autem solemne est ab aliquo vitio,seu defectu , quem semel habuerunt, vel passi sunt,cmnes inter ipsos degentes cognominare.

VEL SIC MORALITER.

Vere pœnitens ad sui humiliationem anteacta commissa recolit.

349 Qui semel peccauit , si uere pœniteat, & respiscat,de anteacta vita semper recordari debet ad sui humiliationem , & *in Bethania*, hoc est, *obedientiæ, & afflictionis domo* habitationẽ constituere.

In domo Simonis leprosi.

Nec originalis peccati vmbram in Deipara alicui typo Christus admittit.

350 LEpra non erat in domo, nec vmquã fuerat, sed solum in domus domino; si enim in domo aliquando , vel per vnum instans fuisset , ad eam Christus nullatenus diuertisset ob moralem originalis peccati significationem.

CAP.26.Á NVM.8.

Videntes autem discipuli indignati sunt,dicentes : Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venundari multo,& dari pauperibus.

Quid-

Auarus nec diuitiarum nomina vult distrahere.

351 QVIdnam est *istud*? Unguentum scilicet pretiosum. Cur ergo hoc nomen pronuntiare discipuli recusant? An quia adeò auare circa illud se gerunt, vt nec ipsius nomen insumere velint?

VEL SIC.

Detractio leuissimo fundamento fere semper nititur.

352 Ex fragantia odoris vnguenti genus illud bonum, & pretiosum esse præsumebant, sed speciem ignorabant, quod rudibus hominibus, & in piscatorio adultis exercitio facile concedi potest, vnde ex præsumptione tantum murmurabant: nota, quam leui fundamẽto murmuratio fere semper inniti soleat.

CAP. 26. NUM. 10.

Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me.

Detractorium murmur efficaciter impugnandum, & eliminandum.

353 QVasi diceret: *Non opus malum*, vt vos murmuratis, aut ad summum indifferens, vt aliquis vestrum existimare potest; *sed intrinsece bonũ*, vt ego asseueranter assero, & pronuntio, præcipiens vobis, quod hoc factum á vobis visum, & inuisum per vniuersum mundum prædicetis, & enuntietis.

Christus, vt honori sibi obsequẽtium prospiciat, suum transcurat

354 Et notandum, quod licet indignans discipulorum murmur tam ad mulierem vngentem, quam ad Christum permittentem se extenderit; Christus causam solum mulieris suscipit defendendam, dicens: *Quid molesti istis huic mulieri, &c.*

CAP. 26. NUM. 11.

Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

Pauperum præsentia eleemosynæ elargiendæ sufficiens intimatio est.

355 PAuperes numquam fidelibus Christianis de futuros, & præcipue Ecclesiæ ministris, affirmat Iesus; at eleemosynam elargiendam non præcipit, nec consulit, sed supponit.

A vanitatis eleemosynis Christus abest.

356 Sed quomodo quibus adsunt pauperes, Christus deesse potest? Si nimirum eleemosynas non propter Deum; sed propter vanitatem, aut alios terrenos, & humanos respectus elargiuntur.

VEL SIC.

Quibus adsunt pauperes, Christus deesse potest physice, sed non moraliter.

357 Quibus adsunt pauperes Christus deesse potest physice, & naturaliter, sed non moraliter, & repręsentatiue.

CAP. 26. NUM. 12.

Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

Frequens Christi D. de morte sua recordatio, nostra doctrina, & reprehensio est.

358 CHristus natura immortalis, & solum ex dispensatione legibus mortis subiectus, mortem, & sepulturam suam frequentissime recolit: & homo naturâ suâ mortalis, & necessario moriturus, mortem subeundam aliquando saltem non memorabitur?

Gratiæ Diuinæ incremẽto semper incumbendũ.

359 Sed quomodo Christus, Spiritu Sancto substantialiter vnctus, vnctiones alias accidentales appetit, & admittit? Certe ad instructionem nostram, vt aduertamus, gratiæ Diuinę, operibus charitatis, ceteriſque spiritualibus bonis terminum ponendum nõ esse, sed lucratiuo ipsorum incremento semper incumbendum; ideo Ioannes ex Spiritus Sancti dictamine Apoc. cap. 22. num. 11. scripsit: *Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.*

In defunctorum vtilibus suffragijs nullum impendium superfluum.

360 Cur autem discipulis de mulieris prodigalitate indignantibus Christus de funerali obsequio respondet? Certe per hoc denotare voluit, nullum in defunctorum suffragijs impendium de superfluitate arguendum esse.

VEL SIC MORALITER.

A feminis, etiã religiosis, obsequijs Ecclesiastici caueant.

361 Cum illo Magdalenæ obsequio corpus Christi á femina tactum, & delibutum fuerit, affirmat Iesus, se in corpore suo, tum peccatis mortuo, hoc est, impeccabili; tum pro peccatis, & salute hominum occisso, & sepulturæ destinato illud admisisse; honestati Fidelium præsertim Ecclesiasticorum cauens, ne ipsi similia obsequia á feminis, quamtumuis pijs, & religiosis, vnquam viuentes admitterent.

CAP. 26. NVM. 13.

Amen dico vobis vbicumque prædicatum fuerit, hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius.

Cum mortuis, vel morituris pietas Deo summe grata.

362 ESSE pium cum mortuo, vel morti proximo actio Deo adeò grata est; vt non solum ab ipso; sed etiam ab vniuerso mundo laudari vellit.

VEL SIC.

Vnctionis Sacramentum Christus in corpore suo admisit, vt illius excellentiã commendaret.

363 Per hoc indicare videtur Christus, illam Mariæ vnctionem totam mysticam, & spiritualem fuisse: & forte fuit vnctionis, qua Ecclesia in baptismate vtitur, significatiua, quæ per totum mundum diffusa est.

CAP. 26. NVM. 14.

Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

Prauã discipuli nil minus quam magistrum æstimant.

364 CArius vendere intendebat Iudas Mariæ vnguentum, quam Magistri sui personam, siquidem vnguento pretium apposuit, & vsque ad trecentorum summam nummorum extendit: Ioan. cap. 12. num. 5. Magistri vero pretium ementium voluntati reliquit, & triginta nummorum exigua summula contẽtus est: ex quo liquet vnguentum pluris æstimauisse, quam Magistrum.

CAP. 26. NUM. 18.

At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est apud te facio pascha cum discipulis meis.

Deus ad Paschã cum q olibet bene dispõsito celebrandum promptus, & paratus.

365 CVR nomen tanti hospitatoris nõ exprimit Iesus, sed in explicatum, imo indeterminatum relinquit? Certe vt aduertamus, Iesum, quãtum est ex se, semper paratum esse ad Pascha cum quolibet bene dispositio celebrandum.

CAP. 26. NUM. 23.

At ipse respondens ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

Qui Eucharistiã maculatus accipit, Christum nõ comedit, sed prodit.

366 QUI manducans Eucharistiam se *intingit*, seu commaculat, non tam communicans, quam Christi proditor appellandus est.

CAP. 26. NUM. 37.

Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi.

Qui Christũ præcipue amant, ipsum confortant.

367 *Assumpto* Petro, & *Zebedæis*, tamquam confortatiuo medicamento.

Ecclesiæ caput cum reliquo corpore non confunditur.

368 Sed cur Petrum nominans alios duos discipulos innominatos relinquit? Forte illi tres discipuli figura, & repræsentatio totius Ecclesiæ erant, propterea-que solum caput nempe Petrus debuit expresso nomine declarari: reliquum vero Ecclesię corpus in confuso tantum referri.

Cæpit contristari, & mœstus esse.

Ecclesiæ luctus de Christi passione, & morte in Gethsemani incœpit ad finem vsque Mundi cõtinuandus.

369 NON *tristari*, dicit; sed *contristari*, non solum ob discipulorum in mœstitiã consortium, de quibus Lucæ cap. 22. num. 45. asseritur, quod erant: *Dormientes præ tristitia:* sed etiam ob perpetuum Ecclesiæ

Ecclesiæ in discipulis significatæ luctum, & viduitatem pro Christi passione, & morte, viua expressione quotanis exhibendum.

CAP. 26. NVM. 38.

Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum.

Intimus cordis mœror solum intimis communicandus.

370 NOn omnibus Christus tristitiam cordis sui patefacit, & participat, sed solum discipulorum selectissimis.

Cum Christo patitur qui pro Christo patitur.

371 Et notandum quod, qui pro Christo sustinet, & vigilat simul cum Christo sustinet, & vigilat.

VEL SIC.

Qui propter Christum patitur, Christum glorificat, & se coronat.

372 Qui cum Christo sustinet, Christum consolatur; qui pro Christo sustinet, Christū alleuiat; Qui propter Christum sustinet, Christum glorificat, & se ipsum coronat.

CAP. 26. NVM. 40.

Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes.

Christus, præsulum norma, contemplationē cū actione interminscuit.

373 OPtimi partes prælati Christus ad suorum gessit institutionem, non se totum orationi, & contemplationi tradens, quin actiuam subditorum curam egerit, eosque iterum, ac tertio solicite inuiserit.

VEL SIC.

Vbi Christus abest, detrimentum adest.

374 Dormientes discipulos *inuenit* Iesus, quia *venisse* dicitur: cū enim à nobis, etiam ad breue tempus, Iesus abest, minus malum, quod potest ingruere, sopor, tepor, & torpedo mentis est.

Et dicit Petro: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem, &c.

Quæ Christus Petro dicit, toti Ecclesiæ dicit.

375 NON dixit Iesus Petro: *Sic non potuisti?* Sed: *Sic non potuistis*, in Petro tamquā in capite reliquos discipulos, hoc est omnes fideles includens, charitatiue reprehendit, & solicite admonet: Uide supra ad numerum 37.

Christus accusatorum, omnīū benignissimus.

376 Et notanda summa Christi benignitas, & humanitas fideles suos non de inobedientia, non de animi desidia, & negligentia, quæ magis culpabilia sunt; sed de morali impotentia, quæ fere inculpabilis est, arguere dignatur, vt in ipsa simul accusatione innolueret excusationem.

VEL SIC.

Christus orationi congruentissimū omnibus terminū præfixit.

377 Dicens Iesus *vna hora*, terminum orationi, & contemplationi valde congruum, & opportunum omnibus fidelibus præfixit.

Qui nō cū Christo, & mentis solertia orat, non orat; sed stertit.

378 Et notandum, quod Christus cum oratione vigilem mentis solertiam præmittens cōiungit *Mecum*, ad nostram cautelam, ne aliquorum, aliquarum ve fidelium insomnia pro reuelationibus Diuinis, & immissionibus supernis venditarentur, & facile, leuiterque á viris sapientibus, & Ecclesiæ ministris reciperentur.

Qui loco orationis stertit, in tentationem properat, & incidit.

379 Notandum etiam, quod qui stertit, & orare negligit ipse suismet gressibus in tentationem pergit, & intrat, non tentatio in ipsum properare, & intrare necesse habet.

CAP. 26. A NVM. 43.

Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio.

Omni auxilio humano destitutus ad orationis armamentariū recurrat.

380 QVi omni humano auxilio destituitur ad nullū aliud firmius, securiusque præsidiū potest recurrere, quā ad armamētariū orationis: hac mirabili instructione nos Christus Dominus exēplo suo præmunire dignatus est in illa horti Gethsemaniti-

ci dispensatione, in qua nullibi amplius, & abundantius naturæ humanæ miseriam, fragilitatem, & necessitatem ostentare voluit.

CAP. 26. NVM. 45.

Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite.

Non omnis prælatorum sopor rigida cēsura dignus.

381 HUgo Carensis ad illud Genes. cap. 2. *Immisit Dominus soporem in Adam*, sic ait: *Est autem triplex sopor scilicet, corporis, mortis, & contemplationis, vnde, & Dominus ter inuenit discipulos dormientes: primo, redarguit: secundo, non prohibet: tertio, commendauit*: Et hic aduertendum, quod non pauci fideles, præsertim spirituales prælati dormiētes apparere soleant, cum tamen mente vigilent; ideo circa illos caute procedendum, & non temere iudicandum est.

Ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum.

Christus verbo, & exemplo nos proximi honori, etiam indignissimi, docet attēdere.

382 PER manus peccatoris *in manus peccatorum*: Sed cur nomen traditoris nō exprimit? Quia adhuc traditor discipulis erat ignotus, & noluit Christus illum præmature detegens in honorare ad nostram eruditionem. Sed cur ait Christus: *Tradetur*, & non: *Traditus est*, cum iam pactum inter Iudam, & principes sacerdotum celebratū fuisset, iam pecunia constituta, iam satellites designati, fustibus, & armis instructi cum Iuda in ipsomet horto prope Iesum? Certè, quia traditionis actus nondū erat perfectus, nec consummatus; nec voluit pro facto declarare, quod adhuc ad vltimum terminum, & complementum non deuenerat.

CAP. 26. NVM. 46.

Surgite, eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet.

383 SVrgite eamus, non ad fugam capessendam; sed ad hostibus impigre, & alacriter occurrendum.

Christus pro hominum salute pericula non fugit; sed ipsis occurrit.

384 Sed cur sic loquitur Iesus, cum paulo ante dixerit: *Dormite iam, & requiescite*? Quia vt numero antecedenti ex Hugone patet, ille discipulorum sopor, erat *sopor contemplationis*, qui reddit fideles promptos, & paratos ad quoduis periculum, etiam grauissimum, & terribile pro Domino subeundum.

Perfecta contēplatione munitus nullum periculū pro Domino subire timet.

CAP. 26. NUM. 47.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit.

385 IUdas *vnus de duodecim* nuncupatur, non honoris causâ; sed vituperij, vt apostolici culminis commemoratione crimen eius exaggeraretur, & in gradu summo horrēdum, abominandumque, vt vere erat, appareret.

Virtutis præsentia peccati feditatem auget.

Et cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus.

386 FUstibus ad Christum percutiendum, *gladijs* ad resistendum, si forte aliqui discipulorum, vel alij Christo affecti de manibus eorum ipsum eripere aggrederentur.

Hebraicum odiū in Christum, & in Christi affectas armatur.

CAP. 26. NUM. 48.

Qui autem tradidit eum dedit illis signum.

387 CVR de Iudâ, quasi de absente Euangelista loquitur, cum ipsum tunc præsentem ostendat, dicens: *Ecce Iudas &c.* Quia forte de diabolo tā fœdi facinoris præcipuo aggressore agebat: Uide Ioan. cap. 13. num. 2.

Diabolus, Christi passionis præcipuus aggressor.

388 Sed cur ait, *tradidit*, traditione nondum realiter, & effectiue consummata? An quia in peccatis, & peccatoribus fere semper idem est inchoare, ac perficere?

Peccati inchoatio á perpetratione ipsius fere nō differt.

CAP.

CAP. 26. A NUM. 49.

Aue, Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus : Amice, ad quid venisti?

Adeo Christo hominum amicitia placet, vt vel fictam non repellat.

389 AD signum amicitiæ, etsi fictum, & solùmodo externum, nempe osculum, non dedignatur Christus non simulate, sed vere, & affectiue respondere, dicens: *Amice, &c.*

Deus vel obstinatissimum peccatorem ad pœnitentiam vocare non destitit.

390 Sed cur Iudam *amicum* vocat, cum in grauissimi perpetratione peccati, actualiter versaretur? Certe, vt Iudam ad pœnitentiam veram, & proficuam suauiter inuitaret, denotans adhuc Christi amicum fieri posse Iudam, si pœnitueret, ac vere resipisceret.

CAP. 26. NUM. 50.

Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum.

Qui Christum male accipiunt, ipsum vulneribus afficiunt.

391 HOC dicendi modo non solum captura exprimitur, sed manuum etiam sacrilega crudelis, & violenta in Christi personam impositio.

Manus contra Deũ motæ à sua compage abiectæ

392 Et notandum, quod qui manus contra Deum mouent, manus á se abijciunt.

CAP. 26. NUM. 51.

Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu extendens manum, eximit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius.

De actionibus Proximi ad culpam imputabilibus caute loquẽdum.

393 CUR nec hic, nec Marci cap. 14. nu. 47. nomen percussoris exprimitur? An quia actio illa, vt criminosa à Iudæis erat existimanda, & cauit Euangelista, ne vnquam ex relatione sua in aggressoris cognitionem veniri posset?

Iure gladij, quod in Ecclesia est, moderate vtẽdũ.

394 Sed cur percussor ille, & manum dicitur extendisse, & gladium suum eximisse? Duo per hæc verba innui videntur: primũ Ecclesiæ prelatos gladium proprium habere, seu ius gladij possidere; secundum, non debere manum ad suum gladium semper extensam, & applicatam, sed in vrgenti tantummodo necessitate, habere.

Cum Christi passione Hebræorum fides nutare incœpit.

395 Cur autem, & summi seruus sacerdotis percutitur, & auricula amputatur? Forte per hoc insinuatur, quod iam Hebræorum fides, religioque nutabant: Vide ad Marci cap. 14. num. 10.

CAP. 26. NUM. 53.

An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?

Vnius Apostoli absentia integræ Angelorum legionis supplemẽto indiget.

396 DVodecim legiones Angelorum, pro duodecim discipulis me deferentibus: Vide infra num. 56. Et *plusquam duodecim* ad repugnandum Hebræis me persequentibus.

Cum homine omnino desit diuinum auxilium promptum adesse.

397 Sed aduerbium illud: *Modo*, multam emphasim habere videtur: *Modo*, ideſt, cum abiectus, relictus, vinctus, & ligatus sum, quando solent homines suos, etiam charissimos, deserere, in hac circumstantia Diuinum auxilium promptissimum adest, non solum mihi, sed omnibus etiam iustis pro Deo calumniam, & persecutionem patientibus.

CAP. 26. NUM. 55.

In illa hora dixit Iesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam, Docens in templo, & non me tenuistis.

Deus vt homini accedat; homo vt à Deo recedat, continuo certant

398 APud vos, quia ego ex mea benignitate sẽper ad vos accedebam, non verò *inter vos*, quia ex vestra malitia, & infidelitate nunquam me recepistis.

Non

Christum docentem Hebræi nullo modo capere voluerunt.

399 *Non me tenuistis*, nec manibus personam, nec mente doctrinam: Vide ad Lucæ cap. 22. n. 53.

CAP. 26. NVM. 57.

At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum.

Lex Gratiæ ad Scriptam ire nequit, nisi violẽta

400 LEX gratiæ ad legem scriptam ducitur, cũ é contrario deberet fieri propterea actio illa violenta, & Christus non sponte suâ; sed religatus, tractus, & adductus ire permisit, & passus fuit.

CAP. 26. NVM. 58.

Petrus autem sequebatur eum á longe.

Qui Christum á longe sequitur, Christum negãdi periculo exponitur.

401 FOrte hæc elongata subsecutio negationis Petri occasionalis causa fuit: qui enim Christum sequi profitetur, sed á longe, hoc est, non semper toto nisu, & conamine ei amplius approximari curat, est moraliter impossibile, quod Christum non abneget, & ab ipso recedat.

CAP. 26. NVM. 65.

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua.

Coram summo legis Gratiæ Sacerdote sacerdotiũ vetus abrumpitur

402 COram vero, & summo legis gratiæ Sacerdote pontificalia legis veteris ornamenta scinduntur, & inepta inutiliaque redduntur.

CAP. 26. NVM. 74.

Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu.

Cordibus bene moratis, vel inarticulatus ministri clamor satis est ad conuersionem.

403 COrdibus bene moratis, & ad pœnitentiam dispositis clamor etiam inarticulatus, non iam docti eloquentisque concionatoris, sed bruti tantum animalis satis est.

CAP. 27. NVM. 1.

Mane autem facto, consilium inierũt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

404 EX vespere præcedẽtis diei, & isto mane factus est dies vnus reparationis humanę dei illi formationis eiusdem correspondens.

Reparationis nostræ tempus primæuæ rerum productioni consonũ.

405 Et notandum, quam frequenter principes sacerdotum, & seniores populi omnes, nullo dempto conueniebant, & consilia circa Christum agitabant; non quidem ex recta intentione, vel ob negotij difficultatem, vel ob prudentiorem, & conuenientiorẽ deliberationem capessendam, cũ ab omnibus de Christo occidendo iam diú decretum, & deliberatum esset; sed ex vindictæ, odijque prurigine, & vt omnium contra Christum agendorum omnes participes fierent.

Lethiferæ in Christum persecutionis nullus Hebræorum princeps exsors esse voluit.

CAP. 27. NVM. 3.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset.

406 PEccator in ipsa sceleris perpetratione cæcutit, post peractum facinus videre solet, sed non semper ad veram, proficuamque resipiscentiam.

Obstinatissimus peccator pramature cæcus, sero videns.

407 Sed quomodo Iudas pauló ante cæcutiens nunc adeó perspicaci visu pollet, vt Iesum damnatum videat, quem accusatum solum conspicere poterat? Certe Iesum á potentioribus accusatum videns, eodemmet intuitu damnatum, & morti adiudicatum vidit.

Qui á potentioribus accusatum videt eodemmet intuitu damnatum videt.

CAP. 27. NVM. 4.

Peccaui, tradens sanguinem iustum.

Christum amor sacrificauit, priusquam odiũ eiusdem sacrificium perageret.

408 CVR ait Iudas: *Peccaui, tradens sanguinem iustum*; non vero: *Peccaui, tradens hominem, aut virum iustum*? An quia Christus in pauló ante peracta Eucharistiæ institutione iam se ipsum Patri æterno sacrificauerat, & sanguinem á corpore, & anima ex vi Verborum separauerat?

VEL

VEL SIC.

Grauius in Christum in Eucharistia occultum, quam extra Eucharistiã manifestum delinquitur.

409 Amplius pupugit Iudam peccatum in Christum, quatenus in Eucharistiâ consideratum, admissum, quam momordit peccatum in physicam, seu extra sacramentalem ipsius personam commissum: vnde sic illa verba interpretari possunt: *Peccaui tradens sanguinem iustum, quem nuper ore impuro hausi, & corde immundo suscepi*; quod ex sacerdotum, & seniorum responsione confirmari potest: dicunt enim: *Tu videris*; nos enim præ odio, & inuidia adeó cæci sumus, vt nullo modo videre possimus.

CAP.27. NVM.7.

Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli.

Nullum Christi pretiũ Deus vult perire, sed prosicue expendi.

410 PEcuniam pro Christi personâ etiam male, & inique impensam, noluit Deus perire, sed fructuose, & vtiliter expendi.

In sepulturam peregrinorum.

Christi sanguis Gentibus multũ, Hebræis, ex eorum malitia parum profuit.

411 NON vero indigenarum Hebræorũ, forte ad denotandum, pretium sanguinis Christi Hebræis parum, aut nihilum; Gentibus vero valde proficuum futurum.

Christus suos assectas secum cõ sepultos amat.

412 Sed cur Christianis ex toto Orbe Ierosolymam peregrinaturis hoc vnicum prẽmature prouidit, & præparauit Deus, nẽpe sepulchrum? An vt cum Christo consepelirentur, vt ait Apostolus Ad Romanos cap. 6. num. 4.

VEL SIC.

Ierusalem terrenæ lustratoribus cœlestis solum lustranda remanet.

413 Qui Ierusalem terrenam Christi prædicatione, passione, & morte illustratam lustrare digni habiti sunt, nil eis lustrandum restat, nisi cælestis Ierusalem.

CAP.27. NVM.8.

Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.

414 AGer sanguinis, ideſt terra rubea, de qua Adam formatus fuerat, vt homo deficiens ad suum rediret principium, in natiuumque elementum resolueretur, & sic reformaretur.

A duplicitate in simplicitatẽ primæuam deficiat homo vt reficiatur.

CAP.27. NVM.20.

Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent.

Qui peccata appetunt, Iesum perdunt.

415 QUI peccata, peccatoresque petunt, & appetunt, Iesum perdant, necesse est.

Impij, vt iusto noceant, à supremo ad infimum gradum descendere non dubitant.

416 Et considera maximos illos sacerdotum principes, & conspicuos, venerandosque seniores, quorum, vel magnificas fimbrias attingere nefas erat, gradus sui obliuiscentes infimæ plebi intermixtos, & in supplices pro Barabbâ, & contra Iesum oratores, persuasoresque conuersos.

Vbi inuidia adest, diabolica suggestio, vt superflua, deest.

417 Sed quare diabolus inter tot suos satellites, & ministros corda popularis illius multitudinis aduersus Iesum commouens non legitur, sicut paulò ante cum Iuda fecerat: Ioan. cap. 13. num. 2. Certe vbi inuidia potentiorum adest, diabolus, tamquam inutilis, otiosusque discedit, seu adesse nõ curat.

CAP.27. NVM.27.

Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium.

In militum stationes Christus nõ ad cultum, sed ad crucem venire solet.

418 NON susceperunt Iesum, vt venerarentur; sed vt illuderent, & crucifigerent, fere numquam Iesus in stationes militum venit, nisi vt illudatur, & crucifigatur.

Congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.

Vide sup. n. 118.

419 VNiuersam cohortẽ ad Iesum, & aduersus Iesum congregauerunt.

VEL

Iniqui, dum proprio incumbunt sceleri, Deo inscij famulari solent.

VEL SIC.

Spiritus sanctus per istam militum actionem, Christum Deum exercituum ostendebat,

CAP. 27. NVM. 42.

Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.

420 ISti volebant fidem velleitati suæ accommodatam; sed Iesus non vult credentes in Christum non crucifixum.

CAP. 27. NVM. 44.

Id ipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

Supra num. 29. 39. & 41. Qui omnibus benefacit ab omnibus improperiũ sustinet.

421 O Bone Iesu, ab omnibus improperium sustines: á militibus, à prętereuntibus, á sacerdotum principibus, ab eiusdem tormenti perpessoribus, & consortibus: Uel ex hoc euidenter conuincitur, te maximum, & commune omnibus beneficium in hac actione perfeciſſe.

CAP. 27. NUM. 50.

Iesus autem iterũ clamans voce magna emisit spiritum.

Bonus pastor mouiens clamat, vt oues dispersas ad se trahat.

422 SEmel, & iterum clamat bonus pastor supra montem, vt oues longe, lateque dispersas congregaret, & ad ouile suum adduceret.

CAP. 27. NVM. 51.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

Christi mors Synagoga vtensilia ornamenta, velut iam inutilia, dissipauit.

423 PRimum, quod de Christi morte doloris signa præbuit Ecclesiastica Hebræorum suppellex fuit.

VEL SIC.

Morienti Christo omnia mortis ornamenta certatim inferuire gaudent.

424 Uelum templi scinditur, vt sanctissimo Christi Corpori vestem præberet sepulchralem, terra ad ipsum in præcordia sua aperitur suscipiendum, lapides ad elaborandum sepulchrum scinduntur, & inuicem dolantur, mortui resurgunt, vt locum, & loculos suos cedant, vel certius ad hoc, vt tanti triumphatoris pompam comitentur.

CAP. 27. A NUM. 57.

Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu: hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

425 ILlustri Iosephi nomine decorati sunt, qui custodes esse meruerunt corporis Christi Domini tam viui, quam defuncti.

Iosephi nomen omnimodo Christi obsequio decoratum,

426 Et notandum, quod Ioseph iste ex tali nomine quoddam ad Christi Corpus ius adquisierat, siquidem, vt ipsi concederetur, nõ suppliciter postulauit; sed iudicialiter petijt; ideoque iudex non iussit *illud dono dari*; sed *reddi*: Vide ad Lucæ cap. 23. num. 50.

Illustri Iosephi nomini Christi obsequium ex iustitia debitum.

CAP. 27. NVM. 59.

Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.

427 MOnumentum Iosephi nouum in petra solidâ, non in terrâ fragili ex sciſſum, in quo nullum vnquam, nisi Christi Corpus positum fuit, Virgo Mater est, de qua Ecclesia canit. *Qui natus olim ê Uirgine, nũc é sepulcro nasceris.*

Uirgineũ Christi sepulchrũ Christum purissime susceptis, ac pepe-rit.

CAP. 27. NUM. 62.

Altera autem die, quæ est post Parasceuem, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, &c.

428 DIes iste primus Paschatis dies erat, dies sanctior, & celeberrimus Iudæorum: cur ergo nomine vulgari significatur, non proprio, & tantæ solemnitatis expressiuo? Cer-

Christi immolatione Hebræorum Pascha adimpletum, ac finitum.

Certe; quia Christo Domino immolato, statim Pascha Hebræorũ omnino cessauit: quod per hunc dicendi modũ Euangelicus scriptor satis indicauit.

CAP. 27. NVM. 63.

Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam.

Apertuersis Christus, vel iam impassibilis ignominiam sustinet.

429 ADhuc, etiam *viuens* in nostra memoria ad illum spernendum; in nostro intellectu, ad illum accusandum, in nostra voluntate, ad illum odio prosequendum, & omnibus modis persequendum.

Hebræorum in Christũ immortale odium.

340 Et notandum, quod odiũ odiati morte non spirans; sed respirans, immortale est.

CAP. 27. NUM. 65.

Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis.

Hebræorum principes, & sacerdotes prodigi accusatores; sed auarissimi largitores.

431 DE auaritia fugillari videntur á Pilato sacerdotes Hebræorum, & Phatisæi: taxat etiam, & æquiuoce accusat eorundem in ipsum illiberalitatem; isti enim Romanorum præfecti fere omnes fuerunt pecuniarum auidi, & collectionibus diuitiarum semper inhiantes, vt patet ex eo, quod de Felice cum Paulo Apostolo refertur Actuum Apostolicorum cap. 24. num. 26.

CAP. 27. NUM. 66.

Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

Hebræorum temeritas non solum Christi assecutis; sed vel ipsius Dei potentiæ repugnare audet

432 CUstodientibus militibus sepulchrum Christi munierunt ad externam discipulorum, quam timebant, irruptionem propulsandam: lapidẽ præterea sigillis fulcierunt, & obstruxerunt ad internã à corpore sepulto violentiam, quam verebantur, impediendam.

CAP. 28. NUM. 13.

Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.

Nulli profundius dormiunt, quam qui ad Christo repugnandum vigilant.

433 BEne *nobis*, sed non de custodientium militum persoñâ intelligendum; sed de sacerdotum, principum, & seniorum; propter rationem, quã accutissime exhibet Diuus Augustinus tractatu in psalm. 63. versu 7.

SANC-

SANCTVM IESVCHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAP. I. NVM. 7.

Venit fortior me post me : cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius.

AD CAP. I. NUM. 7.

SANCTVI IESUCHRISTI Euangelij Secundum Marcum.

Charitatis vnicæ obiectum duplex.

PER CORRIgiam calceamẽtorũ Christi Domini à ligandi effectu tropologice charitas intelligi potest, cuius obiectum, etsi duplex sit, nẽpe Deus, & Proximus: Charitas tamen vna est : ideo loquens de calceamentis pluraliter, de corrigia loquitur singulariter, & hæc est via regia legis gratiæ ab eo promulgatę, qui est *via, veritas, & vita.*

CAP. I. NUM. 17.

Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

Peccatorum cõuersio non humana, sed diuinæ virtutis opus.

2 NON dixit Iesus: *Faciam vos esse*; sed · *Faciam vos fieri*, vt denotaret hominum conuersionem non esse opus industriæ, & virtutis humanæ; sed operationis Diuinę: ideo dixit Apostolis suis Lucæ cap. 24. num. 49. *Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Vide quæ ad hunc locum animaduersa sunt.

Peccatorum cõuersio absque prædicantium labore non consequitur

3 Et notandum, passiue sonari, non actiue, vt indicaret, sine magno prædicantium labore cõsequi non posse hominum conuersionem.

CAP.

CAP. 1. NVM. 18.

Et protinus, relictis retibus, secuti sunt eum.

Amoris filamina homines irretiunt.

4 CVR relinquũt retia ad hominum vocati piscationem? Quia homines non vinculis capiuntur piscium; sed amoris; ideo Osee cap. 11. num. 4. dicitur: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

VEL SIC.

Homo duplex astutia duplici capiendus.

5 Ad homines capiendos eleuati Apostoli retia abijciunt, quia ad simplices pisciculos expiscandos retium non officit ostentatio; ad homines vero duplices captandos retibus inuisibilibus, & imperceptibilibus vti oportet, quibus vsus Apostolus apud Corinthios gloriabatur dicens: *Sed eum essem astutus, dolo vos cæpi.* 2. Corinth. cap. 12. num. 16.

UEL SIC.

Qui fraudum retia non reliquerit, Christi assecla non erit.

6 Minister Ecclesię, vel reipublicæ, qui retia non relinquit, Christi assecla non erit.

CAP. 1. NUM. 22.

Et stupebant super doctrina eius.

Absque studioso labore doctus euadens in stuporem rapit.

7 NON *stupebant super doctrina in quantũ doctrina*; erat enim valde legi Diuinę, & rationi conformis; sed *super doctrina, in quantum eius.*

Nouitatis nota doctrinam grauiter inurit.

8 Et notandum, quod cupiẽtes doctrinam Christi censura inurere, nullũ aliud grauius scõma, quam *nouitatis* inuenerunt, quod in ipsam eiacularetur. Vide infra num. 27. in sacro textu.

Erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.

Qui docet quæ non facit, inefficaciter suadere intendit.

9 ERgo Scribæ, non habebant docendi potestatem? Habebant quidem; sed quia dicebant, & non faciebant, eorum verba, potestatiua, hoc est efficacia non erant.

UEL SIC.

Numquam magistraliter docebit, qui sapientiã ex suo fonte nõ hauserit.

10 Christus docebat eos magistraliter dominium, & potestatem, hoc est, comprehensionem sacrarum Scripturarum habens; Scribæ vero docebant eos pueriliter tamquam garruli scholarum tyrones, & cum notitia Sacræ Scripturæ ex modernorum codicibus mendicata, non in ipso fonte, seu certius pelago, sacrorum oraculorum ebibita.

CAP. 1. A NUM. 23.

Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit, dicens: Quid nobis, & tibi, Iesu Nazarene: venisti perdere nos? Scio, qui sis, Sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus: Obmutesce, & exi de homine.

Vsque ad Christum dæmõ qua si efrænis: per Christum fræno cohibitus.

11 OLim permittebatur dæmoni coram Deo loqui, vt patet ex Iob cap. 1. num. 7. & ad summum illi pręcipiebatur tacere, & â Prouinciâ fidelium exulare. 1. Regum cap. 28. num. 9. sed iam non solum tacere, & á Prouinciâ sibi maxime concupita, & iure fraudis in Paradiso adepta, nempe humano corde expoliatus exire; ideo non dixit Christus: *Exi de isto homine* loquens singulariter, sed: *Exi de homine* loquens specifice: Uide infra cap. 5. num. 8.

Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exijt ab eo.

Dæmon coactus imperata exequitur, non spõte obediens.

12 EXclamans, non loquẽs iuxta præceptum Domini, cui, etsi inuitus diabolicus spiritus obediuit.

Propriam miseriam eiulati, nec ipsi dæmoni denegandum.

13 Sed cur dæmoni prohibuit Dominus loquelã? Certe indecens esset, quod Christo Domino loquẽte, & prædicãte, diabolus loqueretur; ast nõ prohibuit eiulatũ, & clamorẽ, quo suã miseriã quodãmodo subleuaret; hoc enim nulli, nec

ipsi dæmoni negandum est : imo Iob patientię exemplo, & speculo fuit concessum: cap. 19. num. 20. *Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos :* Vide quæ ad hunc locum animaduersa sunt.

VEL SIC.

Qui renitens imperata exequitur, obedientiæ laudem non meretur.

14 Duo dæmoni præcepit Dominus exitum, & obmutescentiam: vtrumque impleuit; sed imperfecte: primum, nam hominem discerpsit: difficultatem, & renitentiam exeundi manifestans: secundum, nam exclamans, eiulans; & gemens exijt, quod genus quoddam loquelæ est, vt patet Ecclesiastici cap. 35. num. 17. Unde, qui violentus obedit, nunquam perfecte obedit; ideo dęmon licet quæ ipsi à Deo, & ministris eius pręcipiuntur, exequatur, obedientię laudem non meretur: Vide 1. Paralipomenon cap. 21. n. 6.

CAP. 1. NUM. 28.

Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ.

Famæ rumor pernicissime volat.

15 RVmor bonæ, vel malę famæ instantaneus processor, & præcursor est.

CAP. 1. NVM. 31.

Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius : & continuo dimisit eam febris.

Valde diuersimode diuinus medicus, & humanus febricitantis manum apprehendunt.

16 HUmanus medicus infirmi manum apprehendit, vt febri naturam agnoscat; at vero Medicus diuinus febricitantis manum apprehendit, vt febrim eliminet.

CAP. 1. A NVM 32.

Vespere autem facto, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos, qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat.

Sol materialis naturaliter cuncta; Sol Iustitiæ miraculose sanat.

17 CUR solis occubitus expectatur ad istas ægritudines repellendas, & energumenos á dæmonum oppressionibus liberandos? Forte ad innuendum, quod non efficacia, & virtute naturalis medicinæ, cui sol præest; sed propriâ, & supernaturali potentia Solis Iustitiæ, & pietatis Christi Domini ægrotantes illos; & male habentes sanatos fuisse. Vel sic.

Peccatoribus, vel dies ipse tenebrescit.

18 Nocte curantur Capharnaitæ ad denotandum, illos tenebris peccatorum esse immersos, vnde ipsorum ęgritudines procedebant: ideoque inter illos multos esse dęmoniacos notat textus.

VEL SIC.

Ærumnosa huius prorrogatio vitæ, vt actio illustris á Deo non existimatur.

19 Prorrogatio huius miserę, & temporalis vitæ visa nō fuit Christo Domino actio adeó illustris, quæ mereretur fieri in oculis solis huius; ideo nocte, & quasi in occulto illas operatus fuit sanitates.

CAP. 1. NUM. 36.

Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant, & cum inuenissent eum, &c.

Nullus frustra Christum sequitur, & prosequitur.

20 QUis prosequitur Christum, qui non inueniat; cum suis etiam persecutoribus se inueniendum exhibeat? Uide Ioan. cap. 18. num. 4.

CAP. 1. NUM. 45.

At ille egressus cæpit prædicare, & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.

Christi doctrinæ cœlum, & terra theatrum est.

21 DOctrina Christi non poterat intra ciuitatū menia contineri; sed in loco patēti, & libero proclamari, habens pro theatro cœlum, & terram, quia doctrina cœlestis erat, & per vniuersum mundū diffundenda.

CAP. 2. A NUM 4.

Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum, vbi erat: & patefacientes submiserunt

ferunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

Tectum, sacramentaliter nudandum, vt gratia veste decentissime contegatur, & speciosissimè ornetur.

22 NVdato, & patefacto, quod tectum est, recte sequitur: *Dimittuntur tibi peccata tua*, ex quo, & decentissime tegitur, & speciosissime adornatur.

CAP. 2. A NVM. 6.

Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur? Blasphemat, &c.

Propriæ authoritati, & commoditati indis pensabiliter incumbere Scribarum proprietas.

23 IN illo nimio, excessiuoque congressu, & concursu, vbi vix ceteri stantes subsistere poterant, procurauerunt sibi Scribæ subsellia, in quibus cõmodius, honorificentiusque sederent, & ex quibus admiranda Christi dicta, factaque iudicarent, & turpi blasphemiæ notà inurerent.

CAP. 2. NVM. 16.

Et Scribæ, & Pharisæi videntes, quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magister vester?

Pharisæi discordiarum, ac diffidentiarum disseminatores.

24 CVR discipulis, & non Magistro hanc obiectionem ingerunt, cum adesset ibi Iesus, vt ex numero sequenti patet: Uel quia adhuc palã Christum arguere non audebant; vel quia ante quam arguerent; inter discipulos, & Magistrum diffidentiam, & discordantiam caute, & subdole disseminare cupiebant. Et notandum, quod hîc Magistrũ coram discipulis, & infra num. 18. Pharisæi discipulis Ioannis coadunati, & protecti, discipulos Christi coram Magistro suo calumniari non verentur.

CAP. 2. NVM. 21.

Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit.

De malis proximi non detrahendum, nec statim rigide sentiendum.

25 CVM aliquas videris in Christianâ republicâ, religiosa ve communitate relaxationes, ne statim mireris, nec in temerarias, imprudentesque exclamationes prorrumpas, quæ potius scandalum moueant, quam mali reparationem efficiant; possunt enim, & solent esse hęc accidentia præuiæ dispositiones à Deo prouidenter permissæ tam ad reipublicæ legalem reformationem, quam ad religiosi status seueriorem disciplinam, perfectiorem que obseruantiam inducendam: Uide ex num. 18. in sacro textu.

CAP. 2. A NVM. 25.

Numquam legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erãt? Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiatar principe sacerdotum, &c.

Superiorum defectus, ex Christi exemplo prudẽter, ac benigne reprehendendi.

26 HAC insinuatione benigne reprehendit Christus Pharisæorum, Scribarumque negligentiam, tam in lectione, quam in Sacræ Historiæ consideratione, quam deberent, die nocteque continuo meditari, tum ex proprij muneris obligatione, tum ex Dauidicâ præscriptione psal. 1. num. 2.

Hebræorum fides, & religio instabilis, & temporaria.

27 Et notandum tabernaculum, quod tunc erat nomine domus Dei, seu templi á Christo Domino significari: nec non, & templum, postquam structũ fuit, frequenter tabernaculum appellari, ad denotandum domum illã Hebraici cultus non stabilem, fir-

mamque futuram, sed infirmam mobilem, & tandem amouendam, vt Apostolus in totâ ad Hebræos epistolâ conuincit.

Vetus testamentum, & nouum mirifice cohærent, & minime contrariantur.

28 Dubium vero, quod resultat ex textu Regum lib. 1. cap. 21. & ex præsenti textu super Achimelech, & Abiathar sacerdotibus non est solutu difficile: Vide Lyranum, & modernos litteræ expositores.

CAP. 3. NVM. 5.

Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum dicit homini: Extende manũ tuam. Et extendit.

Deus vno intuitu omnia penetrat.

29 CHristus vno intuitu circumspiciebat; quia omnes adstantes sibi comprehendebat, & intime penetrabat.

Beneficientiam, & honestum laborem impedire iram diuinam prouocat.

30 Sed cur iratscitur mitissimus Iesus? Quia rudi intelligentiâ, vel iniquâ legis ab ipso latæ interpretatione nitebantur Scribæ, & Pharisæi eum impedire, ne homini daret instrumenta, & mẽbra ad laborandum, & ad benefaciendum.

Et restituta est manus illi.

Manus inutilis, est quasi non esset.

31 NON sanata, seu curata dicitur, sed *restituta*, quia manus vi morbi inutilis facta, erat quasi non esset, seu quasi abesset.

CAP. 3. A NVM. 11.

Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum.

Euangelista Ioannis priuilegium nulli præter Petrum communicabile.

32 NON permisit Christus dæmoni vsurpare proclamatoris, & pronuntiatoris munus, & dignitatem Diuinæ suæ humanitatis, quia priuilegium istud Ioanni erat vnice reseruatum, cui solum dicere licuit: *Et Verbum Caro factum est*: Quod excellentius omnium priuilegium Petro tantum ex diuina dispensatione, & reuelatione valuit communicari. Matthęi cap. 16. num. 17.

Qui immunditiam consulit, immunditiam, ipsi etiam impossibilem, contrahit.

33 Sed quomodo isti *spiritus immundi*, dicuntur, cum hæc passio corporeæ substantiæ propria sit, & spirituali, non solum extranea, sed repugnans? Certe, quia hominibus immunda suggerunt: vnde qui mala alteri consulit, malum ipsi etiam impossibile contrahit.

CAP. 3. NUM. 15.

Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.

Animarum morbis mederi prædicantium munus præcipuum.

34 VIrtus curatiua prædicationi adiungitur, vt ex hoc verbi Dei proclamatores aduerterent sui præcipue muneris esse animarũ morbis mederi: Uide num. 14. huius capitis in sacro textu.

CAP. 3. NUM. 35.

Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

Deigenitrix non Christi solum, sed Christianorum omnium mater amantissima.

35 CVR pro nomen, *Meus* quod fratri, & sorori apponitur, Christi matri non adijcitur? Ut aduerteres Mariam non Christi solũ, sed Christianorum omniũ matrem esse: quod in festo precibus, ac votis Philippi 4. Hispaniarum Regis pijssimæ, ac amabilissimæ memoriæ recens instituto ponderari potest.

CAP. 4. NUM. 1.

Et iterum cœpit docere ad mare.

Elementaris simplicitas ad Christi doctrinã aptior suscipiendam.

36 DOctrina Christi animos, vt elementum simplices requirit; ideò *ad mare* Christus semel, atque iterum docet.

Et congregata est ad eum turba multa, ita vt naum ascendens sederet in mari.

In

Verus Christi assecla, vel in ipsa inconstantia immobilis.

37 IN mari facile mobili, & fere semper turbato, animus peccatus, & verus Christi imitator potest sedere, & quiescere.

CAP. 4. NVM. 15.

Hi autem sunt, qui circa viam, vbi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit Satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum.

Satanæ impugnationibus non ethnici solum, sed et Fideles præcipue obnoxij.

38 NON in inuio solum, hoc est, *in terra deserta, & inuia, & inaquosa* nobis Satanas aduersatur; sed etiam in via, & secus viam.

CAP. 4. NVM. 40.

Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas, est iste, quia ventus, & mare obediunt ei?

Deo obedire, vel ab insensibilibus homo discat.

39 CVI vanitatis ventus, & mare inconstantiæ obedit, homo, vtroque peior, obedire nescit: audi illud humanæ naturæ monstrum sic effutiēs: *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Exodi cap. 5. n. 2.

CAP. 5. A NVM. 2.

Et exeuntes de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare: quoniam sæpe compedibus, & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare.

Mosaycæ legis sacramenta egena.

40 HOmo á dæmone possessus nullo Hebraicæ religionis fræno, aut vinculo poterat coerceri, quia legis illius sacramenta inefficacia erant, & egena.

Homo á dæmone possessus plus brutum, quam homo esse videtur.

41 Et notandum de illo energumeno, non dici, quod *spiritus immundus esset in homine*, sed *homo in spiritu*: adeò enim efferatus erat, vt rationalem naturam videretur exuisse; ideo terminis, brutis appropriatis, & congruentibus de illo textus loquitur: scilicet: *Ligare*, & *Domare*.

Quibus terrena placent, nil morte amarius.

42 Sed cur Geraseni monumenta, & sepulchra sua iuxta littus maris habebant? Quia quibus vita æterna parum, aut nihil curæ est, omnem fœlicitatem in vita præsenti collocant, quę adeó dulcis ipsis videtur, vt illius carentiam, rem omnium amarissimam existiment.

CAP. 5. NVM. 8.

Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

Dei beneficia, etsi ad vnum dirigantur, ad omnes se extendunt.

43 NON dicebat Christus: *Exi ab isto homine* loquens indiuidualiter, sed: *Exi ab homine* specifice loquens, Et notandus verbi modus nempe: *Dicebat*, qui Deitatis proprius est: vide sup. ad cap. 1. num. 23.

CAP. 5. NVM. 9.

Et interrogabat eum, quod tibi nomen est? Et dixit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.

Sine concordia, nec dæmones simul habitare, & permanere possunt.

44 PLures dæmones, nisi in nomine saltem vnioco inter se conuenirent, in vno, eodemque energumeni corpore simul persistere, & habitare nequirent: Vide Lucæ cap. 8. num. 30.

Dæmones iustitiæ Diuinæ punitiuæ exercitus.

45 Sed cur nomen militaris cohortis sibi assumunt dæmones? An vt se esse exercitus ministrorum, & iustitiæ punitiuæ Diuinæ satellitum ostentationem facerent?

VEL SIC.

Dæmones naturæ humanæ hostes implacabiles, sed nō inuisibiles.

46 Hoc disposuit Christus dæmones ipsos declarare, vt aduer-

tant homines, istos immundos spiritus esse naturæ humanę hostes infensissimos, omnino implacabiles, & continuo bella mouentes.

VEL SIC.

Qui se vni vitio immergit, omnibus succumbit.

47 Homo, qui se vni dæmoni, seu vitio, & peccato succumbit, vniuersæ vitiorum cohorti se immergit, subijcit, & deprædandum tradit.

Deitatis ambitor dæmon Theologizare nescit.

48 Sed dæmoni Deitatis æmulo Christo Domino respondenti paulisper attendamus: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus:* Cur nō dicit: *Legio nobis nomen est, &c?* Quia conatur adhuc singularitatem cū pluralitate coniungere, vt similis Altissimo euadat: Sed nescis theologizare, superbe dæmō: nam? *Est*, &: *Sumus* Deo conuenire nequit: simplicissima enim Dei essentia vna, & multiplex non est, vt personatum pluralitate offuscatus falso existimas, & præsumptiue machinaris. Quod autem, si quando audisti Seruatorem nostrum diserentem: *Ego & Pater vnū sumus*, scias rem omnino diuersā, & tuum captum superexcedentem enuntiasse: naturæ, scilicet singularis vnitatem in personarū pluralitate subsistentem.

CAP. 5. NVM. 12.

Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos.

Superior cū subditis, etiam indignissimis, in aliquibus condescendat.

49 NON dedignatur benignissimus Iesus cū creaturis indignissimis quodammodo pacisci, & in aliquo ob iustas, & rationabiles causas cum ipsis condescendere.

Dæmones in peccatore, vel saltē peccatoris symbolo inhabitare satagunt.

50 Sed immundorum genius spirituum perpendendus. Cum ipsis intra hominem peccatorem habitare non permittitur, inhominis peccatoris repræsentatiuo symbolo degere procurant.

CAP. 5. NVM. 17.

Et rogare cœperunt eum, vt discederet de finibus eorum.

Desidiosi semper incipientes, nunquam perficientes.

51 MAli semper Deum rogare, & precari incipiunt, sed numquam perficiūt,

Imperfecti cum temporaliū dispendio æterna nolunt.

52 Et notandum, quod Gerasseni cum temporalium dispendio rerum, nolunt speciosissima, benignissima, & verorum bonorum beneficentissima Christi Domini prę̄sentia frui.

Christus nō apud ipsum seruiliter timentes; sed apud filialiter amantes libenter habitat.

53 Sed cum Christus orationes indiscretas, ipsisque postulantibus nociuas soleat non exaudire, cui Gerasenorum deprecationibus condescendit, & ab eorum finibus discedit? Certe, quia ipsum timebant: Christus autem nō libenter apud ipsum seruiliter timentes, sed apud filialiter amantes mansionem facit iuxta illud Ioan. cap. 14. num. 23. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

CAP. 5. NVM. 18.

Cumque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo.

Cum malū proximi referre oportet, non amplificandum, sed minuendum.

54 A *Dæmonio*, non *á dæmoniorum multitudine*; in quo charitas in proximum cōmendatur: cum enim aliquod malum de proximo referre, necessum est, minimum, quod fieri, seu dici potest enuntiari debet.

CAP. 5. NVM. 19.

Et non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annūtia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Christi assecla debet prius infamiæ notam resarcire.

55 LIcet tunc Christus hominem illum á dæmonibus antea vexatum non admiserit, non tamen in futurum exclusit: remisit autem ad suos, vt prius constaret de energumeni salute,

lute, & sanitate, quam de Christi sequela.

VEL SIC.

Omnis censuræ, etiam iniustæ, aditus præcludendus.

56 Noluit Christus dæmoniacum secum, vel apud se habere, ne vllam vel leuissimam occasionem præberet Iudæis, ipsum postea calumniaturis, dicendi: *Nõne benedicimus nos; quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Ioan. cap. 8. num. 48. Et vt posset illis cum omnimoda veritate respondere. *Ego dæmonium non habeo, &c.*

CAP. 5. A NUM. 25.

Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medicis.

Ægrotus morbũ sentit, medicum patitur.

57 ÆGrotus non tam ab infirmitate sua, quã à medicis patitur.

Pro medicorum numero augentur, vel minuuntur passiones ægrotantium.

58 Et notandum, quod ægrotus, *á compluribus medicis*, hoc est, á copioso medicorum simul concurrentium numero multa patitur: ab vnico, & solo medico, vel curatur, vel saltem minus patitur. Vide ad Lucæ cap. 8. num. 43.

CAP. 6. NVM. 30.

Et statim Iesus in semetipso, cognoscens virtutem, quæ exierat de illo.

Viua fidelis fides pia Diuinæ virtutis expolliatrix.

59 QVÆ *de illo exierat virtutem cognoscens*, nõ *quam ipse emiserat*, viua enim, & feruida mulieris fides curatiuam virtutem â cælesti medico, quasi præteruoluntarie extorserat, & naturaliter extraxerat.

Deus bona in se ipso, mala extra se cognoscit.

60 Et notandum, quod Deus in semetipso beneficientiam, & reliqua bona, tamquam in bonorum omnium fonte, & radice cognoscit; mala autem omnia extra se ipsum speculatur.

Conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea?

61 ALente Christo Domino: *Quis tetigit vestimenta mea?* Non incongrue, sed consone respondent discipuli: *Et dicis: Quis me tetigit:* nam vt ait Diuus Bernardus serm. de quatuor modis orandi, *fimbria vestimentorum Christi sunt Sancti.* Qui autem Sanctos oratione tangit. Christum ipsum tangit, seu exorat.

Qui Sanctos orat, Deum exorat.

UEL SIC.

Vestis Christi inconsutilis Ecclesia est.

62 Vestimenta Christi, & præcipue vestis inconsutilis desuper contexta per totum, est Ecclesia, cuius caput viuidum Christus est, & quam lacerant baptizati, qui ab Ecclesiæ materno gremio secedunt: Vnde multa, quæ de Ecclesiæ vitali corpore dicuntur, de eius capite vitam influente, Christo Domino enuntiari possunt: ideo aiebat ipse Lucæ cap. 10. nu. 16. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.*

CAP. 5. A NVM. 38.

Et veniunt in domum Archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis.

Solus Deus nostras calamitates miserendo videt.

63 DIscipuli cum Christo in domum Archisynagogi veniunt, sed Christus solus tumultum, fletum, & eiulatum uidet, & compescit.

UEL SIC.

In luctuosis defunctorum domibus dæmon perstrepit ad vicentium distractionem.

64 Hos tumultus, angores, solicitudines, fletus, aliasque multas actiones distractiuas in defunctorum domibus á dæmone excitari existimo, ne vitæ præsentis labilitatem, mortis horrorem, & alia plurima, quæ ad mores hominum componendos efficacia forent, viuentes, qui istis luctuosis actibus assistunt, aduertant; ideo forte hæc omnia ab Euangelista á Christo solo visa, seu notata dicũtur, & reprehensa.

CAP.

CAP. 5. NUM. 40.

Et irridebant eum.

Vbi mundus regnat vicissitudo viget.

65 ECce nunc ridentes, imo irridentes, qui paulò ante flebant multum, & eiulabantur: vnde hæc affectuum contrariorum celerrima vicissitudo? Forte, quia nullus ibi, ex verâ charitate, & pietate, sed ex mundanâ attentione, lucroso ve respectu aderat: ideo omnes Christus eiecit, præter tres discipulos prædilectos, in quibus vera charitas, & puellæ parentes, in quibus amor proximi vigebant, de quorum numero, & personarum qualitate non pauca, nec inepta de vtraque lege allegorizari possunt.

Ipse vero, eiectis omnibus, assumit patrem, & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur, vbi puella erat iacens.

In temporalis vitæ fragilitate non immitendum.

66 OMnes excludit Christus, & publicationem vehementer prohibet infra num. 43. cum temporalem vitam restituit, ne in hac fragili, & misera vita considerent, & inniterentur.

Christus D. exẽplo suo honestatẽ nobis summe cõmendauit.

67 Et notandum, Christum ad eruditionem nostram, noluisse absque quinque testibus, alijs ex parte ipsius, alijs ad puellam spectantibus ad cubiculum, vbi puella, etiam defuncta, iacebat, ingredi.

CAP. 5. NVM. 43.

Et dixit, dari illi manducare.

Quod naturaliter fieri potest, miraculose Deus præstare non solet.

68 VOluit Christus miraculose vitam puellæ restituere; noluit autem miraculose, sed per naturalia media conseruare, ideo dari illi manducare dixit.

Vbi naturalis propensio viget, diuisadmonitio sufficit.

69 Et notandum, non dici, quod *iuserit*, aut *præceperit*, sed quod *dixerit*; quia cum defunctæ parentibus loquebatur, qui præcepto formali super hoc, præterá naturâ indito, non indigebant, sed aduertentia tantum, ob insolitæ resurrectionis stuporem, & animorum conturbationem, quæ illam cibi indigentiam animaduertere non sineret.

CAP. 6. NUM 3.

Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Nonne sorores eius hic nobiscum sunt?

Christus D. in generationibus suis singularissimus in ordine ad hereditatem plurimos admittit consanguineos.

70 FAbrum vocant, quem Matth. cap. 13. num. 55. *Fabri filium* appellauerant, & recte; vtrumque enim erat in sensu ibi explanato: qui cum esset opifex cœli, & terræ propternos homines, & propter nostram salutem fratres, & sorores, ideſt, æternæ beatitudinis coheredes habere dignatus est. Vide locum Matth. supra memoratum.

Et scandalizabantur in illo.

Malignus ex ædificationis materia abutitur ad dissipationem.

71 QVÆ debebant esse Christi conciuibus admirationis materia, & diuinæ laudis motiua; ex eorumdem malignitate in materiam scandali, & occasionem peccati conuersa sunt.

CAP. 6. NUM. 5.

Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.

Incredulitas hu-mana, vel ipsi Deo, quodammodo noctua.

72 NON *poterat* moraliter quidem, non autem physice, impedita, scilicet Christi virtute eorum demeritis, præcipue incredulitate.

Liberi arbitrij humani cooperatio vtique ſoluti confert.

73 Et notanda liberi arbitrij cooperatio, & prærequisita dispositio ad nostram salutem non solum spiritualem; sed corporalem etiam consequendam.

CAP.

CAP. 6. A NUM. 6.

Et circuibat castella in circuitu docens. Et vocauit duodecim, & cæpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum.

Christi, ac dæmonis oppositæ ad modum circuitiones.

74 Diabolus circuit, quærens quem deuoret; Christus autem quærit, quam saluet.

Exilitas messis Agricolam diuinum non facit desidem.

75 Et notandum, incredulitatem expertam, & exiguum Hebræorum profectum Christo præcognitum non obstitisse quominus, & ipse Dominus prædicaret, & discipulos ad prædicandum mitteret.

Euangelici operarij diuisim amplius, quam coniunctim ædificare solent.

76 Notandum etiam; cum minori profectu discipulos omnes coniunctim missos in exiguâ Iudaicæ Prouinciæ areâ, quam in vniuersi Mundi campo singillatim dispersos laborasse: ideò infra nu. 30. Apostoli Christo Domino quæ egerant, & docuerant, renuntiantes, de conuersionibus subsecutis nihil retulerunt.

Minister Euangelicus non minus exemplo ædificat, quam verbo.

77 Sed cur discipulos *binos*, & non *singulares* Magister misit? Ut non solum vniuoca doctrinæ conformitate; sed etiam mirâ, & pacificâ inter se agendi conuersatione populos instruerent, & sic non exemplo minus docerent, quam verbo: Ad hoc etiam, vt vno prædicante, alius quiesceret, viresque resumeret, & sic cum labore requies alternari posset.

Et dabat illis potestatem spirituum immundorum.

Homo ex diuina potestate dæmone superior.

78 Hoc est in ipsos immundos spiritus potentiam superiorem, & virtutem coactiuam.

VEL SIC.

Non minus, imo amplius potens est Dei minister ad nostrum profectum, quam dæmon ad nostri nocumentum.

79 Christus Apostolis, & Apostolicis viris in remedium nostrum, & vtilitatem talem, ac tantam potestatem concedit, quâtam spiritibus immundis in nostram probationem, & exercitationem permittit: ne illi minus fortes, & efficaces in suis sanctis commonitionibus, & exortationibus sint, quam isti sunt in suis prauis suggestionibus, & tentationibus.

CAP. 6. NVM. 8.

Et præcepit eis nequid tollerent in via, nisi virgam tantum; non peram, non panem, neque in Zona æs.

Ministri Apostolici pauperes, & peregrini.

80 Cvr *virgam* Apostolis iter acturis concedit, cetera excludens? An vt adverterent in hoc mundo semper pauperes, & peregrinos futuros esse?

VEL SIC.

Ministri Apostolici potestas semper viget.

81 Virgam Apostolis suis Christus concesit in signum prælationis, & potestatis.

VEL SIC.

Minister Euangelicus pedestris ambulet.

82 Per hoc Apostolis insinuare videtur Christus, pedestres ambulare debere; non vero equitando, vel alio gestationis genere vtendo.

CAP. 6. NUM. 18.

Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Leges Dei communes specialiter regibus inimandã.

83 Cvm Ioannes vniuersalem legis prohibitionem proferat, cur addit: *Tibi?* Ne falso Herodes existimaret, ex regalis præcellentiâ dignitatis, se á lege communi, etiam directiue, exemptum.

VEL SIC.

Dei ministri omnes effugium peccatoribus præcludant.

84 Ioannes ait: *Non licet tibi*, tacite Herodis obiectioni occurrens, se, scilicet, vtpote Idumæum, lege Mosaica non teneri; nam in nulla lege licet vxorem alterius arripere, & sibi copulare: Vide quę ad Matth. cap. 14. num. 5. dicta sunt.

Sed

Feminam à turpi conuersatione reuocare, res fere impossibilis.

85 Sed cur Ioannes Herodiadem etiam non arguebat? An quia res desperata est, feminam á turpi conuersatione reuocare?

CAP. 6. NVM. 19.

Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.

Vocalis virtus feminei sexus prædominium.

86 CVR Ioannem occidere procax femina non poterat, quæ, & terrenum regem suppeditabat, & legem diuinam spernebat? An quia Ioannes erat Uox, & vox adeò femineo sexui prædominatur, vt contra illam nil agere valeat?

CAP. 6. NVM. 20.

Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiebat eum.

A prauâ femina grauius malum quam mors timeri potest.

87 QVomodo Ioannem Herodes *custodiebat*, cum Matthæus cap. 14. num. 5. dicat, quod *volebat eum occidere*? An custodiebat Ioannem ab Herodiade, ne ab ipsâ illi grauius malum fieret? Uide quæ ad Danielis cap. 6. num. 17. notata sunt.

Et audito eo, multa faciebat, & libenter eum audiebat,

Multa bona non prosunt eis, qui peccare non desinunt.

88 QVid profuit, quod multa fecerit, si non omnia fecit, imò potiora, & graviora facere noluit, nempe adulteræ abiectionem? Et notandum illa qualiacumque ab Herode benefacta, & gratam Ioannis auditionem, sine commemoratione, & laude à sacro Scriptore relicta nõ fuisse.

Declamatoris Euangelici efficacia ceteris dotibus præferenda.

89 Notandum etiam efficaciam prædicationis Ioannis, quâ ad bene operandum excitabat, á sacro textu præferri, & anteponi stili suauitati, modique dicendi gratiæ, quâ auditores demulcebat.

CAP. 9. NVM. 21.

Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

Reges sumptus suos coram populo iustificare debent.

90 ACtioni regis dispendiosæ iusta, & rationabilis causa adiungitur, ne populi murmurationi, & graui censurę exposita remaneret.

Qui temporalem vitam celebrant morti litant.

91 Sed cur hæc natalis Herodiani celebratio non appellatur conuiuium, sed cœna, quæ vltimũ prandium est? An quia qui vitam istam temporalem exilem, & caducam celebrare nituntur, potius morti, quam vitæ litant, & sacrificium faciunt?

U E L S I C.

Cœna, non prandium, in qua mortis ferculum ministratur.

92 Cœna dicitur, non prandium, quia in illâ ferculum mortis conuiuis porrigendum, & ministrandum erat: absciſum scilicet Baptistæ caput.

U E L S I C.

Cum morte cœnat, qui se vitæ meliore privat.

93 Cœna natalis Herodis dicitur, quia Ioannem occidens eadem actione se ipsum Herodes erat occisurus, & meliori vita privaturus.

CAP. 6. NVM. 22.

Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quodvis, & dabo tibi, & iurauit illi: Quod quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Scortatricis fœminæ filiorum incertus pater.

94 MAter huius puellæ saltatricis signate nominatur, pater vero subticetur, quia ob frequentes matris scortationes, & adulteria, certus huic, histriculę pater designari non poterat.

Rex, qui in tripudijs distributam iustitiam administrat, vitia, non virtutes remunerat.

95 Et notandum, imo mirandum est, quod Ioannes, pie, efficaciter, & eloquenter orans Herodi placet supra num. 20. & tamen nihil Ioanni ab Herode offertur; puel-

puella lasciue saltans eidem placet, & illam statim profusissime vsque ad prodigalitatis excessum remunerare conatur, enormi se ad hoc iuramento obstringens: sic iustitiæ distributiuæ satisfaciunt principes, qui illam in conuiuijs tripudijsque administrant.

CAP.6. NVM.24.

Quæ cum exisset dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ.

Feminea regnandi ambitio cum nullo admittit diuisionem.

96 CUM Herodias Ioãnem iam in carcere conclusum, vinctumque teneret, & multę viæ ad ipsum, è medio tollendum, perimendumque suppeterent, cur amplissimam filiolæ dotem despexit, nam certum est enormem; & iuratam Herodis promissionem, vel per filiæ manifestationem, vel certius per ipsius auditionem ex proximo occulto triclinio clancularie, & curiose tripudium spectanti Herodiadi constitisse? An adeó ambitiosa erat Herodias, vt regnum, etiam infami medio, & iniusto titulo adeptum, nec cum ipsiusmet filia partiri vellet?

VEL SIC.

Auaritia, & ira femineo sexui prædominantur.

97 Duabus passionibus femineo sexui prædominantibus, iræ, scilicet, & auaritiæ, Herodias subseruiuit, & æqualiter satisfecit.

CAP.6. NUM.25.

Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.

Ex dæmonis suggestione scelēris patrationē exigens, tempus ad considerandū nō concedit.

98 NON in crastinum differri permisit, sed statim Baptistæ caput sibi afferri voluit, ne regi ad tam enorme flagitium considerandum spatium concederet, & vt ipsa etiam cum matre natalem Herodis congruo tali solemnitati ferculo condigne celebraret: Tyranni enim, & iniqui regis natalis piorum virorum, & sanctorum occisio est.

Ioannis Baptistæ caput vni integro regno præstat.

99 Nec sine aduertentiâ prætereundum est, quod impia hæc, & iniqua postulatio longissime Herodis promissum excesserit: nam Ioannis caput, non solum plusquam dimidium, sed plusquam totum regnum æstimari debebat.

CAP.6. NUM.26.

Et contristatus est rex.

Stultæ promissionis impletio displicens.

100 QVI promissurus nō aduertit, necessum est, quod tristetur impleturus.

Sceleris perpetratio generalē omnium tristitiā causat.

101 Et notandum non Herodem solum, sed omnes etiam conuiuantes summâ affectos tristitiâ fuisse: ideo non ait textus: *Et tristatus est rex*; sed: *Contristatus.*

Propter iusiurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare.

Quod bonos lætitia, prauos tristitia afficit.

102 NOluit eam contristare, idest simul cū matre tristitiâ afficere.

Nequit rex lasciuus esse bonus politicus.

103 Et notandum quantam vim, & efficaciam Herodes iuramento ex naturâ rei inualido, vellit attribuere, & prauâ politicâ exempli discumbentium gubernari, vt, ne duplici feminæ displiceat, & vt scandalum passiuum, falsum, & improprium euitet, duas eximias, præcipuasque artis regnandi virtutes, iustitiam, & religionem infringere, & omnem rempublicam conturbare non dubitet.

CAP.6. NVM.30

Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.

Euangelij Ministrorū tam de operibus, quam verbis ratio Deo ipsi reddenda.

104 ADuertat Euangelicus minister se rationem tam actorum, quam dictorum suorum Deo redditurum: nec

nec non opera verbis tamquam efficaciora documenta præferri: Vide actuum Apostolorum cap. 1. num. 1.

CAP. 6. NUM 31.

Et ait illis: Venite seorsum indesertum locum, & requiescite pusillũ.

Pro Deo laborantibus secura requies.

105 DIgni sunt, qui laborant in vineâ Ecclesiæ, & areâ Domini, non solum victu ad vitam necessario, sed etiã opportuna requie.

Vitæ præsentis gaudia iustis pusilla apparent, vti sunt.

106 Sed cur ad pusillam tantum requiem á Christo Domino Apostoli segregantur, & inuitantur? Uel quia hæc ad naturæ reparationem sufficiens est: Vel quia omnia vitæ præsentis oblectamẽta viris iustis, & spiritualibus exigua, & pusilla apparent, sicut re vera sunt.

CAP. 6. A NVM. 32.

Et ascendentes in nauim abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

Numquam Deus tantum se abscondit, quod inueniri non possit

107 NUmquam Deus tãtum, secedit, & se abscondit, quod non videri, & cognosci possit á volenti sequi, & quærere ipsum.

Misericors Deus se quandoque á viua Fide præueniri permittit.

108 Et notanda horum solertissima diligentia, & animata fides, quę ipsum Dominum præuenire valuit: ideo forte ipsis panem Eucharistię typum in illâ occasione porrexit.

Nil laboris in materia virtutis impensi á Deo transcuratur.

109 Sed cur *pedestres* conciurisse aduertit textus? Nil laboris in materiâ virtutis impensi à Deo transcuratur, sed consideratur, aduertitur, & notatur ad superabundantem remunerationẽ.

UEL SIC.

Cum magister laborat, vt doceat, discipulus laboret, vt discat.

110 Si Apostoli *pedestres*, vadunt ad docendum, cur fideles pedestres, non ibunt ad audiendum?

CAP. 6. NUM. 34.

Et exiens vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa.

Ministri Ecclesiæ, qui redditibus augendis inhiant, præcipua, & præcissa sui officij munera transcurant.

111 NIL miserabilius, & compassione dignius, quam non habere spiritualem pastorem, & verę semitæ ductorem. Vt quid ergo tot Scribæ, tot Pharisæi, tot legis Doctores Christum continuo tentantes, & prouocantes, & ipsius admiranda opera vellicantes, & minuentes? Isti suis honoribus, & redditibus augendis solummodo insistebant: ideo primos accubitus in omni conuiuio, & prima subsellia in omni consessu, & vocari ab omnibus Rabbi ambitiose studebant: ideo templi donaria; parentum etiam necessario victu neglecto, augere cupiebant; ideo nundinas animalium offerendorum, & profanas nummulariorum mensas intra sacrosancta templi septa permittebant, & nil minus, quam populi tam ciuilis, quam ruralis doctrinæ, & instructioni attendebant: ideo dicitur, Christum cæpisse populos illos docere multa, Per quem dicendi modum insinuatur, hanc catechisticam, & omnino necessariam populorum instructionem ab Scribis, & legis Doctoribus, non transcuratam solum; sed adhuc intactam esse, & incæptam non fuisse.

CAP. 6. A NVM. 42.

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

Saturato populo æquum est Quod ministri Ecclesiæ saturentur.

112 DUodecim cophini pro duodecim Apostolis superfuerunt; æquum enim est, quod ministri abundent, præsertim, qui laborant verbo, sed post populi refectionem, & abundantem satisfactionem.

CAP.

CAP. 6. *A* NUM. 51.

Et adscendit ad illos in nauim, & cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant: non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Obcæcatum cor, vel stupēda Christi miracula non aduertit.

113 VALDE opportune Apostolorum obcæcationem Euangelista notat, quandoquidem adeó stupendum miraculum non aduerterant, nec in illo circumstantiam magnopere perpendendam, nempe dona principis per ministrorum manus distributa non solum omnibus sufficisse, sed etiam superabundasse.

Qui mundialia lucra despicit, de pane lucrando non intelligit.

114 Sed, si tantum mihi liceret, nō mirarer, Apostolos á Christo Domino rerum omnium mundialium despectum, & vilipensionem edoctos, de pane lucrando non intellexisse.

Qui Eucharisticum panem non aduertit, de obcæcatione arguē dus venit.

115 Cur ergo de cordis obcęcatione arguuntur? Forte, quia in illo pane supersubstantialem Eucharisticum panem latentem non aduerterant, de quo sufficientem á Christo Domino insinuationem acceperant, cum *intuens in cælum benedixit, & fregit*, supra num. 41.

CAP. 7. NVM. 2.

Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius, communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperauerunt.

Hypocritarum stilus ceteros fere præter se ipsos

116 MAnus nō lotas appellabant Scribæ, & Pharisęi *manus communes*, hoc est, quales fere omnes reliqui præter ipsos communiter habebant: ex sua enim hypochrisi, & supercilioso ceterorum despectu taliter sua dogmata pronuntiabant, vt ipso dicendi stilo omnes alios lancinarent, punctimque ferirent.

CAP. 7. NUM. 15.

Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedūt, illa sunt quæ communicant hominem.

Hominum communicatio maculat.

117 COmmunicare, ponitur pro *maculare*, quia inter homines fere nulla in rebus humanis communicatio est, quæ non maculet: ideo Beatissimus Seraphicusque Christi vulnifer Frācisćus dicere solebat: *Quoties inter homines fui minus homo redij.* Vide infra in textu huius capitis num. 18.

CAP. 7. *A* NVM. 24.

Et inde surgens abijt in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim, vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum intrauit, & procidit ad pedes eius.

Nunquam Deus, etsi aliquando non se ostendat, aditum ad ipsum accedere volenti occludit.

118 NOluit Christus iustis de causis, quod domestici, vel discipuli publicarent, ipsum in domo illa esse; sed non præcepit domum occludi, ne venientibus non pateret; ideo mulier statim introisse dicitur.

CAP. 7. NUM. 30.

Et cum abijsset domum suam inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exijsse.

Vbi dæmon adest, quies deest.

119 PUellæ quies fuit signum euidens expulsionis dæmonis: vbi enim ille assistit, quies esse nequit.

CAP. 7. NUM. 35.

Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.

Lingua, quam Deus soluit omnimodo recte loquitur.

120 LOquebatur recte, nō solum physice, sed etiam moraliter: laudans, scilicet Deum, & gratias agens.

CAP. 8. NVM. 2.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me.

Nullus superior est, qui subditos non exerceat.

121 Si triduo esse sub benignissimo Christi ducatu, & dominio adeò subditos exercet, vt ipsorum sustinentia necessaria sit, quid de humanis superioribus dicendum erit? Vel ex hoc discant summam benignitatem, & mansuetudinem erga subditos adhibere.

Nec habent, quod manducent.

Alimenta ad vitam necessaria iuris subditorum sunt.

122 NON dixit: *Nec habeo*, quod manducent; sed: *Nec habent quod manducent* ad denotandum, alimenta, & reliqua ad vitam necessaria non tam iuris præpositorum, quam subditorum esse.

VEL SIC.

Deo nil tam sibi quam suis deesse potest,

123 Christo alimenta suis subditis congruentia, non sufficientia solum; sed etiam superabundantia deesse non poterant: ideo non ait: *Nec habeo quod manducent*, sed: *Nec habent*, &c.

CAP. 8. NVM. 3.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, defficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

Qui ad Christum affectiue accedit, ieiunus nũquam discedit.

124 QUI vero cordis affectu ad Christum accedit, numquam ieiunus in domum suam reuertetur.

VEL SIC.

Peccator vere conuersus Eucharistia reficiendus

125 Neminem vult Christus á se redire ieiunum, & multo minus qui *de longe*, idest, de graui admisso peccato conuersi in se reuertuntur, & ad Christũ veniunt: quod pro frequenti tam perfectorum, quam imperfectorum sacræ synaxis participatione persuadenda ponderari potest.

CAP. 8. NVM. 4.

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

Hominem homô alere; saturare solus Deus valet.

126 SAturare naturam humanam nemo, nisi solus Deus: alere quiuis bonus præsul, & gubernator potest in hac miseræ mortalisque vitæ solitudine.

CAP. 8. NVM. 6.

Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent.

Sacramenta Ecclesiæ humiliter; ac deuote susipienda.

127 SEptem panes, hoc est, septẽ sacramenta alunt populum Christianum, nec ideo minuuntur; sed potius in se ipsis augescunt, ideò de septem panibus septem fragmentorum sportas discipuli sustulerunt, vide infra in textu num. 8. At non perfunctorie, & accelerate, sed sedate, quiete, cum debitâ consideratione, & humili animi demissione susciplenda sunt: ideo *super terrã* discumbere percepturi à Domino præcipiuntur.

CAP. 8. NVM. 14.

Et obliti sunt panes sumere.

Sæcularium superflua Ecclesiasticorum sunt alimenta.

128 QVid ergo fecerunt Apostoli de sportis septem fragmentorum, quę superfuerant? Fortè nondùm adueterant, de superfluis sæculariũ Christi, & Ecclesiæ ministros alendos esse.

VEL SIC.

Qui Christũ possident, terrena despiciunt.

129 Qui secum Christum habent, omnia terrena, etiam in primis necessaria, despiciunt, & obliuiscuntur.

CAP. 8. NVM. 39.

Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei venientes in virtute.

Regis

Pro Christo vitã prodigentiũ dulcis mors.

130 REgnum Dei *in virtute* est crux, *in pignore* Eucharistia. Et notandũ, quod de morte Apostolorum loquens, non illi sufferentiam, sed gustum appropriat.

CAP. 9. A NVM. 4.

Et respondens Petrus, ait Iesu: Rabbi, bonum est, nobis hic esse: Et faciamus tria tabernacula, Tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnũ. Non enim sciebat. Quid diceret.

Cœlicolarum, & Beatorũ æterna, & communis habitatio est.

131 TAbernaculum domus mobilis est, insuper tabernaculorum pluralitas domorum diuisionem significat: quod vtrumque cœlesti beatitudini valde repugnans est: primum eius stabili, & æternæ opponitur permanentiæ: secundum vero in illa cœlesti patriâ habitantium excellentiæ contrariatur: omnes enim domestici Dei sunt: & licet in mansionibus diuersis, in vnica tamen domo omnes; non in diuersa quisque domo habitat; ideo forte discipuli ignorãtia notatur,

CAP. 9. NVM. 24.

Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.

Christi D. verba ad peccatorum conuersionẽ efficacissima.

132 HÆC verba declamatoribus suis Euãgelicis pro peccatore obstinato corripiendo Christus reliquit, & commendauit: *Surde, & mute spiritus, &c. surde*, scilicet, ad audiendum verba prædicantium; *mute* ad peccata in pœnitentiæ foro proferendum.

CAP. 9. NVM. 25.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: quia mortuus est.

Qui dæmonis dominium excutit, de morte ad vitam transfertur.

133 QVI dæmonẽ, seu peccatum á se emittit, mortuus appareat, vt nouam deinceps intelligatur inchoare vitã.

CAP. 9 NVM. 28.

Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio.

Peccata gulæ ieiunio, & oratione emarte oportet.

134 CErte hoc dæmonũ genus vitio gulæ præsidebat; ideoque hominem arreptum sæpe in ignem, sæpe in aquam conijciebat, quę sunt elementa isti vitio accommodatiora, & frequenter deseruientia: quod patet etiam ex ipsius curatione, virtutibus, scilicet, contrarijs, nempe *ieiunio, & oratione,*

CAP. 9. NVM. 35.

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset, &c.

Humilitatis virtus discipulis suã á Christo D. summe commendata.

135 PUerum in circumstantium discipulorũ medio complexus fuit Christus, vt discipulis appareret, se illi commensurari velle: & non semel, sed iterum, ac sæpe exinanire. Hic statutum humilitatis videtur Christus Dominus discipulis suis promulgauisse.

CAP. 9. NVM. 36

Et ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eũ, qui misit me.

Nullũ toti Deitati magis proprium quam misericordiæ obsequium.

136 SIC fatur Iesus ad denotandum, quod misericordes non solum obligãt, & demerentur ipsum in quantum hominem, sed etiam in quantum Deum, & non solum Deitatẽ, sed etiam Notiones personales. Infertur etiam á contrario, impium, & immisericordem, & fidem abnere, & infideli deteriorem esse.

CAP. 9. NVM. 37.

Respondit illi Ioannes, dicens: Magister, vidimus quemdã in nomine tuo ejicientẽ dæmonia, qui nõ sequitur nos, & prohibuimus eum: Iesus autem ait: Nolite prohibere eum.

Inuidia Christianæ perfectioni valde contraria.

137 FOrte ex hoc inuidiæ affectu, quo discipuli adhuc imperfecti, tenebantur, dęmoniacum supra num.17. memoratum curare non potuerunt.

CAP. 9. NVM. 42.

Bonum est tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Vtraque Inferni pœna à Christo Domino expressa.

138 HIC vtraque damnatorum pœna proponitur: pœna sensus in igne inextinguibili, pœna damni in vermementis viscera corrodẽte, quę tamquam grauior sensitiuę pœnæ præponitur, & ad iustum, & profectuum tanti mali timorem incutiendum iterum, ac tertio repetitur: Vide infra num. 45. & 47.

CAP. 9. NVM. 48.

Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.

Purgatorio igne iustorum victima in æternam vitã decoquuntur.

139 TRactatui de Inferni igne sermo de igne Purgatorij congruo doctrinę ordine adiungitur, in quo fideles in Dei gratia decedentes in vitãę ternam, decoctis eorum imperfectionibus, tamquam victima diuino conspectu digna, & æternũ in gloriæ altari duratura, præparantur.

CAP. 9. NVM. 49.

Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

Alios directurus se primum dirigat.

140 QUI ad aliorum destinatur directionẽm, se prius ipsum debet dirigere, qui enim se ipsum salit, corruptibilia per prudentem, discretamque mortificationem, consumendo, & desiccando, pacem tam internam, quam externam consequetur: Vnde illa coniunctio cõditionalis, & illatiua est, hunc sensum faciens: *Si habueritis in vobis sal, pacem habebitis inter vos.*

Apostolicum sal, cum mediatorẽ agat, in neutram partem declinet.

141 Sed cum in Sacra Scriptura, etiam apices, & puncta mysterijs scateant, & abundent, disquirere libet, cur sal Apostolorũ hic á Christo Domino in neutrâ terminatione pronuntietur, cum iuxta grammaticorum regulas ad masculinum genus pertineat? Dicerem, hoc factum fuisse ad denotandum, quod Apostolicum sal non ad hanc, non ad illam partẽ deflectere, sed omnimodâ indifferentiâ in medio consistens in neutram partium debeat declinare.

Vetus Lex ad bonum ducebat: noua Gratiæ Lex ad perfectum deducit.

142 Et notandum, quod cum in veteri testamento hæc vox iam in neutro, iam in masculino genere promiscue collocetur, vt patet Leuitici cap. 2. num. 13. & Ecclesiastici cap. 22. num. 18. in nouo tamen Testamento ad perfectum nos deducente, in neutro semper genere pronuntiatur.

VEL SIC.

Nil sapit, cui pax non sapit.

143 Sapientiæ sal cum pace Dominus coniungit, nil enim sapit, qui pacem conseruare non sapit.

VEL SIC.

Discordia pestis; pax salubritas communitatum est.

144 Discordia pestis, nec non ciuilis vitæ, & conuersationis corruptio est, ac summum malũ: Pax vero summum eiusdem bonum, ac perfecta sanitas: huic ergo Apostolicum sapientiæ sal oportune adiungitur, vt tantum bonũ conseruetur, & tam graue malum non incurratur.

CAP. 10. A NVM. 4.

Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duritiã cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

Quan-

Hominum imperfectioni leges ciuiles attemperandæ.

145 QVandoque ad subditorum imperfectionem legis humanę, in quantum possibile fuerit, acommodari debent.

Veteris Legis Dictator Deus, Moyses scriptor.

146 Et notandum verbum: *Scripsit* per quod innuitur Deum conditorem, & dictatorem legis; Moysem vero solummodo scriptorem fuisse.

CAP. 10. *A NVM* 29.

Respondens Iesus, ait: Amen dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat, cẽties tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus.

Temporalia bona persecutionibus abundant.

147 CVM *persecutionibus*, id est, cum ijs, quę ad bonorum adquisitionem temporalium consequuntur, quæ *persecutiones* appellantur, quia qui multa bona temporalia patitur, multas persecutiones possideat, necesse est.

Qui substantia abundant, cognatis scarent, & redundant.

148 Et notandum tam corporaliter, seu moraliter, quam spiritualiter diuites, quantis cognatis, & agnatis abundent.

Boni diuitis tot matres, quæ virtutes.

149 Sed cur spiritualiter diuiti plures matres, supresso patris nomine, tribuuntur? An quia talibus pater vnicus Deus est; matres vero virtutes, vel bona opera, quę illos materno affectu fouent, & prosequuntur, ad vitamque æternam parturiunt?

CAP. 10. *NUM.* 42.

Iesus autẽ vocans eos, ait illis: Scitis, quia hi, qui videntur principarigẽ tibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum.

Mundana subiectio certa, & grauis; potestas apparens tantũ esse solet.

150 PRincipatus dignitas apparens tantum, dominatio vero, & quidem despotica effectiue, & realiter exercita: hæc mundanæ potestatis definitio est.

CAP. 10. *A NUM.* 49.

Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: Animæquior esto; surge, vocat te. Qui, proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum.

Qui ad Deum exiliens venit cæcitatis damna non sentit.

151 VEnit cæcus ad Iesum fide, & affectione, nõ lumine oculorum, vel adstantium adiumento ductus, ideo *exiliens* processisse dicitur.

Qui Fidei lumẽ recipit veterem hominem exuit.

152 Sed cur vestimentum proijcit? Quia lumen fidei recepturus veterem hominem exuere debet cum actibus suis.

Mirabilia Christi opera omnia fuerunt admiranda.

153 Cur autem non immediate per se, sed per discipulos cæcum aduocauit Iesus? Vt & cęcũ illuminaret, & discipulos ad illuminationi cęcorũ incumbendum instrueret.

Cæcos illuminare arduum est, ac per difficile.

154 Cur vero *stat*, seu gradũ sistit Iesus? Vt discipuli aduerterent, hanc arduam, & difficilẽ cæcos illuminandi operationem nõ obiter, & perfunctorie, sed permanenter, & cum magna animi applicatione exequendam, & perficiendam.

CAP. 10. *NUM* 52.

Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via,

Quem Deus illuminat, corpore, & monte illuminat.

155 VIdit, non solum corporaliter; sed etiam spiritualiter; ideo statim secutus fuit Iesum.

Quem Deus illuminat, ex inuio in viam collocat.

156 Sed cur additur: *In via?* Ad denotandum, cæcum iam nõ iuxta viam, sicut antea; sed in ipsa via, quæ Christus est, constitutum esse: Vide supra n. 46. in sacro textu.

VEL SIC.

Christi affecta via recta in cœlũ contendunt.

157 Ad innuendum Christi affectas non in inuio perperam diuagari, sed *in via*, quâ ad patriã pergitur recto tramite ambulare, & securum iter peragere.

VEL SIC.

Qui mundi impedimenta excutit, facile Christum sequitur.

158 Iste illustratus cæcus facile Iesum sequitur, quia prius vestimentorum impedimenta abiecerat: Vide supra num. 50. in sacro textu.

CAP. 11. NVM. 4.

Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum.

Humanum arbitrium semper in biuio bene, vel male operādi est

159 PUra Natura humana in illo pusillo, & rudi animali significata semper *in biuio* est, bene, vel male operandi.

VEL SIC.

Perfectorū via reliquis superior.

160 Hoc biuium ex duplici viâ, aliâ mandatorum, consiliorū aliâ componitur, super quas est via perfectorum, seu verius ad perfectionem tendentium.

CAP. 11. NVM. 5.

Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum?

In imperatis à Christo D. actionibus magna mysteria latent.

161 OTiosa videtur hæc interrogatio, cum isti, quod Apostoli faciebant, & oculis perspicerent, & ore proferrent: Sed si modus loquendi perpendatur, cognoscetur, eo significari in ista Apostolorum actione magnum aliquod mysteriū latere, & per illam insinuari.

CAP. 11. NVM. 8.

Multi autem vestimenta sua strauerunt in via.

Qui in religione otiose, & inepte degunt, non religiosi sunt; sed seculares.

162 NON desunt horum imitatores, qui ex habitu faciunt viam ad transeundum, seu sufficienter, commodeque viuendum: quod contra illos, qui in religioso statu inepte, otiose, & negligenter degunt, pōderari potest.

Alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via.

Christianæ mensuræ perfectionis misericordia est.

163 QVI vestimenta sua sternebant in viâ sunt qui necessaria ad vitam transigendam in eleemosynas, & alia pia opera impendunt: qui verò frondes sternebant, sunt qui de superfluis eleemosynas erogant: ideo forte de illis dicitur: *Straverunt*, quod significat tempus perfectum; de istis verò: *Sternebant*, quod imperfectum tempus significat: tales enim, vel sunt tantum inchoatiue perfecti, vel non solent ad perfectionem adeó velociter peruenire.

CAP. 11. NVM. 9.

Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna.

Vide sup. n. 158

164 PRæeuntes fuisse existimo, qui vestimenta sua straverunt in via, vtpote exonerati, & expeditiores ad ambulandum: subsequentes vero, & vltimos, arborum cæsores, vtpote minus expeditos, adhucque vestimentorum sarcina onustos.

CAP. 11. NVM. 11.

Et introiuit Ierosolymam in templū: & circumspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exijt in Betaniam cum duodecim.

Prima prælatorū cura tēplorū cultus, & nitor.

165 BOnus præsul statim á suâ receptione tēplum, & omnia, quæ ad illud pertinent debet magnâ cum circumspectione inuisere; qui laudabilis mos ex hac Christi actione ad nostros prælatos deriuatus inualuit.

Omnis locus præsentia Christi D. illustratus tēplū dici debet.

166 Sed notandus est emphaticus Euangelistæ dicendi modus: *Et introiuit Ierosolymam in templū*, vel innuens omnem ciuitatem Christo Domino templum fuisse, quia omnem locum præsentiâ suâ sanctificabat: vel de tota illa magna ciuitate ad nihil, nisi ad templum solum attendisse, vel nihil nisi templum conspexisse.

No-

Diuinus intuitus omnia circumspicit.

167 Notandum etiam in omnium circumspectione Diuinum intuitum cuncta penetrantem, comprehendentemque significari.

In templo non perfunctorie; sed attente, & diutius immorandum.

168 Nec sine aduertentia prætereundum est, Christum Dominum totum illum diem vsque ad vesperam in templo transegisse, vt de permanente, & diuturna, non accelerata, leui, perfunctoria, & instantanea in templo commoratione instrueremur.

Hebraici templi visitatio Christo D. non lætitiam, sed tristitiam peperit,

169 Sed proh dolor, quod á templi visitatione *in Bethaniam*, id est, domum afflictionis, & luctus Iesus cum discipulis suis transgreditur.

CAP. 11. NVM. 12.

Et alia die cum exirent à Bethania, esurijt,

Religiosa in domo, á qua Christu D. esuriens discedit, religio non viget.

170 DOlendum est, quod â domo obedientiæ, & afflictionis, in qua austerioris institutio vitæ profitetur, hoc enim Bethania significat, exeat Iesus esuriens.

CAP. 11. NUM. 13.

Cumque vidisset à longe ficum habentem folia.

Luxuriantes, & superbos Deus à longe videt,

171 FIcus hæc foliorum pompâ luxurians sęcularium statum significat diuitum, & superborum, quem à longe videt pauper, & humilis Iesus.

Temporalia bona, nisi ex necessitate vrgente, non quærenda

172 Et notandum, ad fructum arborum naturalem inquirendum oculos suos non leuasse Iesum, donec esurijt: ideo ipsius esuritio ab Euangelista exprimitur, & præmittitur.

Venit, si quid forte inueniret in ea: & cum venisset ad eam nihil inuenit præter folia.

Cum in religiosa domo Christus esurit, in sæculari quomodo reficiendus?

173 CUM á *Bethania*, id est domo religiosa exierit Iesus ieiunius, & esuriens uenit ad domum sæcularem, & opulentam, an forte in eâ desideratum cibum inueniat; sed vtramque proh dolor! æque cibo illo carentem, & destitutam inuenit.

In Christi aduentu omnes Hebræorum status imperfecti.

174 Et hinc imperfectio vtriusque status, tam regularis, quam sæcularis in illa lege scripta inferri potest.

Non enim erat tempus ficorum.

Sæcularis superbus, & vitiosus spiritualium fructuum sterilis.

175 TAli arborum speciei, qualem mystica hæc ficulnea repræsentat, numquam spiritualium tempus fructuum aduenire solet,

CAP. 11. NVM. 14.

Et respondens dixit ei.

Nullum Deus inauditum iudicat, ad hominũ eruditionem.

176 CVI respondet Iesus, cum nullus audiatur interlocutor? Forte discipuli, vel ipse Dominus sibi pro ficulneâ excussandâ interpellauerant obijcientes, tunc non esse tempus fructuum illius.

VEL SIC.

Natura ipsa suorum effectuum causam suscipit defendendam.

177 Natura ipsa procliente suo egit, & sufficienter allegauit, ad quam responsio Christi directa fuit.

VEL SIC.

Vide sup. n. 176.

178 Cum Christus Dominus circa ficulneam sententiam proferre vellet, noluit contra inauditam partem pronuntiare; ideo forte illi Angelum bonum actorem, & curatorem designauit, qui pro ficulneâ causam diceret, & Christum respondentem audiret.

Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet.

Qui Deo vocanti non respondet sterilitate mulctari meretur.

179 QVI Christo nostrarum virtutum famelico, & exigenti fructum, quem in omni tempore offerat, reseruatum non habet, dignus est, qui omnimodâ fructuum adquisitione priuetur, & nulli vmquam alteri prodesse, & fructificare possit: Uide quæ ad Matthæi cap. 21, n. 19. dicta sunt.

Et

Et audiebant discipuli eius.

Magistro docẽte, discipuli, si boni sunt, audiunt, & attendunt.

180 Discipulos aduertitur audiuisse, quia certè omnis hæc actio, & doctrinalis maledictio ad ipsorum, & nostram instructionem, & directionem à Christo Domino ordinata fuit.

CAP. 11. NUM 15.

Et veniunt Ierosolymam. Et cum introisset in templum, cæpit eiicere vendentes, & ementes in templo: & mensas nũmulariorũ, & cathedras vendentium columbas euertit.

Si in templo vẽdentes non fuerint, ementes nõ erunt.

181 Prius aduertitur, vẽdentes eiecisse de tẽplo quam ementes; quia si in templo venientes non forent, absquè dubio ementes non fuissent.

Deus rigidè punire non assolet, quin benignè præmoneat.

182 Et notandum, quod in prima templi visitatione supra n. 11. relata, omnia circumspexit, & mala, quę ibi fiebant, verbali forte, & benigna admonitione charitatiue compescuit: in hac verò secunda visitatione, quia emendati non fuerant, rigidam, & flagellatiuam animaduersionẽ exercuit.

Auaritiam é tẽplo eiicere res difficilis.

183 Notandum, etiam dici, quod *cæperit*, non quod *perfecerit* ad difficilem de hoc vitio hominum emmendationem innuendã: Vide quæ ad Matth. cap. 21. num. 12. dicta sunt.

CAP. 11. NVM. 16.

Et non sinebat, vt quisquam transferret vas per templum.

Vide sup. n. 174

184 Notanda illorũ corruptela Hebræorũ per templum, tamquam per loca profana, etiam onusti cursitabant.

Debitam templis reuerentiam cui libet zelare licet.

185 Sed cum Christus Dominus á populo illo, non vt sacerdos, vel saltem Leuita existimaretur, & licet de Tribu Iudâ, & domo Dauidica oriundus cognosceretur, non tamen vt vnus de principibus, diuitibus, & magnatibus eiusdem domus, & tribus conspicuus apparebat; imo potius tamquam faber, & fabri filius cõmuniter, & á conciuibus precipuè, despiciebatur, vt patet supra cap. 6. num. 3. & Matth. cap. 13. num. 55. cur tantam authoritatem in templo, loco omnium exemptissimo, & Leuiticę tantum potestati priuatiue commisso, exercere permittitur? Certe sic videtur Christus Dominus disposuisse, vt instrueremur, debitam templis, locisque sacris reuerentiam, cuique, etsi humili, & de infima plebe sit, tueri, & zelare licere.

VEL SIC.

Qui ex templo temporalia captant, templum profanant.

186 Forte hanc peractionem taxare voluit Christus, & corripere illos, qui ex Dei templo, tamquam medio, & instrumento vtũtur ad commoditates temporales captandas, & percipiendas.

CAP. 11. NUM. 20.

Et cum mane transiret, viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti aruit.

Occulta cum externis naturaliter coniuncta Ecclesiæ iudicio, & ordinationi subsunt.

187 Non exprimit textus, nec insinuat, sicum illam ex vi maledictionis Christi á terrâ fuisse auulsam, quommodo ergo Apostoli radices aridas videre potuerunt? Certe ex nimiâ tam trunci, quam ramorum, foliorumque deficatione euidenter adeó radicum ariditatem intulerunt, ac si re ipsâ proprijs oculis conspexissent. Hinc inferri potest, quod licet Ecclesia communiter non iudicet de occultis, nec interna directe præcipiat; tamen quando occulta, & interna cum exterioribus adeò coiuncta sunt, sicut cũ radice truncus; tunc etiam de internis, tam iudicium, quam præceptum ferre, & proferre possit; ideo forte Petrus

Eccle-

Ecclesiæ vniuersalis Antistes, & Christi Vicarius inter ceteros discipulos fuit, qui cum Magistro super hoc negotio egit, dicens: *Rabbi: ecce ficus, cui maledixisti aruit.*

VEL SIC.

Fides sine operibus mortua est.

188 Christus Dominus ficulneæ maledicens non præcepit, quod statim aresceret, sed quod nullum deinceps fructum, qui mã ducari posset, proferret, cur ergo à radicibus arefacta fuit, cum posset quotannis folia tantum, nullum vero fructum proferens sterilis permanere, imo & in ingratitudinis, atque inobedientiæ punitiuum exemplum deseruire? Forte propter tropologicam ficulneæ significationem: cum enim hæc arbor, á qua Christus debitum tributum exegit, fidelem populum repræsentaret, per hanc radicum arescentiam denotare voluit Dominus, fidem sine operibus non posse subsistere, sed aridam omnino, & mortuam esse.

UEL SIC.

Cui virtutum fructus omnino desunt, arefacta est radix à qua proueniunt.

189 Cui fructus bonorum operum omnino desunt, illorum radicem, gratiam nempe, & charitatem arefactam, & mortuam esse, necesse est.

CAP. 11. A NVM. 22.

Et respondens Iesus, ait illis: habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti Tollere, & mittere in mare; & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit. fiat, fiet ei.

Petro præ omnibus coram Deo loqui licet.

190 PEtro loquenti respondens Christus nõ dicit textus: *Ait illi*, sed: *Ait illis*: vel quia Petrus pro omnibus loquebatur, & ipsi præ omnibus loqui licebat, vel quia omnes in Petro tamquam in Ecclesiæ capite virtualiter contenti, & inclusi erant.

191 Et notandum, quod ficulnea, quæ virẽs carebat fructu, arida optimum fructum dedit; ex illâ enim desumpsit Dominus fructum confortandi discipulos in fide, & supernaturalem ipsius virtutem enuntiandi; quod idem quandoque solet Deus cum arboribus inuersis, seu rationalibus practicare.

Ex arbore physice infructifero solet Deus morales optimos fructus, hominibus porrigendos, colligere.

CAP. 11. NUM. 33.

Et respondens Iesus, ait illis: Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc faciam.

Mirabiliora Christi opera ad tempus passioni proximum reseruata.

192 NON ait Iesus, *in qua potestate hæc facio*, sed, *in qua potestate hæc faciam*, futurum pro præsenti enuntians: forte ad denotandum adhuc plura, & mirabiliora ipsius opera remanere facienda, nempe Lazari suscitationem, Eucharistię institutionem, & passionis suæ consummationem.

CAP. 12. NUM. 1.

Et cæpit illis in parabolis loqui: Vineam plantauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim.

In Ecclesia, nisi ex humilitate, nemo crescit.

193 PRius lacum fodit, postea turrim erexit, vt terra effossa fructuosè in turris ædificatione impenderetur: & simul etiam ad denotandum, quod in Ecclesia, nisi ex humilitate, nemo crescit, & sublimatur.

VEL SIC ALLEGORICE.

Christi passio Ecclesiæ firmamentum.

194 *Lacus* Christi passio est, ex qua *Turris*, seu omne firmamẽtum, ac defensio Ecclesiæ fabricatur, & perficitur.

Et locauit eam agricolis.

Omnes Christiani principes Dei agricolæ sunt, & locatores.

195 ADuertant principes quantalibet tũ Ecclesiastica, tum sæculari dignitate fulgeant, se vineæ Domini non esse dominos, sed agricolas tantum, & locatores.

CAP.

CAP. 12. NUM 15.

Quid me tentatis? Afferte mihi [illegible]arium, vt videam.

Pecuniæ tentatio reipublicæ ministris periculosior.

196 QVid me tentatis, vt aduertant reipublicæ ministri, quam magna, & periculosa pecuniæ tentatio sit, & ab illa caueant.

Pecuniarie ab hominibus tributa, etsi ipsi debita, Deus despicit.

197 *Afferte mihi, vt videam:* hoc est: cum mihi tamquam vestro legitimo regi denarium tributi afferre deberetis, nolo tamen, quod vt illum assumam, & à vobis auferam afferatis, sed solum *vt videam* & statim reddam.

CAP. 12. NVM. 24.

Et respondens Iesus, ait illis: Non ne ideo erratis, non scientes scripturas, neque virtutem Dei?

Scire Sacras Scripturas non est earum verba tenere, sed verborum sensum penetrare.

198 SCire Sacras Scripturas non est earum verba tenere; sed arcanorum verborum virtutem penetrare, quæ Dei virtus est.

CAP. 12. A NVM 34.

Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens Iesus dicebat docens in templo, &c.

Humilitas à Christo D. non verbis solum; sed etiam exemplis commendata.

199 ETsi Scribæ, & Pharisæi ab authoritatiuo interrogationis actu conuicti abstinuerint; Christus tamen ab actu responsionis, qui humilitatis actus est, non abstinuit.

CAP. 12. NVM. 40.

Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

Ministri Ecclesiæ alienæ substantiæ cupidi, non hominis, sed monstra sunt. Prolixitas, vel Diuini rigorem iudicij exaggerare valet.

200 HOrribilium fauciũ belluas esse, necesse est, qui domos integras deuorare audent.

201 Et nota quod ad rigorem Diuini iudicij exaggerandũ attributum prolixitatis illi adscribitur.

CAP. 12. A NUM. 41.

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans, &c.

Omnes enim ex eo, quod abundabat illis miserunt: hæc vero de penuria sua omnia, quæ habuit misit totum victum suum.

Christus, & Mãmona extrema opposita.

202 NEscio quid contrarietatis, nõ quidem transitoriæ, sed permanentis, est inter Iesum, & loca, loculosque diuitiarum: quod per Sessionem Domini *contra gazophylacium* innui videtur.

Christi tempore Ierusalem spiritualibus, at temporalibus bonis summe abundans.

203 Et notanda tunc temporis Ierosolymitanę vrbis non solum in spiritualibus affluenta; sed etiam in temporalibus abundantia; in illâ enim numerosa turba inter multos diuites vna solum vidua pauper inuenta fuit.

Alimentorum abundantia bonum Reipublicæ regimen indicat.

204 Notanda etiam venit optima reipublicæ illius tum administratio, & prouidentia, tum rerum ad alimoniam pertinentium copia, & abundantia, siquidem vno exiguo nummulo, nempe quadrante, victus vni personæ sufficiens comparari poterat.

CAP. 13. NVM. 1.

Et cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis: Magister, aspice, quales lapides, & quales structuræ.

Viui lapides Ecclesiæ non: qui; sed quales sint, attendendi.

205 LApides viui, quibus templum Dei, hoc est, Ecclesia seu militans, seu triũphans constituitur, non attenduntur, *qui sint*, sed *quales sunt*.

CAP. 13. NUM. 2.

Et respondens Iesus, ait illi: Vides has magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

Nisi ex hebraismo omnino destructo ædificari nequit Christianismus.

206 SYnagoga, idest, congregatio Hebrẽorũ fieri non potest Ecclesia, hoc est Christianorum congregatio, quin Synagoga omnino destruatur.

CAP.

CAP. 13. NVM. 12.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos.

Coniugalis amor reliquis præstat.

207 NON dixit: Tradet vir vxorem in mortem, nec vxor virum.

CAP. 13. A NVM. 34.

Sicut homo, qui peregre profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiuscumque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo, &c.

Prælatis omnibus vigilantia, sed confessarijs præsius à Christo D. intimata.

208 PRælatis omnibus, & ceterisquibus suis aliorum præpositis vigilantiam præcipit, repetitaque iterum, ac tertio intimatione commendat Christus, præsertim ianitoribus, hoc est illis, qui sacramentales cõfessiones excipiunt.

CAP. 14. NUM. 3.

Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrũ vnguenti nardi spicati pretiosi; & fracto alabastro, effudit super caput eius.

Dei obsequio, etiam remote, deseruientia vasa numquã profananda.

209 FRegit alabastrum, ne illud vas, quod Christi obsequio saltem mediatè deseruierat, deinceps mundanis vsibus, etiam licitis, applicaretur.

In Christi donarijs á malorum ministrorum auaritia cauendum.

210 Vel fregit, ne aliquis ex circumstantibus, Iudas nempè, vnguẽtum de Christi capite, vel defluẽs, vel detersum exciperet, & vase illo reconderet, sibique asseruaret.

VEL SIC.

Christo D. virtusum, & virtuosorum holocaustũ gratissima.

211 Fregit, quia de vtroque tám vase, quám vnguento voluit Christo Domino holocaustum facere; ideó necesse fuit vtrumque consumere.

VEL SIC.

Cor pœnitentiá fractum, optimũ Deo obsequium.

212 Alabastrum fregit, vt per illud mulieris antea lapideum cor iam pœnitentia fractum, contritumque pateret.

VEL SIC.

Quæuis peccandi occasio omnino est abolenda.

213 Fregit alabastrum, ne ipsi vlterius mulieri *lapis offensionis, & petra scandali* fieri posset.

CAP. 14. NUM. 4.

Erant autem quidam indignè ferentes.

Quædã Deo digna falibili iudicio humano indigna apparere solent.

214 QVod Christi caput dignè tulit, non defuerunt, qui indignè ferrent!

CAP. 14. A NVM. 8.

Quod habuit hæc fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Mortis doctrina præcipue, & vniuersaliter ministranda.

215 PRæuenire, præparareque ad funus, & sepulturam deseruitura est res omni humano generi adeò vtilis, & profícua; imo & necessaria, vt Christus expresse iubeat vniuersaliter enuntiari, & prædicari.

CAP. 14. NUM. 10.

Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis.

Valde alterato, vel destructo sacerdotio tex perit.

216 SUmmi sacerdotij dignitas secundum Hebræorum legem singularis esse debebat, & vitalitia, ad familiamque Aaroniticam determinata: cum ergo in hoc, quod erat vnum ex præcipuis legis illius fundamentis, corruptela introducta fuisset, euidens erat, illam legem iam nutare, & prope interitum esse, de quo Paulus in Epistola ad Hebræos euidentiam facit: ideó notanter scripsit Euangelista Iudam Iscariotem *non ad summum, sed ad summos sacerdotes* abijsse: Vide ad Matth. cap. 26. num. 51.

CAP. 14. NVM. 11.

Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos.

Non

Lucri spes lucro ipso maior cupidis apparet.

217 NOn ex auaritiâ distuleturnt dare statim pecuniam Iscariotæ, sed, vt spe,& expectatione,quę inter homines giganteæ staturę esse solet, ipsum allicerent ad illud nefariũ facinus quantotius perpetrandum.

Praui prauorum iniquis actionibus delectantur

Et notandum,Hebræos istos sacerdotes non solum gauisos fuisse de Christi iam diù ambita, & concupita emptione; sed etiam de discipuli proditione, & á debita Magistro suo, fide, & fidelitate defectione.

VEL SIC.

Hebræorum sacerdotes auaropolitici.

218 Pecuniam Iscariotæ non statim dederunt, sed tantum promiserunt, vt & auaritiæ ipsorum satisfacerent,& Iudam spei calcaribus vrgerent.

CAP.14. NVM.12.

Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi,vt manduces Pascha?

Christus immolatus præcipuus Paschæ celebratori.

219 *Tibi*,non *nobis*, nam etsi omnes Paschæ celebraturi essent, Christus tamẽ agnus vere immolandus erat.

CAP.14. NVM.13.

Ite in ciuitatem,& occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans sequimini eum.

Ablutio à culpa Eucharistiã præcedit.

220 LAuatrix aqua tam baptismatis, quam pœnitentiæ Eucharistiam præcedit,& hoc voluit Christus esse loci signum,in quo Eucharistia instituenda erat, ad nostram eruditionem.

CAP.14. NVM.14.

Et quocumque introierit, dicite domino domus, quia Magister dicit: Vbi est refectio mea,vbi Pascha cum discipulis meis manducem.

221 QUod multi fideles cõmunicent Christum comedentes, Christo Domino Paschalis refectio est.

Quod multi Fideles Christum comedant Paschalis Christi refectio est.

222 Et notandum, quod patrem familias fœliciſsimi illius hospitij *dominum domus*, & se *Magistrum* vocat Christus: etsi enim domus illa in primitiuam, & primogenitam Ecclesiam foret consecranda,noluit tamen Christus illius hominis iuri,vel minimũ derogare. Quod pro patronatu Ecclesiarum ad personas sæculares, Ecclesias dotantes, vel construentes deuoluto, facit, & ponderari potest.

Ab Ecclesiarum patronatu laicos Christus non excluſit,sed admisit.

CAP.14. NVM.37.

Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon,dormis? Non potuisti vna hora vigilare?

223 OMni illâ tripersonali communitate dormiente, caput, nempe Petrum Christus solummodo reprehendit. An quia hoc membrum præcipuum est, quod somniferæ passioni succumbit?

Communitatis negligentiã desidia prælati cauſat.

224 Sed cur, tum Iesus *Petri* nomẽ non pronuntiat,quod summæ dignitatis significatiuum est, Matth cap.16.n.18. sed Simonis, quod nomen personæ expressiuũ est, appellat? Certe, vel vt tantæ dignitatis honori consuleret, vel vt denotaret, primariæ Ecclesiæ dignitati denegandum omnino esse somnum,cum humanæ fragilitati,non sine reprehensione permittitur.

Summus Ecclesiæ præsul nunquam dormit.

UEL SIC.

225 Hoc dicendi modo dormientem discipulum exauthorare videtur Iesus, & durante somno à dignitate deponere.

somnolento præsuli prælaturã diffluit.

CAP.14. NUM.40.

Et reuersus denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant, quid responderent ei.

De-

VEL SIC.

Malitiæ diuersitas culpam diuersificat.

226 *Denuo*, seu de nouo inuenit discipulos dormientes Iesus, ac si paulo ante eos dormientes non inuenisset, ac reprehendisset, per quod datur intelligi, hanc dormitationem cum præcedenti non esse comparandam, habuit enim præter somniferam naturæ humanę passionem cum priori communem quãdam inobedientię malitiam aduersus illa Christi Domini præceptiua verba num. 38. *Vigilate, & orate*, quæ malitia dormitionem hanc in diuersam á præcedenti moralem naturam transtulerat.

Et ignorabant quid responderent ei.

Præsul negligens quid Deo corripienti respõdeat, nescit.

227 Nescit prælatus quid Domino negligentiam ipsius accusanti respondere possit.

CAP. 14. NUM. 44.

Dederat autem traditor eius signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute.

Christo dolũ impingere piaculũ est ipsius traditione grauius.

228 *Et ducite caute.* Forte in hoc iniurioſior fuit Iudas Christo Domino, quam in stipulatione cũ Hebræis super traditione ipsius; supponebat enim Christũ subdole è ministrorum manibus, si minus diligenter se gererent, elapsurum; & fugam initurum.

VEL SIC.

Iudæ proditoris cupiditas, & Hebræorum auaritia de primatu certant.

229 Ex nimiâ Hebræorum cupiditate, & orumdem auaritiæ cognitione hæc iniquissima verba Iudas effutijt: sciebat enim, stipulatam ipsi pecuniam à sacerdotum principibus non tradendam, donec Iesus in eorum potestatem peruenisset.

VEL SIC.

A prauo magistro quandoque bonum desumi potest documentum.

230 Ex ore peruersissimi discipuli, & simul nequioris Magistri proficuum fideles accipiamus documentum, quam *caute*, scilicet, reuerenter, & diligenter cum Christo Domino, vel in Eucharistia suscepto, vel ad adorandum proposito nos gerere debeamus.

CAP. 14. NVM. 53.

Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & Seniores.

Nullum Hebræis impedimentum obest, quominus Christo D. nocumentum inferãt.

231 *Omnes*, nullo dempto, etsi intempestæ, & frigidę noctis hora incommoda, etsi multi senes delicati, debiles, & valetudinarij essent.

CAP. 14. NUM. 59.

Et non erat conueniens testimonium illorum.

Hebræis conueniens non est, quod Christi D. damno non conuenit.

232 *Non erat conueniens illorum testificatio*, nec inter se, nec in ordine ad intẽtatæ, & desideratę Christi mortis effectum.

CAP. 14. NVM. 72.

Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Prius quam Gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Fletus Apostolorum principis ob Christi negationem vitalis, & vitalitius.

233 Fletus Apostolorum principis incœptio exprimitur; non finitio; vnde existimari potest, fletum ipsius vitalitium fuisse.

CAP. 15. NUM. 1.

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Omnes Hebræi, nullo dempto, ad Christi D. necem inf luxerunt.

234 Nil circa Christi mortem Hebræi sine vniuerso concilio, & omniũ consilio moliebantur, vt constaret omnes, nullo dempto enormissimo influxisse facinori.

Christi, & hominum valde oppositi ducatus.

235 Sed notandum, quam diuersi, imo contrarij Christi, hominumque ducatus sint: Christus ab hominibus ad iniquum iudicem ducitur, vt moriatur, Christus ducit nos ad pijssimum Patrem, vt viuamus.

CAP. 15. NVM. 3.

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

Hebræi non minus sui ipsorum, quam Christi D. accusatores exstiterunt.

236 CHristum accusare in multis conabantur, sed nec veris, nec criminosis: re autem vera se ipsos accusabant, summum sacerdotiū, ex indispēsabili legis ordinatione, vnicum, & singulare, in plura capita diuidentes: quod in illa religione hęreticale sacrilegium erat.

CAP. 15. NVM. 4.

Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respondes quidquam.

Christus Pilato non habuit ad quid responderet; Pilatus, & reliqui iniqui nō habebunt Christo iudici quid respondeant.

237 CHristus Pilato non respondit; quia non habuit ad quid responderet, sed quot ex hominibus Christo vniuersali iudici, non respondebunt; sed interroganti obmutescent, quia non habebunt quid respondeant?

Vide in quantis te accusant.

Hebræorum malitia de multis Christum accusare, sed de nullo potuit conuincere.

238 IN *quantis* arithmetice; sed non moraliter, seu ciuiliter: & notandum non dicere Pilatum: *Te conuincunt*, etsi iam testium depositio intercessisset, sed: *Te accusant*, ad denotandū quod etsi plurima ab Hebræorum principibus in Iesum obijcerentur, omnia futilia erant, & nihili æstimanda, nec tamen de eis nefarios illos accusatores conuincere potuisse illum innocentissimum Agnum á vitulis multis, & tauris pinguibus obsessum, & impetitum: Vide quæ ad psal. 21. n. 13. dicta sunt.

CAP. 15. NVM. 8.

Et cum ascendisset turba cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.

Iudex, qui rogat, iustitiæ derogat.

239 COepit rogare, non tamquam iudex iuridice interrogando, sed tamquā partialis, & amicus submisse, & humiliter deprecando.

CAP. 15. NVM. 15.

Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.

A iudice legibus, non populo iustitiæ repugnanti satisfaciendum.

240 MElius Pilato foret, si iustitiæ, legibus, & proprij muneris obligationi, quam populo satisfactionis incapaci, & indigno satisfeciſſet: Sed mallens populo iniuste satisfacere, tradidit ipsi crucifigendum Iesum, iustissime, ex toto iustitiæ rigore volentem pro humano genere æterno Parenti satisfacere.

CAP. 15. A NVM. 16.

Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam: Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum, &c.

Pessimum scelerum genus est luctem ad peccandum quærere, non vitare.

241 IN *atrium* ducunt, Iesum, vtpote patentiorem locum, & clariore luce perfusum, vt & Christus amplius verecundaretur, & militum ludibria euidentius paterent, & à pluribus Hebræorum conspicari, & celebrari possent.

VEL SIC.

Christi D. ludibria cœlo admirationi causa.

242 In patentem locū Christus illudendus duci permittitur, vt tam enorme facinus, & spectaculum cœlum admiraretur.

CAP.

CAP. 15. NVM. 39.

Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans, expirasset, ait: Uere hic homo Filius Dei erat.

Christi morientis clamorosa vox se esse Patris æterni Uerbum demonstrauit.

243 CEnturio stabat ex aduerso Christi, nō solum, quoad loci positionem; sed etiam quoad doctrinæ approbationem, & infinitæ dignitatis illius Suppositi appretiationem; sed per vocem emissam Iesum esse Uerbum patris agnouit.

UEL SIC.

Deus hominem recens formatū, & recens reformatum clara voce ad se vocauit.

244 Hic clamor fuit Echo correspondens illi voci, quam Deus in Paradiso Adamum vocans, pronuntiauit: Genes. cap. 3. num. 9. in quo forte Centurio dignitatem percalluit proferentis.

UEL SIC.

Extrema vox morientis qualitatem indigitat.

245 In vocibus, quas quisque moriens pronuntiat; an Dei filius; an vero filius Belial sit, dignosci potest.

UEL SIC.

Clamor validus morientis non mortis subijcitur, sed mortem subijcit.

246 Præternaturalis in morientē clamor, & hic non deficiens, sed validus, vt ait Apostolus ad Hebræos cap. 5. num. 7. non est Suppositi legibus mortis subjecti; sed mortem suis legibus subijcientis.

CAP. 16. NVM. 1.

Et cum transisset sabbatum Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

Nihil in Christi Do. obsequium factum ab Euangelico calamo transcuratur.

247 *Vnientes* dicit ad denotandum, pium illud sepulchrale obsequium ab illis sanctis feminis per se ipsas Christi corpori exhiberi intentum.

Deiparæ vnicum solamen filij obsequium.

248 Sed cur Uirgini Matri non assistunt, imo ipsam pene vsque ad animi deliquium emarcidam, ac desolatam relinquunt? Quia filij obsequium, matris præcipuum, imo vnicum solamen erat.

UEL SIC.

Deipara plus, & ante omnes filij resurrectione iucundata.

249 In illo temporis articulo iam Deigenitrix erat aspectu filij resurgentis intime iucundata, & inenarrabili gaudio tota perfusa, nec aliquo creaturarum solamine indigens.

CAP. 16. NVM. 2.

Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole.

Exorto iam sole adhuc mane est, ad hoc vt honestæ feminæ limen terant.

250 *Valde mane* ad hoc, vt honestæ feminæ limen terant, & è domo exeant, est, cum iam sol terram illustrans exortus est.

Festorum concurrentia singulariem diem plurificat.

251 Sed cur immediate transactus dies, *sabbata*, & non *sabbatum* dicitur? Certe quia in illo duplex festū concurrebat, & paschale, & septenus requietionis dies á lege præscriptus, & ab ipso mundi exordio á Deo præceptus.

CAP. 16. NVM. 9.

Surgens autem mane, prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.

Christi D. morte, & resurrectione Hebræorum pascha consummatum fuit, ac extinctum.

252 CUR præcedēs dies, nunc *sabbatum*, cum supra num. 2. *sabbata* nuncupatur? An quia nunc de Christi resurrectione mentio fit, qua peracta, & Hebræorum pascha cessauit, & requiei designatus dies in aliū subsequentem translatus fuit?

Deiparæ fauores & gratiæ cum reliquis omnium creaturarum gratijs, & fauoribus incomparabiles.

253 Sed cur Magdalenæ apparitio *prima* dicitur, cum Deiparę apparitio præcesserit? Quia cum Deipara in diuersa, & super excellenti respectu creaturarum omnium categoria sit, quæ erga ipsam á Deo geruntur cum ceterarum gratijs, & fauoribus non componunt, nec coordinantur.

Ad præcipuum Christi D. de dæmone triumphũ reliqua referuntur.

254 Sed cur in hac occasione de septem dæmonijs, Christi virtute, á Magdalena eiectis (in quibus septem capitalia vitia subintellecta latent) mentio fit? Certe vt ad præcipuum, & totale dæmoniaci triumphum imperij omnes aliæ singulares, & partiales victoriæ referrentur.

VEL SIC.

255 Non desperet peccator, etsi septem dæmoniorum, imo totius inferni habitaculum aliquando fuerit virtute pœnitentię ad tantum gratiæ, & dilectionis gradum peruenire, quod & Apostolis Ecclesiæ magnatibus, & charissimis Christi discipulis præferri mereatur.

Pœnitentiæ virtus etiam super Apostolorum culmen pœnitentẽ eleuare valet.

SANC-

SANCTVM IESVCHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAP. I. NVM. 6.

Erant autem iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine quærela.

AD CAP. 1. NUM. 6.

SANCTI IESV CHRISTI Euangelij Secundum Lucam.

Sancti veteris legis, præter Baptistam incedebant in via Domini, non currebant.

1 SINE QVÆRELA tam actiua, quam passiua. Et notandum, quod iusti, & sancti veteris legis per Domini vias incedebant, non currebant, vno excepto, nempe Præcursore.

CAP. 1. NVM. 20.

Et ecce eris tacens, & non poteris loqui.

Vetus Lex cum Gratiæ lege obmutuit.

2 LEge gratiæ per Christi aduentum appropinquante vetus lex cum sacerdotio suo, non solum libere; sed necessario obmutuit: primum, per: *Eris tacens*, secundum, per: *Non poteris loqui* innuitur.

Ioannes non hominis, sed Dei vox.

3 Sed cur Ioannes vox ab omnimode muto generatur? Vt pateret, non vocem hominis Ioannem, sed Dei vocem futurum esse.

CAP. 1. NVM. 21.

Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur, quod tardaret ipse in templo.

Legis veteris sacerdotes accelerate litabant, & perfunctorie.

4 SAcerdotes veteris legis adeò accelerate, & perfunctorie legalia templi munera factitabant, vt Zachariæ modica detentio, qualis ex textu colligitur, in admirationem populum rapuerit.

CAP. 1. NVM. 34.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognosco?

Deipara Virginitas innata, & quasi essentialis.

5 REgina Uirginum, & puritatis creatæ centrum non ait: *Quoniam virum non cognoui, nec cognoscitura sum*, sed: *Non cognosco*, ac si diceret: Habeo quasi innatam, & intrinsecam virginitatem meam

CAP. 1. NVM. 40.

Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth.

Bonorum Deipara cœlestium liberalissima.

6 SAlutauit Maria Elisabeth consobrinam, dicens: *Dominus tecum*, vt salutationem, quam ab Angelo nuper audierat, quantotius communicaret.

CAP. 1. NVM. 41.

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.

Deipara redundans gratia non solum in alios effluit, sed repleta

7 MArianæ gratiæ redundanti plenitudini satis non est in alios effluere, sed cosdẽ etiam replere.

CAP. 1. NVM. 42.

Et exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Deuotio Rosarij alternatiue declamati in Zachariæ domo initium habuit.

8 IN domo Elisabeth iam salutatio Angelica, non solum repetito, & alternatiue pronuntiatur, sed etiam elata, & clamorosa voce profertur: quod pro celeberrima, ac religiosissima Rosarij Beatæ Marię deuotione ponderari potest.

CAP. 1. NVM. 44.

Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Deiparæ verba operatiua, & quasi sacramentalia.

9 MAriæ verba non inania, & euanida: sed quasi sacramentalia, & operatiua sunt: ipsa enim loquente, non solum vocis sonus auditur, sed etiã virtus effectrix sentitur: ideo non ait Elisabeth: *Vt audita est vox tua*, sed, *vt facta est vox salutationis tuæ.*

CAP. 1. A NVM 46.

Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

In vnico Deiparæ subiecto auplex forma.

10 MAria erat tunc quasi duplici forma insignita, & *Anima* creata, & *Spiritu*, seu Verbo increato in ipsa, & ex ipsa homine facto; ideo Simeon ad ipsam ait: *Et tuam ipsius animam, &c.* infra cap. 2. num. 35.

CAP. 1. NUM. 54.

Suscepit Israel puerum suum.

Idem est Christũ in Matre esse, ac à nobis susceptũ esse.

11 NONdum natus *susceptus* dicitur; quia idem est intra Mariam esse, ac nobis communicatum esse: ideo Angelus ad Ioſephum ait: *Quod enim in ea natum est, &c.* Matth. cap. 1. num. 20.

CAP. 1. NVM. 57.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

Quod reliquis naturale, Ioanni miraculosum fuit.

12 HOC dicendi modo innuitur, quod ceteris pueris naturale est, Ioanni præternaturale, & miraculosum fuisse; scilicet communis aëris vsufa non potiri, qui tribus ante mensibus rationis vsu potiebatur.

CAP. 1. NVM. 58.

Et audierunt vicini, & cognati eius.

Elisabeth partus vocalis, & sonorus.

13 ELisabeth parientem vicini, & cognati audiunt, quia vocem edidit, nõ quia clamans, & gemens peperit: etsi enim non sine dolore, tamen sine gemitu, & eiulatu peperit.

CAP. 1. NVM. 66.

Et posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Dei potentiæ Ioannis esse instrumentum non dedignatur.

14 MAnus Domini cum Ioanne? Num Dei manus instrumentum Ioannis operantis est?

Et

Ioanni Deitatis attributa quodāmodo adaptantur.

15 Et nota Verbum : *Erat*, quod emphaticum est, æternitatisque significatiuum.

CAP. 2. NUM. 7.

Et peperit filium suum primogenitum.

Deipara, hominū plusquam adoptiua mater.

16 PRimogenitum dicerem respectu ceterorum hominum, quorum Maria mater plusquam adoptiua est.

Et reclinauit eum in præsepio : quia non erat eis locus in diuersorio.

Mundi diuerticula Deum excludunt.

17 IN diuersorio, hoc est, diuersionibus, seu diuerticulis huius mundi non est locus Christo Domino, nec Sanctis eius: ideo dicit Euangelista: *Eis*, & non: *Ei*.

CAP. 2. A NVM. 8.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos.

Episcopalis muneris vel symbolum angeli reuerentur, & suspiciunt.

18 ANgelus Domini, *iuxta vigilantes pastores* stat, non supra, nec ante illos ex dignitatis pastoralis animarum debitâ reuerentia, quam in exercitio, & munere illo repræsentabant.

Et claritas Dei circumfulsit illos.

Diuina, non humana est Episcopalis potestas.

19 NON quæuis *claritas* creata; sed ipsamet claritas Diuina animarum Episcopos, & pastores circumfulget: Vnde Diuina, non humana est, quâ fulgent, authoritas, & potestas.

Et timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere

Fauores diuini in animabus iustis timoris causa, non præsumptionis.

20 EX magnis, inopinatisque fauoribus Diuinis iusti homines timere potius debent, quam exultanti confidentiâ lætari, donec ab ipso Deo timor omnis depellatur.

CAP. 2. NUM. 15.

Et factum est, vt discesserunt ab eis Angeli in cœlum : pastores loquebantur ad inuicem : Transeamus vsque Bethlehem.

Cœlestis aulæ cœlestis œconoma.

21 CUR aduertitur, Angelos istos à pastoribus *in cœlum* discessisse, & non potius ad præsepe recenti nato Deo, & mundi Saluatori famulaturos perrexisse? Forte ad amplitudinem cœlestis curiæ declarandam, quæ plurimos ad munera singula ministros, non plurima singulis munera ministris adaptaret.

VEL SIC.

Lux diuina humanum arbitrium relinquit liberū.

22 Ad denotandum, quod ad cœlum spectat homines sufficienter instruere, & illustrare, cetera ipsorum arbitrio relinqui : ideo post Angelorum discessum aduertitur pastores inter se contulisse, dicentes : *Transeamus vsque Bethlehem, &c.*

VEL SIC.

Vbi Deiparæ præsentia, & symbolum Eucharistiæ adest, cœlum est.

23 Etsi Angelos istos à pastoribus discedentes ad Bethlehemiticum præsepe perrexisse, dixeris, non propterea aduersus expressam textus veritatem piaculum commisisse existimaberis; nā quomodo non cœlum vbi Deipara, quæ purissimum cœlum empyreum est, aderat, vbi cœlestis curia cum rege suo infantilibus pannis ex ipsius, matrisque contactu in regalia ornamenta conuersis, inuoluto, & tamquam pane ad comedendum proposito, visebatur?

Et videamus hoc Verbum, quod factum est.

Verbum ab æterno genitū, temporaliter factū, ideſt incarnatum.

24 ET videamus, *hoc Verbum* diuinum, quod caro *factum est*.

Quod Dominus ostendit nobis.

No-

Quod legitimas Dei minister profert, Deus ipse profert.

25 Nota præstantissimam fidei horum pastorum excellentiã quod solum per reuelationem ex parte Dei audierant, ipsis iam ab ipso Deo ostensum fatentur.

CAP. 2. NVM. 16.

Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

Ad Iesum recte, & secure per Mariam, & Iosephum peruenitur.

26 PRius Maria, & Ioseph; & posterius infans Iesus inuenitur; quia vult obsequẽtissimus filius, vt ad ipsum per istos perueniamus. Hinc inferri potest Mariam, & Iosephum, tamquã præcipuos patronos ob omnibus Christianis recolendos.

Iesus recens natus omnibus expositus, & ministratus.

27 Et notandum infantem Iesum non solum *in præsepio positum*, sed etiam omnibus quærentibus expositum, & omnibus indigentibus propositum, & præparatum, vel si liceat dicere, ministratum.

CAP. 2. NUM. 19.

Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.

Nil ad Diuinitatem pertinens despiciendum.

28 DEipara, cui euidentia facti inerat, quæ quotidianis reuelationibus, ac frequentissimis immissionibus cælestibus fruebatur, hæc, exigua ipsi, diuinitatis filij sui argumenta non despiciebat, sed obseruabat, *conseruabat*, ac interius conferebat.

VEL SIC.

Quæ ad Iesum recens natũ spectant, tenerimũ amorem excitãt

29 Omnia, quæ ad Iesum recens natum, & pusillum pertinent, sunt in corde seruanda, & conferenda; valde enim sunt amoris Diuini excitatiua.

CAP. 2. A NVM. 25.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus Sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, &c.

Vir bonus res rara vbi vitia regnant.

30 ET *ecce homo*: hõmo vere bonus, & virtuosus, res adeo rara erat in Ierusalem illis temporibus, vt cum admiratione demonstretur.

Qui per orationẽ cum Deo loquitur frequenter lucratur Diuinũ responsum.

31 Et notandum, quod iste Simeon frequentem cum Deo per medium orationis communicationem habebat; ideoque Diuina responsa dicitur accepisse. Hoc autem *responsum* valde congruum fuit, quomodo enim mortem videre poterat, qui in continua vitæ contemplatione versabatur.

CAP. 2. NVM. 27.

Et venit in spiritu in templum.

In templum non corpore solum, sed spiritu eundum.

32 SIC omnes in templum semper venire debemus.

CAP. 2. NUM. 33.

Et erat pater eius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.

Cum Deipara, vel Ioseph ipse, in omni perfectionis genere incõparabilis.

33 CUR non dicit: *Erant*, sed: *Erat*? Ad denotandum non solum vtriusque in ratione principij respectu filij differentiam; sed etiam in genere admirationis, diuersitatem.

CAP. 2. NUM. 34.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam, matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.

Coram Deipara ex ordine creato supponit nemo.

34 CUR ad matrem solũ, & non etiam ad Iosephum, ibi præsentem loquitur Simeon? Vel quia coram Deipara, nulla cuiusuis Hierarchiæ creaturarum supponit.

Charitas vsque ad idemtitatem increscit.

35 Vel quia Ioseph in Maria per charitatis idemtitatem erat incluſus.

Ioſephi præmaturi amoris ſpecialis Dei gratia fuit.

36 Uel certe quia præmoriturus erat, ipsiusque paternalis cura, & solicitudo ad Christi puericiam tantum; non vero ad adolescentiam, & virilitatem ipsius erat prorroganda.

CAP.

CAP. 2. NVM. 40.

Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Christi gratia Deitatis forma, seu substantia.

37 ET gratia Dei, idest forma Deitatis *erat in illo.*

CAP. 3. A NVM. 1.

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

De semine Euangelico in rationali terra seminato ratio à Deo exigenda.

38 CUR Ioannis Baptistæ prædicationis tempus adeò signate, præfecturis omnibus singillatim recensitis, exprimitur? Forte, vt aduerterent Hebræi, quod de Baptistæ doctrina, & prædicatione Deus ab illius auditoribus, tam in particulari, quam in vniuersali iudicio, rationem erat exacturus.

CAP. 3. A NUM. 19.

Et de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit, & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere.

Flagitiorũ pessimum tollere vitiorum frænum.

39 HOC est caput syncope, seu compendium omnium, quæ potest rex iniquus perpetrare flagitiorum: tollere de medio viros iustos, & zelatores scandala principum, & subditorum corripientes.

CAP. 4. NUM. 5.

Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento tẽporis.

Omne mundiale minimum durabile.

40 NIL mundiale durabile, nec ad breuissimum tempus est, nam momentũ temporis non est tempus, sed temporis minima indiuisibilisque particula.

CAP. 4. NVM. 6.

Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.

Diabolus tenebrarum princeps.

41 IDeò Diabolus, princeps huius mundi, & tenebrarum harum in Euangelio appellari solet.

Ingratorum ingratissimus dæmon.

42 Sed notandum, non dicere à quo tradita illi sint, ne tantæ potestatis collatori Deo tributum summissionis, & recognitionis impenderet; sic ingratissimo, & superbissimo genio suo adulatorie satisfaciens.

CAP. 4. NUM. 7.

Tu ergo si adoraueris me erunt tua omnia.

Dæmonem quãdoque Mundi esse rectorem ex ipso Mundi regimine inferre licet.

43 FAlsum quidem est hoc diaboli dictum; sed multoties; taliter mundi res, & negotia agitari solent, vt verum dici, & videri possit.

CAP. 4. NUM. 8.

Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Rationalis creatura Deo soli subijcibilis.

44 ETsi per impossibile dæmon bonorum omnium mundialium Dominus esset, dominio tamẽ rationalis substantiæ minime potiretur, nec eiusdem adoratione, & obsequio dignus esset.

CAP. 4. NVM. 9.

Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi.

Supra spiculum collocatur, qui dæmonis stabilimentum ambit.

45 EN quam firmiter, & secure solet diabolus statuere! Super cuspidem.

CAP.

CAP. 4. *NVM.* 13.

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

Diabolus vinci potest, sed non conuinci.

46 *Diabolus recessit* á Christo victus, sed non conuictus *vsque ad tempus* introeundi in Iudam Iscariotem.

CAP. 4. *NUM.* 35.

Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce.

Immundus mũda, & sancta verba pronuntiare non audeat.

47 IMmundum spiritũ iubet Iesus obmutescere, qui enim immundus est, loqui nõ debet, nec tam pura, & sancta verba pronuntiare.

CAP. 4. *NUM.* 38.

Surgens autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam.

Christus vetulæ, & ægrotantis Synagogæ perfectus medicus.

48 ILla ægritudo significabat vitia, & peccata, quibus laborans synagoga, in vetula Simonis Petri socru typice significata, in interitum suopte pondere ruebat, quam Christus non venit perimere; sed sanare, & lege gratiæ reuiuificare, & perficere: ideo frequenter Dominus aiebat: Se non venisse legem soluere, sed adimplere.

VEL SIC.

Aũ inueterata vitia eradicanda magnus conatus, non leuis adhibendus.

49 Per hanc Christi actionem instruimur, inueterata vitia, & adultas, ac radicatas animi passiones, non simplici contrariâ præceptione, leui vel iussione, sed forti, ac superdominanti imperio curari posse; ideo & super febrientem steriſſe, & febri imperasse dicitur, vel, vt Syriacus, & Barablus legũt: *Obiurgesse, & increpauisse.*

CAP. 5. *NVM.* 1.

Factum est autem, cum turbæ irruerent in eum, vt audirent Verbum Dei.

Qui Christo Deuocente fruiti fuerunt Verbum Dei sonantem, & personatum audierunt.

50 VT *audirent* non solum *Uerbum Dei* prolatum; sed etiam *Uerbum* incarnatum.

VEL SIC.

Affectuosæ deuotioni plus Deus largiri solet quã illa desiderat.

51 Irruerunt in Iesum, vt audirent *Verbum Dei* pronuntiatum; sed ardentissima eorum deuotio, & affectio promeruit, quod & audirent, & viderent ipsummet *Dei Verbum* incarnatum.

CAP. 5. *NVM.* 3.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis.

Verbis Christus, & operibus vnitatem Ecclesiæ commendauit.

52 NON in plures naues ibi existentes, & littori appulsas ascendit Iesus, sed in vnam tantum, & hanc Simonis Petri, vt vnitatẽ fidei, Ecclesiæque denotaret.

Rogauit eum á terra reducere pusillum. Et sedens docebat de naucula turbas.

Quæ alieni muneris roganda, quæ proprij imperanda sunt.

53 COmi vrbanitate, vt lucrum piscatorium intermittatur, piscatorem rogat Iesus: vt vero piscatio exerceatur, imperat, dicens: *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.*

VEL SIC.

Rudium fidelium numerositate Ecclesia non crescit.

54 Piscium irrationalium captura Domini rogatu suspenditur, donec alij pisces e Mundi mari extracti, & ad fidem attracti in littore palpitantes, hoc est, sufficienti instructione carentes, quæ ad salutẽ necessaria sunt, edoceãtur: Ecclesia enim multitudine fidelium, necessaria ad vitam ignorantium, nõ augetur, sed grauatur, non crescit; sed potius minoratur.

UEL SIC.

Per viam mandatorũ plurimi, per consiliorum semitam pauci valent incedere.

55 Turbas edocturus *pusillum*, non *multum* á terra reducere rogat Iesus, vt Apostoli, & Apostolici

tolici viri aduerterent, turbam nō esse nimium á terrâ reducendam, & in sublimiorem perfectionis semitam inducendam; hoc enim specialis Dei gratiæ, & virtutis est, hoc, vel illud indiuiduum eligentis, & ad altiora sublimantis. Quam doctrinam ab Apostolo obseruatam, & praxi exercitam passim ex eiusdem epistolis videre est.

CAP. 5. NUM 4.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Ministris Euangelicis ea solum, quæ ad ministerium pertinent, ad laudem computantur.

56 QUomodo loqui cessasse dicitur Iesus, cum statim Petro, & alijs discipulorum loquens dixerit: *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam?* Forte ad denotandum ministris Euangelicis illa tantū verba ad laudem, & meritum computari, quæ in populi instructione pronuntiantur, reliqua vero, quæ ad alios fines ordinantur, ac si non proferrentur, considerāda esse.

VEL SIC.

Petrus, & successores Ecclesiā ducunt; alia alij ministeria dependenter obeunt.

57 Soli Petro dicitur: *Duc in altum*, id est cœlum, reliquis, *laxate retia vestra in capturam*, quia solius Petri, eiusque Successorum munus est, Ecclesiæ nauim per mundi pelagus gubernare, & in cœlum ducere; reliqua vero obire munera ad alios plures ministros ab ipso dependentes, & directionem, influxumque accipientes, expectat.

CAP. 5. NVM 5.

Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus.

Minister quantū est in se agēs, etsi effectus non succedat, non est despiciendus.

58 PER totam noctem nihil ceperant, & nihilominus retia laxauerunt, vt patet supra num 2 quia seruus, & minister faciens quantum ex parte suâ est, non propterea abijciendus est; & despiciendus ex eo, quod effectus intentus non succedat.

VEL SIC.

Vitia Ministrorū retractio sunt Fidelium.

59 Lauerunt retia ne forte propter immunditiem, & viscositatem ipsorum pisces fugerent ab eis.

VEL SIC.

Conspurcationē lucrantur, qui Mundo seruiunt.

60 Nil ceperunt, & tamen retia fædata, & conspurcata sunt, adeó, vt necesse fuerit illa lauare; quiaqui mundo seruiunt, quod in labore illo nocturno, & tenebroso satis significatur, nihil fruge, & fructiferum percipiunt, sed cœnū solum, & conspurcationem.

CAP. 5. NVM. 7.

Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pæne mergerentur.

Ad temporalis lucri participium leuis innuitio sufficit.

61 AD lucrum temporale captandum, & participandum non est necessaria expressa, & clamorosa vocitatio, leuis annuitio satis est.

Tempòrales diuitiæ grauant plus quam ditant.

62 Et notandum, ambas nauiculas bonis temporalibus onustas eo ipso submersionis periculū incurrisse: lucrū enim temporale plus grauat, quā ditat: & hæc est ratio difficultatis saluationis diuitū infra cap. 18. num. 25. alte ponderatæ: nam diuitiæ ex naturâ suâ possidentes demergunt.

CAP. 5. NVM. 13.

Et extendens manum tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.

Peccatorum lepra per veram pœnitentiam eliminatur, non contegitur.

63 ET confestim lepra discessit ab illo: Per hunc dicendi modum, & hæreticus error confutatur, & catholicum periculum aduertitur: lepram, scilicet peccatorum per veram pœnitentiam, ac Dei gratiam non contectam, & latentem manere; sed omnino á peccatore abesse, & eliminari;

nari; at nō taliter discedere, quod facile redire non possit, si pœnitens sanatus, de spirituali sua salute tuenda, & conseruanda incautus & negligens fuerit.

CAP. 5. NUM. 14.

Et ipse præcepit illi, vt nemini diceret, sed vade, ostende te sacerdoti, & offert pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimonium illis.

Iustitiæ ob gratiā non derogare, Christi doctrina est.

64 NOluit Christus in lege dispensare, quæ de sacerdotalibus emolumentis disponebat, ne iustitiæ ob gratiam derogaret, & ne illi templi ministri satis superque auaritiæ dediti, vt patet ex Matth. cap. 15. num. 5. aliisque locis Euangelicis, apparenter saltem, legitimam quærelam de ipso formare possent.

Cum prauis, & inuidis ministris caute agendum,

65 Sed cur leproso sanato sub formali præcepto silentium Christus imposuit? Nam si ex incauta animi leuitate, & recuperatæ salutis innata hilaritate, rem factam diuulgaret, sacerdotes hac notitia præuenti, ex inuido in Christum libore, hominem vere mundatum declarare nolent; sed adhuc contaminatum, & immunditiæ lepræ subiacentem audenter dicerent.

CAP. 5. NVM. 15.

Perambulabat autem magis sermo de illo.

Fama bona lēnē ambulat; mala fama pernicissime volat.

66 SI sermo iste non esset bonus, & laudatorius, sed malus, & detractorius, non ambularet, sed curreret, vel certius volitaret.

CAP. 5. NVM. 29.

Et fecit ei conuiuiū magnum Leui in domo sua.

Sanctissimā Deo conuiuium peccatorū conuersio.

67 PRæcipua huius conuiui fercula fuerunt Leui, & sociorum eius conuersio; ideo cōuiuiū illud *ei*, idest Christo Domino *magnum* fuisse dicitur.

CAP. 5. NUM. 39.

Et nemo bibens vetus, statim vult nouum; dicit enim: Vetus melius est.

Vel ipsa Euangelica veritas aliquale Nouitatis detrimentum passa.

68 SUÆ etiam verissimæ, & infallibili Euangelicæ doctrinæ non abnegat Iesus incommoda, & alia moraliter necessaria, nouitatis attributa, seu accidentia:

CAP. 6. A NUM. 3.

Et respondens Iesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis, quod fecit Dauid, cum esurisset ipse, & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis sumpsit, &c.

Potentiorum petitio sumptio, seu acceptio est.

69 QVomodo dicit: *Sumpsit*, cum ex 1. Reg. cap. 21. num. 3. constet, quod à sacerdote petierit? Sed cum de potentioribus agitur: *Petere*, ac *sumere* diuersa quidem verba, sed eiusdem sensus, & significationis sunt. Vide quæ ad lib. Numeri cap. 22. num. 20. notata sunt.

VEL SIC.

Potentiores, si boni sint, modeste petunt, & gratulabūde accipiunt.

70 Sumpsit de manu Achimelech sacerdotis reuerenti, & humili gratulatione tam ob beneficium præstitum, quam ob mysticam illorum panum significationem.

CAP. 6. NUM. 10.

Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam, & extendit.

Princeps omnia circumspiciat priusquam potestatiuam manum vni in reliquos subditos cōcedat.

71 PRincipes omnia debent circumspicere, priusquam manum liberam vni subditorum concedant propter magnum abusus imminens periculum: quam valde proficuam, necessariamque doctrinam Christus in hac actione insinuasse videtur.

Et restituta est manus eius.

Manus inutilis est, ac si nō esset.

72 MAnus *restituta* dicitur, non: *Sanata*, seu *viuificata*; quia manus inutilis in illo homine, erat, quasi non esset.

CAP.

CAP.6. NUM.11.

Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent Iesu.

Verbalitas insipientiæ soror, vel sequela.

73 REpletioni insipientiæ congruentissime verborum abundantia subnectitur.

CAP.6.A NVM.12.

Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat per noctans, & in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit.)

Christi orantis Deitas obiectũ & subiectum.

74 IN oratione Dei, tam obiectiue, quam subiectiue.

Christus D. orando, & sibi gratissimum, obsequium, & nobis proficientissimũ præstitit documentum.

75 Et notandum, Deum ad se ipsum orare, non solum vt nos orare doceat, & orationis dignitatem; meritumque commendet; sed etiam, vt sibi ipsi gratissimum præstaret obsequium.

Ecclesiæ pastores electurus tam naturali, quam supernaturali luce preparetur.

76 Notandum etiam ijs, ad quos Episcoporum electio, quo quomodo spectat, Christum ad Apostolorum selectionem prolixam integrę noctis orationem præmisisse, & ad eandem selectionem opere perficiendam, lucem diurnam expectasse.

CAP.6. NUM.34.

Etsi mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

Sacculus futurus comparatiue ad præsentem aliquanto grauius ponderet, vt æque estimetur.

77 SI fœneratio supponitur, quomodo æqualia dicuntur recipere, non vero inæqualia? An quia centum, & quinque post annum soluenda æquiualent, centum de pręsenti, vt acute illustrissimus Caramuel in morali suâ theologiâ aduertit, & stabilire nititur?

CAP.6. NVM.41.

Quid autem vides: festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

Nimis approximata non sunt visionis obiecta, sed contemplationis.

78 CUR trabs in oculo non: *Non videri*; sed: *Non considerari*, dicitu? Quia trabs adeò intime oculo coniuncta, & applicata non potest naturaliter videri: potest autem, imo debet considerari, & attentâ mente perpendi.

CAP.6.A NVM 47.

Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis, cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram, &c. Usque ad finem capitis.

Synagogæ promissa terrena; Ecclesiæ cœlestia.

79 EXpressa de Ecclesiâ, & Synagogâ parabola in hoc textu continetur: illa supra Petri petram, & fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu ædificata, & solidis de cœlo promissionibus stabilita: Hæc vero supra terram promissionis idest, promissiones fluidas, terrenasque constructa: *Bona terræ comedetis: Et epulaberis in omnibus bonis.* Deutoron.cap.26.n.11.

CAP 7. NUM.3.

Et cum audisset de Iesu misit ad eũ seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius.

Deo non tam corporis, quam animæ petenda salus.

80 VT *saluaret*, idest, non solum corpus, sed etiã animam sanaret, nec vitam solum temporariam concedere dignaretur, sed etiam æternam.

CAP. 7. NVM. 8.

Nam, & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic: Vade, & vadit: & alij: Veni, & venit: & seruo meo Fac hoc, & facit.

Supérioris exẽplum subditos formãt.

81 VNde Centurioni tam prompta militum, seruorumque obedientia? Certe ab exemplo ipsius: ipse enim non gerebat se quasi supra potestatem constitutus esset, sed tamquam potestati subijectus, & *sub potestate constitutus*.

CAP. 7. NVM. 9.

Quo audito, Iesus miratus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

Non minus mirãda res seruorum fidelitas, quam gentilis domini fides.

82 ETsi solum fidem Centurionis Christus Dominus Hebræis commendauerit, vtrumque dici potest miratum fuisse, & Centurionis fidem, & subditorum ipsius fidelitatem.

Vide sup. n. 82.

83 Et notandum promptam seruorum obedientiam rem adeó raram esse, vt vel ipsum Deum in admirationem rapere possit.

CAP. 7. NVM. 12.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.

Elementa, quæ nos componunt, nos dißoluunt.

84 DIuus Ambrosius asserit, portitores defunctum illum efferentes esse quattuor elementa ex quibus humanum corpus compaginatur. Vnde liquet sensus naturalis illius sententiæ, quam Christus Dominus Matthæi cap. 8. num. 22. adolescenti discipulo dixit: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*: & quam vere Philosophia docear, quod calor, qui hos generat, hos corrumpit.

Et turba ciuitatis multa cum illa.

85 CVM illa, non *cum illo*: quia etsi vtrumque comitarentur, non tamen, vt defuncto iuueni præstarent obsequium, sed vt viuentem matrem demererentur.

Viuentem omnes, defunctum pauci de mereri studeant.

VEL SIC.

86 *Cum illa*, non *cum illo*, quia etsi adolescentem mortuum immatura morte prærreptum comitarentur, nemini tamen illorum de morte cogitatio suberat, nec in illo inopinato, & celeri occasu suum quisque periculum contemplabatur.

Ad mortis præsentiam proprii periculum non aduertere grauis negligentia est.

CAP. 7. NVM. 13.

Quam cum vidisset Dominus misericordia motus, super eam dixit illi. Noli flere.

87 NON defuncti filij, sed viuentis, & viduæ matris Dominus vicem doluit. Et nota *motum* Christo D. tam in quantum Deo, quam in quantum Homini naturalissimum.

Matris viduæ sors filij morte miserabilior.

CAP. 7. A NVM. 14.

Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cæpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

88 QUis crederet, hanc viduam emortuum filium ad sepulchrale officium deferentem ab ipso iterum viuente comitatam in domum reuersuram? Hæc videtur typum gessisse Ecclesiæ primum á Christo orbatæ, mox per resurrectionem ab ipso vsque ad sæculi consummationem concomitatæ: Vide Matth. cap. 28. n. 20.

Filij viduæ Naimiticæ resurrectio mystica præfiguratio.

CAP. 7. NVM. 38.

Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

In-

A Magdalene Christo D. exhibitum obsequiũ quodãmodo æternum.

89 INceptionem obsequij Domino á Magdalena exhibiti describit Euangelista, sed non dicit finem, quia ex deuoti animi affectione numquam ab illius exhibitione cessauit, ideoque verbis indefinitum tempus significantibus exprimitur: scilicet: *Tergebat, osculabatur, vngebat.*

CAP. 7. NVM. 39.

Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic, si esset propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.

Præsumptiue, ex bona etiam intentione, discurrens frequẽter erat.

90 IMO quia erat non solũ Propheta, sed prophetarum princeps, & Dominus, nouerat que superexcellentem sanctitatis gradum vitæ futuræ illius piæ fœminæ, eiusdem obsequium libentissime admisit. Vide quam inepte doctus hic, & religiosus discurrat Hebræus, munus propheticum ignorans, cuius præcipuum non est præterita, præsentiaque nuntiare, sed futura prænoscere, & manifestare.

Detractio, nisi vulnere indiuidualiter inflicto non quiescit.

91 Et notandum non se continuisse in deturpatione honoris illius fœminę verbis istis generalibus, scilicet: *Quæ, & qualis*: sed vlterius vsque ad specificantia, & declaratoria verba, vel certius verbera processisse, scilicet: *Quia peccatrix est.*

CAP. 7. NVM. 44.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni.

Christus ad pœnitentes conuertitur, non ad rigidos.

92 AD piam, & pœnitentem feminam non ad rigidum, & calumniatorem Simonem conuertitur, qui dixit Zachariæ cap. 1. num. 3. *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos.*

Vides hanc mulierem?

Despectio, & inuidentia obiectũ inuisum reddunt.

93 CVR rogat Dominus Simonem, an mulierem præsentem videat? Forte ad denotandum, quod vel ex prauo conceptu quem de illa antea habebat, vel ex inuidia ob Domini beneuolentiam nuper concepta, ista mulier reddita fuerit Simoni inuisa.

VEL SIC.

Præsentia solent non videri, quãto magis absentia.

94 Per hanc interrogationem Christus Dominus Simonem de excessu in detractoriâ censurâ circa hanc mulierem nuper pronuntiata, oblique reprehendit: æquiualet enim, ac si diceret: Simon, si hac muliere præsente, & in domo tua existente, potes interrogari, an illam videas, quomodo de ijs, quę extra domum tuam, in ciuitate fecerit, vel in occulto patrauerit, adeò seuere, & asseueranter pronuntiare audes?

VEL SIC.

Sacra metamorphosis pœnitentia est.

95 Per hanc interrogationem indicare voluit Dominus Simoni, illam mulierem iam non esse eamdem, quæ antea erat, & quam, vt procacem, & lasciuam feminam cognoscebat, quoniam pœnitentiæ virtute in aliam valde diuersam, imo & contrariam conuersa erat.

Intrauí in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nõ vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Etiam qui pie, & deuote Eucharistiam suscipiũt multa obsequia tanto Hospiti iure debita præstare omittunt.

96 ECce quot, & quanta obsequia vere Deo hospite nostro digna, & ipsi debita omittere soleant, etiam ij,

ij, qui pie, & deuote communicare videntur, & Christum panem viuum intra pectoris sui domum recipere, quæ ab alijs, qui ex profunda reuerentia, & timore, vel ex propriæ indignitatis humili cogitatione ad tantum Sacramentum accedere, non audent, præstari solent: & hinc doctrinâ de frequenti ad Eucharistiam accessu, vel recessu desumenda videtur, & stabilienda. Qui enim cum Simonis obsequio Magdalenæ obsequia coniungunt frequenter ad Sacram Mensam accedant: qui secus, aduertant Magdalenæ abstinentis obsequia, recipientis Simonis obsequio à Christo Domino præferri. Sed quæres, quænam hæc Simonis, & Magdalenæ obsequia fuerint? Certe in Simone deuotio resplenduit, in Magdalenæ verò lacrymis pœnitentia, & contritio: in osculo, charitas: in vnguento, reliquæ omnes virtutes, quæ ab istâ radice pullulant, & ab isto fonte dimanant: quibus, si adornatus fueris, frequenter, imo & quotidie ad sacram Synaxim humili confidentia accede.

CAP. 7. NUM. 50.

Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace.

In Dei gratiâ confirmatis nullum vitia bellum mouent.

97 IN pace omnium vitiorum, & iniquarum passionum dimisit Magdalenam Iesus, vt nullum illi deinceps bellum mouerent.

VEL SIC.

In pace interiori omnia spiritualia bona virtualiter inclusa.

98 In pace istâ, cum quâ Iesus Magdalenam dimisit, omnia illi spiritualia bona cõcessit: ideo nascente Domino pax bonæ voluntatis hominibus annuntiatur supra cap. 2. num. 14.

CAP. 8. NUM. 2.

Maria, quæ vocabatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant.

Scandalosa femina dæmonum vniuersitas.

99 DE qua septem dæmonia, quæ septem vitijs capitalibus præsunt, *exierant*: vel vniuersitas vitiorum in hoc dæmoniorum numero contenta ab ipsa eliminata fuit: Uidæ quę ad Marci cap. 16. num. 9. notantur.

CAP. 8. NUM. 24.

Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus.

Non omnes, qui perfectionē profitentur perfecti sunt.

100 IN tam exiguo phaselo taliter poterant discipuli á Magistro distare, vt necessum fuerit aduertere, quod accesserint: quod etiam Matthæus cap. 8, num. 25. notat: Unde sequitur, appropinquationem loci ad Christum, animi viuidam affectionem, & approximationem necessaria sequela non inferre.

VEL SIC.

Tribulationum procellæ nos Deo approximare faciunt.

101 Ecce finis ob quem frequenter Dominus tribulationum procellas solet immittere: vt sicut accedamus magis ad ipsum.

Vitæ præsentis afflictiones Diuinæ scholæ lectio primaria est.

102 Sed cur in hac afflictione, & vitæ periclitatione Christũ Dominum Præceptorem; non verò Omnipotẽtem, aut naturæ Dominum appellant? Certe ad denotandum huius vitę afflictiones, & tribulationes esse magnã illã lectionem, qua Deus humanum genus erudire solet.

VEL SIC.

Litteraria scholarum conuersatio affectionem summopere conciliat.

103 Vt Iesum ad pietatem erga ipsos moueant, hanc Præceptoris appellationem vsurpant valde intensæ in discipulos affectionis significatiuam.

CAP. 8. NUM. 30.

Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum.

Uide

Dæmones, & nomine humani generis implacabilis hostis.

104 VIde quę ad Marci caput 5. num. 9. anima diuersa sunt. Et nota dæmonis in humanum genus tam rei, quam nominis hostilitatem.

CAP. 8. A NVM. 38.

Et rogabat illum vir, â quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus.

Ad munus Episcopale, non qui se ingerit, sed quem Deus elegit, aptus est.

105 AD munus Apostolicum conueniens nō est ille, qui se vult ingerere, sed quem Deus vult eligere, & sublimare.

Prudens cautela a bono publico, & priuato attēdit.

106 Et notandum, quam pia, prudentique cautela Christus Dominus, & Apostolatus honori cōsuluit, & dæmoniacum ab Apostolatu excluſit.

VEL SIC.

Pro maiori spirituali bono Deus vnicuique diuersa charismata largitur.

107 Quibusdam congruentius est, & animæ saluti conducentius misericordiarū Domini proclamatores esse, quam alijs spiritualibus bonis ditari, & charismatibus adornari.

CAP. 8. NVM. 41.

Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat.

Christiani pij, & religiosi pijs, & religiosis Hebræis regulariter modestiores.

108 APud Hebræos, qui synagogam sumptibus suis ędificabant, synagogæ principes compellabantur; apud Christianos vero, Ecclesiarum ædificatores, & fundatores modestiori nomenclatura vtuntur, & *Patronorum* titulo contenti sunt.

CAP. 8. NVM. 43.

Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam.

Prolixus morbus omnem cuiuscūque generis substantiam deuorat.

109 CUM omnem huius mulieris substantiā erogatam, & consumptam dicat: non solum ciuilem tam patrimonialem, quam adquisitam; sed etiā physicam, naturalem, & personalem intelligere licet.

Per antiquū est Galenum stipendiarias opes ministrare.

110 Et notandum, quantum medici semper stipendiarij, & impendiosi fuerint, & potius ægrotorum substaatiæ, quam ægritudinum consumptores.

Nec ab vllo potuit curari.

Medicorū inertia, & imperitia facultati suæ derogat.

111 NON solum ineſficacia; sed etiam impotentia medicinæ aduertitur, & sugillatur non secundum se seu quantum est ex parte scientiæ, quæ vera, efficax, & potens est, vtpote ab Altissimo creata, sed quatenus per inertes, & imperitos homines applicatur, exercetur, & addiscitur.

CAP. 8. NVM. 44.

Accesit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

Omne immundū Diuino conspectu indignum.

112 MVlier sanguinolēta, & sanguinaria se Diuino conspectu indignā existimauit; ideo licet fidei, & spei robore munita, non anteriorem fimbriæ oram, sed posteriorem ausa fuit contingere.

CAP. 8. NVM. 45.

Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?

Christus ab amāta hominū frequentatione nūquā compressus.

113 HOC videtur dixisse Petrum ex suæ motiuo apprehensionis, qua existimabat Iesum â desiderata, & amata hominum frequentatione cōprimi, & affligi, cum ita non esset: ideo Iesus ad dictum illius non attendens, & quasi despiciens, in pronuntiata

interrogatione insistit, dicens: *Tetigit me aliquis? Nam ego noui virtutem de me exisse.*

VEL SIC.

Inter compressionem, & tactum magna versatur differentia.

114 Petrus, & ceteri Apostoli adhuc rudes, vtpote á Christi doctrinâ nondum satis eruditi, nec ab Spiritu Sancto illuminati, inter tactum, & compressionem magnam esse differentiam non aduertebant.

VEL SIC.

Primi Ministri principes suos â subditis frequentari politica potius, quam Christiana commiseratione dolere solent.

115 Hæc potissimum cura est, quæ primos principum ministros angere solet, á subditis, scilicet nimium frequentari, & circa se habere, quod nomine compressionis, & afflictionis, plus, & certius, politica, quam miseratrice compellatione, exprimunt.

VEL SIC.

Bonos principes subditorum frequens assistentia non molestat, sed recreat.

116 Cum primi principum ministri anxia, adulatoriâque apprehensione existimant, suos principes á subditis comprimi, & affligi, illi, si boni, & clementes sint, vix credunt tangi, seu leuissime contrectari.

VEL SIC.

Vide sup. n. 114.

117 Plurimi comprimebant; sed vna solum pia, & fidelis femina Iesum tangebat.

CAP. 8. NUM. 46.

Nam ego noui virtutem de me exijsse.

Deus benefaciẽdo libenter agit, nullo modo patitur.

118 NON dixit Iesus: *Sensi*, quod cum aliquo corporis tactu, & passione fit: sed: *Noui*, quod spiritualem, & facilem mentis operationem significat.

VEL SIC.

Princeps sit quidẽ naturaliter, sed cum rationali discretione beneficus.

119 Beneficia á principe naturaliter, quasi aquæ á sua scaturigine, exeant; sed sit fons rationalis, quæ aquas effluentes aduertat; non materialis, & rudis, quæ imperceptibiliter, ac indiscrete suos latices hinc inde diffundat.

CAP. 8. A NVM 52.

Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est enim mortua puella; sed dormit. Et deridebant eum.

simultaneis contrarietatibus præsens hæc vita nectur, & texitur.

120 ECce in eodem fere temporis momento in ijsdẽ subiectis fletus, & planctus, risus, & irrisio: hæ tegnæ, & nęniæ sunt, quibus despicabilis hæc vita transigitur.

Non omnis pro defunctis fletus, & planctus simulatus cordialis est.

121 Et notandum fletum illum, & planctum adeó non cordialem, sed superficialem fuisse, quod ad statim ridendum, imo irridendum prompti, & parati essent.

CAP. 8. NUM. 56.

Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent, quod factum est.

Manult Deus gloria accidentali carere, quã peccatorem occultum infamari.

122 IN hac puella intra domum propriam emortuâ, & viuificatâ occultum peccatorem á Deo ad gratiam misericorditer restitutum, significari cõmuniter intelligitur, cuius honori adeò prospicit Diuina bonitas, quod malit Dominus gloriâ suâ accidentali carere, quam peccatorem occultum infamari, vel minimum dedecus incurrere.

VEL SIC.

Conuersiones, quas Deus solus de absoluta potẽtia, facit, pro exẽplari nõ vult á nobis accipi.

123 In puellæ huius emortuę suscitatione insignes illæ conuersiones significari possunt, in quibus Deus solus omnia præstat, quin peccator ex parte suâ aliquid impendat, quas non permittit Dominus diuulgari, ne peccatores spe inani decipiantur, & de spirituali salute recuperandâ negligẽtes, ac desidiosi fiant.

CAP. 9. NVM. 1.

Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Apos-

Arma quibus debellantur dæmones, non virtus corporis; sed animæ virtutes sunt

124 APostolos Iesus ad dæmones debellandos armaturus, prius *virtutem* infundit, deinde *potestate* communit, ad ostendendum potiora arma, quibus hostes isti nequissimi superantur, virtutes fidelium tam infusas, quam adquisitas esse.

Omnis ægritudo, & languor á peccato originẽ trahit.

125 Sed cur exorcizatricem potestatem cum facultate curatiuâ coniungit? Forte ad denotandum, omnes hominum languores vel á peccatis causari, vel saltem originem trahere.

CAP. 9. NVM. 9.

Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui.

Grauius peccat, qui se de cõmisso flagitio iactat.

126 CRudelior, & reprehensibilior mihi apparet Herodes in hac de Ioanne à se decollato iactabunda pronuntiatione, quam fuit in ipsa decollationis præceptione: tunc enim, etsi lasciuo amore cæcus, & specie iusiurandi coactus mœstitiæ, & contristationi locum dedit; nunc autem illis impedimentis semotis de prodigioso homine á se inique perempto turpissime gloriatur.

Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Nonnulli, ex curiositate potius, quam ex vera animi applicatione virtuti adhærent,

127 NON quærebat Herodes Christi doctrinam audire, eiusdem admiranda opera venerari; sed solummodo curiositati oculorum satisfacere; sic nonnulli præsertim ex potentioribus se spiritualibus exercitijs addicere solent.

CAP. 9. NVM. 23.

Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semet ipsũ, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Quotidianæ crucis Deum semper habemus adiutorem.

128 IN omni reipublicæ Christianę statu nullus fidelium est, cui vlla sine aliqua patiendi, & crucem ferendi occasione dies transeat; sed hoc maximum solamen præsto adest, quod Iesum semper præcursorem habeamus.

Propria cuiusquẽ crux, non aliena semper appetenda.

129 Et notandum suis Iesum affectis, vel consulere, vel præcipere, quod propriam vnusquisque crucem tollat, non alienam, cuius consilij, præcepti ve contrarium tam solemne, quam reprehensibile est: multi enim propriam crucẽ abijcientes aliorum cruces ambire non desinunt, quarum si aliquã Deus ipsis concesserit, tunc iam tãquam propriã repudiare, & á se repellere incipient.

CAP. 9. NVM. 25.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundũ, se ipsum autẽ perdat, & detrimentum sui faciat.

Nemo vnquam æternæ salutis suæ solicitudinẽ abijciat.

130 DE diuinâ prouidentiâ, & pietate credendum non est, vel præsumendum, quod qui vniuersum mundum Deo lucraretur, de animâ suâ periclitaturus foret: sed talẽ, tantumque fidei præconem Christus Dominus in exemplum adducere voluit, ne sit aliquis, qui de spirituali suâ salute vnquam solicitus esse desit.

CAP. 9. NVM. 26.

Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, &c.

Grauissimus cruciatus erubescẽtia est.

131 SUpremi rigorem iudicij per erubescentiam Christus Dominus significare, imo exaggerare voluit.

CAP. 9. A NVM. 30.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate.

Sancti insignes illustribus characteribus signati.

132 NUllus adstantium Domino transfigurato discipulorum de Moysis, & Ælię personis hæsitauit; sed in eorumdẽ statim deuenerunt cognitionem; forte quia suum quisque igneum signaculum possidebat;

bat: Moyſes in facie Elias incurru; ideoque *viſi in maieſtate*, dicuntur.

CAP. 9. NVM 32.

Petrus verò, & qui cum illo erant, grauati erant ſomno. Et euigilantes viderunt maieſtatem eius.

Ad gloriæ imaginem percipiẽdam, mortis imago præcedit.

133 ILlius ſpeciei gloriæ, etſi breuiſsimam; & perfunctoriam, perceptionem Apoſtolorum ſomnus preceſsit, qui quædam mortisſpecies, & imagò eſt.

Petri dignitas cum nulla alia Eccleſiæ dignitate confunditur.

134 Et notandum de Petro primo, & ſcorſim ab alijs Apoſtolis mentionem fieri, quod fere ſemper, ac de ipſo agitur obſeruatum legimus in ſupremæ ſibi á Domino ſuper omnes collatæ honorem dignitatis.

CAP. 9. NUM. 36.

Et dum fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant.

Secreti obſeruatio res laude, & recomendatione digna.

135 TAmquam res valde notatu digna refertur ab Euangeliſta ſecreti rei extraneæ, atque mirabilis intra pectoris arcana per paucos dies, etiã, interueniente præcepto Domini, conſeruatio: Uide Matthæi cap. 17. num. 9.

CAP. 9. NVM. 46.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.

Præſumptio, Natura lapſæ naturalis paſsio.

136 CUR non ait: *Subijt*, ſeu *aſcendit*, ſed *intrauit?* Quia cogitationes iſtæ de præferentiâ noſtrâ reſpectu aliorum, ex connaturali naturæ lapſæ ſuperbiâ, & ambitione naturali inceſſu ad nos veniunt, atque perueniunt.

CAP. 9. A NVM. 49.

Reſpondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non ſequitur nobiſcum. Et ait ad illum Ieſus: Nolite prohibere: qui enim non eſt aduerſus vos, pro vobis eſt.

Euangeliſta loquãtes in ſubſtantia, & modo loquendi ſingularis, & admirabilis.

137 NON ait Ioannes: *Non ſequitur nos*, ſed: *Non ſequitur nobiſcum*, ſcilicet, te vnicum, & vniuerſalem omniũ Euangelij miniſtrorum Præceptorem, & Magiſtrum.

Eccleſiæ fœcunditas ex Euangelicorum miniſtrorũ concordia pendet.

138 Et notandum, hic á Chriſto Domino Euangelicorum miniſtrorum concordiam commendari, nec non, & pacificam, charitatiuamque inter ſe conuerſationem, ex cuius deffectu non exigua meſsis multoties perijt, & intra Eccleſiæ horrea condita nõ eſt.

CAP. 9. NUM. 54.

Cum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?

Nomen Boanerges, Ioanni, & Iacobo impoſitũ, forte non laudatorium, ſed ſugillatiuum fuit.

139 CRederẽ propter hoc dictum impoſuiſſe Chriſtum Dominum his diſcipulis, & conſanguineis ſuis nomina *Boanerges*, quod eſt, *filij tonitrui*, Marci cap. 3. num. 17.

CAP. 9. A NVM. 55.

Et conuerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.

Ex Maria Homo Deus, & humanus.

140 IStemet Dominus non eſt, qui Exodi cap. 32. num. 10. vnico impetu vniuerſum Hebræorum populum delere voluit? Vnde ergo talem, ac tantam humanitatem contraxit? Certe ex humanitate aſſumpta: tunc enim erat ſolummodo filius Dei, nunc autem Mariæ etiam filius eſt.

CAP. 9. NUM 58.

Dixit illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.

Vul-

Qui ad Christum vult accedere nullo ipsum obstaculo impeditũ reperiet.

141 VVlpes duplices,& astutæ habent cauernas abstrusas,& tortuosas,quibus alia animalcula eludant, & ab infensis potentiorum inuasionibus se defendant ; at vero simplices auiculæ *nidos* patentes,& apertos, quorumlibet incursionibus obnoxios: Filius autem hominis, & Dei ex infinitâ suâ misericordiâ, & perfectione omnium Simplicissimus,nec hos, nec illas habet ad hoc,vt omnibus ipsum quærentibus obuior,& patentior sit.

Glorioſum charitas Christi thronum adornat.

142 Sed vbinam reclinatorium illud aureum Salomonicum columnis argenteis suffultũ Canticorum cap. 3. num. 9. Hoc propter filias Ierusalem media charitate constratum est ; á Iesu vero Salomone , non nisi post passionis ascensum purpureum assumendum.

CAP. 9. NVM. 59.

Ait autem ad alterum sequere me. Ille autem dixit : Domine , permitte mihi primum ire , & sepelire patrem meum.

Difficile cœlestẽ hereditatem nãciscuntur , qui terrenas ambiũt

143 PArentationis prętextu hereditatem adire cupiebat, ideò de secundo primũ fecit, vt ait Chrisologus: vnde qui terrenas hereditates ambiunt, difficile hereditatem salutis nanciscuntur.

CAP. 9. NUM. 61.

Et ait alter, sequar te, Domine ; sed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi sunt.

Temporalia bona inuisa facilius, quam visa renũciantur.

144 OPtima temporaliũ bonorum renuntiatio in absentiâ fit : visus enim illorum affectum allicit, & bonum propositum præuaricare facit.

CAP. 9. NVM. 62.

At ad illum Iesus : Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro aptus est regno Dei.

Qui ad Ecclesiã ministerium assumitur, non ad opes; sed ad opus assumitur.

145 QUI ad ministerium Ecclesiasticum assumitur, sciat se non ad opes, sed ad opus, non ad requiem ; sed ad laborem ; & quidem durissimum assumi.

CAP. 10. NUM. 1.

Post hæc autem designauit Dominus, & alios septuaginta duos : & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.

Charitatis binarium Dei fructuosis præuium.

146 CHaritas Dei, & proximi est binarium præcedens faciem Domini: Vnde nemo absque hoc binario illam videbit , nec in præsenti vita per interiorem illustrationem, nec in futurâ per speciem, & gloriæ illuminationem.

Pias ad se animas Deus suauiter allicit.

147 Sed cur tantus numerus præmittitur. Forte per hunc significatur abundantia internarum inspirationum, & immissionum, quibus solet Deus piorum mentes hominum illustrare, & ad se suauiter trahere.

CAP. 10. NUM. 2.

Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Ecclesiam operarijs bonis prouidere , non solũ necessarium , sed difficile.

148 NOtandum non solum adeò necessariam, sed etiam difficilem bonorũ Euangelicę messis operariorum copiam,& sufficientiam, vt vel ipse Dominus fidelium orationibus adiuuari velit ad eius impetrationem.

CAP. 10. NVM. 10.

In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei.

Etsi

Prælatus subditis, etiam indignissimis, salutis monita non deneget.

149 ETsi aliquando prælatus alicui ciuitati, aut communitati opporteat indignari, taliter vt ab illa discedendum sit: nihilominus monita salutis præbere, & quæ ad æternam vitam concernunt aduertere non omittat. Et aduerte, non iussisse Dominum, quod reuelli ciuitati dicerent: *Appropinquauit vobis regnum Dei:* sed solum: *Appropinquauit regnum Dei.*

CAP. 10. A NVM. 40.

Quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi Dominus: Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Vere amantis Iesus non iudicem, sed aduocatum agit.

150 CHristus, vt iudex aduersus Mariam interpellatur, & gerit se tamquam illius aduocatum. Simon de Cassia de resurrectione lib. 14. cap. 6. ex Diuo Augustino sermone. 27. de verbis Dom. tom. 10.

Mundiale conuiuium grauat, & conturbat; spirituale satiat, & exhilarat.

151 Et notandum, quod plurima temporalia, etsi pie, & religiose fiant, nec satiant, nec satisfaciunt, sed mentem conturbant, nec tamen diu possidentur, at vnicum spirituale, & animum exhilarat, & mentem sedat, & protegente Domino conseruatur, donec, euacuato, quod ex parte est, fruitionis æternæ plenitudo succedat.

VEL SIC.

Nil Deo magis curæ, quam impedimenta ad se accedendi auertere.

152 *Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam?* Imo nulla Deo cura solicitior est, nisi quod creaturas ipsius accessui, & adhæsioni quomodolibet obsistentes, omnino reliquamus.

VEL SIC.

Si nos Deus aliquando à sua protectione deseri permittet;

153 Si aliquod obiectum, vel fugillatio Diuinæ curæ, & prouidentiæ fieri posset, illud maxime, quod á Mariâ omnium matre, & protectrice aliquando nos deseri, & derelinqui permitteret.

ret, iustæ quodammodo querimoniæ ansam præberet.

CAP. 11. NVM. 3.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,

Prouidēter Deus; in quantitate modica temporalia bona concedit.

154 CUR non docuit nos Dominus petere â Deo panem hebdomadæ mensis, aut anni, sed panem dialem tantū? Ne si plurium panē dierum simul daret, illum in vno die consumeremus.

Quotidie Deus orandus, & exorandus.

155 Vel certius, vt doceremur, quotidie Deum exorandum, & ad ipsius paternale subsidium, & iuuamen recurrendum.

CAP. 11. NVM. 13.

Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se.

In se Deus motiuum ad hominibus benefaciendum quærit.

156 CUM Deus in nobis motiuum ad nobis beneficiendum non inueniat, illud in semet ipso quærit, nempe in paterno munere.

CAP. 11. NVM. 17.

Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.

Hebræicarum Christus cogitationum comprehensiuus inspector.

157 COgitationes Hebræorum Christus Dominus vidisse dicitur ad significandam penetratiuam, comprehensiuamque cognitionis suę euidentiam.

Terrenorum cogitatio vsque ad corporeitatē hebetari quodammodo videtur.

158 Uel vidisse dicitur, quia etsi actus animæ; ac propterea spirituales omnino esse deberent; adeò tamen pessimis, terrenisque passionibus permixti, & inuoluti erant, vt oculis cerni, & discerni possent.

Nullum communitatis dissidium ipsi non valde contrarium.

159 Et notandum, cuilibet communitatis reipublicæ, aut regni dissidium non tam *in se ipso*, quam *in se ipsum*, fieri dicendum esse.

CAP.

CAP. 11. NVM. 34.

Lucerna corporis tui est oculus tuus.

Oculis tam ad intra, quam ad extra vtendum.

160 SI ergo oculi lucerna corporis nostri sunt, & lucerna ad illustrationem, & illuminationem domus deseruit, hoc erit oculorum nostrorum præcipuum munus, & exercitium, non tam quæ extra, quam quæ intra nos sunt, respicere, & attendere.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit

Fraternitatis amorem præ oculis vult Deus nos semper habere.

161 QVomodo oculus simplex esse potest, cum ex naturali dispositione duplex sit? Imo prouidenter à Deo naturam nostram optimis legibus ordinante, cautum est, quod à duplici oculo inter se disito, & distincto, vnica visio fieret, vt fraternitatis amorem, & vnionem semper in oculis, & præ oculis haberemus.

Oculorum simplicitas tam subiecto quã obiecto vtilis, & proficua.

162 Et notandum, simplicem oculorum perspicuitatem non solum proximis bonam, & conuenientem, sed ipsis etiam respicientibus vtilem, & proficuam, & totius corporis illuminatiuam esse.

CAP. 11. NVM. 35.

Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.

Non omne, quod apparet, vera, & solida virtus est.

163 HOC valde notandum est: sunt enim non pauci, qui ex falsa præsumptione existimant esse virtuosas actiones aliquas, quæ vere vitia sunt.

VEL SIC.

Non omne quod lucet, lumen est.

164 Vide ergo ne splendorem, quem pompatice ostentas, malis, ac peccaminosis artibus adquisieris, & per eadem conserues.

CAP. 11. NVM. 36.

Si ergo corpus tuum, totum lucidum fuerit, non habens aliquam partẽ tenebrarum erit lucidum totum.

Lux Diuinæ gratiæ nil maculosæ tenebrositatis admittit.

165 HÆc propositio, quę physice identica est; moraliter non est identica; sed formalis, nam vt anima luce gratiæ illuminata, & illustrata sit debet omnino tenebris peccati lethalis carere.

Veniales culpæ gratiæ lumen nõ extinguunt.

166 Et notandum dici, *non habens aliquam partem tenebrarum*, non *particulam*: ad innuendum peccata venialia lumen gratiæ non extinguere, aut excludere; sed cum illo componi posse.

CAP. 11. NVM. 53.

Cum autem hæc ad illos diceret, cæperunt Pharisæi, & legis periti grauiter insistere.

Pseudoscientifici coram populari ignorantia magisterium affectant.

157 GRauiter, non solum quoad verborum plumbeam, & popularem ponderositatem; sed etiam quoadmodũ affectatæ, & extraordinariæ, non insolitæ authoritatis.

Et os eius opprimere de multis.

Qui verba calũniatur os loquẽtis opprimit.

168 OS eius opprimere, hoc est verba ipsius carpere, & calumniari.

CAP. 12. NVM. 1.

Multis autem turbis circumstantibus: ita vt se inuicem conculcarẽt, cæpit dicere ad discipulos suos.

Qui concioni Euangelicæ deuote, modeste, & reuerenter non adstiterit, nullũ ex concione prosectum reportabit.

169 CVR ad discipulos Iesus sermonem dirigit, non ad turbas, cum tam copiosæ, & numerosæ essent, & taliter cum ipsis se gerit, ac si non adessent, omnem sermocinationis seriem discipulis accõmodans, vt ex ipso orationis tenore perspicitur? Quia turbæ non ex Uerbi Dei audiendi desiderio, & animo proficiendi eo deuenerant; sed vel ex nouitate rei inusitatæ, vel ex aliorum exemplo commotæ, vel ex sola curiositate suauissimi dicendi modi illius diuini Declamatoris illectæ, ad Iesum audiendum confluxerant: quæ mala verbi Dei auditorum dispositio manifeste ex illâ inordinatâ se inuicem conculcandi actione colligitur.

Atten-

Attendite à fermento Phariſæorũ, quod eſt hypocriſis.

170 HYpocriſis eſt fermẽtum, quo Phariſæi, & nonnulli praui Eccleſiæ miniſtri Phariſæorum imitatores, & ſequaces panem ſibi abunde parant, & præparant.

Hypocriſis non nullorum panifica miniſtra eſt.

CAP. 12. A NVM. 13.

Ait autem ei quidam de turba: Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit illi: Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?

171 HOC reſpondendi modo Ieſus, & interroganti de oportuno, & ſufficienti remedio prouidit, & Eccleſię ſuæ miniſtros inſtruxit: vt cõfeſſarij, ceterique animarum curam gerentes diſcerent rei pecuniariæ, negotij que ciuilibus, & ſæcularibus ſuorum ſubditorum ſe non immiſcere, nec ingerere; ſed omnino, & totaliter abſtinere: quia etſi iudices ipſorum ſint, hoc eſt, interne, & reſpectu vniuſcuiuſque ſingillatim nõ externe copulatim ſuper ipſos, vt iudices foręſes, & inter ipſos, vt hęreditatum diuiſſores, quos *calculatores* vocamus.

Fori interni iudex externæ iudicaturæ non ſe immiſceat.

CAP. 12. A NVM. 19.

Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti cuius erunt?

172 CArnalibus bona temporalia non corporis bona, ſed animæ ſunt.

Carnalium animæ carnalia appetunt.

173 Et notandum, quod qui multos vitæ annos ſibi promittebat; nec vnum integrum diem adeptus eſt.

Cui multos vitæ annos ſibi promittit, integer ſolet dies deficere.

174 Sed cur non illi, dixit Deus: *Hac die*, ſed: *Hac nocte animam tuam repetunt à te?* Per illud triſte, ac tenebroſum tempus denotari videtur funeſtus exitus, & infœliciſſimus illius animæ decubitus.

Tempus nocturnum euentus triſtis anſpuit.

175 Cur autem non dixit: *Hac nocte repetent*, ſed: *Hac nocte repetunt?* Quia poſt illam impiam, & præſumptuoſam propoſitionẽ prolatam, nec vnum vitæ inſtans illi miſero diuiti conceſſum fuit.

Impius nec vno vitæ momento dignus.

176 Sed cum Deus ſit illius animę repetitor, cur non dicit: *Repeto*, ſed: *Repetunt*, quaſi non ipſe, ſed alij eſſent repetentes? Quia vel peccata ipſa erant, quæ animam illam ad iuſtam, condignamque punitionem repetebant: Uel quia cum anima illa ad æternam repeteretur condemnationẽ, noluit benigniſsimus Deus per ſe ipſum repetitorem agere; ſed per iuſtitiæ ſuæ miniſtros repetitionem illam executioni mandare.

Iuſtitiæ decreta punitiua per Dei ſatellites dæmones exequuntur.

CAP. 12. NUM. 28.

Si autem fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos puſillæ fidei.

177 NON dedignatur Deus fœnum ad vſum, & ſeruitium hominis deſtinatum veſtire: non ergo dedignetur homo diues hominem pauperem, & nudum, Dei imaginem, & repręſentatorem propter Deum ipſum operire.

Deus ad eleemoſynam efficaciſſime mouet elargiendam.

178 Et notandum, quod de prouidentiâ Dei diffidentes, vel parum confidentes appellat: *Puſillæ fidei*, hoc eſt non ſolum modicæ, & exiguę, ſed etiam timidæ.

Puſillanimes vel de ſunt de Dei prouidentia diffidentes.

CAP. 12. NUM. 31.

Verumtamen quærite primum regnũ Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

179 OMnia bona temporalia ad bonum ſpirituale quid adiectiuũ eſt, per quẽ dicendi modum ſatis innuitur, omnia bona temporalia ſpirituale bonum quærenti non ſolum, non def-

Temporalia bona, niſi ſpiritualibus bono adhærentia, nequeunt ſubſiſtere.

deffectura; sed etiam in se ipsis insubstantialia esse, sed accidentalia tantum, ac propterea per se ipsa non posse subsistere, nisi rei alicui substantiali, nempe spirituali bono inhærent.

CAP. 12. NVM. 32.

Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

Iustorum remuneratio æterna Triadi toti placet.

180 COmplacuit, hoc est non solum Patri placuit, sed etiam Filio, & Spiritui Sancto.

CAP. 12. NVM. 58.

Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo.

Per temporalis vitæ viam à comitante diabolo cauendum.

181 VIta præsens via quædam est, per quam, diabolo comitante, scrutante, & persequente incedimus: á cuius accusationibus, nisi per bona opera liberari non possumus.

Ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori.

Eleemosynarius ad Dei tribunal non trahitur; sed liberter vadit.

182 QUi in præsenti vita multa bona operatus est, præsertim misericordię operatus est, in fine illius ad Dei tribunal á dæmone non trahitur; sed ipse sponte sua gaudens vadit, & securus.

Et exactor mittat te in carcerem.

Non culpæ, debitores, sed pœnæ Purgatorio igne satisfaciunt.

183 ET *exactor mittat te in carcerem* Purgatorij.

CAP. 12. NVM. 59.

Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

Purgatorij carcer statera iustissima.

184 NEscio, qua fronte stolidi Nouatores hæc verba legentes carcerem Purgatorij excludere, & mordicus negare audeant: sed hisce noctuis ad meridianam lucem cęcutientibus omissis, & contemptis, nos legitimi Ecclesiæ filij interim notare debemus, & aduertere, quam exacte, & ad amussim in isto horribili, ac tenebricoso carcere omnia nostra debita persoluenda sint.

CAP. 13. NVM. 3.

Sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Pœnitētia virtus nunquam dimittenda.

185 HAbere pœnitentiā est illam non solum agere, sed continuo apud se conseruare, & possidere.

CAP. 13. NUM. 6.

Arborem ficî habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.

Ab arbore humāno propriñ Deus fructum perquirit.

186 VEnit *quærens fructum in illa*, & ex illa; nonnullæ enim arbores fructibus alienis ditescunt, & fructiferæ videri præsumunt.

CAP. 13. NUM. 7.

Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio.

Deus á nobis rationem exigens, propriam cuiusque lineam non transgreditur.

187 CUltorem de ficulneæ sterilitate non reprehendit, cum forte ficulneæ sterilitas ex cultoris negligentiâ acciderit, quia muneris ipsius non erat ficulneam excolere; sed vineam tantum.

Succidite ergo illam; vt quid etiam terram occupat?

Homo inutilis terram, quā calcat, verecundat.

188 OCcupat: hoc est, non solum terram impedit, sed etiam verecundiâ, & rubore afficit.

CAP. 13. NVM. 8.

At ille respondens, dixit illi: Domine dimitte illam, & hoc anno vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.

Cōsideratæ sterilis corruptionis vitam fœcundare solet.

189 FIculnea hæc foliis luxurians, & fructu carens esse videtur carnalis homo mundanis, & sæcularibus pompis immersus, qui si aliquando fragilitatis, & corruptibilitatis recordetur, desperandum non est quod in bonam frugem redire possit.

Fidelium sepulturæ optima Ecclesiasticæ vineæ cultura est.

190 Sed quęnam fossio illa, & stercorum missio est? Certe sepulturæ, quæ quotidie in Ecclesijs aperiuntur, & humanis corruptis corporibus replentur, quæ si á luxuriante ficulnea Humanâ bene perpendantur, absque dubio in vberes pœnitentiæ fructus germinabit, ac fœcundabitur.

CAP. 13. A NVM 31.

In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, &c.

Politico crudelis Vulpes proprissime compellandus.

191 VUlpem, appellat Herodem Dominus nõ solum propter prudentiam carnis, & subdolas regnandi artes; sed etiam quia innocentissimam, & cœlestem auem, nempé, Ioannem Baptistam trucidauit: ideo forte parabolam de gallinâ nidum protegente subtexuit: Vide infra n. 34

CAP. 14. NVM. 1.

Et factum est, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Pseudouirtuosi non Dei festa, sed festorũ cultores obseruant.

192 ISti Hebręorum religiosissimi sabbatum non obseruabant; sed Iesum, an aliquid diceret, faceret ve, vnde ansam calumniandi sumerent.

CAP. 14. A NVM. 2.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legis peritos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare?

Hypocritæ præsumptuosi semper vel ore, vel mente proximos calumniantur.

193 AD quid respondit Iesus, cum legis periti, & Pharisæi nullum omnino verbum protulerint? Ad ipsorum certe calumniatricem mentẽ respondisse, dicerem.

CAP. 14. NVM. 9.

Et veniens is, qui te, & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

194 AMbitioso, si non possideat primũ, nouissimum videtur ei locum obtinere.

Ambitiosis reliqui á primo infimi gradus apparent.

CAP. 14. NUM. 10.

Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discũbentibus.

195 QVI sanctificantem gratiam consequitur, non solum Dei amicus fit; sed etiam ius ad *superius*, idest, cœlum ascendendum adquirit; ideo subsequitur: *Tunc erit tibi gloria, &c.*

Gratia sanctificans, & Dei amicitiam confert, & ius ad gloriã.

CAP. 14. NVM. 20.

Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non possum venire

196 QUI vxorem duxit non se excusat rogando, sicut ceteri supra num. 18. & 19. sed imposibilitatem obijciendo, non enim erat absolutus actionum suarum dominus, cum se alteri tradiderit, nempe vxori.

Vxoratus voluntatis suæ absolutus dominus non est.

CAP. 14. A NUM. 21.

Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

197 PER istos debiles, & claudos varijs corporum membris mutilatos martyres intelligi possunt: per subsequentes autem sancti confessores per diuersas virtutũ vias incedentes: sepiũ vero habitatores, anachoritæ,

Per magnificum gloriæ conuiuiũ, non perfectos solum, sed communes etiam legis Diuinæ obseruatores quotidie admittit.

tæ,& ſolitarij eſſe videtur Quibus in gloriæ conuiuio honorifice ſuſceptis, multus adhuc locus communem mandatorum viam curſitantibus præparatus,ſupereſt.

CAP. 14. NUM. 24.

Dico autem vobis,quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

198 IPſamet cœnæ priuatione,quam iſti ſponte neglexerunt, Deus eos ſeueriſſime punit.

Sibi ipſi peccator grauiſſimũ ſupplicium infert.

199 Et notandum, imo dolendum eſt, quod qui ſe totos rebus carnalibus, & temporalibus tradunt,rerum ſpiritualium guſtũ omnino amittunt: ideo dicebant Hebræi Num.cap. 21.num. 5. *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.*

Carnalibus delicijs omnino dediti ſpiritualiũ guſtum amittũt.

CAP. 15. NUM. 4.

Quis ex vobis homo, qui habet centũ oues: & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto.

200 CUR Errantẽ,ideſt, peccatorem Chriſtus *ouem* vocat,non *hædum*? Quia ſub illa metaphora loquitur de homine peccatore adhuc viatore, qui poteſt pœnitentiam agere, in gratia decedere,&ad dexteram, ideſt in ouium loco in Diuino iudicio collocari: Vide Matth.cap. 25.num. 33.

Peccatorem reſipiſcibilem Deus honeſto nomine condecorare dignatur.

Et vadit ad illam,quæ perierat,donec inueniat eam.

201 UAdit, ideſt, non dubius, & incertus pergit, ſed conſcius loci, in quo ouis errabũda diuagatur. Cur autem ouis errans perijſſe dicatur: Vide ad pſal.118.num.176.

Dei greſſus, etiã peccatorem errãtem quærentis, errare nequeunt

CAP. 15. NVM. 6.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam,quæ perierat.

202 INuentam ouem iam paſtor bonus appellat ſuam,quę antea,dum errabũda diuagaret,tali compellatione digna non erat.

Peccator per pœnitentiam à dæmonis gregali caterua in Dei ſuam,quile transit.

203 Et notandum,quod ouis quæ perijt,ſeu errauit, non á propria ſola virtute,& diligentia,non ab alio externo auxilio,quã Chriſti Reſtauratoris, & naturæ lapſæ Reparatoris inueniri poteſt.

Perditi peccatoris inuentio, & ipſius Chriſti quærentis, & peccatoris inueniri cupientis operatio eſt.

CAP. 15. NVM. 8.

Aut quæ mulier habens drachmas decem: ſi perdiderit drachmam vnã, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat?

204 DEcem drachmę,decẽ verba legis ſunt: vnam perdere eſt in vnum præceptorum impingere: cetera examen propriæ conſcientię exprimunt, quod ſacramentalem confeſsionẽ debet præcedere, de quo quæ Sacroſanta Synodus Tridentina præcipit, & aduertit Seſ. 14. de Pœnitentia cap 5. ab omnibus notari, & obſeruari oportet.

Diligens conſcientiæ exam. n optima ad iuſtificationem conſequendam diſpoſitio.

CAP. 15. NVM. 13.

Et non poſt multos dies congregatis omnibus,adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtãtiam ſuam viuendo luxurioſe.

205 NON illos paucos expectauis dies, vt murmurationem euitaret, ne diceretur, quod ſtatim á portionis acceptione abiret, ſed donec aliqua,quæ præter patrimonium,forte non licite poſsidebat, habebatque hinc inde diſperſa,recuperans congregaret.

De filio diſſipatore, quæ ad diſſipationem faciunt, conſectari licet.

206 Et notandum, quod luxurioſe viuens ſubſtantiam ſuam non ſolum patrimonialem, quæ iam inre *ſua* dici poterat, ſed etiã naturalem, ſeu perſonalem diſsipauit: Vide ad pſal.68.num.3.

Luxuriæ ignis omnem cuiuſuis generis ſubſtantiam abſumit.

CAP. 15. NVM. 14.

Et poſtquã omnia conſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa.

Fames valida *quia omnes inualidat.*

207 QUare *valida* dicitur fames, cum omnes, quos corripit inualidos reddat, & efficiat? Ideo certe, quia omnibus præualet, & omnes superat, & suppeditat.

CAP. 15. NUM. 20.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Peccator, statim ac resipiscit, diuino sole illustratur.

208 STatim, ac bono motui, seu gratiæ præuenienti consentiens ad pergendum ad cælestem patrem surrexit, visus á patre fuit, qui ante inuisus erat.

Prælatus priusquam præcepti iugum imponat subditum demulceat.

209 Et notandum, quod Pater cœlestis osculo prius demulcet locum, vbi impositurus erat iugum Euangelicum.

CAP. 15. NUM. 21.

Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cœlum, & coram te.

Peccator, cum resipiscit, tunc se coram Deo peccasse intelligit.

210 QUomodo *coram te*, parentē alloquēs, dicit, cum á domo paternâ abierit, & in regione longinquâ substantiam dissipauerit? Certe quia cognouit, se in cœlestem patrem peccasse, qui vbique præsens est.

Paterna Dei cura nec offensam peccatorem deserit.

211 Uel quia solicitudo, & cura paterna nunquam prodigum deseruit, sed ipsum abeuntem prosecuta, & concomitata fuit.

UEL SIC.

Diuinæ immensitati nec cæli magnitudo cō parabilis.

212 Ex verecundię rubore, vel aliâ animi passione turbatus prodigus stilum videtur inuertisse, dicens: *Peccaui in cœlum, & coram te*, cum deberet dicere: *Inte, & coram cœlo peccaui, & præuaricatus sum.* At non inuerso, sed recto ordine pronuntiasse, dicendus est: per illum enim dicendi modum significare voluit, Deum cœlo ipso, omnia includente, & vniuersum locum circumdante vbique præsentialiorem esse.

UEL SIC.

Peccator Deo affectiue, cœlo effectiue nocet.

213 QUI peccat, in cœlū peccat, potius quā in Deum: nam Deum affectiuâ solum iniuriâ tangit; cœlum verò effectiuo, & reali corripit detrimento, ipsum incolâ, & habitatore ad illud possidendum nato, & destinato priuans.

CAP. 15. NUM. 22.

Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius.

Vera non nisi in virtute nobilitas.

214 NON cōceditur annulus, qui signum nobilitatis est, donec stolâ, id est gratiâ sanctificante indutus, & adornatus fuit: quia vera, nisi in virtute, & sanctitate, nobilitas inueniri nequit.

Et calceamenta in pedes eius.

Calceamenta, quæ gressus pedum illius moderentur, & á terrena fœculentia eleuent.

CAP. 15. NUM. 23.

Et adducite vitulum saginatum, & occidite.

Synagoga Messiam suum lauto tormentorū conuiuio suscepit.

215 VItulum saginatum, id est, Christum opprobrijs, tormentisque satiatum. Tertullianus de patientiâ: *Taceo, quod figitur, in hoc enim venerat, numquid tamen subeundæ morti etiam contumelijs opus fuerat? Sed saginari voluptate patiendi discessurus volebat.*

CAP. 15. NUM. 24.

Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est.

Peccatum morte naturali quid formidabilius.

216 POstquam dixit pater, quod filius prodigus *mortuus erat, & reuixit*, tamquam quid grauius, super addit: *Perierat, & inuentus est*, quia per hoc commissio peccati denotatur, quæ in Diuina ponderatione quid morte ipsa naturali grauius, & formidabilius est.

CAP.

Et cœperunt epulari.

Eucharisticum, & cœleste gaudium finiri nequeunt, nec diffiniri.

217 INitium conuiualis lętitiæ vel Euchariſtiã, vel cœleſtem beatitudinem ſignificantis dicitur, finis non dicitur, nec dici poteſt, quia primum bonum, nempe Euchariſtia, in ſubſtantiâ infinitum, ſecundum, & infinitum, & interminabile eſt.

CAP. 15. *NVM.* 25.

Erat autem filius eius ſenior in agro,

Qui in mundi agro detinetur ægre, & ſero ad ſpirituale gaudium accedit.

218 ISte filius non ſolum erat *ſenior*, ſed etiam *ſegnior* ſiquidem ad illud ſpirituale conuiuium ſerus, & pigrior acceſſit.

CAP. 15. *NVM.* 29.

At ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio tibi.

Ingrati obſequiũ numquam præterit.

219 ECce demonſtratiuũ eſt, quomodo ergo á filio frugi annis præteritis applicatur, & ſeruitium in eis exhibitum per tempus præſens explicatur, dicens: *Seruio tibi*, cum dicere deberet: *Seruiui tibi?* Quia quæ homines in aliorum obſequium, vel etiam Dei, facimus, præſentia ſemper, nunquam præterita conſideramus.

VEL SIC.

In Dei obſequiũ præſtita, ipſi ſemper ſunt præſentia.

220 Quæ viri iuſti in obſequium Dei faciunt, nunquam tranſeunt; ſed præſentia, & permanentiâ ſemper exiſtunt.

Et nunquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer.

Licentia ad peccandum, vel à Deo, ipſo, impoſſibilis.

221 CVM per *hædum* ſecundũ Sacræ Scripturæ phraſim peccatum ſignificetur, dare hædum eſt, facultatem ad peccandum concedere, quod per Deum homini nunquam licet, nec licere poteſt.

Hereditati cœleſti deſtinato quid futilibus Mundi diuitijs curare intereſt, vel fruſ

222 Et notandum, quod qui portionem integram acceperat, vt patet ſupra num. 12. de hædulo non ſuperaddito quærimoniã format.

CAP. 15. *NVM.* 30.

Sed poſtquam filius tuus hic.

Fratrem non vocet, quam fraterne non tractas.

223 NOn permittitur fratrem vocare, quem extranee, & non fraternaliter tractat.

Qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cũ meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.

Peccata proximorum, etiam diſtantia, apparent; bona opera, etſi præſentia diſparent.

224 ETſi iunioris fratris peccata in regione longinquâ, patrata fuerit, ſeniori fratri ſatis nota, & euidentia erãt: non ſic eiuſdem reſipiſcentiâ, pœnitens conuerſio, & in paternam domum reuerſio: Vide ſupra nu. 26.

CAP. 16. *NVM.* 8.

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecerat: quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſuâ ſunt.

Prudens ſolertia, etſi leuiter iniqua, laude non indigna.

225 ADeò placet Domino prudens ſolertia, & in negotijs peragendis dexteritas, vt etiam cum aliquâ ſpecie iniquitatis ad mixtam abſque laude non derelinquat.

VEL SIC.

Temporalibus Deus homines bonis ad ſpiritualia quærenda inuitare ſolet.

226 Laudat Deus homines in temporalibus adquirendis ſolertes, & ſolicitos, vt ſic ad ſpiritualia conquirenda attrahat, & ſuauiter alliciat.

VEL SIC.

De hominũ circa temporalia ſolertia, & erga ſpiritualia deſidia doleret Deus ſi dolore tangi poſſet.

227 Quamdam inuidentiæ ſpeciem Deus concipere videtur: & reuera, ſi paſſionis huius capax eſſet, conciperet, ex eo, quod cautiores, prudentiores, diligentioreſque nos videat in temporalibus bonis, quam in æternis inquirendis.

CAP. 16. *NVM.* 20.

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus.

In Dei domo diues malus præ bono paupere nō supponit.

228 IN domo, & familiâ Dei *mēdicus* iacens, & vlceribus plenus nomen, & nomē æternum habet, diues autem purpura, & byſſo indutus, & nomine, & æſtimatione omnino caret.

CAP. 16. NVM. 21.

Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.

Virtuoſus pauper morigeratū habet etiam deſiderium.

229 QVis mendico Lazaro prohibere poterat, ne cupedias, & ſubſtantialiores cibos, quos diues deglutiebat, deſideraret, & appeteret? Sed morigeratus, & modeſtus iſtius optimi pauperis oculus non cupiebat quę diues deuorare poterat, ſed quod de ipſius menſa cadens neceſſario periturum eſſet.

Quæ diuitibus ex negligentia pereunt, ſaturatio pauperum eſſe poſſunt.

230 Et notandum, quod quæ de menſa diuitis negliguntur, & neceſſario pereunt, non ſolum ſufficiens, & moderata pauperis refectio, ſed ſaturatio etiam eſſe poſſunt.

Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

Diues auarus, vel à brutis pietatis documentū addiſcat.

231 CAnes relinquebant, & deſpiciebant, quę de menſa epulonis expectare poterant, vt pauperis vlcera lambendo officium pietatis impenderent, vt ſaltem ex hoc diues aliquem miſericordiæ motum addiſceret, ac ſentiret.

VEL SIC.

Auarorum famuli auariores dominis eſſe ſolent.

232 Famuli diuitum in canibus iſtis deſignati non ſolū dominorum ſuperfluа pauperibus erogare nolunt, ſed etiam ab ipſis pauperibus quidquid poſſunt vtilitatis ſibi capeſſunt, ſcilicet vulnerum fluorem.

CAP. 16. NVM. 22.

Factum eſt autem, vt moreretur mēdicus.

Ad calamitoſos mors lenta vix incedit.

233 IN hoc emphatico ſignificandi modo inſinuatur, quam difficile ſit pauperi mortem adipiſci, & in eâ miſeriæ, & calamitatis perpeſſæ finem nanciſci.

Et portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in Inferno.

Funerea pompa inuiſibilis á viſibili nimium differre ſolet.

234 EX hoc inferes, quā diuerſa, & contraria pompâ ab eâ, quæ exterius patet, pauperes boni, & diuites mali à Domino ſepeliantur.

CAP. 16. NVM. 24.

Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Membra hic delicatius tractata in Inferno curius, & crudelius torta.

235 ETſi totus epulo inflammâ cruciabatur, lingua præ ceteris membris grauius, & intolerabilius tormē tum ſuſtinebat, quanto ipſam ſuauium ciborum, & dulciam cupediarum abundantiâ demulſerat.

Si cœleſtis gutta beatitudinis in Infernum poſſet deſcendere, Infernum refrigerio aſſereret. Damnatum amplius torquere videtur, quam vrens flamma, rodens inuidia.

236 Et notandum, quanta cœleſtium fruitionum vis, & efficacia ſit, vt vel minima guttula grauiſsimum inferni incendium refrigerare valeat, & extinguere.

237 Sed cur ille miſerrimus diues, non *á flamma*, ſed, *in flamma* cruciari eiulatur? Quia forte grauius, & vehementius de bonâ pauperis ſorte, quam de ignis vrente ardore cruciabatur: ideoque Lazarum de Abrahæ ſinu deturbare nitebatur, dicens: *Mitte Lazarū*, & infra num. 27 *Rogo ergo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei.*

CAP. 16. NVM 25.

Et dixit illi Abraham: Filij recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.

Damnatis, quæ ipſos quoquomodo alleuare poſſunt ſtatim memoria excidunt.

238 PRimum, quod damnatis excidere videtur ſunt bona in præſenti ſæculo poſſeſſa, malaque ab alijs præſertim iuſtis, perpeſſa, ne ex tali memoriâ leuamen aliquod, & recrea-

creationē percipiant. ideo Abraham damnati recens deffuncti memoriam bonorum ab ipso fruitorum, & malorum â Lazaro perpessorum excitat.

Damnatorum spirituum vita mors est potius dicenda, quam vita.

239 Sed Abrahami verba perpendamus: *Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua*: ergo tunc epulonis anima non viuebat: etsi cum corpore etiam in inferno sepultam non concesseris? Uiuebat quidem æternis ærumnis, & tormentis destinata, sed illa potius immortalis mors, quam vita dici merebatur.

Illa proprie rationalis vita, in qua libere operari licet.

240 Uerumtamen aliquid altius Abrahami verba significare videntur: vita præsens damnatæ epulonis animæ *sua*, dici non poterat, quia tunc libere nequibat operari, sed destinato in æternum supplicio necessario subiacere: at vita præterita, dum præsenti sæculo fruebatur, *sua* proprie erat, quia in manu consilij sui collocatus bene, & male operari poterat.

CAP. 16. NUM. 26.

Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est.

Beatitudinis terminus oppositus confusio est.

241 CHaos magnum, seu confusio magna est medium diuidens inter prædestinatos, & reprobos.

Vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint.

Prædestinati non solum viatoribus sed damnatis etiam si possent, subuenirent.

242 Ergo prædestinatis non deest voluntas per se ipsos succurrendi miseris damnatis, si per Dei liceret voluntatem? Hinc aduerte, quantum Sancti, nostræ præsertim deuotionis, ad nobis viatoribus subueniendum prompti, & parati sint, cum etiam ad insubleuabiles damnatorum miserias, quantum ex parte suâ est, dispositione non careant.

CAP. 17. A NVM. 1.

Et ait ad discipulos suos: Impossibile est, vt non veniant scandala: væ autem illi, per quem veniunt. Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quam, vt scandalizet vnum de pusillis istis.

Scandalosi in pollinē redigēdi.

243 CVM moraliter impossibile sit, scandala non venire, cur in scandalizantis torturam lapis eligendus non quilibet, sed molaris esse debet? Quia talis homo dignus est in pollinem redigi, vt omnino dispareat.

CAP. 17. A NVM. 4.

Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem.

Difficilius homini esse solet inimico parcere, quam arcanum Fidei mysterium credere.

244 CUR in hac potius, quam in aliâ occasione à Domino Apostoli fidei augmentum efflagitant? Quia rigidæ humanæ naturæ austeritati difficilius est propter Dei præcipientis authoritatem inimicis parcere, quam altiora, & arcaniora mysteria credere.

CAP. 17. NVM. 7.

Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe: & non dicat ei: Para quod cœnem, &c.

Propter externa munera, etiam pia, & religiosa, spirituale Dei obsequium non omittendum.

245 PRopter munera corporalia, etiā si prolixa, & laboriosa sint, vt arare, & pascere, spiritualia exercitia, quibus Deo specialiter ministramus, & obsequimur, omittenda non sunt.

CAP. 17. A NVM. 14.

Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deū, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.

Ex

Iure suo decimali non vult Deus cedere.

246 EX decem sanatis leprosis vnus solus gratulabundus regreditur ad Iesum, vt debitum solueret decimale, quod numquam vult Deus amittere, sed etiam ab sterili terra humanæ Naturæ, quæ gratitudinis fructus egerrime producit, recuperare, & percipere.

CAP. 18. *A NVM* 3.

Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: Uindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me

Iudices terreni in nouissimo tã iurisdictionis, quam vitæ tempore iudicandi.

247 IN *nouissimo*, hoc est, tempore, quod vocatur *Residentiæ*, quando iudices ordinarij super sui muneris adimpletione, & iustitiæ administratione rationem reddunt, & apud superiorem iudicem causam dicunt.

Vide sup. n. 247

248 Vel *in nouissimo*, hoc est, tremendo Dei iudicio, in quo tam peccata commissionis, quam omissionis sunt promotores, qui grauius, quam ipsi dæmones reum sugillant, & acusant.

CAP. 18. *NVM.* 6.

Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit.

In iudiciali munere, etiam peccata, quæ videntur leuia, grauia sunt.

249 IVdex *iniquitatis* á Domino vocatur ille propter iudicij dilationem, quid propter subuersionem?

CAP. 18. *NVM.* 11.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat.

Pharisaica seu superba oratio, nec ab orante exit, nec ad Deũ transit.

250 HÆC proprie non erat oratio, seu mẽtis in Deum eleuatio, sed insanæ, & superbę mentis contra Deum elatio: ideoque nec á Pharisæo exibat, nec ad Deum, seu Dei acceptationem transibat; propterea *apud se* orare dicitur.

Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri, &c.

Superbus de apprehensis virtutibus potius sibi quam Deo gratulatur.

251 NON ait: *Deus gratias ago tibi, quia feci ti me bonum & iustum, non vero malum & impium*; sed: *Deus, gratias ago tibi, quia non sum, &c.* Vnde potius sibi, quam Deo gratias agit.

Hypocrita neminem, præter se ipsum bonum reputat.

252 Et notandum non dicere: *Non sum, vt multi, non vt plures*, sed: *Non sum sicut ceteri*: isti enim pseudouirtuosi, & hypocritę nullum alium præter semetipsos reputant bonum, iustum, & religiosum.

CAP. 18. *NVM.* 19.

Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus.

Humanitas ab imperfectione, saltem apparenti nunquam libera.

253 QUÆ verba sic paraphrastice exponerem: *Ne me dicas bonum, cum hominem videas, etsi enim Deus sim, ac propterea essentialiter bonus, & impeccabilis; quia tamen verus homo sum, etsi naturam peccati, seu peccatricem assumere non potui, speciem tamen, seu apparentiam peccatoris gerere non dedignor.*

CAP. 18. *NVM.* 20.

Mandata nosti: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c.

Dummodo præcepta omnia obseruentur de regulato eadem proferendi ordine non curandũ.

254 A Quinto præcepto incipiens, & ad subsequentia progrediens ad quartum regreditur ad innuendum necessum non esse præcepta ordinate dicere, dummodo omnia sciantur, & obseruentur.

Quintum Decalogi præceptum reliqua omnia transcendit.

255 Sed cur ab: *Non occides* incipit? Ad denotandum, quod omnia peccata animam occidunt, & in hac ratione generica conueniunt.

CAP.

CAP. 18. NVM. 22.

Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc vnũ tibi deest: omnia, quæcumque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.

Eleemosyna erogãda, ex vtẽsilibus, aut pecunia signata, ob plures causas esse oportet.

256 CVR omnia, quæcumque possidebat bona á Domino iubentur vendi, & pecuniam ex ipsis congregatam pauperibus distribui, cum ipsamet bona possent specifice erogari? Primo, vt in rei cuiusuis venditione, tum ex Christi obedientia, tum ex piâ finis intentione, vendentis meritum augeretur. Secundo, ob commodiorem inter pauperes distributionem. Tertio, vt pauperibus largiretur, quod constantis, & prompti valoris esset, quale pecunia est. Quarto, quia dubitandum non est, hunc principem multa bona immobilia possidere, scilicet, domus, arua, census, iura emphiteutica, & huius generis alia, quę non opportebat singula singulis pauperibus erogari, ne aliquibus ditatis, plures neglecti remanerent.

Qui bona sua misericorditer elargitur in cœlum transmittit conseruanda.

257 Et notandum, hũc, bona sua pauperibus elargientem ipsa non amittere, sed in cœlum, securissimum ad thesaurizandum locum, certissime transportare.

CAP. 18. A NVM. 28.

Ait autem Petrus. Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, &c.

Repromissiones Diuinæ non vni, vel alteri Fidelium professioni coarctantur.

258 GEneraliter respondet Iesus Petro specialiter de se, & condiscipulis suis proponenti, vt constaret, non vni, vel alteri fidelium professioni, sed omnibus in communi doctrinam traditam conuenire.

CAP. 18. NVM. 40.

Stans autem Iesus iussit, illum adduci ad se.

Infidelitate, vel vitijs obcæcati manuducatu indigent, vt ad mẽ redeant.

259 CÆco, ideſt, gentili populo, seu Christiano vitijs summerso, & obcæcato non iubet Iesus ad se venire, sed adduci, ope, scilicet, & adiutorio Ecclesiæ operariorum, & ministrorum.

Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam.

Non pauci cæci sunt, qui videre nolunt.

260 NON tibi otiosa, & superflua hæc interrogatio videatur: multi enim cæci sunt, qui videre nolunt: quod Christus D. per talem interrogationem aduertisse, & reprehendisse videtur.

CAP. 19. NVM. 3.

Et quærebat videre Iesum, quis esset.

Pijs Fidelium desiderijs Deus abunde satisfacit.

261 ZAchæi desiderium in Christi oculari terminabatur perceptione: at se Iesus non permisit solum videri, sed alloqui, sed communicari, sed pasci, & diutius cum illo commorari: sic abunde solet Deus pijs fidelium desiderijs satisfacere.

Et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

Humilitas non solum Animæ, sed famæ, & corpori proficua.

262 SI Zacheus noluisset exaltari, & altius conscendere staturæ ipsius pusillitas, vt existimo, suppressa, & impublicata remansisset.

CAP. 19. A NVM. 5.

Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet, me manere. Et festinans descendit.

Præceptis Diuinis cum suis circumstantijs obtemperandum.

263 ZAchæus non solum obediuit substantiæ præcepti Domini, scilicet: *Descende*: sed etiam circumstantiæ, scilicet: *Festinans.*

Et

Omnis ascensus arduus; descensus omnis declivis.

264 Et notandum, quod descensui ex naturâ rei festinatio cõueniat; secus ascensui,

CAP. 19. NVM. 7.

Et cum viderent omnes murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Murmuratio vitium, non solum generatum, sed generalissimum. Liuidi oculi ad patentia cæcutiunt, ad occulta acuuntur.

265 MUrmuratio vitium est familiare omnibus, & commune; ideo *omnes* dicuntur murmurasse.

266 Et notandum, quod Iesum transeuntem, & in patenti viâ cunctis expositum multi non vident; alij præturbâ distracti, alij præstaturę pusillitate, vt Zachęus, impediti; at Iesum in Zachæi domo, hospitio exceptum, & intra recondita eiusdem triclinià conuiuantem omnes vident. Quare? Quia actio hæc libido eorum aspectui in murmuratione, & rigidâ censurâ digna videbatur.

VEL SIC.

Dei mysteria ab humana politica valde dissident.

267 Quod in Christo Domino mysterium, & altissima prouidentia fuit, in principibus inferioribus humanæ fragilitatis argumentum, & regalis prouidentię deliquium, murmuratrici omniũ censuræ expositum, esse solet: nẽpe in plurimorum præsentiâ, vnicum, & hunc pusilliorem, ceteris neglectis, singulari fauore, ac beneuolentiâ prosequi.

CAP. 19. NUM 8.

Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum.

Coram Deo cum omnimoda reuerentia loquendũ

268 EX magnâ ad Iesum reuerentia non ausus fuit Zachæus recumbens loqui, sed ad alloquendum surrexit.

VEL SIC.

Defectus naturales naturali propensione occultare solemus.

269 Hominibus statura pusillis solemne est frequenter surgere, & super pedes stare, alijs præsertim sedentibus, vel recũbentibus, vt altiores appareant.

Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Deipræsentia animam abunde ditat, & exuat.

270 NON retulit Zachæus, quod facere solebat, sed quod, ex Iesu præsentiâ, & fauoribus ditatus, deinceps facere decernebat.

Eleemosyna ad debita superabundanter soluẽda crumenã implet.

271 Et notandũ, quod prius dicit: *Do pauperibus*, posterius: *Reddo*: Idcó si non habes, vnde restituas, da eleemosynam, & habebis vnde *quadruplum* restituere possis.

CAP. 19. NVM. 9.

Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est.

Eleemosyna non solum erogata, sed erogãda prædestinationi cõfert.

272 STatim, vt eleemosyna facta, vel facienda auditur, salus illi domui facta, & concessa à Domino declaratur.

CAP. 19. NUM. 12.

Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti.

Gentilissimi regiõ á Dei regno longe distat.

273 ILla regio longinqua gentilissmus esse videtur, ex quâ præcipue Christus sibi regnum Ecclesiæ copulauit.

CAP. 19. NUM. 13.

Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas.

Diuina lex omnes æqualiter obligat.

274 OMnibus æqualiter diuisit, quia illæ decem monetæ decem præcepta legis sunt, quæ omnes æqualiter obligant.

CAP. 19. NVM. 15.

Et factum est, vt reddiret, accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset.

Deus seruis suis non dat, vt repetat; sed vt lucratiuo fœnore ditiores fiant.

275 NON vocauit commissarios seruos, vt pecuniam traditam repeteret, sed vt quantum quisque cum eâ lucri fecisset, cognosceret.

CAP.

CAP. 19. NVM. 20.

Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario.

Torpentes auaros crumena sudare facit.

276 VT quid sudariũ gerebat; qui otio inutili torpebat, & licitæ negotiationis exercitio, sudoreque carebat? Sed miseros auaros nil grauius, quam pecunia possessa præmit, fatigat, ac sudare facit.

CAP. 19. NVM. 21.

Timui enim te, quia homo austerus es.

Ad austeritatem Deus ostendendam, humanam sumere solet apparentiam.

277 DEus austeritatem non sub propria forma, sed sub alienâ etiam iniquis peccatoribus ostendit.

Auari de atheismo quodammodo suspecti.

278 Et notandum, quam prauum, & indignum auari de Deo conceptum habent.

Vbi deest charitas, timor adest.

279 Notandum etiam hunc timere, quia charitate præditus non erat: charitas enim foras mittit timorem: primus vero, ac secundus huius parabolæ serui non timent, quia charitatis ardore flagrabant.

Tollis, quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

Nimia austeritas ab iniustitia parum, aut nihil differt.

280 HOC non est esse principem austerũ, sed cupidum, & maiestatis potentiâ abutendo vsurpatorem agere, & rapinas exercere. Certum quidem est: sed princeps austerus ab iniusto parum, aut nihil differt.

CAP. 19. NVM. 22.

Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequam, sciebas, quod homo austerus sum, tollens, quod non posui, & metens, quod non seminaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illã?

Apostolicã Deus doctrinam suimet honoris defensioni præferre solet.

281 DEus pro suâ magna nimitate de blasphemia ab impio hoc, & auaro homine in se prolata non curat; sed illũ adhuc de auaritissima cupiditate tamquam de grauiori malo arguit, premitque ad Apostolicum pronũtiatum confirmandũ, quod scilicet omnium malorum radix sit cupiditas 1. ad Timotheum 6. num. 10.

CAP. 19. NVM. 26.

Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Naturalia bona, non absolute, sed respectiue tantum, bona dici possunt.

282 QVomodo ille, qui nihil habet, aliquid, quod ab eo auferatur habere potest? Quia de bonis loquitur naturalibus, quæ licet absolute, & secundum se considerata, bona sint, & dici possint; attamen ad supernaturalia bona comparata, nihil sunt: Vide alia ad Matth. cap. 13. num. 12.

CAP. 19. NVM. 28.

Et his dictis præcedebat ascendens Ierosolymam.

Ardui cœli itineris Christus, & director, & præcursor.

283 SEmper arduum cœlestis Ierusalem ciuũ superare cupientes Iesum, & præcessorem, & viæ directionem nanciscuntur.

CAP. 19. NVM. 30.

Ite in castellum, quod contra est: in quod introeũtes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vmquam hominum sedit: soluite illum, & adducite.

Virginitas Dei obsequio, & seruitio aptissima virtus.

284 PVllus asinæ nondum seruitio hominum idoneus, & iam ab humanâ cupiditate alligatus, & retentus: sed á Christo solui, & adduci sibi iubetur: in quâ actione aptitudo virginum ad seruiendum Deo tropologice innui videtur.

CAP. 19. A NVM. 33.

Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerũt: Quia Dominus eum necessarium habet.

Nota-

Misera humana Natura multipliciter dominio subdita.

285 NOta, quot dominis miſellus ille pullus ſubdebatur.

Quod multi poſſident, negligentius cuſtodire ſolent.

286 Sed cur tot iſti Domini ad Apoſtolorum reſponſum non replicant; ſed tacent, & ſolui pullum, auferrique permittunt? Quia certè præter ipſos alium, vel alios dominos habebat, & quod à multis poſsidetur, negligentius cuſtodiri ſolet.

CAP. 19. *A NVM.* 39.

Et quidam Phariſæorum deturba dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

Chriſti D. mirabilia etiam inſenſibilia proclamant, & praconizant.

287 *LApides clamabunt*, vt non multo ab hinc tempore experientia percipietis: quando ſcilicet in Golgothá mõte diſcipulis tacentibus lapides clamore ſcindentur, & dehiſcent.

CAP. 20. *NVM.* 14.

Quem cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicentes: Hic eſt heres, occidamus illum, vt noſtra fiat hereditas.

Vna eademque, in ordine ad malefaciendũ, prauorum mens.

288 NOta, quod in hoc iniquiſsimo, & enormiſsimo cogitatu, & interno dicto, omnes, nullo dempto, coloni conuenerunt: nec ſine fundamento internum fuiſſe dictum pronũtiamus; non enim ait textus: *Cogitauerunt inter ſe*; ſed: *Cogitauerunt intra ſe, dicentes, &c.*

VEL SIC.

Homines ruſtici non infrequenter auari, & cupidi.

289 In materia cupidę, & auaræ bonorum temporalium acquiſitionis homines generaliter loquendo, præſertim ruſtici, nulla præuia conſultatione, etiam per media illicita, conſpirare ſolent.

CAP. 20. *A NVM.* 33.

In reſurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? Siquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus: Filij huius ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias.

290 NUptiæ mortalitatis non tam gemellæ, quam ſucceſsiuæ ſorores dicendæ ſunt: Omnem enim generationẽ corruptio naturaliter præcedit: Uide numerum ſequentem.

Nuptiæ corruptioni ſucceſsiua germanitate adhærent.

CAP. 20. *A NVM.* 35.

Illi vero, qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores: nec enim vltra mori poterunt.

Immortalitatis fundamentũ innubilitas, vel ſaltem argumentũ.

291 RAtio, ſeu fundamẽtum immortalitatis beandorum eſt innubilitas; ac ſi diceret: Beati ſi poſt reſurrectionem eſſent nubiles, non eſſent immortales. Nec parabola decem virginum Matth. cap. 25. huic concluſioni aduerſatur; ſed potius eam munit: nam ibi pernuptias mors naturalis tam bonorum, quã malorum ſignificatur.

CAP. 21. *A NVM.* 1.

Reſpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera ſua in gazophylacium, diuites. Vidit autem, & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.

Pauper inter diuites ſolũ Chriſti oculis non inuiſibilis.

292 INter tot diuites, & opulentos vnam tantum viduam, & pauperculam ſolus Chriſti oculus attingeret: Uel hinc cognoſces Diuinam prouidentiam de rebus etiam minimis curam gerere; nil enim in omni rerum ſerie debilius, aut deſpicabilius eſt, quam paupertas.

CAP. 21. *NVM.* 3.

Et dixit vere dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquam omnes miſit.

Plus qui totum, quam qui partẽ aliis ſui Deo donat.

293 *PLuſquam omnes miſit* illa paupercula non ſolum comparatiue in ordine ad acceptationem diuinam, ſed etiã comparando offerentes inter ſe: nam diuites de ſuperfluis naturæ, & ſtatus etiam, in gazophylacium mit-

mittebant; vidua autem neceſſariam vitæ alimoniam obtulit: Vide ad Marci cap. 12. num. 44.

CAP. 21. NUM. 5.

Et quibuſdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, dixit: Hæc, quæ videtis, &c.

Non nulli templum materiale diligenter curãt, & ſpirituale tranſcurant.

294 NVnquã deſunt qui ad templi tantum exteriora, materialem, ſcilicet ſtructuram, & dotationem attendant, cum de interiori compoſitione, ſeu templo myſtico nihil curent.

CAP. 21. NVM. 8.

Videte, ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum.

Miniſtri imperfecti plus ſe ipſos, quã Chriſtũ prædicant.

295 NOnnulli videntur Chriſtum annuntiare cum reuera ſe ipſos prædicent.

Nolite ergo ire poſt eos.

Ambitioſi ſuos aſſeclas, non tã ſequaces, quam ſubditos affectant.

296 NON ait Ieſus: *Nolite ſequi, vel imitari;* ſed: *Nolite ire poſt eos:* ad denotandum iſtorum pſeudoprophetarum genium, qui ſuos aſſeclas, non tam ſequaces, quam ſubiectos affectant, & ſubditos efficere conantur.

CAP. 21. NVM. 9.

Cũ autẽ audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primũ hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.

De Mundi accidentibus Fideles ne anguſtiantur, ſed ad Deũ ſupplices recurrant.

297 CVM Chriſtus Dominus expreſſe dicat, oportere, quod bella, & ſeditiones, reliquaque mala eueniant, vt quid fatigamur, & anguſtiamur cum hæc videmus accidere: conſultius foret Diuinæ ordinationi humiliter conformari, & infinitã ipſius miſericordiam pro opportuno remedio ſupplicíter deprecari.

CAP. 21. NVM. 14.

Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari quemadmodum reſpondeatis.

Fidei impugnationes efficaciter euaneſcere Diuinæ illuſtrationis negotium eſt

298 PRæmeditationẽ reſponſionis fidei impugnatoribus exhibendæ non ſolum præcipimur á Domino non curare; ſed poſitiue negligere, & tranſcurare: ipſius internæ illuſtrationi, & ſubminiſtrationi hoc negotium reliquentes.

CAP. 21. NVM. 18.

Et capillus de capite veſtro nõ peribit

Nil eſt in viro fideli, & iuſto, etiam leuiſſimũ, quod Deus non appretiet.

299 TAnti á Domino æſtimantur iuſti, quod eorum vel capilli vnius ſpecialem curam gerere dignetur, & eiuſdem præſumpta amiſsio vellit *peritionem* nuncupari.

CAP. 22. A NUM. 5.

Et pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit.

Pactum Iudæ cũ Hebræis ſuper Chriſti venditione non mere verbale, ſed authẽticum fuit.

300 EX hoc dicendi modo colligitur pactũ Iudæ cum principibus ſacerdotum non fuiſſe mere verbale, ſed cum iuris omnimoda ſolemnitate in publicos codicillos, ſeu tabulas redactum, vt paciſcens firmior promiſsis, & conſtans permaneret, & in caſu reſipiſcentiæ apud iudices conueniri poſſet.

CAP. 22. NVM. 8.

Et miſit Petrum, & Ioannẽ, dicens: Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus.

Confeſsio, & gratia ſanctificans optime ad Euchariſtiã diſponunt, & præparant.

301 AD paſcha noſtrum, nempe Chriſtum incruente in altari immolatum celebrandum nos per confeſsionem in Petro ſignificatam, & per ſanctificantem gratiam in Ioanne, debemus præparare.

CAP. 22. NUM. 17.

Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos.

Euchariſtiæ latex ſecundum recipientis diſpoſitionem fructificat.

302 DIuidite inter vos nõ arithmeticâ, ſed geometricâ proportione, nam ſecundum cuiuſque capacitatem ſuſcipientis augmentum gratiæ, alioſque tanti Sacramenti fructus percepturi eſtis.

CAP. 22. NUM. 18.

Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

Potabilis Eucharistiæ materia, post consecrationem, nō est amplius vitis liquor compellanda.

303 NON dixit Iesus: *De hac generatione vitis* individualiter, sed: *De generatione vitis* specifice, quia iam erat illa potabilis materia in aliā substantiam, sanguinis, scilicet, eiusdem Christi conuersa.

CAP. 22. NUM. 19.

Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem.

Præuius passionis Christi ministet & præmaturus, amor.

304 HOc *est corpus meum*, quod non solum *vobis datur*, sed etiam *pro vobis* Patri æterno ab amore primo passionis meæ ministro increuente *immolatur*.

Eucharistia in Ecclesia ad finē vsque Mundi permansura.

305 Et notandum hoc dicendi modo insinuari perpetuam, & inuariabilem in Ecclesiâ tanti sacramenti permanentiam: ideo præcipiens ait Dominus: *Hoc facite*.

CAP. 22. NVM. 20.

Similiter, & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

Vide sup. n. 305.

306 GOthica, Græca, & Syriaca legunt: *Funditur*: Vide sup. ad n. 19. §. 305.

CAP. 22. NUM. 21.

Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.

Apostoli in sua consecratione seipsos propriis manibus Eucharistia reseverunt.

307 CUR *manus* tantum ad esse dicitur, cum totum Traditoris præsens esset individuum? Hinc infertur Apostolos, hic in sacerdotium euectos, proprijs manibus Eucharistiam accepisse, & vnumquemque ori suo admouisse.

VEL SIC.

Membrum peccans, si fieri posset, á compage sua ad correptionem separandū.

308 Manum auarâ impietate pecuniam accipientem, & sacrilego ausu Eucharistiam assumentem, carpit, ne totam traditoris personam, sed solummodo membrum sceleri immediate deseruiens notâ inureret, ac fugillaret.

VEL SIC.

Indigne communicans Eucharistiæ ludibrium.

309 Ex hoc dicendi modo originem habuisse videtur opinio, quod Iudas, vel buccellam Sacramenti non sumpserit, vel portionem aliquam reseruauerit, quā Iudæis ludibrij causa ostenderet.

VEL SIC.

Cui pia affectio, & debita consideratio deficit, enorme facinus exequi non dubitat.

310 *Ecce manus* tantum, non animus, non pia affectio, non cōsideratio, non saltem sensus tradentis me *mecum est in mensa*; si enim aliquid horum adesset, tam enorme scelus aggredi non auderet.

VEL SIC.

Indigne communicans actualiter Christum tradit, & distrahit.

311 *Ecce manus tradentis*, non traditionem postea exequendam machinantis, sed nunc illam actualiter exequentis: numquam enim Iudas magis actualiter *tradens* dici poterat, quam cum sacratissimam Eucharistiam indigne sumebat.

CAP. 22. NVM. 24.

Facta est autem, & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.

De Petri primatu Apostolorum nemo vnquam dubitauit.

312 *Facta est contentio inter eos*, id est ceteros Apostolos, excepto Petro, de cuius primatu nemo dubitare poterat: Vide ad Matthæi cap. 10. num. 2.

Sed

Dignitates humanæ accidentia sunt, non substantiæ.

313 Sed cur non dicit discipulos contendisse super quo eorũ *esset*, sed *videretur esse maior*? Credo ad denotandum humanas dignitates, ac præcedentias nil habere entitatis, & substantiæ, sed apparentiæ tantum, & accidentis: Vide quæ ad Genesis cap. 37. num. 7; animaduersa sunt.

Beneficijs cumulatior more humano communiter euadit ingratior.

314 Cur autem potius in præsenti, quam in alia occasione talem contentionem excitant? Coniecturari posse videtur, discipulos inuestigare conantes, & cupientes, quis Domini, ac Magistri sui traditionem moliretur, cum nec ab ipso Domino, nec per alia media adhibita traditorem detegere potuissent, in hoc arbitrium incidisse; disquirendi, scilicet, quis eorum maior appareret, hoc est à Magistro præ ceteris, & æstimatione præcelsior, & honore sublimior, & beneficiorum collatione auctior: existimantes, quod ille proculdubio more humano ingratissimus repensor futurus esset: quem politicohumanum discursum, & Apostolica sinceritate indignum artificium Christus Dominus pro infinitâ suâ prudentiâ abscidit, discens: *Reges gentium dominantur eorum, &c.* De ambitionis materiâ ansam, & motiuum sumens ad de humilitate tractandum, vt hanc virtutem in animos discipulorum induceret, & in ipsorum cordibus radicaret.

CAP. 22. NUM. 31.

Ait autem Dominus: Simon, Simõ, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum.

Diabolus non cribrat, vt separet, sed potius, vt confundat.

315 NON vt palleas, & diuersa semina separaret, ac distingueret; sed vt Apostolos agitaret, commoueretque, si forte hac commotione, & agitatione eorumdem fidem confundi, & amitti, vel saltem nutare faceret.

CAP. 22. NVM. 32.

Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

Salua Fide Petri totius Ecclesiæ Fidei prospicitur.

316 CHristus de Petri fide curam agens reliquorum omnium, seu totius Ecclesiæ fidei consuluit.

Petrus Fidei Ecclesiæ immediatum fundamentum.

317 Et notandum Christum non immediate per se ipsum, sed mediante Petro, velle credentes in fide Diuinâ confirmari, & stabiliri.

CAP. 22. NVM. 34.

At ille dixit: Dico tibi, Petre non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.

Dei præscientia humanæ libertati nullo modo officit.

318 ENuntians Petro Iesus negationem, quã ex præscientiâ suâ nouerat, nullã Petro negandi necessitatem imposuit, imo medium efficacissimum ad illam negationem euitandam proposuit, & consuluit infra num. 40. statim ponderando.

CAP. 22. NUM. 40.

Et cum peruenisset ad locum dixit illis: Orate, ne intretis intentationem.

Orationis donũ consequi, non est facile, & cuique peruium.

319 AD *locum* orationis Iesus cum discipulis suis venit; sed solus Iesus *peruenisse* dicitur.

Orationi feruidæ incumbentes nõ á peccatis solum cõmittendis sed etiam ab imperfectionibus liberantur.

320 Et notandum, quod si Petrus, & condiscipuli Christi cõsilio nuper satis intimato obsequentes ingruenti somno fortiter restitissent, & vigilanti, ac feruidæ incubuissent orationi in tentationem illius noctis non intraturos fore: nec Petrum, scilicet, negaturum, nec reliquos omnes, Iesu relicto, fugituros.

CAP. 22. NUM. 41.

Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis.

A regne cõmunicantibus, vt se paretur Christus, auellendus.

321 ARecens communicantibus, cum necessum est, Christum aliquantulum separari, nõ *discedere*, dicitur: sed *auelli*.

Passionis Christi minister prælusor, & præcursor amor.

322 Sed cur per lapidis iactum hæc Christi auulsio á dilectissimis discipulis commensurata declaratur? Vt amoris ictibus, tãquam præludijs ad inuidiæ, & odij ictus sufferendos Christi Domini patientiâ se exerceret, ac præpararet. Nec absimiles huic sunt illi Ionathę iactus, qui lib. 1. Reg. cap. 20. à num. 36. referuntur: erant enim ardentissimi amoris Ionathæ erga Dauidem signũ, & etiam obstinatissimi odij Saulis contra eundem Dauidem indicatiuum.

VEL SIC.

Numquam Deus tantum discedit, quod á peccatore pertingi nequeat.

323 Numquam tantũ á nobis Christus discedit, quod non possit lapideum peccatoris cor, si vellit, ad ipsum pertingere. Hæc, vel fere similia: ait Simon de Cassia lib. 13. de Passione Domini.

VEL SIC.

Quisquis inter Christum, & Petrum est, intra Ecclesiam est.

324 Cum omnes discipuli in illâ trifissimâ, & ærumnosa nocte, Iesu relicto, fugerint: Matth. cap. 26. num. 56. per hæc verba denotatur, illos animo quidem, sed non fide defeciſſe: quisquis enim intra iactum lapidis, hoc est, intra Iesum angularem lapidem, & Iesu Vicarium Petrum, seu fundamentalem Ecclesię petram est, intra fidem, & Ecclesiam est.

VEL SIC.

Vide sup. n. 324.

325 Christus lapis angularis á Petro lapide Ecclesiæ fundamentali vltra iactum lapidis non discedit.

CAP. 22. NUM. 47.

Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim antecedebat eos.

326 *Qui vocabatur* antea Iudas, nunc vero tanto nomine indignus, *non Iudas*, ideſt, *confessio*, sed *traditor*, *seu proditor* nominandus: Quomodo enim confessio vocari poterat, qui Iesum ore impuro osculans, & salutans, opere negaturus quærebat.

Quius opera verbis non consonant Christum non confitetur; sed negat.

Et appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum.

Tantum animo traditor discedit, quantũ corpore appropinquat.

327 QUantum ad Iesum traditor corpore appropinquabat, tantum ab eo corde, & animo discedebat.

CAP. 22. A NUM. 49.

Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum.

Ne quid nobis a Fidem percipiẽdã deficiat, Deus prouidenter curat.

328 *Domine, si percutimus in gladio?* Licentia petita quidem, sed non obtenta: & auricula seruo Pontificis restituta, ne instrumentum ad percipiendam fidem ipsi deficeret.

CAP. 22. NVM. 52.

Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores.

Ad se venientes Deus benigne tractat, etsi maligna intentione accedant.

329 *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se:* Cur non dicitur: *Ad eos, qui venerant contra se?* Quia non existimat agnus, cum ad occisionem ducitur, aliquid contra se agi, vel moliri.

Odium ex inuidia nil præpedit quominus nocere possit.

330 Sed quinam isti ductores erant? Principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores. En supercilioſi, & magnates Hebræorum vilissimum satellitum, & lictorum munus, & exercitium aduersus Christi personam obire non dedignantur.

VEL

Hebræorum sacerdotes maligne inscij legem in Christi ducatu impleuerunt.

VEL SIC.

331 Congruum fuit, quod Iesus agnus immaculatus, & totius mundi victima á primoribus sacerdotum, & reliquis templi ministris ad oblationem, & holocaustum duceretur. Isaiæ cap. 53. num. 7.

CAP. 22. NVM. 53.

Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me.

Christus cũ Hebræis frequenter, sed non ê conuerso.

332 Licet quotidie Iesus in templo cum Hebræis fuerit, ipsi tamen cum Iesu non erant.

Peccatores Christum, non in tẽplo, sed in Mundi horto quærũt.

333 Hinc male morati Christiani reprehendendi, qui nolunt capere Christum in templo, vbi se ipsum exhibet, sed in horto voluptatum, & mundialium delectationum: Vide quæ ad Matth. cap. 20. num. 55. notata sunt.

CAP. 22. NVM. 56.

Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat.

Ad semel proximum accusandũ, iterum ac sæpe attente considerare oportet.

334 In hoc laudanda venit ancilla hæc, quod semel, atque iterum videt, priusquam Petrum de Christi sequela, & comitatu accuset: vel ex hac discere possent sacerdotum principes, qualiter in Iesu accusando se gerere debuissent.

Mundialis ignis animum potius infrigidare solet quam calefacere

335 Sed cur non *ad ignem*, sed *ad lumen* Petrum sedisse dicitur? Quia ex illa ad ignem sessione, & accessione non calefactus, sed cor de frigidus, corpore tepidus euasit, & alienæ solum in sui damnum cognitioni patuit.

CAP. 22. NVM. 58.

Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: ô homo non sum.

Qui à suo munere deficit á suo esse deficit.

336 Proprissime dixit Petrus: *Non sum*: defecerat enim á suo esse per negationis peccatum iam comissum, & per deficientiam à suo præcipuo munere, & obligatione Christum enuntiandi, & confitendi: qui enim á suo munere deficit, ab esse suo deficere dicendus est: Vide ad Ioan. cap. 18. num. 17. & ad psal. 76. n. 11.

CAP. 22. NVM. 61.

Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus.

Gratia præueniẽs in subiecto dispposito mirabiliter operatur.

337 Hic gratia præueniens exprimitur quæ in subiecto bene dispposito suum statim sortitur effectum.

VEL SIC.

Statim ac peccator interne ad Deum conuertitur, Deus conuertitur ad ipsũ

338 Cum Dominus dicat Zachariæ cap. 1, num. 3. *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos*, dicere possumus: Petrum, statim ac galli cantum audiuit, á Domino interne gratiâ prẽueniente excitatum, & illuminatum, cui correspondens, & obediens ad Dominũ illico interne conuersus fuit, & tunc conuersus Dominus respexit Petrum, &c.

CAP. 22. NVM. 62.

Et egressus foras Petrus flevit amare.

Peccati occasio omnino fugienda.

339 Cvr foras egreditur, vt amare fleat Petrus? Nonne amarius, & vehementius ad prẽsentiam Domini, & Magistri sui á se nuper offensi, & ab Hebræis crudelissime vulnerati lacrymæ diffluerent? Sed caute, & prudenter fugit Petrus, vt occasionem vlterius negandi euitaret: magis enim ab illa timuit ad relapsum, quam á præsentia Christi, etiam vulnerati, fidit ad perseuerantem pœnitentię, & resipiscentiæ fletum.

Pœnitentiæ lacrymæ, quo lacrymanti amariores, Christo dulciores.

340 Sed ó Petri lacrymæ tibi quidem amarissimæ; at vero dilectissimo Magistro tuo, etiã conuitijs, & vulneribus amaricato dulcissimæ, ac suauissimę.

CAP. 23. NUM. 8.

Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde.

Christi D præsentia naturaliter omnes adspicientes gaudio replebat.

341 FAcies Iesu tristis, dolorosa, & afflicta respicientem lætificat, quid gloriosa?

Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum.

Pia Dei desideria nō defraudat

342 PIum videndi Iesum desiderium, etsi aliquando differatur, numquam tamen fraudatur.

VEL SIC.

Non pauci Fideles in pijs, sed inefficacibus desiderijs vitam protrahunt.

343 Cupiebat quidem Herodes Iesum videre, sed inefficaciter, ex quadam leui curiositate permotus: sic multi tepidi Christiani in pijs desiderijs, sed inefficacibus totius vitæ cursum, & tempus insumunt.

Vide sup n. 343.

344 Sed cur Herodes diuturno desiderio suo Iesum videndi nō satisfecit, vel ad Iesum accedens, vel Iesum ad se accersens? Hæc bonorum desideriorum proprietas est, ne fatalitatem dicam, diutius in nobis, quin in naturam efficacium transeant, inhærere: secus impia, & mala desideria, quæ ad nostræ malignitatis ignem adhærentia statim accenduntur, & momento temporis vsque ad efficaciam intenduntur,

CAP. 23. NVM. 10.

Stabant autem principes sacerdotū, & Scribæ constanter accusantes eum.

Inuidi dū odiosæ passioni satisfaciant, reliqua negligunt, & transcurant.

345 HErode magnifice, & in superbo throno sedente sacerdotum principes, & Scribæ sui gradus, & dignitatis obliti, de humili, indecentique statione non curabant, nec magnificas fimbrias suas à turbis premi, & conculcari dedignabantur, & ambitiose, vt solemne ipsis erat, præcauebant.

Maligne politici sub virtutis larua vitia contegunt.

346 Sed cur dicitur: *Constanter*, & non potius *pertinaciter* accusasse Iesum? Quia adeō cautè, & subdole agebant, vt eorum pertinax malitia sub virtutis larua latere videretur.

CAP. 23. NVM. 11.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba.

Mundi militia Christi militiam spernit.

347 COmmune, & solemne est fere omnibus militiæ professoribus Iesum spernere, & illudere.

CAP. 23. NUM. 12.

Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem.

Qui Iesum respiciunt, se mutuò amore aspiciunt

348 DUO Iesum respicientes non possunt non amicitiâ ad inuicem vniri, licet antea graui inimicitiâ separati, & diuisi fuerint.

CAP. 23. NUM. 13.

Pilatus autem, conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos.

Omnes Hebraicæ gradus Reipublicæ aduersus Christum D. coadunati.

349 NVllus reipublicæ Hebræorum status, seu gradus fuit, qui aduersus Christum non insurgeret.

CAP. 23. NVM. 18.

Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc.

Verbū, quo summus Hebræorum sacerdos eleuatus, Christus depressus.

350 TOlle: En verbum, quo Aaron in summum sacerdotem inauguratus fuit. Leuitici cap. 8. num. 2.

CAP. 23. NUM. 24.

Et Pilatus adiudicauit, fieri petionē eorum.

Hebræi in Christum D non solū accusatores, sed Pilati coniudices

351 NON dixit Euangelicus Scriptor: *Iudicauit*, sed: *Adiudicauit*, vel ad denotandum omnes illos Hebræos coniudices Pilati fuisse, vel ad innuendum, totum illum actum non legale, & iuridicum, sed extraiudiciale, & respectiuum extitisse.

CAP.

CAP. 23. NVM. 25.

Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem.

Inter Iesum morti adiudicatum, & Barabbā absolutum contradictoria relatio.

352 HOmicida, & seditiosus est homo malefi cus, & nocens tam in particulari, & in diuiduo, quā in generali, & communi: correlatiuum ergo est ad absolutionem huius subsequi damnationem Iesu tam in vniuersali, quam in particulari summe benefici.

In Barabba absoluto Adamica latuit liberatio.

353 Vel dicere possumus: In illo malefico homine Adamum significari, qui tam sibi, quam ceteris hominibus nocentissimus fuit: ad cuius cum sequela suâ liberationem, oportuit infiniti valoris agnum, & in oblationem, & in satisfactionem occidi.

Iesum vero tradidit voluntati eorum.

Qui voluntati odientium traditur morti traditur.

354 CUR non dicit: *Tradidit cruci, vel morti,* sed *voluntati eorum?* Quia idem est, tradi odientium, & inuidentiū voluntati, quam morti tradi.

Pessimorum voluntates ad nocendum solum coadunatæ.

355 Cur autem ait: *Tradidit voluntati,* & non *voluntatibus eorū?* Quia omnes in vnâ, eàdemque deliberata crucifigendi Christum voluntate viderat consensisse.

VEL SIC.

Voluntas odio obcæcata rationalem lucē excludit.

356 *Tradidit voluntati,* cæcæ appassionatę, implicabili odio furenti, *non rationi* sedaræ, claræ, & secundum regulas iustitię actus suos dirigenti.

Hebræorum volitiua potentia circa Christum viliores actus exercuit.

357 Et notandum volitiuam Hebræorum potentiam pro actu viliore ipsius, nempe odio irrationali, & iniusto hic supponi.

CAP. 23. NUM. 26.

Et cum ducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cirenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

Hebræi crucis Christi vel materiali solū gestatione indigni.

358 NOtanter aduertit textus, illum pium, & fœlicem hominem natione Hebræum non fuisse, & tunc deforis in Ierosolymam venire, vt constaret, non fuisse ex cosentientibus morti Saluatoris; isti enim indignissimi erant crucem post Iesum baiulare, sed sanguinem, seu vindictam eius, super se ferre, & sustinere.

CAP. 23. NVM. 40.

Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deū, &c.

Ad Deum verè conuersus alter à se ipso est.

359 ALter, tam respectu socij condamnati, quam respectu sui ipsius: iam enim vere pœnitens, & ad Deum erat conuersus.

CAP. 23. NVM. 49

Stabant autem omnes noti eius à longe.

Humana commiseratio à longe stare solet, non prope accedere.

360 EN terminum quousque progreditur, & attingit humanus affectus in commiseratione dilecti iniuste patientis, & intensissime afflicti.

CAP. 23. NVM. 50.

Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus.

In defunctos prius omnimodâ laude dignus.

361 NON expectatur, quod Ioseph pium funeralis obsequij opus perficiat, ad hoc vt condignis laudibus, & honoribus extollatur: Uide ad Matth. cap. 27. num. 57.

CAP. 23. NUM. 55.

Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.

Pia, & religiosa affectio omnia ad Christū spectantia diligenter notat.

362 PER hunc dicendi modum naturalis feminea curiositas innuitur: non enim solum piæ hæ sanctæque mulieres monumentum Christi Domini notant, & recognoscunt, sed etiam qualiter in illo Domi-

nicum

nicum corpus collocatum esset, religiosa solertia, & curiositate inspiciunt, & aduertunt.

CAP. 23. NVM. 56.

Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Nec propter sui obsequium leges iustas vult Deus transgressionem pati.

363 HOC *Siluisse* est, ab obsequio Domineo corpori præstando, per totum sabbati diem abstinuisse: non enim vult Dominus, quod propter obsequium ipsius leges iustæ transgrediantur, & infringantur.

Imperfectis feminis loquela solatium est; pijs, ac religiosis silentium.

364 Sed quomodo de mulieribus agens, abstinentiâ á labore per silentium explicatur, cum ipsæ, vt in plurimum plus silendo, quam loquendo laborent? Cum illæ essent piæ, religiosæ, sanctæque mulieres, rerum Diuinarum contemplationi incumbentes á feminea garrulitate abhorrebant: ideoque loquela, quæ alijs fastiuũ solatium; ipsis operosum, & laboriosum exercitium erat.

CAP. 24. A NVM. 10.

Erat autem Maria Magdalene & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentũ verba ista.

Ecclesiæ magisterium ori femineo non conceditur.

365 IPsa etiam Christi verba, si ex femineo ore procedant, tamquam deliramentum videri possunt: ideo Apostolus mulieres in Ecclesia docere non permittit 1 ad Timoth. cap. 2. num. 12.

Vide sup. n. 365

366 Et notandum non reprehendi Apostolos ex eo quod deliramentum appellauerint veritatem ad fidem pertinentem á Christo Domino pluries prænuntiatam, & á religiosis, ac fidedignis mulieribus constanti asseueratione publicatam, quia non dum sufficienti ad fidem diuinam fundamento erat vniuersæ Ecclesiæ proposita.

CAP. 24. A NVM 30.

Et factum est, dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum.

Cum Christus in Eucharistia adest, non vult ab oculis corporis; sed á Fide oculis attingi.

367 PAne in corpus suum substantialiter conuerso Christus à discipulorum oculis euanuit, vt tanti fidem Sacramenti commendaret. Et notandum ab oculis tantum, non á discipulorum corde euanuisse, siquidem cor eorum á Christi locutione ardebat.

CAP. 24. NVM. 32.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret scripturas?

Plurium Eucharistiæ participum vnum cor.

368 NON dicunt discipuli: *Corda nostra*, sed: *Cor nostrum*: quia Christum in Eucharistiâ comedentes plura non habent corda, sed cor vnum, & animam vnam.

CAP. 24. NVM. 35.

Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

In panis fractione quid quisquam sit dignosci possit.

369 IN panis fractione, an frãgens verus Deus, & homo esset, cognosci potuit: quomodo non, an homo liberalis, an auarus sit, dignosci poterit?

CAP. 24. NVM. 41.

Habetis hic aliquid, quod manducetur.

Amplius Christus humanitatẽ nostram, quam Diuinitatẽ suam ostentare dignatur.

370 QVod, vt Deus, ignorare nequibat, se per interrogationem, ignorare ostentat, vt & humanitatis veritatem coram discipulis comprobaret, & ne eorundem liberalitati dero-

derogaret, ipſos ad minus liberã, & ſpontaneam illius comeſtibilis oblationem, & exhibitionem obligans.

Veritatẽ Chriſtus omnino vult eſſe illeſam.

371 Et notandum, non dixiſſe Ieſum: *Quod manducem*, nec: *Quod manducemus*; ſed: *Quod mãducetur*, ne rei veritati officeret, & apparentem illam comeſtionẽ pro vera cibi alterandi participatione haberetur: ideo non abſolute *manducaſſe*, ſed, *Coram eis mãducaße*, dicitur.

CAP. 24. NVM. 49.

Vos autem ſedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.

372 PRius iubet ſedere, quos deſtinabat per mundum vniuerſum peregrinari.

Miniſtri egregie laboraturi quies á Domino procuratur, & præcipitur.

373 Sed cur Diuina virtute dicuntur *induendi*, non vero *replendi*, vel *roborandi*? Forte, quia Dei gratia recipientis genio, & menſuræ ſe accomodat, & proportionatur: Uide quæ ad Marci cap. 1. num. 17. notata ſunt.

Dei gratia recipientis genio ſe accommodat.

SAN-

SANCTVM IESVCHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAP. I. NVM. I.

In principio erat Verbum, & Uerbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

AD CAP. 1. NUM. 1.
SANCTI IESVCHRISTI
Euangelij Secundum
Ioannem.

Christus quoad vtramque naturam Patri intimus.

1 VERBVM in quantũ Deus erat in Patre per circuminsessionẽ: in quantum homo erat apud Patrẽ per intimã, & summam approximationem.

CAP. 1. NVM. 4.

In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.

Vita sine Fide mors.

2 Vita sine luce Dei mors est potius dicenda, quã vita.

CAP. 1. NUM. 7.

Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.

Baptista omniũ Dei ministrorum compendium.

3 LAbor, opus, & negotiũ Apostolorum omniũ, & reliquorum Ecclesiæ ministrorũ collectiue, hoc Ioannis Baptistæ solius munus, & destinatio est: ideo dicitur: *Vt omnes crederent per illum.*

CAP. 1. NUM. 8.

Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Baptista cum Christo aquinoctus.

4 NON erat ille lux, etsi vt talis appareret, & ab omnibus existimaretur.

Baptista per positiuum, & negatiuum definẽdus.

5 Et notandum non solum necessum esse enuntiare de Ioanne id, quod est, sed etiam exprimere, quod non est, ne credatur esse supra id, quod est.

CAP.

CAP. 1. NVM. 9.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Christus lux per essentiam, Ioannes per participationem.

6 CHristus dicitur, *lux vera* ad distinctionem Ioannis Baptistæ, qui non erat vera lux, sed *lucerna ardens, & lucens*, seu non erat lux per essentiam, sed per participationem.

Ioannes non incarnati solũ, sed etiam scripti Verbi Diuini Præcursor.

7 Et notandum á Ioannis Baptistæ diffinitione ad Verbi Diuini transire descriptionem, vt immediatio vtriusque notaretur, & vt non solum Verbi incarnati, sed etiam Scripti Præcursor esset.

CAP. 1. NUM. 12.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.

Veri Dei ministri Naturæ diuinæ fœcundæ participio gaudent.

8 NON solum *filios Dei fieri* per eiusdem auxilium, sed eodem etiam adiuti alios Dei filios facere per Euangelicam prædicationem, & Fidei promulgationem: ipsos Naturæ Diuinæ, non sterilis, sed fœcundę participatione condecorans.

CAP. 1. NVM. 14.

Et Verbum Caro factum est.

Verbum Caro fit, vt eius charitas resplendeat.

9 CVR Verbum Diuinũ, non *homo*, sed *Caro factũ* dicitur? Vt infimæ totius naturæ portionis assumptione infinitam dignationem suam commenda-ret, & erga miseriam nostram misericordiam suam ostenderet.

Et habitauit in nobis.

Iusti anima Diuini Verbi habitaculum.

10 HAbitauit, non solum *inter nos*, sed etiam *in nobis*: vsque ad pridie mortis per affectiuam communicationem, & beneficiorum collationem: deinde per effectiuam, & realem Eucharistici Sacramenti participationem.

CAP. 1. A NUM. 18.

Deum nemo vidit vnquam: Unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi, &c.

Æterni Patris, Filius, Filij, Ioannes Baptista testis.

11 SIcut Filius est testis Diuinæ Paternitatis, sic Ioannes Baptista testis est diuinæ Filiationis: Vide infra num. 27. in sacro textu.

CAP. 1. A NVM 21.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias est tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto.

In Baptista Ioãne humilitas præcipue enituit.

12 SE Ioannes Baptista, responsione sui muneris, & personæ declaratiuâ, explicans, & per negatiuum, & per positiuũ diffinit. Cum per negatiuum, est per magni, nempe Eliæ exclusionem: cum per positiuum, est per minimum, & exile rerum omniũ, quæ causari, & produci possunt, qualis vox est: in quo maxima ipsius humilitas resplendet.

Ioannes Baptista non solum vitæ æternæ, sed temporalis etiam magister.

13 Et notandum, quam paucis, & præcisissimis verbis Legatis Hebræorum Ioannes respondet, in quo modum, quo cum legatis principum, præsertim suspectorum, agendum sit, vtiliter docemur. Vide lib. 3. Reg. num. 42.

CAP. 1. NVM. 23.

Ait: Ego vox clamantis in deserto.

Synonoma sunt concionare, & pati.

14 CVM Ioannes se totũ declamatorio destinatum exercitio asserit, nil aliud, quam vocem esse affirmat, quia *vox* aer percussus est, & nil aliud est concionari, ac declamare, quã omnium percussionibus obnoxium esse.

Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta.

Qui bene vel male viuunt, viam aliis sternunt.

15 VIA Domini per se ipsam non recta, & di-

directa est, cur ergo dicunt Ioannes, & Isaias, quod dirigatur? Quia qui se legem obseruare profitetur, se ipsum bene, male ve viuendo exemplo suo viam facit, per quã alij, vel recte ambulent, vel tortuose incedant.

CAP. 1. NVM. 27.

Ipse est, qui post me venturus est.

Non tam verba, quam verborum sensus attendẽdus.

16 CVM Ioannes numero præcedẽte dixerit Christum in medio Hebræorum iam stetisse, cur nunc ait: *Ipse est, qui post me venturus est?* An Ioannes saltem in modo loquendi hebraizat? Sed horum verborum sensus hic esse videtur: *Post me venturus est*, id est: Euangelizaturus, & prædicaturus est.

Dei, hominumque mediator Christus.

17 Et notandum, Ioannem in præcitato num. 26 non dixisse: *In medio vestrum stetit*; sed, *Medius vestrum stetit* ad innuendum, Christum Dominum Dei, hominumque Mediatorem esse.

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius, corrigiam calceamenti

Baptista Ioannes Pœnitentiæ virtutem prædicauit, non Sacramentum.

18 IOannes Baptista se non esse dignum soluendi corrigiam calceamenti Christi asserit, quia, licet baptismum pœnitentiæ prædicauerit ante Pœnitentiæ Sacramenti institutionem decessurus erat.

CAP. 1. A NVM. 32.

Quia vidi Spiritum Sanctum descẽdentem, quasi columbam de Cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum.

Ioannes Baptista, in quantum consanguineũ, nullum cognouit, nec ipsum Christum.

19 QVis non diceret, debuisse Ioannẽ Baptistam cognoscere Iesum, saltem vt consanguineum? Sed nil minus curabat Ioannes, quam vincula carnis, & sanguinis.

CAP. 2. A NVM. 1.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.

Vocatus est autem, & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

Vbi Iesus, non nisi vocatus, adest, Deipara adest non vocata.

20 VBI Iesus ad nostram beneficientiam non nisi vocatus adesset, Maria etiam non vocata adesse dignatur.

VEL SIC.

Inuocatio Deiparæ ad opitulationem nostram supponenda.

21 Ad nostrarum necessitatum, & indigentiarum subuentionem Maria non vocari exprimitur, sed supponitur.

VEL SIC.

Iesu inuocatio Deiparæ inuocationem inuoluit.

22 Qui Iesum, & sanctos suos vocat, & inuocat, Mariam etiam tacite vocat, & inuocat.

VEL SIC.

Deiparæ auxilium paratũ semper & vltroneum.

23 Ibi indigentia vini statim ad futura erat, vt autem nostris necessitatibus succurrentiã præstet, Maria vocationem nostram non expectat, sed ipsa ex benignissimo subueniendi genio (si ita dicere liceat, deceatque) se ingerit, & vltroneâ auxilij sui exhibitione adesse dignatur.

CAP. 2. NVM. 3.

Et, *deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent.*

In præsentis vitæ gaudijs nõ est plena lætitia, sed deficiens.

24 IN gaudijs præsentis vitæ etiam honestis et pijs, imo, & Iesu, Mariæque assistentia dignis, solet non adesse omnino plenâ lætitia in vino significata, sed defficiens, Diuinoque supplemento indigens.

Interpellationẽ nostram Deipara ad suam interpositionẽ non expectat.

25 Sed cur non expectauit Deipara, quod vini deficientiam exprimerent, vel saltem innuerẽt? Sed quando peccatorum Mater expectat nostram interpellationẽ, vt suam pro nobis cum filio Deo præstet interpositionem?

VEL SIC.

Deiparæ præseruatio non minus nobis quam ipsi proficua,

26 Non solum voluit Deigenitrix indigentiæ præsenti statim succurrere, sed etiam á manifestationis illius necessario rubore præseruare: Quomodo autem sic

non

non se gereret, quæ adeó præmature, pręueniente Naturam gratiâ, præseruata fuit.

CAP. 2. A NVM. 9.

Vocat sponsum Architiclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

In mundi conuiuijs lætitia defectus in Dei conuiuio lætitiæ interminabilis.

27 IN mundi conuiuijs principia læta esse solent, sed finibus mœstis concluduntur; at vero in conuiuijs Dei ab initio ad finem lætitia durat.

CAP. 2. NVM. 11.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam.

Omnia Christi D. Sacramenta æstimabilia, & veneranda.

28 INsimum Sacramentorũ, nuptias nempe, primo miraculo honorare voluit Dominus, vt in condigno pretio, & æstimatione haberetur.

Charissima, & honestissima cõiugum inter se conuersatio esse debet.

29 Sed cur hoc miraculum fuit adeò clarum, & manifestum Eucharistiæ symbolum? Certe ad denotandum quanta charitate, honestate, & conscientiæ puritate inter se coniuges conuersari debeant.

CAP. 2. NVM. 13.

Et prope erat Pascha Iudæorum.

Iudæorum Paschata à Christianorum valde diuersa.

30 PAschamIudæorum ad distinctionem Paschæ Christianorum, quæ cum Ioannes scribebat, iam celebrabatur.

CAP. 2. NVM. 15.

Et cum fecisset, quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo.

Qui alios, etiam iuste flagellat, sibi ipsi flagellũ præparat.

31 SYriacus legit: *Fecitque sibi flagellum:* Vnde si quis alios iuste conqueque flagellat, sibi flagellationem parat, quid immerite, iniuste puniens, & affligens?

Oues quoque, & boues.

Ad Eucharistiæ, vel solum typicam, præsentiã omnia Deo legalia displicent.

32 POst Eucharistiæ typũ, qui immediate in nuptijs Cananiticis pręcesserat, iam Christo Domino legalia sacrificia, & omnia ad illa spectantia displicebant.

Et nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Auaritia à radicibus ob bonum publicum conuellenda.

33 NON satis bono publico prospexisset auarorum æs nummulariorum effundens, nisi mensas subuertisset.

CAP. 2. NVM. 20.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Templum excitationis capax templum viuum est.

34 TEmplum Dei capax excitari templum viuum est, quod *tribus diebus*, hoc est in fide Trinitatis quotidie erigitur.

CAP. 3. A NVM. 1.

Erat autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dicit ei: Rabbi, scimus, quia à Deo veniſti Magister.

Cui lux supernã defuit, supernaturalia non percipit.

35 SCimus, *quia à Deo veniſti magister*, ac si diceret: Scimus, quia tu es Patris Sapientia genita, & in mundum missa: sic de Nicodemo existimarem, ni assereret textus, quod venerit ad Iesum *nocte*, idest, cum ignorantiâ rerum supernaturalium.

Christiana Fides obscura certitudo est.

36 Nisi dicere malis: per hunc dicendi modum Nicodemi fidem commendari ex noctis obscuritate, & summâ scientiæ certitudine conflatam.

Nemo enim post hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Qui opera à solo Deo præstabilia facit, Deus est, etsi homo appareat.

37 NIsi fuerit Deus cum eo formaliter, & substãtialiter, non autem solum accidẽtaliter per gratiam, vel aliam supernaturalem qualitatem.

CAP. 4. A NVM. 3.

Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam: oportebat autem eum transire per Samariam.

De necessitate virtutẽ facere Christi D. doctrina est.

38 EX eo loci in Galilæam ituro necessum erat per Samariam transire: Quare ergo non dicitur, quod *necessum erat*, sed solum, quod *oportebat*? Quia ibi Samaritanæ, Samaritanorumque conuersionem operaturus, docuit nos de necessitate virtutem facere.

CAP. 4. NVM. 16.

Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuũ, & veni huc.

Superior defectus subditorum sciens sic segerat, ac si nescisset.

39 CHristus rei veritatem, & Samaritanæ commertium comprehensiue sciens sic loquitur, vt ignorantiam ipsius non paucis Euangelicis locis ostensam, mysticam, vel doctrinalem esse aduerteremus: & hinc prælati, & superiores admonentur, neminem subditorum verbis suis infamandum, & deturpandũ esse, donec de ipsius commissis iuridice inquiratur, & iudicialiter agatur, & pronuntietur.

CAP. 4. NVM. 19.

Dicit ei mulier: Domine, video, quia Propheta es tu.

Peccator caute, & sine scandalo procedens facilius veniam à Deo impetrat.

40 HÆC mulier turpiter quidẽ, sed adeò cautasolertia, exterioreque honestate conuersata fuerat, vt concubinatus ipsius, nisi per propheticam, & supernaturalem notitiam cognosci non posse existimaret; ideò ait: *Domine, video, quia Propheta es tu.*

CAP. 4. NVM. 20.

Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet

Nonnulli religionis pallio peccata sua operiẽ nituntur.

41 NON solum cauta fuit hæc fœlix mulier, sed etiam solertissima: statim enim ac Iesum prophetam recognouit, cum ipso de verâ religione tractare cœpit, vt & in negotio grauissimo, & in primis necessario instrueretur, & tractatus, seu conuersatio de feminea sua turpitudine abscinderetur.

CAP. 4. A NVM. 28.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.

In luxuria cetera vitia inclusa.

42 QUOmodo omnia quæcumque fecerat affirmat mulier fuisse ipsi á Christo Domino propalata cum solummodo concubinatum aperuerit? Vel quia in vitio hoc reliqua omnia subintelliguntur, vel quia forte hæc fragilis mulier alia vitia non habebat præter luxuriam.

Qui honeste viuit simulationis pallio non indiget.

43 Et notandum, hanc piam feminam post sui conuersionem omnem cautelam, quâ peccata sua antea obtegebat, abiecisse, vtpote, quæ isto velamine, honestissimè deinceps conuersatura, non indigeret.

Numquid ipse est Christus?

Animus circa veritates Fidei caute se gerens, prudens, ac virilis est, non femineus.

44 NON assertiue de Messia pronuntiat, vt ex grauissimo posset fundamento, sed dubitatiue, & interroganter: ex quo patet, hanc illustrem feminam non ha-

habuisse animũ leuẽ, & muliebrẽ, sicut corpus; sed virilem maturũ, & prudentissimum.

VEL SIC.

In materiâ ad Fidem pertinẽte secutius est discere, quam docere.

45 In materia grauissimâ, & ad fidem pertinente maluit hæc prudens femina discere, quam docere.

CAP. 4. NVM. 42.

Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.

Narratio neruo rationis carens, loquela, non sermo est.

46 FEmineam narrationẽ loquelam appellant, non sermonem, quia etsi femina bene, & bona loquatur, narratio ipsius solidæ neruo ratiocinationis, vt plurimum, carere solet: ideo Apostolus Timoth. 1. cap. 2. num. 12. ait: *Docere autem mulieri non permitto:* Vide ad Epist. ad Titum cap. 2. num. 3.

Fidei formale motiuum authoritas Diuina est.

47 Et notandum, quod licet Ecclesia in hac illustri femina significata articulos pronuntiet, credendosque proponat, motiuum tamen formale fidei authoritas Diuina est.

CAP. 4. NVM. 54.

Hoc iterum secundum signum fecit Iesus eum venisset à Iudæa in Galilæam.

Myracula Christi D. in patria sua peracta numero cõprehensa: alibi patrata innumerabilia.

48 SIgna, seu miracula, quę Iesus in patriâ suâ fecit, etsi re magnâ; numero tamen exigua, ideo sub Euangelistæ calculo comprehenduntur: reliqua vero, cum & re, & numero infinita fuerint, innumerabilia fuerunt: Vide infra cap. 21. num. 25.

CAP. 5 A NVM. 2.

Est autem Ierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium.

Lex Mosayca ducebat, sed ad perfectum nõ, sicut Lex Gratiæ, perducebat.

49 QVinque porticus, quinque libros Moysis significant vniuersam Hebræorum legem continentes, quæ vtpote ægra ad perfectum salutis statum non deducebat, sicut lex gratiæ perducit; sed vnum, vel alterum superno auxilio, & ope Diuinâ sanabat.

CAP. 5. NVM. 4.

Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.

Dum supernaturalis motio durat naturalis virtus agere non omittat.

50 QUI prior statim post inceptam aquę motionem descendisset, non post finitam: cum enim illa sanitatis operatio supernaturalis esset, nisi ab actualiter existenti motu supernaturali non causaretur.

Peccati ægritudo non tolum ægrotum tenet, sed detinet.

51 Et notandum, ægritudinem peccati ægrotum non solum *tenere*; sed etiam *detinere*, ne sibi prospiciat, & congruum remedium quærat.

CAP. 5. NVM. 5.

Erat autem quidam homo ibi.

Qui viriliter, & patienter malum sustinet nunquã tacet.

52 NON ait Euangelicus scriptor: *Iacebat*, sed *erat ibi homo:* nam etsi ęgrotus ille tam diuturnum infirmitatis tempus transegerit virilem adhuc animum non amiserat: quod ex textu Arabico confirmari potest, qui sic legit: *Erat ibi vir.*

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

Ægritudinis tẽpus non transit; sed simul permanet.

53 CVR non ait textus: *Qui triginta, & octo anni infirmitatis transierant*, vel *qui triginta, & octo annos infirmitatis transegerat*, sed: *Triginta & octo annos habens in infirmitate suâ?* Quia infirmitatis anni non videntur transire, sed simul possideri.

Spiritus ab homine salus à Deo ortum habet.

54 Sed cur infirmitati possessium *tuæ* superadditur? Ad denotandum, infirmitates ab homine salutem à Deo ortum habere.

CAP. 5. NVM. 6.

Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia iam multum tempus haberet.

Decumbendi modus ægritudinaris diuturnitatis indicatiuus.

55 EX modi decumbendi perceptione videtur de diuturnitate lapsus illius infirmi Christi Domini excitata cognitio: multi enim sic vitijs inhærent, vt ex inhæsionis modo non solum lapsus, sed eius etiam diuturnitas clare percipi, & cognosci possit.

Dicit ei: Vis sanus fieri?

Salus animæ absque sanandi cooperatione nõ perficitur.

56 NON superflua, sed legitima valdeque necessaria interrogatio hæc tam physice, quam moraliter; physice quidem: nam ex diuturnâ habitudine iam status ille ægritudinarius non erat illi homini violentus, sed naturalis: moraliter vero ad denotandum, quod præcipuam sanitatem, quam ægro illi Christus conferre intendebat, nempe animæ salutem absque ipsius hominis consensu, & cooperatione non esse impertiendam.

CAP. 5. NVM. 7.

Respondit ei languidus; Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã.

Auxilium humanum nunquam certius abest, quam cum turbatio, & tribulatio adest.

57 NON erat nouum, & singulare, quod huic homini accidebat; ideo Dominus super responsione illius non reflectit, nec vllam replicam interponit: nil enim in mundo frequẽtius quã quod tẽpore turbationis, & tribulationis omnes deficiant.

CAP. 5. NUM. 9.

Erat autem sabbatum in die illo.

Requies cum irrequieto idem tificari nequit; sed coexistere.

58 NOtanda modi dicendi proprietas: non ait: *Erat sabbatum dies ille*; sed: *Erat sabbatum in die illo*: quia cum dies portio temporis sit, ac propterea sit res successiua continuo mobilis, & velocitèr transiens, nequit cum sabbato, idest, requie idemtificari: at in die ambulatorio, & transeunte potest dari, cum illoque coexistere requies hominis ad Deum vacando, & requies Dei, homini benefaciendo.

CAP. 5. A NVM. 33.

Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio.

Baptista Ioannes non plusquã propheta solum, sed plusquam homo esse videtur.

59 ERGO cum Ioannis Christus testimonium non repulerit, sed verum esse declarauerit, Ioannes, sicut plusquam propheta, plusquam homo est? Et merito sic appellari potest, nam in hac testificatione personæ diuinæ vices gesit. Sic in Ioannis gratiam hæc verba ponderari possunt, quorum litteralis sensus ex Ioanne Maldonado, Antonio Escobar, alijsque petendus.

CAP. 5. NVM. 35.

Ille erat lucerna ardens, & lucens.

Ioannes Baptista lucerna fuit Spiritus Sancti oleo nutrita.

60 IOãnes erat *lucerna* oleo Spiritus Sancti plena *ardens* per charitatem, & *lucens* per doctrinam, quâ omnes illuminauit: ideo supra cap. 1. num. 7. *Vt omnes crederent per illum*, venisse dicitur. Recole ibi animaduersa.

CAP. 5. NUM. 36.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, &c.

Verba, etsi diuina, transeunt; opera vero permanent.

61 CUR opera maius testimonium Christo exhibent, quam Ioannes? Quia Ioannes vox clamans, sonans, & transiens est: opera vero sunt potentiæ Diuinæ effectus permanentes.

Et

Omnia à Christo D. facta, & refecta.

62 Et notandum, quod dicens: *Vt perficiam*: opera omnia facta per ipsum fuisse declarat.

CAP. 6. NUM. 5.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo magna venit ad eum, Dixit ad Philippũ: vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat, quid esset facturus.

Superiorum motus, etiam minimi, à subditis notari solent.

63 ADuertant principes, & superiores, quod etiã minimi oculorum, & palpebrarũ motus ipsis notantur. Unde in leuis huius motus expressione, & Christi mysterium, & nostrę eruditionis latet sacramentum.

Discipuli á Magistro Diuino examinatio, omnium doctrina est, & eruditio.

64 *Tentans* idest, non decipulam submittens, vt caperetur; sed tamquam Magister discipuli sufficientiam probans, & recognoscens, simulque principes omnes, & superiores necessario documento instruens: si enim qui euidenter scit, quid facturus sit, & quid facere oporteat, ignorare nequit, ab alijs etiam inferioribus, consilium petit, quid facere debet, qui quid facto opus sit, omnino nescit.

Perfecta œconomia subditorum genio se accommodat.

65 Sed cur potius Philippum, quam alium discipulorum consulit? Cardinalis Toletus super hũc locum ait: Philippum fuisse Collegij Apostolici procuratorem ad necessariorum prouidentiam, Iudam vero thesaurium, seu loculorum custodem; seu Philippũ fuisse in re cibariâ peritiorem: Vide infra cap. 12. num. 6.

CAP. 6. NUM. 14.

Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.

De Messia Hebræi, etiam cum bene sentiunt, male loquuntur.

66 SI hîc est præsens propheta promissus, quomodo *venturus* dicitur? Ecce prauam Hebręorum indolem circa aduentus Messiæ fidem, etiam cũ bene sentiunt, male, improprieque loquuntur.

Secundus Christi aduentus varijs medijs á Deo prænuntiatus.

67 Nisi mallis dicere, quod per os istorum voluit Spiritus Sanctus secundum, & vltimum Christi Domini aduentum indicare, & manifestum facere.

CAP. 6. NVM. 15.

Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

Aurea vincula regia dignitas.

68 CVR Iesus rex proclamandus prius rapiendus dicitur? Non solum ad Christi renitentiam, & violentiam passiuam ostendendam; sed etiam ad innuendum reges sui iuris non esse, sed sub violentâ quâdã subditorum rapinâ detineri; licet hæc ipsis regibus, vt plurimum, absoluta potestas, & inuiolata libertas videatur: verius de hac re sentiebat coronatus ille, qui se sub regiâ dignitate, tamquam aurea vinctũ catena eiulabatur.

Regiam dignitatem vltro delatã repellere heroicitatis apex.

69 Sed cur *in montem* fugit Iesus, non vero *in vallem*, cum in hac, & facilius latere, & difficilius quam in monte inueniri posset? Hoc ad eruditionem nostram videtur Dominus fecisse, vt aduerteremus, quod qui vltro delatam dignitatem respuit, & repellit, nõ potest in vulgarium, communiũque actionum vallem descendere, sed necessũ est, quod ad heroicarũ actionũ mõtẽ cõscẽdat, apicẽque magnanimitatis attingat. Hinc forte ansam summi Hebręorum Pontifices, & sacerdotes ad Christum D. coram Pilato de regali ambitione accusandum falso, & ex sua malignitate desumpsere.

CAP.6. NVM.44.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.

Iosephi paternũ munus Christus D. cõmendauit.

70 IN hoc loquendi modo innuit Iesus habuisse in terris patrem æstimatiuum, qui illum non genuit, nec misit, sed nutriuit.

CAP.6. A NUM.68.

Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid, & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.

In Fidei articulis præ omnibus, & pro omnibus, Petrus loquitur.

71 IN materia, & articulo inter primos ad fidem pertinente Petrus solus pro se, ceterisque omnibus loquitur.

CAP.7. NVM.1.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

Peruersi taliter Iesum quærunt, vt perdant.

72 SIC omnes peruersi, & peccatores Iesum quærunt, non vt sui profectum, & vtilitatem inueniant, sed potius vt occidant.

CAP.7. NUM.15.

Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?

Inuidia male disserit, & peius syllogizat.

73 SI Iudæis constabat Iesum litteras scire, & constabat etiam illas non didicisse, quare non inferebant scientiã Christi à Deo esse? En ex duabus præmissis certis, & ipsis Iudæis euidentibus nesciunt consequentiam elicere isti inuidentes, ac propterea pessimi dialectici.

CAP.7. NVM.27.

Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem, cum venerit, nemo scit, vnde sit.

Hebræi vt Christum à Messiatu excludant, nec rationem dubitandi admittũt.

74 CVM quæstio foret, an Christus Messias esset, nolunt illam sub dubio, & iudice relinquere, sed Iesum á Messiatu excludere; ideo dicunt: *Christus autem cum venerit, &c.*

Hebræi, vt Christum á Messiatu excludant, nescire affectant, quæ ignorare ne queunt.

75 Et notanda horum circa certiora legis maligna, affectataque ignorantia: nil enim inter Hebræos certius, vulgariusque, quam ex quo loco Messias, ab ipsis expectatus, oriturus esset. Vide infra in hocmet cap. num.42.

CAP.7. A NVM 47.

Responderunt ergo eis Pharisæi: Nũquid, & vos seducti estis? Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem.

Ignorantia discentium magistrorum culpa est

76 SI vera proferrent semetipsos grauiter accusarent: nam in materiâ hac ignorantia turbæ magistrorum culpa est.

Maledicti sunt.

Quos praui reprobant, Deus approbat.

77 A Vobis, scilicet pessimis maledicentibus, & nebulonibus; sed non á Deo, á quo bene credentes, & benedictionem præsentem nanciscuntur, & æterna benedictione potiri sperant.

CAP.8. NVM.9.

Audientes autem vnus post vnum exibant incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.

Propria delictorum conscientia ligat, & accusat

78 CVM omnes Iudæi accusatores abierint, in quorum medio stare poterat ista mulier? An circumdata erat á propria delictorum suorum conscientia, quæ illam grauius, & vrgentius accusabat, quam satellites, qui ipsam Christo Domino detulerant?

VEL SIC.

Comparatiue ad pessimos malorũ malitia disparet.

79 In medio dicitur stare adultera mulier respectiue ad Iudæos absentes, tamquam virtus inter extrema vitiosa: nam respectu eorumdem malitię illa peccatrix mulier virtuosa dici poterat,

rat, præsertim in illâ occasione, in quâ iam à Domino interius tacta, de præteritis commissis dolens, & resipiscens existimanda erat.

Luxuriæ fœtor cum virginitatis odore incompossibilis.

80 Sed cur non ait textus: *Et remanserunt solus Iesus, & mulier*, sed: *Remansit solus Iesus?* An mulier spurcido, & iniquo luxuriæ fœtore aliquando maculata indigna erat, quæ cum immarescibili virginitatis flore, & totius puritatis, & castitatis fonte, & origine, vel grammaticaliter tantum, seu quoadmodum significandi coniungeretur?

CAP. 8. NVM. 10.

Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnauit?

Legitima testificatio causam definit.

81 CVR non ait Iesus: *Nemo in accusatione tua persistens fuit*, sed: *Nemo te condemnauit?* An quia testis legitime accusans est, qui vere reum condēnat; iudicis solum est legem pronuntiare, & casui præsenti applicare?

CAP. 8. NVM. 11.

Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo.

Vide sup. n. 81.

82 VIdetur hîc Dominus secundum stilum legalem, & forensem hominū processisse: nam etsi delictum erat certum, & scientiâ Domini infalibilis, defecit tamen legalis notitia, seu cognitio, ex desertione causæ facta á testibus, & accusatoribus.

Christi D. verba in sensu nobis fauorabiliori intelligenda.

83 Sed cur ait Iesus: *Nec ego te condemnabo*, & non dicit: *Nec ego te condemno*, cum de præsenti actione loqueretur? Forte indicare voluit, Dominus fortunatam illā mulierem ad numerum prædestinatorum ad gloriam pertinere, & in extremo iudicio; non damnandam, sed benedicendam fore.

Uade.

Cum adulterio pax incompossibilis.

84 Cur isti mulieri non ait Iesus: *Uade in pace*, sicut alijs á se dimissis dicere solebat? An quia mulier, vel semel in adulterium prolapsa, nequit pacem, nec secū, nec cum viro suo habere?

Et iam amplius noli peccare.

Ad mœcandum non naturæ fragilitas; sed deprauatio voluntatis inducit.

85 NOli peccare, dicit Dominus ad denotandum, illud vitium non ex necessitate naturæ, sed ex deprauato corruptæ affectu voluntatis originē duxisse.

CAP. 8. NVM. 20.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo.

Vbi Hebræi auariores Christus D. liberalissimus.

86 IN gazophylacio, idest in loco, vbi templi diuitiæ recondebantur, vt ostenderet. quod vbi Hebræi temporales thesauros auare recipiebant, ibi Iesus æternæ sapientiæ suę incomparabiles diuitias misericorditer, & liberaliter effundebat.

CAP. 8. NVM. 26.

Et ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

Bonorum Ecclesiæ præsulū vox, vox Christi est.

87 VOX, quę per vniuersum mundum Apostolis pronuntiantibus resonuit, & per succedaneos ipsorum resonat, vox ipsiusmet Christi est.

CAP. 8. NVM. 57.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

Christus personalis pulchritudinis florē conseruauit, qui passione marcesceret.

88 MAriana in notis ad hunc locum ait: Præmacie, & squalore maior ætate, quam erat, videbatur. Sed ex Iudęorum verbis, hoc non inferri dicerem, imo potius formæ speciositatem à Dauide psal. 44. nu. 3. prænuntiatam vsque ad passionem suam Iesum conseruasse crederem, vt in illâ Isaię pręfatum cap. 53. num. 2. adimpleretur, scilicet: *Non est species ei, neque decor, &c.*

CAP.

CAP. 9. A NUM. 2.

Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius.

Non omnis ignorantia culpabilis.

89 PER hoc Christi Domini responsum tropologice docemur, non omnem cæcitatem, seu ignorantiam malitiæ attribuendam, & culpæ imputandam esse.

CAP. 9. NUM 4.

Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.

In vita temporali meritum: in morte subsequitur stipendium.

90 DOnec dies est, ideſt, dum vita durat. Venit nox, ideſt mors, in quâ nemo poteſt operari, ideſt, mereri.

VEL SIC.

Vide sup. nu. 90.

91 Nemo potest operari, nec homo merendo, nec Deus ex vi præsentis decreti indignum hominem gloriâ remunerando.

CAP. 9. A NUM. 7.

Abijt ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat?

Christi D. erga homines beneficia in suo genere perfectissima.

92 CUR non dicuntur vidisse hominem hunc antea cæcum, sed mendicum? An quia taliter ei á Domino visus restitutus fuit, vt videri posset numquam cæcum fuisse?

VEL SIC.

Maleuoli solum ignominiosa pro animo vident.

93 Cæcitas est naturę deffectus, qui secum ignominiam non affert; secus mendicitas illi autem maleuoli, & vicini in eo homine solummodo quod ignominiosũ fuerat, viderant.

In Republica bene morata nisi ex legitima, & vrgenti necessitate mendicare non licet.

94 Sed cur non dicuntur vidisse; *quia mendicus est*, sed *quia mendicus erat*? Quia cæcitas causa mendicitatis fuerat, & statim ac cæcitas sublata fuit, mendicitas cessauit, vel ex rectâ reipublicæ illius gubernatione, vel certius ex bonâ indole hominis illius. Et notandum, quod mendicitas ponitur, quasi consequentia sessionis, seu otiositatis, quod innuit textus per illa verba: *Sedebat, & mendicabat.*

CAP. 9. A NUM. 8.

Alij dicebant, quia hic est: Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei.

Maligni calidi sunt veritatis offuscatores.

95 NOtandum quod falsi isti enuntiatores non solum absolute negant; sed etiam similitudinem ingerunt, & obijciunt, vt rei veritas offuscetur magis, & confundatur.

CAP. 9 NUM. 15.

Iterum interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

Vbi nomen Iesu expressum adest, omnem miraculosam virtutem ad se trahit.

96 CUR iste recens visu gaudens præcelsum Iesu nomen, quod bene nouerat, non exprimit? An ne tota miraculi virtus, & efficacia huic solum nomini, & non mysticæ linitioni, & ablutioni attribueretur?

VEL SIC.

Nomen Iesu Hebræorum pestimis odiosum.

97 A pronuntiatione nominis Pharisæis odiosi, videtur iste recens visu fruens politice abstinuisse.

CAP. 9. NUM. 18.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos, &c.

Propriæ visualis potentiæ quisque iudex, non sic intellectiuæ.

98 TOto cœlo errant isti Iudæi: nam de visuali propriâ perspicacia vnusquisque optimus testis, & iudex est, nõ alij; é contra vero de intellectiuâ luce phylosophandum est.

Intellectiuæ lucis vel solũ symbolum tam proprij, quam extranei inuidentiæ.

99 Sed quis non miretur qualiter in hunc cæcum ad lumẽ restitutum omnes Iudæi insurgant, non vero in alios ex diuersis defec-

fectibus non minus mirabiliter sanatos, quibus relictis, & spretis in Iesum tantum inuidentiæ iacula vibrare soleant? Sed cæcus iste á Iudæis impugnatur, á Pharisæis impetitur; á proprijs parentibus deseritur: numquid tam proprij, quam extranei, ipsi inuidentes, tolerare nequeunt, quod modica luce polleat?

CAP. 9. NVM. 22.

Hæc dixerunt parentes eius, quoniã timebant Iudæos: Iam enim conspirauerant Iudæi, vt siquis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.

Ecclesiasticæ cẽsuræ, vel tipicè solum representatæ, pertimescendæ.

100 HÆC pœna nostræ Ecclesiasticæ correspondet excomunicationi, quæ iusta sit, vel iniusta, timenda est: ideo parentum cæci timor non solum non reprehenditur; sed ad nostram aduertentiam exprimitur, & notatur.

CAP. 9. A NVM. 26.

Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: Quid iterum vultis audire? Numquid, & vos vultis discipuli eius fieri?

Gratia diuina non solum oculos corporis, sed mentis illustrat.

101 EX animi constantiâ, & mirabilibus cæci huius responsis, Iudęorumque redargutionibus clarissime infertur, non solum aperuisse illi Christum oculos corporis, sed etiam mentis.

CAP. 9. NVM. 30.

Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit meos oculos.

Hebræi summe increduli signa Messiæ præsentis videntes ipsum non vident.

102 EFficacissime perspicax iste cæcus Pharisæos redarguit, & conuincit; hoc enim euidens erat signum Messiæ, quem expectabant: Uide quid Iesus Ioannis legatis respondit Matth. cap. 11. num. 5.

CAP. 9. NUM. 34.

Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos?

Christus ab iniusta calumnia præmature suos liberare curat.

103 IN responsione ad discipulos, quæ supra n. 3. legitur præuenit Iesus hunc cæcum ab hac iniquâ Pharisęorum calumniâ liberare.

Malignorum calumnia omnia inficit.

104 Sed quid sibi volunt isti dicentes: *In peccatis natus est totus?* Crederem peccata animæ, corporisque exprimere voluisse: illis, in mentis, istis, in corporis cæcitate subintellectis.

UEL SIC.

Malignorũ oculis leues deffectus grauiter peccaminosi apparent.

105 Deffectus inuoluntarios miseri illius hominis superciliosi isti Rabbini peccata appellant, quid voluntarios tam huius, quã aliorum deffectus compellabunt?

CAP. 10. A NVM. 2.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt; & proprias oues vocat nominatim.

Rationaliũ ouiũ Christus pastor.

106 OUes, quę *nominatim* vocantur, rationales oues sunt: de quibus Canticorum cap. 4. num. 2. & cap. 6. num. 5. mentio fit.

CAP. 10. A NUM. 39.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic.

Baptistæ Ioannis memoria Christi D. asylũ, & solamen persecuti.

107 CHristus videtur ad Ioannem tamquam ad asylum recurrere, vel certe ad locum Ioannis præsentiâ aliquãdo illustratum, vt tanti viri memoria omnium laborum suorum, & persecutionum solamen aliquod captaret.

CAP. 11. NUM. 1.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ, sororis eius.

Cur

Vir languens, & desidiosus domũ destruit, non ædificat.

108 CVR castellum á Mariâ, & Marthâ femini⁊, non vero á Lazaro, viro denominatur? Quia vir languens, & desidiosus ingnus est, á quo domus, & familia denominationem capiat.

VEL SIC.

Dei genitricis symbolum nostra fortitudo est, & salutium.

109 Castellum á Mariâ, & Marthâ denominationem sumit, quia vtraque soror symbolũ Deigenitricis est, á quâ omnis nostra fortitudo, & securitas prouenit,

CAP. 11. NVM. 2.

Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis.

Leue Christo D. exhibitum obsequium iterum, ac sæpe, gratitudinis ergo, proclamatur.

110 EN leue illud Christo Domino exhibitum obsequium ab Euangelistis multoties repetitum, & in vniuerso orbe de præcepto Domini declamatum.

CAP. 11. NVM. 3.

Miserunt ergo sorores eius ad eum.

Amor non personas solum, sed etiam nomina æquiuocat.

111 CUius sorores ad quem? Sorores Lazari ad Iesum: cur ergo Iesus, & Lazarus eodem pro nomine significantur, nec diuersis vocibus vnicuique proprie, & specialiter congruentibus exprimũtur? Quia cum Iesus, & Lazarus reciproce amarentur, vis dilectionis de duobus suppositis vnum fecerat.

CAP. 11. NVM. 4.

Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.

Iustus corporaliter infirmari valet, non spiritualiter.

112 QVI à Deo diligitur, potest quidem in sui bonum, & Dei gloriam corporaliter infirmus esse, sed non spiritualiter, quia in Dei gratia est.

CAP. 11. A NVM 11.

Et post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte illius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret.

Dei de morte doctrinam homines difficile addiscunt.

113 HÆC inter nos Deũque frequens dissẽsio est: Deus per somnum mortem significat, vt quotidie de illâ recordemur; nos per mortẽ somnum intelligimus, vt quotidie illam despiciamus, & parui, aut nihili pendamus.

Deus amorem proximi valde commendat.

114 Sed cur ait Christus: *Lazarus amicus noster*, non vero: *Lazarus amicus meus*? Tum, vt amorem proximi commendaret: tum, vt mutuam inter discipulos, & Lazarum beneuolentiam ostenderet.

CAP. 11. A NVM. 14.

Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos.

Homines amorem proximi vltra vitæ huius metam non solent protendere.

115 CVM Lazarus expresse mortuus declaratur, *Amicus noster*, non dicitur, forte ad ingratum hominũ morem fugillandum, amicitiam vltra vitę metam non protendentium.

VEL SIC.

Peccati mors Dei amicitiam dissoluit.

116 *Lazarus dormiens*, virum bonum, & iustum in bonorum operum exercitio desidiosum, ac negligentem significat, qui adhuc Dei amicus appellari potest, dum lethale peccatum non commiserit: at *Lazarus mortuus*, eumdem in lethale crimen iam misere prolapsum exprimit: in quo deplorando statu, dum perseuerat, Dei amicus compellari nequit.

Prælati, a quibus corpore absunt subditis, mente assistant.

117 Sed cur de peccatoris symbolo gaudet Christus? Certe propter discipulos, vt aduerterent, & Dei á peccatore absentationẽ: & vt præsulibus congruentem valde doctrinam exhiberet, quod scilicet à quibus corpore ab-

absunt, subditis, mente assistant: Vide lib. 4. Regum num. 74.

CAP. 11. NUM. 16.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiscipulos: Eamus nos, & moriamur cum eo.

Nullum Deus sui obsequium irremuneratum relinquit.

118 FOrte ob hanc heroicam actionem, & resolutionem Thomas de condigno meruit, quod post Dominicam resurrectionem lateris, manuumque vulnera ostenderentur ei.

CAP. 11. NVM. 36.

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Deus hominem in peccatis miserè pro lapsum non amat, sed amabat.

119 NEscientes Iudæi isti quod dicunt, rectè loquuntur: Deus enim peccatorem, in sepulto Lazaro representatum, *non amat*, sed *amabat*, quando scilicet peccator non erat.

Christi, etiam in quantum hominis, erga homines amor interminabilis.

120 Sed, cum de humano Christi erga Lazarum amore loqui intendant, falsò enuntiant: Christi enim, in quantum hominis erga Lazarum amor non fuit cum vita Lazari terminatus; sed vltra vitæ terminos, & cancellos, vsque ad mortis regionem, iurisdictionemque transgressus. De amore verò Christi erga Lazarū, in quantum Dei, vide quæ subsequuntur.

CAP. 11. NVM. 37.

Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, vt hic non moreretur?

Christus in mundum venit ad quærendum, & saluandum quod perierat.

121 HI de legis intelligētiâ præsumentes nondum aduerterant Messiam venturum in mundum ad quærendum, & saluandum quod perierat.

Deus in benefaciendo hominum desiderta superat.

122 Sed animaduersione dignum est, plus erga Lazarū fecisse Christum Dominum, quam isti totis desiderij sui laxatis habenis, petere ausi fuerunt.

Quod spiritualis mors ab Adami filio non incurratur Deiparæ vnice priuilegiū

123 Sed si rem allegorice considerare liceat, dicamus: hoc priuilegium faciendi, quod spiritualis mors non incurratur, esse Mariæ solæ vnice reseruatum, & propterea ad neminem alium extendendum.

CAP. 11. NUM. 43.

Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras.

Christus clamat non vt mortui, sed vt surdi audiant.

124 CVM Lazarus non clamoris, sed clamātis virtute resurrexerit, vt quid adeó magnam, & eleuatam vocē Iesus edidit? Non tam existimarē, vt audiret eam Lazarus mortuus, quam viui; & circumstantes Pharisæi non solum inuidiæ liuore cæci, sed etiam surdi: ideo infra cap. 12. num. 17. ad defunctum Lazarum non clamorem, sed vocationem direxisse dicitur.

CAP. 11. NUM. 44.

Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire.

In Pœnitentiæ Sacramento Minister soluit, Deus viuificat.

125 IN totâ hac mirabili actione Pœnitentiæ Sacramentum symbolizarum visitur. Viuificare, seu gratiam cōferre solius Dei actio est: ligamēta soluere, est ministrorum munus iussu Diuino soluentium.

CAP. 11. NUM. 49.

Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius.

Qui illegitimè alicui communitati præest, taliter in illa est, ac si non præesset.

126 NON dicitur *Caiphas* caput congregationis illius, quæ vniuersum Hebreorum populum repræsentabat, virtualiterque continebat; sed dicitur vnus ex illâ: quia licet esset summus Pontifex, & sacerdos, supremam illam dignitatem legitimè iuxta legis Mosaycæ ordinationem non obtinebat; sed illegitimè, & iuxta corruptelam ab Herode, aliisque antecessoribus principibus tyrannicè introductam, vt in Machabæorum libris

bris videre est. Et notandum deficientis Synagogæ præsulem, *Caipham*, incipientis Ecclesiæ caput *Cepham* appellari.

Qui limitata valde iurisdictione præsidet, non caput, sed aliud communitatis membrum dici debet.

VEL SIC.

127 *Caiphas*, non dicitur caput, seu præses concilij, sed vnus de concilio, quia forte plusquam vno suffragio non pollebat: qui autem limitatâ adeò iurisdictione præest, non caput seu præsul, sed vnus de cõcilio nominari debet.

Præsul indigne loquens præsulatus munere indignus.

VEL SIC.

128 *Caiphas* præsul non dicitur, quia tanti muneris ignarus, cum viris consularibus, verbis indignissimis agebat dicens: *Vos nescitis quidquam, &c.*

CAP. 11. NUM. 50.

Nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Christus inter omnes homines vnus, & vnicus.

129 UNus, ideſt vnicus, & singularissimus in vniuerso hominum genere, ille, scilicet, qui dicebat psal. 24. num. 16. *Quia vnicus, & pauper sum ego.*

Instrumentaliter loquitur, qui supra captum suum verba pronuntiat.

130 *Moriatur homo*, ideſt, in quantum homo, quia in quantum Deus immortalis est. Sed quomodo ex Caiphæ ore talia verba prodierunt? Quia illa à semetipso nõ dixit, sed *cum esset Pontifex anni illius prophetauit*, num. 51. subsequenti.

CAP. 12. NUM. 4.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius.

Qui indigne dignitatem obtinet numerum, non meritum auget.

131 VNVS *ex discipulis eius*, numero scilicet non merito.

Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus.

Quem auaritia inficit, mortis memoria non proficit.

132 *Scharioth*, memoriam mortis significat, illam scilicet, quam Iesu machinabatur Iudas, non quam sibi adiscendam debebat præcauere: ideo mortis memoria ipsi non fuit profectua, sed ad nomenclaturam tantum mansit reiecta.

CAP. 12. NUM. 5.

Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis?

Detractio, virtutis palliũ sufurari solet, vt se adornet.

133 NUnquam nequior, maligniorque detractio nuda incedit, semper aliquo virtutis pallio contegi, imo adornari solet.

Qui ex bona intentione detrahit, detractionis culpam non incurrit.

134 Sed cur hîc totum detractionis piaculum adIscariotem tantum deuoluitur, cum alij Euãgelistæ referant ceteros etiam discipulos indigne tuliſſe? Forte, quia isti cum ex bonâ intentione locuti fuerint, detractionis culpã euaserunt; secus Iudas, qui cum ex maligno esset, maligne etiam locutus fuit.

CAP. 12. NUM. 6.

Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat.

Auaræ cupiditati immerso curæ pauperum non est committenda.

135 COnsultissime Iudæ commissa erat pecuniæ receptio, non vero in pauperes distributio, illos enim absque dubio fraudaret, suam reficiendo, grauandoque crumenam.

Plures loculos habere satagit, qui auaritiæ inseruit.

136 Et notandum Iscariotẽ non vnum solum loculum habuisse, scilicet, eũ qui ad collegiũ Apostolicum pertinebat, sed alios plures loculos ad reponendam illam pecuniæ quantitatem, quam ipse sibi vsurpabat.

Auare cupidus pauperibus procurat, nõ vt pauperes, sed vt se curet.

137 Sed quidnam hęc furis in pauperes pietas, & solicitudo sibi vellit, perscrutari iubat. Primum Iudas hac pro pauperibus frequenti curâ, & iteratâ procuratione se in omnium, tamquam vir pius, & misericors, animos insinuabat, & non modicam pecuniæ portionem ab offerentibus ad hunc finem distributionis in pauperes recipiens, sibi soli tamquam præ-

præcipuo, in suâ æstimatione, pauperi applicabat: deinde eleemosynam á Christo Domino decretam, & per aliorum manus Apostolorum in pauperes erogandam corrodebat, & vellicabat, dicens, se bonam illius decretæ portionem quantitatis pauperibus ingenuis, & nobilibus ingenti verecundiâ, vrgentissimâque grauatis indigentiâ, secretis largitionibus impendisse, nec de præsumpta vnquam Magistri ratihabitione dubitasse. Sic de auarissimo nebulone absque temeritatis, vel detractionis nota suspicari liceat.

Cum misericordiæ, vel apparenti solum, exercitio dãnatio æterna incompatibilis videtur.

138 At cur aduertit textus, de egenis ad Iudam nõ pertinuisse? Forte, ne, si eleemosynarius fuisset Iudas, de ipsius vnquam æterna damnatione dubitari posset.

Eleemosyna non est extorquenda, sed ab spontanee offerentibus gratulabunde accipienda.

139 Sed quid insinuare videtur textus, dicens, Iudam portare *ea, quæ mittebantur*? Dicerem per hoc innui, Apostolos eleemosynam à quibuslibet cbuijs, & occurrentibus expresse non petijsse; sed ab vltro spontaneeque offerentibus gratulabunda repensionem accepisse, quorum non pauca ex distantium locorum habitatoribus aduenie bant.

CAP. 12. NUM. 7.

Dixit ergo Iesus: Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

Quidquid in Dei obsequium impenditur, non consumitur.

140 QUomodo vnguentum in pedes iam effusum poterat asseruari in sepulturæ diem? An quia quidquid in Dei obsequium insumitur, non perit, sed potius conseruatur?

VEL SIC.

Perfectus Dei amator obsequia repetit, & multiplicat.

141 *Illud*, ideſt, non istud iam effusum, sed aliud, quod iam forte Maria Magdalene ad Domini sui obsequium habebat præparatum, & reconditum.

142 Et aduerte in vnico conuiuio triplicem mortis memoriam notatu dignam: in Lazaro â morte reuocato, in Iudâ in mortem traditurο, & in vnctione defuncto corpori conueniente.

In conuiuio vbi Christus adest, multiplex mortis seculum salutiferum memoriæ ministratur.

CAP. 12. A NUM. 17.

Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum á mortuis. Propterea, & obuiam venit ei turba: quia audierant eum fecisse hoc signum.

Christus mortis triumphator ab hebræis pompatice receptus, & proclamatus.

143 ERgo tamquam triũphatorem mortis Christum Ierosolymæ receperunt, ei pompatice occurrentes; quod ab alijs Euangelistis non exprimitur, sed aduertitur, pueros, id est, innocentes Hebræorum hoc Christi triumphum comitatos fuisse.

CAP. 13. NUM 4.

Et cum accepisset linteum, præcinxit se.

Alios mũdificaturus cautelam adhibeat, ne se inquinet.

144 ALios mundificaturus; se prius linteo albo, mundoque præcingere oportet, ne guttulis ex aliorum ablutione resilientibus inspergatur, & maculetur, ideo hoc *cautelæ linteum*, Simon Cassianus appellat.

CAP. 13. NVM. 8.

Dixit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum.

Per attributum æternitatis Christi diuinitas profitetur.

145 PER hunc dicendi modũ Petrus Christi Diuinitatem exprimit, & confitetur.

VEL SIC.

Hominum respectu Dei interminabilis reuerentia.

146 *In æternum*, si posibile foret, Deo resistere conaremur.

CAP. 13. NUM. 10.

Dixit ei Iesus: Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.

Nullus adeó perfectus, qui mundano puluere nõ fordescat.

147 ETiam mundissimus, & mentis puritate valde præcellens pulueris ipsius, quem calcat foreibus inquinari solet, sed hoc vere non obest sanctitati, nec totalis mundicici appellationi obstat.

CAP. 13. *NUM* 27.

Et post buccellam introiuit in eum Satanas.

Indigne communicans totali dæmonis subiectatur tyrannidi.

148 ANTE Eucharistiæ perceptionem diabolus per legatos suos, malas scilicet immissiones, & suggestiones Iudam peruertere satagebat, vt patet supra num. 2. post Eucharistiã male, indigneque comestam diabolus nõ iam per legatos suos, sed per se ipsum, Iscariotem in malum agitat.

VEL SIC.

Indigne communicantis os dæmonis patulum ostium fit.

149 Os, per quod Eucharistia male introducitur in amplissimum ostium diabolo patens, & apertum perforatur, & panditur.

VEL SIC.

Indigne communicans dæmonis dominio iuridice adiudicatur, & adscribitur.

150 De quolibet, quantumuis enormi peccatore non audet diabolus possessionem assumere, quia nondum lata in huiusmodi peccatorem diffinitiua damnationis sententia est; de indigne vero Eucharistiam accipere audenti statim possessionem sumit, quia iam in ipsum talis lata sententia est iuxta illud Apostoli 1. Corinth. cap. 29. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.*

VEL SIC.

Peior Satanâ indigne communicans.

151 Introiuit Satanas in Iudam, tanquam minor in maiorẽ: tanquam malus in peiorem, quia indigne communicans peior Satanâ est.

Et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius.

In beneficentiæ Christi & indæ ingratitudinis duelo Christus picit.

152 CErtissimum est hæc verba non fuisse prouocatoria, & inductiua ad traditionem á Iudâ iam deliberatam, & inchoatam. Quid ergo hęc verba significant? Dicerem per hunc loquendi modum significari quãdam competentiam beneficientiæ Christi cum Iudæ ingratitudine, quasi diceret: Eia age, negligens sanguinis Magistri tui commertiator, diligentius enim ego exequor admirandum opus redemptionis tuæ, quam tu perpetrare curas, execrandum facinus, traditionis meę.

CAP. 13. *NVM.* 29.

Quidam enim putabant, quia locutus habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis, vt aliquid daret.

Ab eleemosynarũ distributione nemo excludẽdus, etsi ex officio nõ competat.

153 AVT egenis, vt aliquid daret, quod per extraordinariam dispensationem faciendum intelligere debuerunt: nam ordinaria eleemosynarum distributio Iudæ commissa non erat, vt pateo supra cap. 12. num. 6. recole quę ad hunc locum animaduersa sunt.

CAP. 13. *NVM.* 31.

Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis.

Peccatoris præsentia vel ipsius Dei claritati officit.

154 EXeunte, & abscedẽte Iudâ clarificatur Iesus: assistentia enim peccatoris, vel ipsum Dominum quodammodo obscurat.

CAP. 14. *NVM* 2.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnẽ, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Ægræ rationalis ter æDeus Agricola, & Medicus.

155 PVrgabit amarissimo afflictionum, & tribulationum hausto; palmes enim iste rationalis, ac proinde medicabilis, est. Uel *purgabit* affectuum terrenorum resecatione, & amputatione, vt in cœlestia erumpat desideria.

CAP.

CAP. 18. NVM. 3.

Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc cum lanternis, & facibus, & armis.

Nocturnum prauorum lumen, cœleste quærit, vt extinguat.

156 LVnen requirunt lumine, non vt inueniant, & adorent, vt olim Magi, sed vt perdant, & extinguant, tamquam inuidi, Herodianique ministri. Et notanda luminum differentia: illa cœlestis, & superna fuit; hæc terrestris, & nocturna est.

CAP. 18. NVM. 10.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum.

Ecclesiæ gladius paratus semper, raro euaginandus.

157 PEtrum quidem habere gladium aduertitur, qui primus; imò vnicus Ecclesiæ gladius est, ab eo enim ceteri Ecclesiæ gladij pendent, & dimanant: sed aduertendum est, illum paratum, at non euaginatum habuisse, ideo expresse gladium eduxisse dicitur.

Et percussit Pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram.

Mysteriales Petri Petri subordinata.

158 IAM illa Mosayca fides cum pontificatu suo incipiebat vulnerari, & corrumpi, ac Petri Pontificio sucumbere.

CAP. 18. NVM. 11.

Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam.

Vide sup. n. 157

159 GLadius Petri in vaginam recondi á Domino iubetur, ne deinceps facile, & semper, etiam iusta interueniente causa, eximeretur.

Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

Petri authoritas & potestas in corpus Christi verum, & mysticum exercetur

160 TAnta Petri potestas, & authoritas est, vt etiam circa illud, quod Deus expresse volebat, & Christus Dominus ex Paterno inuiolabili præcepto executurus erat, Petri consensus, & beneplacitum expectari, & solicitari á Domino videatur.

CAP. 18. NVM. 12.

Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.

Incomprehensibilis, & immensus pro nobis comprehensibilis, & mensurabilis effectus.

161 INcomprehensibilem comprehenderunt, & immensum funiculis mensi sunt.

VEL SIC.

Iniqui Deum ligare audent, ne ipsis oculorum ligamen auferat.

162 Iesu manus funibus impedire ausi sunt: ne sicut Malcho aurem restituit, ita ipsis mentis oculos aperiret ad tantum flagitium cognoscendum, & effugiendum.

CAP. 18. A NVM 15.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris.

Mosaycum pontificium cum Petri pontificio incompatibile.

163 NON erat facilis imò nec permissus Petro in domum Pontificis Hebræorum transitus: vtriusque enim pontificium inter se valde diuersum, & incommunicabile semper fuit; ideo non sine mysterio Petrus foris, vbi cœlum patet, remanet, nec intra pontificis Hebræorum tecta concluditur.

Vbi pes Petri figitur, vera Fides posessio adquiritur.

164 Sed dices Petrum paulò post in domum prædictam negotiante alio discipulo, nempe Ioane, introductum fuisse. Sed respondeo, domum illam fuisse pontificis Hebræorum præteriti, non præsentis: Petrum autem, mediante Ioanne, in domum illam introduci, est Catholicam, Christianã religionem, mediante lege gratiæ (Ioannes enim gratiam significat) veri cultus Deo exhibendi possessionem accepisse.

VEL SIC.

Deus prouide obstacula interponit, ne homo facile pecces.

165 Ioanni facilis, Petro difficilis in atrium pontificis ingressus, Deo sic benigne, &

prouide disponente ad Petri negationem medijs naturalibus proportionatis euitandam, & impediendam.

CAP. 18. NVM. 17.

Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.

Christianismum Hebraismo subiectum Fides Petri non recognoscit,

166 PEtri negationem aliquo mysterio non caruisse aduertēter dicerē. Christum enim Mosaycę legis pontificī subditum, & subiectum fides Petri non cognoscit.

Christi aßecla, qui Christum negat, se ipsum negat.

167 Sed cur non respondit Petrus, dicens: *Non sum hominis istius discipulus*, sed hæc tantum verba *nō sum*? An vt pateret, quod Petrus per Christi negationem suum etiam ipsius esse negaret? Uide ad Lucæ cap. 22. num. 58. & ad psal. 76. num. 11.

CAP. 18. NVM. 22.

Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici?

Expræsul præsulatus nomen libenter audit.

168 HOC adulatorie dixit minister ille: nā Annas tunc Hebræorum pontifex non erat, licet olim, fuerit, qui enim aliquo honorifico munere functi sunt, nihil libentius, quam nomen, titulumque elapsi sui principatus audire solent.

CAP. 18. NVM. 23.

Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid me cedis.

Christus suam ludibrio expositam personā non doctrinam.

169 PER hæc verba videtur, Christum suā potius doctrinam defendere voluisse quam personam.

CAP. 18. NVM. 31.

Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam.

Hebraicus in Christum iuor maligne positus.

170 PER hæc verba Hebræi subdolâ, & malignâ caliditate Pilato suggerebant, Iesum ab eis accusatum omnino esse morti adiudicandum, nec quocumque alio supplicij genere prætexæ iustitiæ satis fieri.

CAP. 18. NVM. 36.

Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei, vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

Christus per Crucem tam in cœlo, quam in Mūdo regnat.

171 NVnc regnum meum *non est hinc*: erit autem, cum exaltatus fuero á terrâ: tunc enim *omnia traham ad me ipsum.*

Imperatoris gloriæ milites non sunt commilitones, sed ministri

172 Et notanda Christi verborum proprietas: Non enim de Angelis loquens, dicit: *Milites, & cōmilitones mei, vtique decertarent*: sed *ministri mei*, vt aduerterent Iudæi accusatores stili Sacrarum Scripturarum conscij, ipsum esse, *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.*

CAP. 18. NVM. 38.

Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullā inuenio in eo causam.

Veritatis natura, & definitio prauis iudicibus res difficilis explicatu apparet.

173 NAtura, & definitio veritatis res adeó difficilis, & inter homines incognita, vt huiusmodi interrogatione proposita, Pilato visum fuerit, necessum esse, ad responsionem meditandam, & rem considerandam tempus Iesu concedere: ideò Iesu relicto, ad Iudæos exiuit.

VEL SIC.

Iudices iniqui nil minus libenter, quam veritatem audiunt.

174 Huiusmodi interrogationis Pilatus responsum expectare noluit: iudices enim iniqui nihil minus, quam veritatem appetunt audire, ipsiusque naturam & proprietates cognoscere.

CAP.

CAP. 19. NVM. 11.

Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Vt homines à peccato caueant Deus sufficienter admonet tã generice, quam individualiter.

175 HOC comparatiuo loquendi modo satis clare Iesus Pilato indicauit, illum grauiter peccare, contra innocentiam ipsius procedendo.

Pilatus in Christi D. damnatione peccauit quia potestate sibi concessa abusus fuit

176 Sed quomodo potestas *desuper*, hoc est, *à Deo* aduersus Iesum Pilato concedi potuit? Quia ex admirabili dispensatione onus peccatorum nostrorum in se suscipere dignatus est. Quomodo ergo Pilatus in Christi damnatione peccare potuit? Quia non eum, vt susceptorem, vadem, & fideiussorem damnauit, sed, cum innocentem sciret, vt vere sontem morti adiudicauit, & cum iniquis deputauit.

CAP. 19. NVM. 16.

Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

Crucifixio regiæ dignitatis sequela est.

177 HÆC est legitima consequentia illius antecedenti: *Regem vestrum crucifigam?* *Susceperunt autem illum, & eduxerunt.*

Indigne communicans Christum ad crucifigenda fuscipit.

178 SIC indigne cõmunicantes Christum suscipiunt, scilicet, vt crucifigant.

CAP. 19. NVM. 17.

Et baiulans sibi crucem, exiuit in eũ, qui dicitur Caluariæ locum.

Christus D. è domo Pilati non reus exiuit; sed exiuit vincens, vt vinceret.

179 PRolixum amarissimæ illius distantiæ progressum á Pilati domo vsque ad Golgotha montem Euangelista silentio premit: imo ita loquitur, vt strenuum ducem exprimere videatur sui vexillum ducatus gerentem ab Isaiâ cap. 9. num. 6. prænuntiatum: *Et factus est principatus super humerum eius.*

VEL SIC.

Cum in aliquo tormento Fidelis Christo compatitur, non ipse tormentum, sed leuamen, & triumphus est.

180 Exitum Christi crucem sibi baiulantis á domo Pilati refert Euangelista, nõ verò progressum, forte; quia in illo progressu habuit vel partialẽ, vel totalẽ adiutorẽ, Simonẽ, nempe Cirenensem.

CAP. 19. NVM. 18.

Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc, & hinc, medium autem Iesum.

Cum temporalis vita pendet, aeterna adipisci potest, vel amitti.

181 CVR non ait Euangelista: *Vnum à dextris, & alium á sinistris*, cum expresse Iesum in medio eorum fuisse collocatum referat? Hoc dicendi modo vsum fuisse Euangelistam, ex stylo erat, quia Prædestinati á reprobo nondum facta erat declaratio, nec Iesus; *Hodie mecum eris in paradiso* pronuntiauerat.

Æquissimus meritorum hominũ remunerator Deus.

182 Sed cur cum per primã clausulam, nempe: *Et cum eo alios duos hinc, & hinc*, sufficienter res explicaretur, superaddit Euangelista secundam, nempe: *Medium autem Iesum.* Forte ad denotandã summam Iesu, quantum ex se erat, circa prædestinationem illorum hominũ indifferentiã, æqualemque auxiliorum sufficientium exhibitionẽ, quæ vterque, pro suâ libertate, efficacia posset efficere.

CAP. 19. NVM. 19.

Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum

Crucis Christi D. superscriptio vbique vndique mysteriosa.

183 PER ipsummet Pilatum dicitur titulus scriptus, & super crucem positus, ad maximum mysterium denotã-

dum, quod in illâ actione latebat, vt patet extrilingui scriptione, & pontificum super illo corrigendo, & immutando pertinaci, iniquâque solicitudine, & constanti Pilati iudicis renitentiâ.

CAP. 19. NVM. 22.

Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Crucis Christi titulum Pilatus scripsit, Spiritus Sanctus dictauit

184 AC si diceret: *Quod scripsi, scripsi tantum*, non enim mea mens calamū gubernauit, sed motus interior, tunc mihi adueniens, & cui resistere non poteram, impulit me ad exaranda verba, potius supremo Domino, quam homini tamquam reo accusato, & reputato congruentia.

CAP. 19. NVM. 23.

Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quattuor partes: vnicuique militi partem) & tunicam.

Furor bellicus in materia Religionis præualidus.

185 VEstimenta Christianorum Prouincias, per quattuor Orbis partes diffusas significare possunt: vestis inconsutilis vnitatem Fidei: quæ omnia, vel ex ciuili dispositione, vel ex sortium declaratione militibus obtigerunt ad portendendum, quantum furor bellicus in Religionis rebus præualiturus erat.

Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum.

Christi tunica inconsutilis ipsius humanitatis optimum symbolum.

186 HÆc tunica in Christi humanitatis symbolum accommodari potest, fuit enim *inconsutilis*, idest, non ex partium coniunctione formata: *desuper contexta*, hoc est, supernâ Spiritus Sancti virtute elaborata.

CAP. 19. NVM. 26.

Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.

Christus specie peccatoris gerēs Deiparam non appellat matrem

187 CUR hîc Iesus Mariam non appellat *matrem*, sed *mulierem?* An propter eamdem rationem ob quam Matthæi cap. 27. num. 16. Patrem æternum, non *Patrem*, sed *Deum* appellauit, quia nimirum peccatoris speciem præsegerebat?

CAP. 19. NVM. 27.

Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Deipara filiationem eluitatur, qui se Christi discipulatui tradit.

188 CUR non vocauit eum Iesus nomine proprio Ioannis, sed appellatiuo discipuli cum excellentiori dono, quod extra Deum concedi potest, Deiparæ nempe maternitate ipsum remunerat? Certe vt aduerteremus, quemuis posse fieri Mariæ filium, si tamen ipse prius fecerit se Christi discipulum.

CAP. 19. A NVM. 28.

Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum, &c.

Sitis Christi in cruce propalatio non fuit amoris imminutio, sed intensio.

189 NON fuit ardentissimi amoris erga humanum genus imminutiua illa angoris propalatio, sciebat enim ipsi acetum præparatum, & propinandum; imó & cuilibet certum esse poterat ex Sacræ Scripturæ manifestâ expressione: psal. 68. num. 22.

VEL SIC.

Nihil in Mundo est, quod sitim sedare valeat.

190 Christus sitiens moritur, ait Rupertus, vt ostenderet, nihil esse in mundo, quod sitim extinguat.

CAP. 19. A NUM. 33.

Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.

Et

Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius.

191 FOrte hæc *aqua* fuerunt Mariæ lacrymæ, quas in toto illo amarissimo passionis Christi tractu (cui interfuit, & singillatim oculis madentibus exhausit) abundantissime effudit, quas amantissimus filius in præcordia sua excepit, in terrâ decidere non permittens; sed in superabundantem humani generis redemptionem, non cum proprio sanguine permixtas, sed cum illo coniunctas, signatas, & expressas exhibere voluit, vt & corredemptricis munere ipsam honoraret, & vniuersum humanum genus ipsi summe obsequens, defunctum, & ob ingratum redderet. Quod irretractabili Ioannis testimonio Ecclesiæ suæ consignatum reliquit.

Diuinæ lacrymæ ab ipsius oculis ad filij præcordia trans. atæ humani generis corredemptrices.

CAP. 19. NUM. 39.

Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum.

192 NON solum qualitas, sed etiam quantitas aromatum exprimitur ad omnimodam gratitudinem.

Nil in Dei obsequium præstitum ad gratitudinem omissum.

CAP. 20. A NUM. 1.

Vna autem sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

193 MOnumentum vacuum Maria Magdalene non prospexerat, sed lapidem tantum sublatum viderat, at ex muliebri fragilitate, vel ex animi perturbatione plus in relatione processit, quam debuit.

Animus perturbatus imperfectus eloquio.

194 Et notandum, quam pie, catholice, & religiose, in dubio occurrenti circa Christum, Maria Magdalene statim ad Petrum recurrat.

In dubijs circa Fidem occurrentibus, ad Petrum eiusque successores recurrendum.

CAP. 20. A NVM. 6.

Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.

195 PEtrus clare, distincte cum omnimodâ aduertentiâ in hoc resurrectionis mysterio; alij ex concurrentibus confuse, & negligenter se gerunt. Notandum, quam diuertissimo de cæteris, & cum quantâ, qualique indagine, & circumspectione se gerat summus Pontifex in rebus etiam minimis ad fidem pertinentibus: quod etiam in Sanctorum canonizatione notari, & ponderari potest.

In rebus, etiam minimis, ad Fidem pertinentibus summus Ecclesiæ præsul cum magna circumspectione agit.

CAP. 20. NUM. 8.

Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit.

196 POst Petri exactissimam veritatis inuestigationem, & declarationem cæteri secure intrant, & mysteria credunt.

Post summi Pontificis decisionem cæteri securissime credunt.

CAP. 20. NUM. 15.

Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras?

197 TAm Iesus, quam Angeli supra num. 13. reprimunt Magdalenæ lacrymas amoris, non sic represit eidem Iesus pœnitentiæ lacrymas, quando lacrymis cœpit lauare pedes eius.

Amoris non Pœnitentiæ lacrymæ à Christo D. leguntur prohibitæ, & repressæ.

CAP.

CAP. 20. NVM. 25.

Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Aliorum damna exiguo fundamento credibilia, secus bona.

198 QUis Thomæ reuelauit Iesum cum suæ passionis plagis, & his apertis resurecturum? Hoc ait Simon de Casia hîc quod fuit prophetizare. Vlterius quis Thomæ reuelauit, Iesum manibus, pedibusque, & latere plagatum fuisse, cum ipse non viderit, nec Iesu patienti adstiterit? Certe ex Ioannis, vel aliorum condiscipulorum notitiâ, & relatione. Cur ergo Christi plagas ex condiscipulorum notitiâ, & relatione Thomas credit, resurrectionem autem, ex eorundem assertiua, & asseueranti testificatione non credit?

CAP. 20. NVM. 27.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

Vt passio Christi nobis proficiat cooperatione nostra opus est.

199 NON satis erat dicere: *Mitte in latus meum*; cur addit, *affer manum tuã*? An vt significantius exprimeret, cooperationem nostram necessariam esse ad hoc vt vulnera, seu Christi merita nobis applicentur, & proficiant? Ideo dixit: *Affer manum tuam*, ac si diceret: Affer, seu adduc ex parte tuâ operationem in manu significatam.

CAP. 20. NVM. 29.

Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

200 HIC de gentilico populo loqui videtur Christus. Sed quomodo pronuntiat: *Crediderunt* de ijs, qui nondum crediderant? An ad Gentilium fidem Apostolis commendandam, vel potius assecurandam?

Gentium Fides tamquam certa à Christo D. Apostolis commẽdata.

CAP. 21. NVM. 15.

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te.

Dei amor Gratiæ primogenitus.

201 OBediens gratiæ filius appellatur Petrus, cum de Christi amore examinatur; Dei enim amor primogenitus gratiæ filius est.

Petri amor erga Deũ à solo Deo cognoscibilis est, & mensurabilis. Fauoribus, etiã Diuinis, modeste, ac moderate vtendum.

202 Et notandum solum Deum scire, qualis, quantusque amor Petri erga ipsum sit.

203 Notandum etiam, Petrum, modestiæ causa, non respondisse ad comparatiuum interrogationis Christi; nempe *plus his*; sed tantum ad positiuum, scilicet: *Diligis me*?

Ad Petri normã Diuina omnia, & humana regulanda.

204 Sed cur in secundâ, & tertia interrogatione non supperaddit Iesus particulam illam cõparatiuam, nempe: *Plus his*, quam in prima interrogatione addiderat, vt ex numeris 16. & 17. immediate subsequentibus constat? An ad normam primæ Petri responsionis reformare voluit Christus subsequentes interrogationes, vt constaret vniuerso Orbi, quam solida, & fundata Petri, & Successorum eius responsa sint?

CAP. 21. NVM. 17.

Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me?

Quod de amore nostro dubitet Deus, pessima tristitiæ causa.

205 NVlla grauior, & dignior tristitiæ causa, quam quod Deus de amore nostro dubitabundus se gerat.

Sed

A Petro amari non ſolum ambit Deus, vt Vnus, ſed vt Trinus.

206 Sed ſuper hoc Petrus nõ contriſtetur, triplex enim amoris confeſsio, & declaratio, & triplici Diuinæ perſonalitati debetur, & triplicis debitum negationis extinguit: Auguſtinus tract. 123. in Ioan.

Ad Petri ergà Deum amorem comprehendendum, vel ab ipſo Deo triplex donatus adhibendus.

207 Vel ſi in exaggeratiuam amoris tanti Apoſtoli ponderationem vis prorrumpere, dic, Chriſtum Dominum triplicem impulſum, & conatum adhibuiſſe ad intenſiſsimum amoris Petri gradum comprehenſiuâ cognitione percipiendum.

Sunt autem, & alia multa, quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

Pluralitas ſacrarum expoſitionũ â Ioanne Apoſtolo prænuntiata.

208 HÆC videtur eſſe prophetia de pluralitate librorum ſuper hiſtoriam Euangelicam huc vſque conſcriptorum, deincepſque conſcribendorum.



AC-

ACTVS APOSTOLORVM.

CAP. I. NVM. I.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cæpit Iesus facere, & docere.

AD CAP. 1. NUM 1. ACTVUM APOSTOlorum.

Quod Iesus cæpit, apostoli, & eorum successores prosequuntur.

1 IPSE *IESVS cæpit*, per Apostolos suos, aliosque ministros Euangelicos prosecuturus.

Verba operibus consona efficaciter persuadent

2 *Facere, & docere*, idest, exemplo, & opere, tamquam primario; verbo tamquam secundario magistratu, ac persuasore.

CAP. 1. *NVM.* 3.

Quibus, & præbuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis.

Resurrectionem suam Christus D. non paucis, sed plurimis argumentis confirmauit.

3 *IN multis argumentis*, scilicet, in apparitione, increpatione, palpatione, comestione, collocutione, coambulatione, & alijs.

CAP. 1. *NVM.* 9.

Et cum hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Cœlum Christus ascensurus à discipulorũ cordibus, & oculis auulsus.

4 *A oculis eorum* Iesum nubes suscepit, quia oculis discipulorum hærebat, tam ipsius affectu, quam illorum affectione: hinc infertur, toto illo ascensus Christi tempore (qui ascensus non fuit rapidus, & instantaneus, sed placidus, lentus, & morosus) tam Apostolos, quam reliquos ad hoc mirabile spectaculum admissos in Iesum eundem defixos oculos habuisse absque vllâ, vel leuissimâ declinatione, & pal-

palpebrarum motu: ideó illi duo adstantes viri dixerunt ipsis: *Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cœlum.*

VEL SIC.

Angelorum prophetia ascendẽte Domino prolata, in Eucharistia quotidie impletur.

5 Etiam nubes Eucharisticorum accidentium Iesum quotidie ab oculis nostris suscipit: ideó forte cælestes viri dixerunt: *Hic Iesus, qui assumptus est á vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*; modo scilicet, non solum ad vltimi diei iudicatiuum aduentum restricto; sed etiam ad quotidianam sacramentalem aduentationem, mirabiliter extenso.

CAP. 1. NVM. 11.

Hic Iesus, qui assumptus est â vobis in cœlum.

Vide supra n. 4.

6 A *Uobis* potius, quam *à terrâ* propter reciprocam enim ipsius; vestramque affectionem in vobis potius, quam in terra habitare videbatur.

CAP. 1. NVM. 18.

Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis.

Sacerdotũ principes in Iudæ stipulatione sacrilege legales, & iniquissima ciuilitate iusti.

7 QVomodo asserit textus Iudam agrum illum possedisse, cum ex Matthæi cap. 27, á num. 5. constet, Iudam pecuniam illam sacrilegæ stipulationis in templo proiecisse, & principes sacerdotum ex eâ agrum figuli consilio inito coemisse? Hoc totum ita factum fuit, sed sacerdotum principes non ipsorum, sed Iudæ nomine, emptionem celebrauerunt, ne tam contractus ille, quã præcedens venditionis Christi vlla ratione rescindi, aut in dubium, & litigium verti posset.

VEL SIC.

Sacerdotum principes omnem à se de Christi sanguine vtilitatem abiecerunt.

8 Principes sacerdotum non nomine proprio, sed Iudæ agrum figuli coemerunt, ne precium sanguinis Christi ipsis quoquomodo proficere, aut applicari posset.

CAP. 1. A NVM. 21.

Oportet ergo ex his viris, qui nobiscũ sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.

Nullo requisito careat, in oculatum testem eligendus.

9 CUR ex illis viris, non vero ex alijs multis fidelibus? Quia in oculatem testem mirabilium Christi Domini tam verborum, quam operationum eligendus erat.

CAP. 1. A NUM. 24.

Et orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius, & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas.

Præsules Ecclesiastici modestæ curæ, & solicitudini; non fastui, & vanitati incumbant.

10 APostolicum præsulatum, non dignitatis thronum, sed locum ministerij appellant: nec apostolatum, *de quo Iudas cecidit* sed *de quo Iudas præuaricatus est*, dicunt: tum quia cũ Deo loquuntur, in cuius conspectu nulla dignitas supponit, & omnis principatus dilabitur: tum etiã, vt tanti muneris successores modestæ solicitudini; curæque studerent, non fastui ambitioso incũberent.

CAP. 1. NVM. 26.

Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam.

Ante Spiritus Sancti aduentũ Apostoli propriæ voluntatis impulsui non fidebant.

11 SOrtibus Deo commendatis, non ad stantium fidelium suffragij, in Iudæ locum, gradumque, subrogandi Apostoli electionem commisserunt, quia nondum Sanctus Spiritus in Apostolos descenderat.

Et annumeratus est cum vndecim Apostolis.

Duodenus numerus in omni lege mysticus, & sacratus.

12 MAthias *annumeratus*, non *remuneratus* dicitur, & ob mysterium in duode-

no

no latens numero, & ob rationem in antecedenti propositam.

CAP. 2. NUM. 1.

Et cum complerentur dies: Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.

Pluribus fidelibus concorditer congregatis Spiritus Sanctus adest.

13 SOlent quidem esse plures in vno loco; sed nō *pariter*, idest, *conformiter*; sed cum hi pariter, conformiter, & concorditer in eodem loco essent; venit Spiritus Sanctus super eos.

CAP. 2. NVM. 3.

Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra singulos eorum.

Diuinus Amor plures vnit, & vnificat.

14 LInguæ, cur pluraliter, cum *Sedit*, in singulari construuntur? Quia linguæ charitatis erant, & in omnibus vnu, atque idem Spiritus præsidebat.

CAP. 2. NVM. 7.

Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Non ne ecce omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt, &c.

Non omnis stupor stupidum stupentem reddit.

15 STupor in admiratione declinauit, ideo ratiocinari isti potuerunt, & dicere: *Nonne ecce omnes isti, &c.* Vide infra num. 12. in Sacro textu.

CAP. 2. A NVM. 14.

Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.

Habitualis temperantia, valida ad populum defensio.

16 COapostolos defendit Petrus efficaciter ex ipsorum moderatione, & omnibus nota temperantia, non enim solebant vsque ad meridiem, & non paucis (ieiunij scilicet) diebus, vsque ad occasum solis, cibum, & potum sumere, & hunc parcissimum.

CAP. 2. A NVM. 16.

Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel: Et erit in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem, &c.

Summus Pontifex Romanus supernaturali ratione innixus responsa præbet.

17 POterat Petrus euidenter conuincere admirabiles effectus illos á vino prouenire non posse: sed summus Pontifex naturali ratione non immoratur, cum adest ratio, & authoritas Diuina in sacris litteris fundata, & expressa.

CAP. 3. A NVM. 20.

Vt cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit cum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum, quem oportet quidem cælum suscipere vsque ad tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo prophetarum.

Prophetarū promissa Deum debitorem reddūt.

18 PRophetiarum adimpletio appellatur *restitutio*, quia per prophetas suos promissorum Deus debitor constituitur.

CAP. 4. NVM. 4.

Multi autem eorum, qui audierant verbum crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia.

Cum feminis etiam pijs, non singillatim, nec curiosè agendū.

19 CVR numerus feminarum, non refertur? Vel quia excessiuus fuit: vel quia cum mulieribus singillatim, numerando ipsas, agere non oportebat: vel certe quia isti ad resistendum principibus sacerdotum Fidei impugnatoribus in numerū transibant, & recensebantur.

CAP. 4. NVM. 13.

Videntes Petri constantiam, & Ioannis.

Ecclesiæ vniuersalis Caput cum nullo eiusdem membro confundendum.

20 NON ait Euangelicus scriptor: *Petri, Ioannisque constantiam*, sed: *Petri constantiam, & Ioannis*, ne caput Ecclesiæ cum eiusdem membro, etiam prin-

principalissimo, qualis Ioannes erat, confunderetur.

Comperto, quod homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerant.

Apostolorum sapientia infusa Hebræorum doctissimis admirabilis.

21 QUod essent homines, sine litteris, non tunc, sed olim, nam sapientia, quæ tunc Apostolis inerat, in admirationem doctissimos quosque Hebræorum rapiebat.

Esse cum Iesu intellectui, ac voluntati summe proficuum.

22 Et notandum, quod esse cum Iesu, & intellectũ illuminat, & voluntatem inflammat.

CAP. 4. NUM. 16.

Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitatoribus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare.

Hebræi, de Euangelica historia, ea solum ægre fatentur, quæ negare nequeũt.

13 SI enim negare possent absque dubio Petri miraculum diuinâ virtute, & nomine patratum, eluderent.

CAP. 4. A NVM. 33.

Et gratia magna erat in omnibus illis. Nec enim quisquam egens erat inter illos.

Rebus naturaliter necessarijs oportet non indigere ad virtutum augmentũ.

24 OPortet rebus ad necessitatem naturæ, non ad superfluitatem pertinentibus, non egere ad gratiam, reliquasque virtutes, & conseruandas, & augendas.

CAP. 4. A NUM. 34.

Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum.

Viri Apostolici omnia temporalia bona sub pedibus collocant.

25 Ante pedes, non ad manus: nam viri Apostolici omnia temporalia bona sub pedibus habebãt, & pecuniã manibus contrectare dedignabantur.

CAP. 4. NVM. 35.

Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat.

Eleemosyna iuxta accipiẽtis indigentiam elargienda.

26 PRout cuique opus, non prout cuique placitum erat diuidebatur; & hoc non arithmeticâ, sed geometricâ proportione.

CAP. 5. NUM. 3.

Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri, &c.

In omni Reipublicæ stabilimento primæ transgressiones seuerissime sunt puniendæ.

27 IN omni reipublicæ, seu sacrę, & religiosæ, siue profanæ stabilimento, & recenti institutione, oportet primas, etsi leues, trangressiones seuerissime, & rigidissime puniri. Aduertant hinc Hetherodoxi, quantum Apostolica sedes mendacia abhorreat.

CAP. 5. NUM. 6.

Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt.

Diuitum funera pollinctoribus abundant.

28 PRompti pollinctores non defuerunt sciebant enim ex Petri nupera manifestatione Ananiam habere bonam pecuniæ portionem male reseruatam.

Iuuenes ad funeralia munera vndequaque aptissimi.

29 Sed cum sic de primitiuis illis Ecclesiæ fidelibus discurrere non deceat (his, ad præsentis sæculi mores formandos, & abusus corripiendos, ponderatis) dicendum est, iuuenes illos ex prudenti Petri pręcepto, & electione funerale illud officium obijsse, & quia viribus robustiores, & de recordatione, ac consideratione mortis magis indigentes.

CAP. 5. NVM. 10.

Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum.

Mors vitæ consona.

30 VT iniquæ viuentium conuentioni mortuorum consona fieret depositio corporum.

CAP. 5. NVM. 12.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe.

Apostoli Diuinæ virtutis instrumenta.

31 PER manus Apostolorum dicit ad denotandum Apostolos fuisse instrumentum á Deo motum, & adaptatum.

CAP. 5. A NVM. 14.

Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, offerentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Petri virtus infirmos quosque solidat, nec ipsorum numero sitate decrescit.

32 PRÆ accelerata solicitudine ob infirmorũ multitudinem non concedebatur spatium ad illos è portitorum humeris deponendos, & aliquali ordinatione in plateis collocandos; idcó tumultuarie eijciebantur, seu proijciebantur.

Vide supra n. 31

33 Sed cur vmbrâ Petri tot tantaque miracula fiebant? Ut constaret non propria Apostoli virtute, sed illius, quem adumbrabat tot prodigia, & portenta fieri.

VEL SIC.

Sol iustitiæ illuminat quos vmbra Petri contegit.

34 Umbra Petri infirmum obtegi, est Petrum inter infirmum, & solem interponi, per quod symbolice denotabatur, miracula illa á Deo quidem iustitiæ, & pietatis Sole, sed per interpositionem, & mediationem Petri fieri.

Capitis Ecclesiæ influxus in vnũ membrum diuertus vtuerso corpori profuit.

35 Et notandum, ad hanc clausulam: *Ut, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum*, non subsequi hanc: *Et liberarentur*, ab infirmitate suâ, quæ videbatur inferenda; sed hanc: *Et liberarentur ab infirmatibus suis*, ad significandum, quod vel vno solum infirmo á Petro adumbrato, non ille solum; sed etiam reliqui omnes ibi adessentes sanabantur, & ab ægritudinibus suis liberabãtur.

CAP. 5. NVM. 17.

Exurgens autem princeps sacerdotũ, & omnes, qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo.

Sectæ á vera Fide deuiantes hæreses appellandæ.

36 IAM sectæ á vera religione deuiantes incipiunt nomine *hæresis* appellari, vel certius condemnari.

CAP. 5. NUM. 21.

Adueniens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium, & omnes senores filiorum Israel, & miserunt ad carcerem, vt adducerentur.

Praui synagogæ Ministri, non Deo, sed malefi-cientiæ vacabãt.

37 PRinceps sacerdotum cum reliquis eiusdem professionis venit diluculo in tẽplum non ad sacrificio matutino assistendum non ad precarium tributum Domino persoluendum, sed ad Capitulum aduersus Apostolos conuocandum, & coadunandum.

CAP. 5. A NUM. 27.

Et cum adduxissent illos statuerunt in concilio: Et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra: & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

Praui synagogæ Ministri honores sibi arrogabant, ceteris despectũ abijciebant.

38 STatuerunt, idest, non illos in loco decenti, & tam sapientibus, ac mira-

raculosis viris condigno illos sedere fecerunt; sed in medio stantes tamquam reos, & velut statuas immobiles permanere iusserunt. Sed notate allocutionis stilum, quo nihil respectiue ad capitulantes superbius, & respectiue ad Apostolos despectius: *Præcipiendo, præcepimus vobis, &c.* Isti é præceptoribus, ideſt, populi in legali doctrinâ instructoribus, & directoribus, in præcipientes non simpliciter, sed reduplicatiue vitiosa corruptelâ, & iniquâ transmutatione conuersi sunt.

Idem damnũ ex diuersis respectibus graue, & leue apparere solet.

39 *Et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.* Ab Apostolis induci timent sanguinem illum, quem ipsi super se, filiosque suos nuper absque vllo timore induxerant: Matthæi cap. 27. num. 25.

Ipsa veritatis vis, vel male sentientes, ad recte loquendũ solet cogere.

40 Sed quomodo de Iesu absente loquentes, dicunt: *Sanguinẽ hominis istius*, cum dicendum videatur: *Sanguinem hominis illius*? An ob Christi Vicarium Petrum ibi præsentem: ipsa repræsentationis veritas, vel certius Diuina virtus, compulit illos, etsi ignorantes, & inscios, ad rectam pronuntiationem?

CAP. 5. NUM. 42.

Omni autem die non cessabant, in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum.

Euangelica doctrina palam, nõ clandestine proponenda.

41 *Circa domos*, non *intra*, tum ob credentium multitudinem, tum ne viderentur clãdestine docere, & Euangelizare.

CAP. 6. NUM. 1.

In diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos.

Vbi multitudo, ibi murmur.

42 VBI multitudo, ibi murmur esse moraliter, necessum est.

CAP. 6. NVM. 2.

Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere Verbum Dei, & ministrare mensis.

Rebus corporalibus, cum spiritualium detrimento non incumbendum.

43 QVI multum de rebus corporalibus curat, spiritualia relinquat, necessum est, etiam si Apostolus sit.

CAP. 6. NVM 3.

Considerate ergo, fratres, viros, ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu Sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus.

Distributiuæ iustitiæ recta administratio res ardua, ac per difficilis.

44 NOtandum quam sit difficilis recta distributiuæ iustitiæ administratio, quæ in eligentibus maturam requirit considerationem: in electis experimentalem, & testificatam probationem, multam sapientiam, & Spiritus Sancti plenitudinem: Vide quę ad cap. 1. Iosuę num. 6. animaduersa sunt.

Septenarius numerus à Sacramentorum numero valde cõmendabilis.

45 Et nota Sacramentum numeri, Sacramentorum numero commendatum, & consecratum.

CAP. 6. NVM. 4.

Nos vero orationi, & ministerio verbi, instantes erimus.

Prædicatio sine præuia oratione inanis est, & infructifera.

46 PRius orationem, posterius prædicationem ponunt primi, & primitiui Euangelicæ doctrinę Magistri, & Christianorum morum formatores, quia prædicatio, sine præuia oratione inanis esse solet, & infructifera.

Oratio orantes nobilitat.

47 Sed cur prædicatio ministerium dicitur; cum ita oratio non appelletur? Forte, quia cum Deo loqui, & conuersari nos non ministrantes, & seruos, sed nobiles efficit, & ingenuos.

CAP.6. A NUM.9.

Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur.

Sapientiæ Spiritu Sancto animatæ nil valet resistere.

48 SApientiæ solæ non dubitarem restituros; at sapientia spiritu animata non solum inuincibilis, sed irresistibilis etiam est.

Euangelicam impugnare doctrinam vilem conditionem infert.

49 Et notandum, primos Euangelicæ veritatis publicos, & audaces impugnatores Libertinos, idest seruilis conditionis homines fuisse.

CAP.6. NVM.15.

Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius, tamquam faciem Angeli.

Euangelicæ doctrinæ veritas vel solo visu cognoscibilis.

50 VT vel ex hoc signo clarissime cognoscerent Stephanum Moysi non contrariari, sed doctrinam legi consonam, & in ipsa præscriptam promulgare: Vide infra cap.7. num. 53. in sacro textu.

CAP.7. A NVM.1.

Dixit autem princeps sacerdotum: Si hæc ita se habent? Qui ait: Viri fratres, & patres audite.

Christiana modestia inferiores superioribus quãdoque præfert.

51 CHristianam humilitatem, & modestiam profitetur Stephanus prius *fratres*, quam *patres*, & superiores nominando: & vt ante alios rethoricé captaret, & honoraret Christianos vere credentes, quam sacerdotes hebraizantes.

CAP.8. NUM.2.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.

Christiana pietas tam mortuos quam viuentes curat.

52 CUra, quam Christiana pietas impendit non minus mortuis, quam viuis vtilis, & proficua est.

CAP.8. NUM.3.

Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros, ac mulieres, tradebat in custodiam.

Nimia Ministrorum in priuatas domus licentia Reipublicæ ruina est.

53 IN domos particulares prorripi, & intima earum penetrare, magna Ecclesiæ persecutio, imo deuastatio est.

CAP.8. NUM.4.

Igitur qui dispersi erant, pertransibant, Euangelizantes Uerbum Dei.

Paulus, etiam dũ Saulus erat, Ecclesiæ valdè proficuus fuit.

54 ILla semina Euangelica voluit Deus per Saulum, tamquam instrumentum dispergere ne infœcunda in horreis, & repositorijs suis manerent, sed hînc inde iacta, & dispersa vberrimam segetem germinarent. Hinc patet tribulationem, & persecutionem Ecclesiæ in eiusdem augmentum conuersam, & Paulum, etiam cum Saulus erat, & acerrimus persecutor incremento Ecclesiæ instrumentaliter, & occasionaliter deseruisse.

CAP.8. NUM.13.

Tunc Simon, & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo.

Unus solus malus vniuersæ cõmunitati valde solet esse nociuus.

55 FOrte propter hunc maleficum, & præstigiosum illusorem multa vera miracula Christianorum tamquam magica ab ethnicis infamata sunt.

Qui ex prauo fine Fidem suscipit, vt infidelis reputandus.

56 Sed quid de istius fide dicendum est? Existimarem certe ob prauum, & malignum finem, quo illam admisit, Simonis fidem fidẽ Sinonis fuisse.

CAP.

CAP. 8. A NVM. 30.

Accurrens autē Philippus, audiuit eum legentem Isaiam prophetam, & dixit: Putas ne intelligis? Qui ait: Et quomodo possim, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum, vt ascenderet, & sederet secum.

In primo vnius regni Ministro modestia religiosa sinceritati Apostolicæ comparabilis.

57 IN Philippo sinceritas Christiana resplendet; in Eunucho modestia religiosa, quæ in homine diuite, & primo vnius regni ministro res singularis, & rara est.

CAP. 8. A NVM. 38.

Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua Spiritus Domini rapuit Philippū, & amplius non vidit eum Eunuchus.

Scriptura sacra optima Fidei catholicæ magistra est.

58 CUR non reliquit Dominus per aliquod temporis spatium Philippum cum Eunucho, vt eum amplius: instrueret, ac in fide nuper plantatâ radicaret? An quia Eunuchus sacras secum Scripturas habebat, quę ad prædictum munus exequendum optima instrumenta, & efficacissima media sunt?

VEL SIC.

A Fidei pedagogis, & magistris omnis auaritiæ suspicio eliminanda.

59 Erat Eunuchus ille diues, & potens, ne ergo præberetur occasio ad existimandum, Apostolum propter potentioris personę respectum, aut attracticem diuitiarum suarum cupiditatē apud Eunuchum diuturnare, statim ac sufficientem illi notitiam suggessit ab eo abruptus fuit.

CAP. 9. A NVM. 6.

Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.

Summæ, & primariæ Petri authoritati, nec minimū vult Deus derogari.

60 FOrte noluit Christus Dominus Paulum in rebus fidei immediate per se ipsū instruere, ne ex hoc fundamento caput esse Ecclesiæ existimaret, & Petro subijci recusaret: præsertim cum super grauibus rebus ad fidem, & mores pertinentibus postea cum ipso Petro collaturus, & concertaturus esset: Vt patet ex Epist. ad Galatas cap. 2. per totum.

CAP. 9. NVM. 8.

Surrexit autem Saulus de terrâ, apertisque oculis nihil videbat.

Oculi à Deo illuminati mundana omnia nil esse vident.

61 INstantaneâ spiritus Pauli illustratione factum est, vt omnia terrena, oculis ipsius apertis, quasi nihil apparerent, vel certius disparerent.

CAP. 9. NVM 9.

Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit.

Instructio Christianæ Fidei à Trinitatis mysterio exordium sumit.

62 AD Paulum in supernaturali fide instruendum mysticus Trinitatis numerus præcursoriâ temporis dispositione adhibetur.

CAP. 9. NVM. 32.

Factum est autem, vt Petrus dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.

Petri solius cathedra vniuersale magisterium.

63 RElicui Apostoli hos, vel illos credentes, & fideles, Petrus autem pertransit vniuersos.

CAP. 9. NVM. 36.

In Ioppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat.

Eleemosynæ elargientem replet, non euacuat.

64 BOna opera, & eleemosynę plus adornant, & implent, quam spoliant, & euacuant efficientes, & elargientes.

Eleemosynarij, vel nomen ipsũ venerabile, ac suspiciendum.

65 Et notandum hanc pijssimam, & misericordem feminam non solum multiplici nomine prædita, & adornatam fuisse; sed mystico, arcano, & interpretatione digno.

CAP. 10. *A NVM.* 3.

Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: Cornelij. At ille intuens eum timore correptus, dixit: Quid est, Domine: Dixit autem illi: Orationes tuæ, & de eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

Eleemosyna, & Fidem impetrat, & vitam æternã adipiscitur.

66 *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. In conspectu*, vt de præsenti fidem, & conuersionem tuam impetrent: *In memoriam*, vt cum ad Diuinum tribunal iudicandus steteris, ex eorum recordatione absolutoriã sententiam reportes, benedictionemque æternam nanciscaris.

VEL SIC.

Eleemosyna à Dei nunquam memoria excidit.

67 *In memoriam in conspectu*, hoc est, in indefectibilem memoriam, & recordationem.

CAP. 10. *NVM.* 9.

Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Et cũ esuriret, voluit gustare.

Anima prius, quam corpus, reficienda.

68 PEtrus ante corporis alimoniam animi refectionem assumebat: & oraturus ad superiora non solum mente, sed etiam corpore ascendebat.

Apostolici viri exiguo cibo humanæ indigentiæ satisfaciunt.

69 Et circa corporalem Petri alimentationem notandum est, numquam cepisse cibum, antequã esuriret, & esuriei solum cibi libatione, leuique gustatione satisfeciss̃e.

CAP. 10. *A NVM.* 11.

Et vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initijs submitti de cælo in terram. In quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli.

Qui veram Fidẽ non amplectitur non homo, sed brutum est.

70 NOndũ credentes per bruta animalia significantur, & repræsentantur, solum enim rationalis dici debet, qui veram amplectitur religionẽ, & fidem.

CAP. 10. *NVM.* 16.

Hoc autem factum est perter: & statim receptum est vas in cælum.

Vere Fidei amplexatio humanæ naturæ eximia perfectio est

71 VAS tantum *in cælum receptum* dicitur, bruta vero recepta non exprimitur forte enim ob Trinitatis credentiam in illo triplici motu significatam, omnem brutalitatem exuerant.

Gentium conuersio magna Dei cura est, & semper fuit.

72 Vel forte per illam triplicem actionem denotati fuerunt illi tres viri á Deo ad Petrum per manum Cornelij missi, vt patet infra num. 19. & 20.

CAP. 10. *A NVM.* 25.

Et factum est cum introisset Petrus, obuiam venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit. Petrus vero eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.

Prælati cum á subditis adorantur, se humiliẽt, & ad Deum honorem referant.

73 HOC in exemplum fecit Petrus omnium principum, & prælatorum cum ab eorum subditis adorantur.

CAP. 10. *A NVM.* 44.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est.

Vide supra n. 72

74 IN filios circumcisionis aduenit Spiritus Sanctus, vt patet supra cap. 2. in Gentiles vero *cecidit*, qui motus velocior est, & feruentioris propensionis significatiuus.

Et

Quæ Petrus, & eius successores è cathedra proferunt, Spiritus Sanctus visibiliter confirmat. Vide sup. n. 75.

75 Et notandum verba Petri semper Spiritum Sanctum confirmatorem adipisci.

VEL SIC.

76 Uerba Petri, & successorum eius, è cathedra vniuersali emissa, sine Spiritu Sancto, vel visibiliter apparente, vel inuisibiliter dictante non proferuntur.

CAP. 11. A NVM 28.

Et surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum famem magnam futuram in vniuerso Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem prout quis habebat proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus, &c.

Qui sibi vult nunquam deficere, proximorum indigentijs solicite studeat succurrere.

77 PER spiritum prophetiæ, vel naturalis prognosticationis, vel supernaturalis reuelationis. Sed cum fames futura esset vniuersalis, cur non sibi vnusquisque prospicit, sed omnes de aliorum subsidio, & præmunitione curant? Hoc Christianæ ingenium charitatis est: vt sibi numquam deficiat, aliorum succurrē tiæ incumbere, & indigentiæ succurrere.

VEL SIC.

Ecclesiæ Capiti omnia membra subsidiariè inserviant.

78 Cum illa Ecclesia, nempe Ierosolymitana foret tunc vniuersalis Ecclesiæ caput, rationi consonum erat omnia membra in ipsam refluere, & subsidiariâ contributione recognoscere, ac deseruire.

CAP. 12. NVM. 5.

Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Persecutionibus Ecclesia non periclitatur, sed conseruatur, vel augetur.

79 PEtrus in carcere non periclitabatur, sed potius *seruabatur*. Corpori Ecclesiæ idem, quod Capiti ipsius in quauis persecutione accidit.

Oratio Ecclesiæ in ipso periculo absque periculo esse facit.

80 Quomodo autem Petrus in carcere periclitari poterat, cum oratio ad Deum pro eo ab Ecclesiâ, sine intermissione fieret?

CAP. 12. NUM. 7.

Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoque latere Petri excitauit eum dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.

Fere numquam prælatus absque aliqua culpæ specie somnum capit.

81 CVR non lateris agitatione, sed percussione Petrum Angelus excitauit? An in iustam dormitionis pœnam? Nunquam enim prælatus iuxta doctrinam Euangelicam absque aliquâ culpę specie somnum etiã naturalem capit. Vide qualiter, præter cõsilia precedentia, Christus in horto cum discipulis se gessit.

Prælato vigili nil sui muneris adimpletionem impedit.

82 Sed cur solummodo Petrum Angelus excitauit, non veró catenas abstulit? An quia excitato, & vigili prælato, nil potens est ipsum alligare, & impedire, quominus suum munus perfecte ad impleat?

VEL SIC.

Prima Ecclesiæ potestas nulli creaturæ, sed Deo soli immediata, & subiecta.

83 Cadant vltro catenæ non ab Angelo dissoluantur, nõ enim decens est, Petrum Ecclesiæ caput ab alio, etiam si Angelus sit, absolui, & á catenarum, seu difficultatũ nodis expediri.

VEL SIC.

Ecclesiæ clauibus nil insolubile, nil clausum.

84 Catenæ per se ipsas Petro cadunt: portę vltro aperiuntur, infra num. 10. in signum potestatis principi Apostolorum á Christo traditæ Matth. cap. 16. n. 18. quâ clauibus, & potestati Ecclesiæ nil clausum est, nil insolubile.

CAP. 12. NVM. 8.

Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.

Cur

Verba Christi D. etiã quoadmodum, mysteriosa sunt, & obseruanda.

85 CVR non ait Angelus ad Petrum: *Præcinge te*, per vocem actiuam, sicut in sequentibus clausulis loquitur, sed per vocem passiuam, scilicet: *Præcingere?* An vt conformetur modo loquendi Christi Domini, qui Ioannis cap. 21. num. 18. eidem Petro dixit: *Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget?*

Sacerdos, nisi castitatis cingulo præmunitus, nil efficiat.

86 SED cur saltem non ait Angelus: *Cingere*, & calcea te, &c; sed: *Præcingere*, id est ante omnia alia cingulo circumdare, cum hoc non primo, sed vltimo post calceationem, & vestimenti adaptationem deberet applicari? Certe ad denotandum non debere virum Ecclesiasticum, & religiosum ad aliquem, vel leuem motum, tam circa, quam extra se progedi, quin cingulo castitatis præparatus sit, & præmunitus.

Sacerdotalia indumenta vel ipse Angeli reuerentur.

87 Cur autem, cum illa actio oporteret executioni velociter mandari, Angelus Petrum senem, & somnolentum non adiuuit; ad hoc vt citius induceretur? An quia illa erant indumenta sacerdotalia, & pontificalia, quæ non audebat Angelus ob reuerentiam attingere?

CAP. 12. NVM. 18.

Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.

Hæretici milites super visibili vniuersalis Ecclesiæ capite perturbati omnia perturbare mientant.

88 EAdem perturbatio in termilites hæreticos adhuc perseuerat circa hoc vnum ex præcipuis nostræ religionis articulis, veri scilicet, & visibilis Ecclesiæ vniuersalis capitis, & Pastoris.

CAP. 12. A NVM. 21.

Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei vox, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus expirauit.

Adulatio lethalis adulatio.

89 NOtare oportet quantum Herodi malum verba excessiue adulatoria adduxerint.

Loquente Petro, omnes, cuiuscũque dignitatis sint, auscultent.

90 Et notandum, euidentem illam grauissimi supplicij Herodis demonstrationem in illâ occasione fecisse Deum, ne verba profana Herodis cum sacris Petri verbis vere Diuinis, & Apostolicis commiscerentur, & confunderentur: Cum enim Petrus loquitur omnes audire, auscultare, & tacere debent, etsi regiâ maiestate, & dignitate polleant.

CAP. 13. A NUM. 2.

Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, &c.

Absente Christo ieiunium, & oratio Ecclesiæ spõsæ solamen.

91 EN Scriba, & Pharisæe Sponsi filios, absente iam Sponso, frequenter ieiunantes: & cum ieiunio non murmurationem otiosam, sicut vos, sed opus, & laborem, nec non, & orationem coniungentes: Vide Lucæ cap. 5. á num. 30. ad 35.

CAP. 13. NVM. 36.

Dauid enim in sua generatione, cum administrasset voluntati Dei, dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.

Dauid mortuus memoriæ viuit, quoniam mortificatus vixit.

92 DAuid physice, & moraliter *corruptionem vidit*: physicè, veré, & realiter moriendo: moraliter, sæpe sæpius mortalitatem suam, & humanam fragilitatem, ac miseriam considerando.

CAP.

CAP. 14. A NVM. 13.

Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas, & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, &c.

Ex Religionis zelo in extraneas actiones erumpere, laudabile.

93 HÆC Apostolicarum conscissio vestium nō ab aliquo inordinato motu processit, sed à vero religionis zelo, vt se esse homines corruptibiles persuaderent, & vestium exemplo confirmarent.

CAP. 15. NVM. 1.

Et quidam descendentes de Iudæa docebant fratres: Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi non potestis saluari.

Circumcisio non tam Mosayca, quam Abrahamica.

94 CIrcumcisio *mos* dicitur, quia etsi in lege expresse, & formaliter contineretur, non erat speciale illius præceptum, sed ex hereditario Abrahami iure in legem Moysi introducta fuit.

CAP. 16. NVM. 4.

Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Ierosolymis.

Ecclesia vniuersalis eodem semper stilo, & tenore gubernata.

95 SEmper omnis Ecclesia ab illo loco, in quo caput cum suis consiliatoribus residebat, gubernata fuit, sub eodemque regimine perseuerat, in finem sæculi permansura.

CAP. 16. NVM. 12.

Eramus autem in hac Vrbe diebus aliquot, conferentes.

Nimia disputatio non exigua consumptio.

96 COnferentes: Græcus apud Marianam in notis hic, legit: *Consumentes*: nimia enim, & excessiua disputatrix cōferentia consumptio est.

CAP. 16. A NVM. 16.

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum, & nos, clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.

Diabolus, cum extreme vult nocere, applausu vtitur.

97 NON potuit diabolicus satan alio efficaciori medio doctrinam catholicā impugnare, vel fortiori telo Christianam religionem impetere, vt patet infra á num. 19.

CAP. 16. NVM. 18.

Dolens autem Paulus, & conuersus spiritui, dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.

Impurum dæmonis os Christianas veritates inficit, non qualificat.

98 NON permisit Apostolus Christi Domini exemplum secutus Christianas veritates impuro dęmonis ore pronuntiari.

VEL SIC.

Dæmonis laus semper nociua.

99 LAus ab irreconciliabili Christianæ religionis hoste prouenien, non solum suspecta, sed euidenter nociua est, ac proinde illam semper prohibere, & vitare, oportet.

Et exiit eadem horâ.

Possessor, etsi iniustus, pedetēntim, non præcipitāter à re possessa expellendus.

100 CVR non in eodem instanti, cum dæmō in suis motibus velocissimus, & instantaneus sit? Cum dæmon illius corporis aliqualem, etsi iniustam haberet possessionem, non statim ab eo contraria, ac superiore repellitur potestate, sed ei sufficiens tempus conceditur, vt siquid pro iure suo tuendo allegare valeat, in medium producat.

CAP. 16. NVM. 25.

Media autem nocte, Paulus, & Silas orantes, laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant.

Matutinæ preces ab ipso Ecclesiæ exordio ab Apostolis decantatæ.

101 EN nocturnas preces, quas matutinas vocamus à tempore Apostolorum in Ecclesiâ receptas, & ab ipsis Apostolis decantatas.

CAP.

CAP. 16. A NVM. 37.

Paulus autem dixit eis : Cæsos non publice, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem , & nunc occulte nos eiciunt? Non ita, sed veniant, & ipsi nos eiciant.

Christi assecla, vt Fideles, pati voluerunt, non vt criminosi.

102 NOluerunt Paulus, & Silas exire de carcere, furtiue , & clandestine tanquam fugitiui; sed palam publice, & vere innocentes iuridice declarati.

CAP. 16. NVM. 38.

Nuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito quod Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, &c.

Seruilis Romanorum timor filialis Dei timoris præcursor.

103 PRius seruilem Romanorum timorem Deus per mundum vniuersum sparsit, ac præmisit, vt postea filialem timorem cum vera Dei , & proximi charitate coniunctum è Romanâ Petri cathedra profluente introduceret.

CAP. 17. NVM. 11.

Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate.

Sanguinis claritas ad veram fidem amplectẽdam propẽsior.

104 SAnguinis claritas, & generis nobilitas dispositior, promptiorque est ad verã religionem amplectendam : quod notandum pro actibus distinctiuis, quos positiuos vocant, qui inter Catholicos, præsertim Hispanos vigent.

CAP. 17. NVM. 23.

Præteriens enim , & videns simulachra vestra , inueni , & aram in qua scriptum erat: Ignoto Deo.

Gentilici ritus non curiose, & attente; sed casualiter, & perfunctorie conspiciendi.

105 PRæteriens , & videns, ideſt, obiter casualiter transiens, & perfunctorie aspiciens non ex consilio , & curiose ad videndum pergens.

VEL SIC.

106 Qui ex bonâ voluntatẽ, & intentione procedit, vel ex ipsa idololatriâ argumentũ efficax ad veritatem Christianam confirmãdam desumere valebit.

Vel ex ipso ritu gentilico argumentum efficax pro Fidei veritate persuadenda potest desumi

CAP. 18. A NVM. 15.

Si vero quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Iudex ergo horum nolo esse. Et minauit eos à tribunali.

Homines genialiter litigiosi, & cauiloſi à tribunalibus eliminandi.

107 HOmines rigidos, proteruos, & cauilosos quandoque minis, & increpationibus á tribunalibus abjcere oportet, & abigere.

Ad sæculares iudices spirituales causæ non spectant.

108 Sed aduertendum, quod judex iste sæcularis modestius, imo, & legalius deberet, dicere se spiritualium causarum *non posse esse iudicem*, quam *se nolle.*

CAP. 19. A NVM. 2.

Dixitque ad eos : Si Spiritum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum : Sed neque si Spiritus Sanctus est, audiuimus. Ille vero ait : In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt in Ioannis baptismate.

Fidei candidati quandoque Fidelium appellatione veniunt honorandi.

109 CRedentes ideſt, volẽtes credere , & in Cathecumenorum catalogo cõscribi, quomodo enim veram fidem habere poterant, qui de Spiritu Sancto nullam notitiam habebant, nec in ipsius nomine, hoc est , Christi baptismate baptizati erant?

CAP. 19. NVM. 9.

Cum autem quidam indurarentur, & non crederent maledicentes viam Domini coram multitudine.

Perfidi supernaturales veritates non repellunt solum, sed maledicunt.

110 INimicis veræ fidei nõ satis egisse videtur , si illam non admiserint, nisi etiam opprobrijs, ac maledictis impetãt, & impugnent.

Dis-

Discedens ab eis segregauit discipulos.

A duris corde, & obstinatis, Dei docibiles segregandi.

111 MAle ac proterue induratos non curauit Apostolus emollire; sed ab illis veros, ac docibiles Dei segregare, ac ab eorum communicatione abstrahere.

Quotidie disputans in Schola tyranni cuiusdam.

Tyranni non minus scientiæ, quam prouinciæ expositæ.

112 TYrannis non solũ exerceri solet in iniustâ prouinciarum, & regnorum adquisitione, iniquoque eorundem regimine; sed in scientiarum etiam professione: propterea non inepte quidam dixit, non minus fuisse Aristotelem litterarum orbis tyrannum, quam terrarum Orbis ipsius discipulum Alexandrum.

CAP. 19. NVM. 17.

Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis, atque Gentibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos.

Timor super quos cadit, solet opprimere.

113 TImor cecidisse dicitur ad denotandum illos timore oppressos fuisse.

CAP. 20. A NVM. 22.

Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi ignorans: nisi quod Spiritus Sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens. quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent.

Carceris, & vinculorum tribulatio non generice, sed specifice exprimenda.

114 NOnne vincula, & carcerem pati, ac sustinere tribulatio est, & non modica? Cur ergo sub hac voce: *Tribulationes*, carcer, & vincula non cõprehenduntur? Imo adeo magna tribulatio est, in putulento, ac tenebricoso carcere detineri, quod non debuit sub nomine illo generico, scilicet: *Tribulationes* inuolui, & quasi confundi, sed separate, ac seorsim significari.

CAP. 20. A NVM. 26.

Quapropter contestor vos hodiernâ die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.

Qui à fidelibus credenda subtrahit, Fideles necat.

115 ERgo qui subterfugit annuntiare verba, & consilia Dei fidelibus ad credendum, & operandum dispositis eorumdem sanguinis reus est.

CAP. 20. A NVM. 33.

Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erãt, & his, qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ.

Dei Ministri non solum ab externa, sed ab interna etiam sint auaritia liberi.

116 NON solum aurum, argentum, vestesque fidelium Paulus non exegit, sed talis exactio nunquam in mentem, ac desiderium eius venit.

Apostolica authoritas veritatis naturalis occultæ sufficiens probatio est.

117 Sed cum concupiscentia actus internus, ac propterea improbabilis sit, quomodo Paulus illum in satisfactoriam sui recte adimpleti muneris allegationẽ producit? Quia Apostolica authoritas veritatis assertæ sufficientissima probatio, & confirmatio est.

In periculis discipulorum verbæ Christi D. resplenduerunt.

118 Nec propterea Apostolus à Christianâ moderatione, & humilitate deficit: non enim solũ subditos, & ministros, suos, socios vocat, dicens: *Et his, qui mecum sunt*, vocem supetioritatis significatiuam fugiens, sed etiam seruitutis terminũ sibi ipsi appropriat, dicens: *Ministrauerunt manus istæ*, Magistri exemplum secutus, qui Lucæ cap. 22. num. 27. dixit: *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.*

CAP. 22. NVM. 1.

Viri, fratres, & Patres audite quam ad vos nunc reddo rationem.

119 VIde quæ supra ad cap. 7. num. 1. animaduersa sunt, oportebat etiam in illa occasione ob iustas causas populum præ senioribus captare,

Vide sup. n. 51

&

& in animos multitudinis insinuari.

CAP. 24. NUM. 1.

Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum.

Actiones indignæ dignitatum possessores dedecorant.

120 HÆC principis sacerdotum aduersus Apostolum ad præsidem additio descensus dicitur, quoniam fuit actio indignissima, & tanti muneris ambitioso repræsentatori indecentissima.

CAP. 24. NUM. 5.

Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso Orbe.

Iniqui quem dedecorare intendunt condecorat.

121 EN quo intendebat iniquus ille conductitius, & stipendiarius declamator Paulum accusare, & infamare; sed ex hoc ipso illum præclarissimo Apostoli vniuersalis cognomento decorabat.

CAP. 24. NUM. 27.

Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

Iniquis præpositis omnium actionum suarum cynosura, anathema est.

122 HIC Verbum: *Præstare*, significationem habet lucrativam per illud enim insinuatur, præfati Romani intentionem fuisse aliquod non leue munus á Iudæis pro illa gratiâ repetere, quoniam á Paulo paupere nil acceperat, nec accipere sperabat.



EPIS-

EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAP. I. NVM. XXVI.

Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiæ. Nam feminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam.

BIBLIOTECA DEL INSTITUTO DE CIENCIAS ESTADO DE AGUASCALIENTES

AD CAP. I. NUM. 26.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Romanos.

Idololatria ad Sodomiam vltima dispositio.

1 

IDOLOLATRIA est, quasi vltima dispositio ad sodomiam, ac alia innumera flagitia, & scelera perpetranda. Hic vero contra naturalis vsus, etiam in feminis Romæ degentibus, ex spurcidis Martialis epigrammatibus, potius liturâ, quam lecturâ dignis, satis liquet.

CAP. 5. NUM 7.

Vix enim pro iusto quis moritur: nã pro bono forsitã quis audeat mori.

Plus faciunt homines propter illum quẽ amant, quam propter illum, quem tenerentur.

2 QVænam differentia inter bonum, & iustum est, vt facilius sit pro bono, quam pro iusto vitam expendere? Iustus hic videtur esse, qui rectissimum, & æqualissimum iustitiæ æquilibrium, illiusque germanas seueritatem, & austeritatem in omnibus negotijs profitetur, epicheiæ benignitatem, & comitatem ignorans, quod non solet animos illorum apud quos degit, conciliare, demulcere, & attrahere: secus vero qui bonitatem præsefert, &

amabilitatem ambit, omnibus placere studens, ac fauere procurans, quo omnium animos demeretur, & ad se rapit: propterea de sic se gerente commune prouerbiũ est: quod omnes pro illo moriuntur, & vitam prodigunt.

CAP. 5. *NVM.* 19.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiã, iusti constituentur multi.

Vt Deiparæ immunitas intraret in Mundum, ostium magnum Apostolus pandit

3 HIC de Originali peccato agens Apostolus vocem: *Multi*, pro *omnibus* v surpat, vt amplissimum ostium pateret ad vnicam Immaculatæ Uirginis Matris exceptionem. Vel sic.

Deiparæ gratia omnium aliarũ gratias creaturarum infinite excedit.

4 Primũ: *Multi*, pro *omnibus*, excepta Immaculata Matre Virgine Mariâ: Secundum: *Multi*, pro *eadem*, quæ ex gratiæ superabundantiâ multis, imo omnibus non solum æquiualet; sed infinito in genere moris excessu superat: Uide in sacro textu num. 20. immediate sequentem.

CAP. 7. *NVM.* 12.

Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonũ.

Lex Mosayca pro præceptorum varietate diuersa nomina sortitur.

5 LEX dicitur *sancta*, propter cęremonialia, & reliqua ad Dei cultum pertinentia: *Iusta*, propter sanctiones, & præcepta iudicialia: *Bona*, propter consilia, & præcepta moralia.

CAP. 8. *NVM.* 5.

Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt, sapiunt; qui vero secundum spiritum sunt; quæ sunt spiritus, sentiunt.

Carnalis homo omnia corporizat; spiritualis vero omnia spiritualizat.

6 SApere, est vox intellectualis pertinens ad spiritum: *Sentire*, est vox corporalis ad sensum pertinens: quomodo ergo Apostolus terminos immutat, dans carni sapientiam, & spiritui sensum attribuens? Per hanc vocum transmutationem enuntiare Apostolus videtur, quod carnalis homo omnia ad carnem trahit, etiam spiritum: Homo vero spiritualis omnia spiritui, etiam carnem subjcit. Vel dic breuius: quod Homo carnalis omnia corporizat: Homo spiritualis omnia spiritualizat.

CAP. 8. *NVM.* 9.

Uos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Qui credunt, & bene operari cõtemnunt, spirituales sunt, ac si non essent.

7 HÆC propter malos Christianos dicta videntur, qui vere credunt, sed bene operari contemnunt, & passim in peccata relabuntur, qui etsi spirituales propter non amissam Fidem dicantur, Spiritus tamen Christi non habitat in ipsis.

CAP. 9. *NVM* 1.

Veritatem dico in Christo, non mentior.

Qui veritatem, cui dissentit, enũtiat, mendax est.

8 NON sunt propositiones identicæ, sed formales, & diuersæ: potest enim aliquis mentiri, dicendo veritatem, si veritati, quam dicit, non assentiatur: ideo subdit Apostolus: *Testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto.*

CAP. 11. *NVM.* 10.

Et dorsum eorum semper incurua.

Mosaycæ legis pondus Hebræi Christi sanguine aggrauauerunt.

9 MOsaycæ legis ponderosis oneribus: vel pondere sanguinis Iesu Christi, ex quo dixerunt: *Sanguis eius super nos, &c.* Matthæi cap. 27. num. 25.

CAP. 13. *NVM.* 1.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo.

Superiori legitimo externe, interneque obediendum.

10 OMnis anima, idest, *non solum corpus:* hîc obedientiam præcipit Apostolus legitimis superioribus exhiberi, nõ materialem tantum, & corporeã, seu externam; sed spiritualem, formalem, & internam.

CAP.

CAP. 13. NUM. 5.

Id o necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Bonus subditus non tam seruiliter Superiori obediat, quam filialiter.

11 PRopter iram legitimi Domini, iudicis, vel cuiuscumque alterius in vos potestatem exercentis.

CAP. 15. NUM. 14.

Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam, & ipsi plenissitis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.

Fraterna correptio non res facilis, sed ardua, ac perdifficilis.

12 ADmonitio proximi, seu fraterna correctio, vt sit qualis esse debet secundum Apostolum, prærequirit in corripiente dilectionis plenitudinem, & omnis scientiæ repletionē; hoc est, qui alium corripere aggreditur debet simul esse Seraphin, & Cherubin.

CAP. 15. NUM. 19.

Ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euāgelium Christi.

13 NON ait: *Repleuerim Euangelio*: sed: *Repleuerim Euangelium*: ipsa enim credentium multitudo Euangelium replet, alioqui vacuum, seu inane remansurum.

Multitudo bonorum Fidelium est Euangelij complementum.

CAP. 16. NUM. 17.

Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt.

De malis, & peruersis cum minimo famæ detrimento loquendū

14 POstquam de bonis ac virtuosis credentibus ab initio huius capitis vsque huc nominatim mentionem fecerat; nunc de malis, & pestilentibus generice, & confusè loquitur, vt & bonis cautelam præbeat, & malis, quam minimum possit, officiat.

Et declinate ab illis.

A prauis caute, & prudenter abscedendum.

15 NON statim ex abrupto, & cum scandalo; sed sensim, & cum prudenti cautelâ recedite: præmissâ primum dil gnti eorum modi procedendi obseruatione, & inspectione.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS I.

CAP. I. NUM. X.

Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi: vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.

AD CAP. I. NUM 10. EPISTOLÆ B. PAULI Apostoli ad Corinth. I.

In Ecclesia Romana dissensionis, nec nomen audiendum.

1 QVR NOMEN Græcum: *Schismata*, sacer interpres retinuit, nec latinitate donauit? Forte quia pie præsumpsit in Ecclesiâ latina nunquam futuras diuisiones, & dissensiones: vel certe per hoc, pium suū manifestare, vel saltē indicare voluit desideriū.

CAP. 1. NUM. 17.

Non enim misit me Christus baptizare sed euangelizare.

In facilioribus Ecclesiæ muneribus docti viri cum doctrinæ præiudicio non occupandi.

2 QUia baptismus actio facilis est, & â quocūque administrabilis: catechismus vero res difficilis magna Dei sapientiâ, & labore humano indigens.

Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.

Concionatores nimium rethorici aures demulcent, sed corda non accendunt.

3 NON *in sapientia Verbi* rethorici, vel grammaticalis; sed Verbi substantialis, quod est ipse Christus: Hinc infertur, Euangelicos concionatores, verborum cultæ, & troporum

intermixtioni nimium incumbentes, audientium aures rethorico quidem lenocinio demulcere, sed Verbo substantiali, idest, Christo eu chatas in domum remittere: vide caput secundum sequẽtem per totum in sacro textu.

CAP. 3. NVM. 6.

Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Ministri Ecclesiæ semen Euangelicum spargunt & fouent, Deus autem fœcunditatem confert.

4 EGO *plantaui* prædicans, *Apollo rigauit* baptizans; sed Deus vetus iustitiæ, & pietatis sol crescere, & in plenam, abundantem, & perfectam messẽ adolescere, & germinare, & maturari fecit.

CAP 4. NUM. 3.

Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.

Temporis decursus optimus veritatis iudex.

5 AUT *ab humano die*, idest, vel à temporis decursu, quod omnia propalat; vel ab alijs argumentis, quibus homines frequenter vtuntur ad veritates inuestigandas, & eruendas.

CAP. 5. A NUM. 4.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis.

In Ecclesiâ vtriusque gladij potestas nunquã defuit.

6 HIC Christi nomine inuocato capitalis sententia in illum delinquentem profertur ab spiritu, seu spirituali Pauli potestate per os congregationis, seu Ecclesiæ pronuntiata: vt aduertant hetherodoxorum regum ministri assistatores in Ecclesiâ vtriusque gladij potestatem semper fuisse, & permanere.

CAP 6. NUM 4.

Sæcularia igitur iudicia, si habueritis: contemptibiles, qui sunt in Ecclesiâ, illos constituite ad iudicandum.

7 DEI politica deprimit officium iudicũ, quod hominum politica summopere extollit: Vidæ quæ ad Exod. cap. 18. num. 17 & 18. aduersa sunt.

In munerum appretiatione politica Diuina, & humana non nũquam dissident.

CAP. 6. NVM. 18.

Fugite fornicationem.

Aliæ passiones humanæ resistẽdo, luxuria fugiẽdo vincitur.

8 NIsi enim fugeritis, superabimini: nam cetera vitia, fortiter resistendo: hoc solum fugiendo vincitur.

CAP. 9. NVM. 9.

Numquid de bobus cura est Deo?

Deus omnibus creaturis propersonarũ qualitate, ac dignitate prouidet.

9 CUra, scilicet primaria: Non enim Diuinam de brutis, & reliquis, etiam minimis, creaturis curam, & prouidentiam Apostolus negat; sed respectu principalioris obiecti in gradu inferiori collocat.

CAP. 11. NVM. 23.

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis.

Fidei dogmatibus propter authoritatem solũ Diuinam assentiendum.

10 QVod ab Euangelistis, alijque Apostolis accepit á Domino immediate se accepisse dicit, quia est dogma fidei, cui non propter humanã, sed propter Diuinam authoritatem assentiendum est.

CAP. 13. NUM 8.

Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.

Puerascens Ecclesia lacte nutrita, adolescẽs, & adulta solidiore cibo alita.

11 HIC Apostolus innuere videtur, aliquando cessaturum linguarum donum, & alia non necessaria in Ecclesiâ, iam adulta, quæ in eadem recens nata, & puerascenti, tanquam lac, necessaria fuerunt.

CAP. 14. A NVM 8.

Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis; quomodo scietur id quod dicitur?

Ta-

CAP. 14. NUM. 29.

Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent.

Concionatores nimium garruli, & præsumptuosi repellendi.

12 TAxantur concionatores garruli, qui non doctrinam, & populi conuersionem, sed elocutionem, & tenebricosam verborum culturam curant, & cum sapientibus, & insipientibus debitores sint, sapientibus solum satisfacere studeant.

13 COncionatores moderni, ne nimium anxij sint, & doleant, se criticis ignorantium iaculis subiacere: ab initio enim Ecclesiæ auditoribus solemne fuit tam concionatores, quam conciones ipsas diiudicare.

Circa concionatores, & conciones critiquizare audientium innata proprietas.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS II.

CAP. II. NUM. XVII.

Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes Verbum Dei.

AD CAP. 2. NVM. 17.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Corinth. 2.

Veri sensus Sacrarum Scripturarum non pauci corruptores.

1 ADVLTERANTES *Verbum Dei* videntur esse, qui non dant Sacris Scripturis legitimam intelligentiam, sed scortatorie in reprobas, & voluptuosas interpretationes detorquent: & valde dolendum est, non solum multos, sed plurimos esse, qui ex Apostoli sententiâ, detestabile hoc adulterium committunt.

Sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

Concionator Euangelicus se coram Deo loqui nunquam obliuiscatur.

2 HÆC verba debet semper Euangelicus Ecclesiastes præ oculis, & corde habere, & conseruare.

CAP. 9. NVM. 10.

Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.

Eleemosyna semen spiritualiter, & temporaliter fœcundissimum.

3 ELeemosynæ sunt semina fœcundissimæ terræ commendata, quæ in magnas erumpunt segetes spiritualium bonorum, & etiam temporalium.

CAP. 11. NVM 8.

Alias Ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

Redditus Ecclesiæ circumspectione maxima expendendi.

4 MOderatum, iustum, ac debitum stipendium ab aliis Ecclesijs acceptum, & in alterius Ecclesiæ beneficium, & vtilitatem expensum vocat Apostolus expoliationem, vt aduertant Episcopi, qualiter hoc iustitiæ genus inter Ecclesias suarum diœcesum administrare debeant

VEL SIC.

Vide supra n. 4.

5 Exiguum stipendium à varijs Ecclesijs acceptum, ad tanti, tamque necessarij ministri vsum, & sustentationem, expoliationem vocat Apostolus; quo nomine cõpellandi erunt largi, & pinguissimi census, qui á non diuitibus, & sæpe tenuioribus Ecclesijs assumuntur, & in beneficium, profectum, vtilitatemque earum non insumuntur?

CAP. 11. NVM. 15.

Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ.

Inferiorum ministrorum intolerabilis metamorphosis.

6 MInistri iustitiæ, infimi præsertim gradus, intolerabili methamorphosi se trãsfigurare solent in supremos illos magistratus, â quibus exilis, ac debilis illorũ dimanat iurisdictio.

CAP. 11. NUM. 23.

Ministri Christi sunt (vt minus sapiens dico) plus ego : in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, vt plagis supra modum, in mortibus frequenter.

Paulus á sui cõuersione vsque ad mortem perpetuus non solum Apostolus, sed etiam martyr. Vide supra n. 7.

7 QVod plures alios Ecclesiæ ministros non solum crudeliter torquere sufficeret, sed etiam perimere, Paulus solus perpessus fuit.

8 Sed quomodo pluribus, & frequentibus potuit *mortibus* subiacere? Plurimas quidem mortes tam animi, quam corporis ante colli dissecationem subijt Apostolus: animi certe innumeras, & inenarrabiles mortificationes deuorando: Corporis vero, quia ex ingenio amori quotidie moriebatur, & resurgebat, vt pro dilectissimâ Ecclesiâ, & fidelium salute vlterius mori posset: Vide supra Epistolam ad Corinthios. 1. cap. 15. num. 30. & 31.

CAP. 12. NVM. 6.

Nam etsi voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam.

Nemo verius insipiens appellari potest, quam peccator.

9 NON ero *insipiens*; ideſt: peccaminosè mẽdax, hoc enim nomine peccatum, secundum Sacræ Scripturæ phrasim significari solet.

CAP. 12. NVM. 7.

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.

10 QVare *stimulus carnis* non pungit Paulũ, sed colaphizat? Quia in primâ iaculatione adeó fortem in Paulo resistentiam expertus fuit, vt spiculum retunderetur, & obtusum maneret, ac propterea deinceps nõ potuerit Paulum punctim ferire, sed complanatâ retusione ad carnem Apostolicam applicari.

Qui vitiosæ passioni fortissime resistit, ipsius spiculum hebetat, & retundit.

CAP. 12. NVM. 21.

Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos.

Subditorum peccata superiores deturpant.

11 SUbditorum peccata, & commissa sunt quædã superiorum depressiones, & humiliationes.

Et lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, &c.

Boni Præsules subditorum peccata deflent; mali rident.

12 IN bono prælato idem est subditum fontem punire, ac in largos fletuũ imbres effluere: in malo vero, & iniquo præsule, idem punire, ac ridere est.

EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

CAP. III. NUM. I.

O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati.

AD CAP. 3. NVM. 1.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Galatas.

Veritates naturales assensum, supernaturales obedientiam exigunt.

1 VERITATIBVS naturalibus, seu physicis, seu moralibus assentiri oportet; at vero supernaturalibus fidei catholicæ veritatibus *obedire* necessum est.

CAP. 3. NUM. 3.

Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?

Spirituales desidiosi in carnem declinare solent.

2 HOC diligenter aduertant perfectionis metam intendentes, solet enim hoc talibus accidere, & negligentibus indubitanter accidet.

CAP. 4. NVM. 15.

Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si

si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.

Ad veritates Fidei carnales oculi nil deseruiunt.

3 OCulos eruissetis, & dedissetis mihi, credendo sacramentis vobis propositis, & à me explicatis, quæ ab oculis carneis non percipiuntur, in quo omnis beatitudo vestra consistit: ideo Christus Thomæ dixit: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Ioan. cap. 20. num. 29.

CAP. 4. NVM. 20.

Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis,

A Fide deficientes non paterne, & suauiter; sed dure, & iudiciaiter tractandi.

4 MVtare vocem patris instruentis, ac monentis in clamorem magistri corripientis, vel actoris accusantis, vel iudicis condemnantis.

CAP. 5. NVM. 18.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Gratiæ lex grauare nequit quoniam spiritualis est.

5 NON estis sub lege Mosaycâ grauante, & onerosa; sed in lege gratiæ, quæ non grauat, sed dirigit, & cuius iugum suaue est, & onus leue.

CAP. 6. NVM. 14.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Quæ Mundo gloria Sanctis Crux, quæ Mundo crux Sanctis gloria esse videntur.

6 PAulus, & mundus ad inuicem crucifixi sunt, quia quæ Paulo gloria, mundo crux esse videntur: & quæ mundo videntur, gloriam esse, Paulo crux, & quidem intolerabilis, est.

EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

CAP. II. NVM. IV.

Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, &c.

AD CAP. 2. NUM. 4. EPISTOLÆ B. PAULI Apostoli ad Ephesios.

Dei regulatissimæ perfectiones terminis regulatibus significari nequeunt.

1 QUOD IN DEO perfectum, & regulatum est, terminis aliquem excessum, & immoderationem exprimentibus ad nostram intelligentiam significari solet: ideo Dei charitatem, *nimiam* Apostolus compellat.

VEL SIC.

Nostrum demeritum Diuino Amori inducit excessum.

2 Nostrum demeritum facit, quod amor Dei erga homines *nimius* dici, & esse possit.

VEL SIC.

Ingratum hominem amare excessus Dei amantis est.

3 Si aliquid in Deo *nimium* excessiuum, & immoderatum est, maxime amor erga ingratissimũ genus humanum est.

CAP. 5. NVM. 9.

Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

Lucis, & tenebrarum contrarij fructus, & effectus.

4 FRuctus lucis sunt bonitas, iustitia, & veritas; tenebrarum vero malignitas, in iustitia, & falsitas; ideo qui male agit, odit lucem.

CAP. 5. NUM. 15.

Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

Tempus in peccatis impensum in potestate dæmonis captiuum detinetur.

5 TEmpus in peccatis, & pranis operibus impensum est in potestate dæmonis, quasi captiuum á quâ extrahi, & redimi oportet.

CAP. 5. NUM. 19.

Loquentes vobismet ipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus,

bus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino.

Vocalis oratio cordis spiritu animanda.

6 HIC præcipit, aut consulit Apostolus orationem vocalem alterno cantu pronuntiatam, non in corde mussitatam, sed ex corde ipsam animante, ac viuificante erumpentē: Uide quę ad Iob cap. 28. num. 7. & psal. 5. num. 3. notata sunt.

CAP. 6. A NVM. 2.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Honor parentū secundæ tabulæ primum præceptum.

7 QUod est mandatum primum, scilicet, ex septem in secunda tabulâ conscriptis. Uel primum, imo vnicum, in quo promisit Deus obseruatoribus illius in præsenti vitâ remunerationem.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAP. I. NUM. XUII.

Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes, pressuram se suscitare vinculis meis.

AD CAP. 1. NVM. 17.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Philippenses.

Inuidiæ oculo nil politi conequius.

1 QUID DETESTabilius, & politi conequius excogitare potuit æmulationis ingenium, quam periculo enuntiandi Christum se ipsos exponere, vt Paulum odiosiorem redderent, & grauioribus damnis, ac detrimentis obnoxium?

CAP. 3. NVM. 2.

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

Vanis quæstionibus tempus insumere, Fidei augmento nocuū.

2 CAuete â canibus latrare non valentibus, vel certius, nolentibus, quos malos operarios vocat, quia cum exiunctō munere debeant alios docere, propriâ fide contenti otiantur, aliorum fidem despicientes, & seipsos vanis, & inutilibus quæstionibus conscindentes.

CAP. 4. NVM. 12.

Scio, & humiliari, scio, & abundare (vbique. & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati.

Non pauci diuites esse nesciūt.

3 QUis abundare nesciet, si diuitię, vel sorte, vel industriâ adsint? Plurimi, imo fere omnes, pręter Paulum, & Apostolicos viros, qui ipsius doctrinam, & exempla sequuntur. Alij autem diuitijs affluentes abūdare nesciunt: cum enim contra Spiritus Sancti consilium cor simul cum diuitijs apponant, ex auaritiæ vitio diuitijs vti nesciūr, nec sibi, nec proximis prodesse. Et notandum tamquam quid valde difficile proponi: scire abundare: scientia enim, & abundantia fere incompatibiles sunt.

CAP. 4. A NVM. 15.

Nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam semel, & bis in vsum mihi misistis.

Regularis obseruantia vtensilia ad vsum, non ad proprietatem obtinet.

4 HInc exortus videtur modestus ille ac religiosus loquendi modus inter omnes fratres regulares vigens, qui omnia vtensilia *ad vsum* tantum se habere affirmant.

EPIS-

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

CAP. I. A NUM. V.

Propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos sicut, & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis.

AD CAP. I. A NUM. 5. EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Colossenses.

Semen Euangelium statim ac in terra bene dispposita recipitur, fructificat.

1 VERBA CVIUSuis naturalis scientiæ, & disciplinæ in subiecto illa suscipiente prius crescunt, quam fructificent; sed Euangelicæ verba veritatis in cordibus bene dispositis prius fructificant, quam crescunt, seu statim ac recipiuntur; in vberrimos supernaturalis sapientiæ fructus erumpunt: Vide infra num. 10.

CAP. 1. NUM. 10.

Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes.

Qui in via Dei bene ambulant, quantocius currunt.

2 QUI *per omnia* Deo placens ambulat, breui ad currendum aptus, & expeditus erit.

CAP. 1. NUM. 11.

In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia, & longanimitate cum gaudio.

Armamentarium Christianæ militiæ virtutes, & Præcipue Patientia, sunt.

3 PRæcipua Christianę potentia militiæ in longanimitate, & patientiâ, non quidem funestâ, & tristi, sed hilari, alacrique consistit.

CAP. 1. NUM. 22.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso.

Sacramentalis pœnitentia non solum maculas tollit, sed etiam irreprehensibilitatem inducit.

4 VEre pœnitentes Diuino conspectui apparent non solum immaculati, & puri, sed etiam irreprehensibiles.

CAP. 2. NVM. 7.

Abundantes in illo ingratiarum actione.

Qui pluries benefitium recipit, pluries gratitudinem rependat.

5 QVI in beneficiorum receptione abundat, æquum est, vt in gratiarum actione non egenus sit, sed dives, & abundans.

CAP. 2. NVM. 14.

Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci.

Nostrorum reatuum chirographum non solum Christi D. sanguine deletum, sed etiam cruci tamquã trophæũ appensum.

6 CHirographum contrarii nobis decreti Christus non solum sanguine suo abluens deleuit, sed etiam tamquam trophęum de inimicis nostris deiectis reportatum cruci affixit, & in cruce suspendit.

CAP. 3. A NUM. 4.

Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram; fornicationem immunditiam, libidinem, &c.

Indignissimum est luxuria fedari corpus, quod glorificari speret.

7 INdignum valde est, corpus, quod glorificari sperat, cœnosis his spurcitijs inquinari, & summergi.

CAP. 3. NVM. 14.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

Dulcissimum charitatis vinculum absque vllo dolore constringit.

8 CVR relatiuum, *quod* cum charitate, ad quã refertur, grammaticali consonantia

tia non adhæret, sed cum vinculo subsequenti; quæ non tam propria locutio est? An quia charitas vinculum quidem est, sed præ suauitate, & dulcedine non sentitur, nec tamquam vinculum reputatur?

Rupto charitatis vinculo omnis Christiana perfectio non solum dissoluitur, sed resoluitur.

9 Sed aduertendum, quod rupto hoc suauissimo charitatis vinculo, omnis Christiana perfectio non solum dissoluitur, sed resoluitur, & euanescit.

CAP. 4. NVM. 6.

Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.

10 SIT conditus *sale*, non pungentis, vel vrentis mordacitatis, nec mimicæ iocositatis, sed affectuosæ, & gratiosæ comitatis, & iucunditatis.

Christiana conuersatio sale modestiæ comitatis, non vrentis mordacitatis condiri debet.

EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAP. I. NVM. III.

Memores operis fidei vestræ.

AD CAP. 1. NVM. 3.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Thessalonicenses primæ.

Fides operatrix viua Fides.

1 FIDEI NON speculatricis tantum, sed etiam operatricis, quæ fides viua, non mortua est.

CAP. 2. NVM. 5.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis: neque in occasione auaritiæ Deus testis est.

Ministri Ecclesiæ non solum ab auaritia cauti, sed compurgati degant.

2 SE ab adulatione simpliciter: ab auaritiâ, etiam iuramento interposito, se incontaminatum Apostolus affimat; vt aduertant ministri Ecclesiæ præsertim superiores, quantum ab hoc vitio cauere debeant: Vide quæ ad lib. 1. Reg. cap. 12. num. 3. animaduersa sunt.

Auaritiæ occasio non minus quã luxuriæ fugienda est.

3 Et notandum Apostolum non solum ab actu, sed etiam ab occasione auaritiæ fugisse.

CAP. 2. NVM. 7.

Cum possimus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquã si nutrix foueat filios suos.

4 FACTI *sumus paruuli in medio vestrum*, hoc est, sustentati superfluis vestris, & quæ alioquin peritura forent, sicut lac feminę nutrientis, si paruulus lactens desit.

Ministri Ecclesiæ Laicorum superfluis debent esse contenti.

CAP. 2. NVM. 8.

Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Euãgelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

Charitas Euangelica animam pro dilectis exponit.

5 QUA maior charitas, nõ est iuxta illud Euangelicum: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ioan. cap. 15. num. 13.

CAP. 2. NVM. 9.

Memores enim estis, fratres, laboris nostri, & fatigationis: nocte, ac die operantes, &c.

Apostolicus labor Naturæ viribus superior, & Diuina solum virtute tolerabilis.

6 LABOR tam spiritualis, quam corporalis Apostoli naturæ etiam robustissimæ vires superabat: solumque miraculose speciali Dei gratiâ, & auxilio practicabilis fuit.

CAP. 5. NVM. 14.

Patientes estote ad omnes.

Nul-

Patientia virtus omnium transcendentalissima

7 NVllus enim est, cuiuscumque ille conditionis sit, qui proximorum patientiã non exerceat.

CAP. 5. NVM. 17.

In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu, in omnibus vobis.

Tum pro aduersis, quam prosperis gratiæ Deo reddendæ.

8 TAM pro aduersis, quã prosperis gratiæ Deo reddendæ sunt: tum quia in vtrisque ipsius voluntas impletur: tum quia vtraque in spiritualem nostram vtilitatem cedunt.

CAP. 5. NVM. 28.

Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Gratia Dei subscriptionum Pauli Apostoli character fuit.

9 HÆC est communis, & frequẽs Apostoli subscriptio: nec alia propriore, & cõgruentiore, significantiore ve signare poterat: nam gratia Dei erat, quod erat: testante ipso 1. Corinthior cap. 15. num. 10.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAP. I. NVM. IV.

Ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesijs Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei.

AD CAP. 1. NVM. 4.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Thessalonicenses secundæ.

Insignium virtutes virorũ in exemplum sibi Deus assumere dignatur.

1 PATIENTIA, FIdes, obedientia, aliæque insignium hominum virtutes, vel ipsi Deo exemplum esse possunt, & solent: vt in Abrahamo, alijsque conspiciendum datur: Vide Matth. cap. 12, num. 42. & Lucę cap. 11. num. 31.

CAP. 2. NVM. 3.

Ne quis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.

Antichristus tam Naturalis quam Moralis philosophiæ monstrum.

2 ANtichristus *homo peccati* dicitur, quia nihil in eo erit tam physicum, quam morale, quod peccatum nõ sit, monstruosus enim homo tam corpore, quam anima futurus est.

CAP. 3. A NVM. 1.

De cetero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis, & malis hominibus.

Enuntiatio bona cursu contẽta.

3 CUM Euangelica enuntiatio sermo bonus sit, cursu Apostolus contentus est, nec ad volatum audet desiderium suum erigere.

Importuni homines prauis pectoribus esse solent.

4 Et notandum, quod prius, potiusque ab importunis, quam á malis hominibus liberari desiderat Apostolus, & exorat.

EPIS-

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM PRIMA.

CAP. II. NUM. VIII.

Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione.

AD CAP. I. NVM. 8. EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Timotheum primæ.

Manus prauis operibus grauatæ difficile ad Deum leuantur.

1 NAM ENIM MANVS grauatas, & onustas habent, quomodo eas leuare poterunt? Et notandum, iram, disceptationemque prauas affectiones producere, quæ non solum corda, & mentes maculant; sed etiam manus ad bona opera exequenda grauant, & impediunt.

CAP. 2. A NVM. 11.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virtute; sed esse in silentio.

Mulieres ab externa in Ecclesia potestate iure diuino exclusæ.

2 HIC omnis potestas, seu iurisdictio externa in Ecclesiâ femineo sexui videtur denegata, & solum domestica, seu œconomica permissa: Vide quæ ad Ioannis cap. 4. num. 42. notata sunt.

CAP. 2. NVM. 14.

Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

Grauius peccat, qui aduertentius peccat.

3 ADam non est seductus: ergo non peccauit? Imo grauius, & enormius: quia in illo certâ scientia, & plena aduertentia fuit circa legem à Deo latam, & ipsi specialiter intimatam: quæ aduertentia in Heua debilior, & intimatio minus euidentior, quam in Adamo fuit.

CAP. 3. NUM. 5.

Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?

Solicitudo, & amor regiminis Ecclesiæ poli.

4 DILIGENTIAM: Utitur Apostolus termino simul significante duo in ministro Ecclesiastico valde, & in primis necessaria nempe solicitudinem, & amorem.

CAP. 3. NUM. 6.

Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli.

Ad supremos Ecclesiæ gradus per inferiores ascendendum.

5 HIC traditur doctrina in materiâ de promotionibus valde necessaria, & in prælaturis Ecclesiasticis præ oculis semper habenda: qui enim in aliquam religiosam communitatem recens ingressus, in superiores gradus, ac dignitates cito exaltatur, omnem ab ipso acquisitam virtutem euanescere; & in superbiam incidere moraliter necessum est.

Superbi simul cum dæmonibus condemnandi.

6 Sed cur iste male præsul, & superbiens rector in iudicium, nō Dei, sed diaboli casurus dicitur? An Deus dedignatur superbos iudicare, ac propterea diabolo despectiue remittit iudicandos? Minime: neque enim tantum, per Deum, immundo illi spiritui licet: sensus ergo Apostoli est, quod consimilem eamdemque cum Diabolo damnationem superbiens præsul incursurus est.

CAP.

CAP. 4. NUM. 2.

In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam.

Carnali prudentia præditi cautelis mentem præmunire satagunt.

7 HAbentes conscientiam suismet prauis, & subdolis cogitationibus, tamquam instrumento ignito sigillatam: vel cautelis, vt alios eludant præmunitam.

CAP. 4. NUM. 8.

Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Spiritualia exercitia vitæ æternæ, imo & temporali proficua.

8 COrporalis exercitatio ad modicum vtilis est, nempe ad vitam præsentem conseruandam, & producendam, quæ ad æternam vitã comparata quid exiguum, & valde modicum est: At exercitia spiritualia ad vtramque vitam vtilissima, & valde conducentia sunt.

CAP. 4. A NUM. 11.

Præcipe hæc, & doce. Nemo adolescẽtiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide in castitate.

Prælatorum cõuersatio debet esse grauis, & modesta, & ab omni prorsus leuitate, & scurrilitate aliena.

9 IN Timothei personâ omnes prælati admonentur, ne cui occasionem ad se contemnendos præbeant, leviter, seu iuueniliter agendo, & conuersando.

CAP. 4. NUM. 16.

Attende tibi, & doctrinæ.

Concionator Euangelicus sibi, & doctrinæ attendat.

10 COncionator Euangelicus proportionare debet doctrinam, quam tradit, cũ personæ suæ qualitate; sicut enim dedecẽt seni verba puerilia, sic iuueni verba senilia, & decrepita disconuenientia sunt. Vel sic.

Vide supra n. 10

11 *Attende tibi, & doctrinæ*, hoc est, proprijs virtutibus promouendis, & prædicationis muneri adimplendo: ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiaris.

CAP. 5 A NUM. 1.

Seniorẽne increpaueris, sed obserua, vt patrẽ, iuuenes, vt fratres; anus, vt matres; iuuenculas, vt sorores, in omni castitate.

Ad feminarum communicationem ab Ecclesiæ ministris castitas & cautela maxima adhibenda

12 AD feminarum iuuenũ communicationẽ, præter propinquitatis considerationẽ, cum ceteris communem, monet Paulus sanctissimum, & morigeratissimum iuuenem Thimotheũ se omnimodâ castitate præmunire

CPA. 5. NUM. 11.

Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt.

Sub virtutis larua luxuriare maximum piaculũ.

13 IN Christo luxuriari, videtur esse, sub specie religionis, & spiritualium larua exercitiorum lasciuiam tegere, & subdolam scortationem exercere.

Redditibus Eccl. sia largiter frui absque intentione Ecclesiæ perpetuo deseruiendi grauissima censura dignum.

14 Vel *in Christo luxuriari*, est de patrimonio Christi, & redditibus Ecclesiarũ saginari, & pingescere, posteaque ad sæcularia vota transire, cõnubia celebrando, & continentiam deuotam, propositam, vel prætensam abijciendo.

CAP. 5. NUM. 22.

Manus cito nemini imposueris.

Cum magna circũspectione Episcopi ad ordines, alia ve Ecclesiæ munera promoueant.

15 VEL puniendo, vel ad ordines, & alios Ecclesiæ gradus promouendo

CAP. 6. NUM. 6.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.

Eleemosyna nec sit supẽ abundans, nec exigua, sed sufficiẽs

16 PIetas cum sufficientia, est donare liberaliter, quãtum satis sit ad occurrentem proximi necessitatem subleuandam.

CAP. 6. NUM. 9.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt intentationem, & in laqueum diaboli.

Vel diuitiarum desiderium animæ solet esse nocium.

17 SI desiderantibus ditescere talia accidunt, quid de actu diuitibus dicendum erit?

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAP. I. NUM. VI.

Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

AD CAP. 1. NUM. 6.

EPISTOLÆ B. PAULI Apostoli ad Timotheum secundæ.

Potestas Ecclesiastica, per desidiam inexercita, est quasi emortua.

1 ECCLESIÆ minister, qui munus suum exercere negligit, virtutem, seu potestatem in ordinatione acceptam, quam per nomen gratiæ hîc Apostolus significat, non tam dicendus est illam habere suspensam, seu sopitã, quam emortuam: ideo, vt illam resuscitet, Timotheus admonetur

CAP. 2. A NUM. 3.

Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.

Vt Ecclesiæ militantes hostium semper incursibus obnoxij.

2 QUI Deo, & Ecclesiæ seruiunt, præsertim in doctrinali munere, militare dicuntur, semper enim inimicorum persequentium telis obnoxij sunt: Vide infra cap. 3. num. 12. in sacro textu.

CAP. 2. NVM. 6.

Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus percipere.

In aream Ecclesiæ laborantes spiritualem suæ refectionem non transferent.

3 NEcum alijs laborauerit reficiendis ipse famelicus remaneat: ideſt: Ne cum alijs prædicauerit ipse reprobus efficiatur.

CAP. 3. NVM. 6.

Ex his enim sunt, qui penetrant domos.

Praui ministri Ecclesiæ domorum, etiam ipsis occlusarum, penetratores.

4 PEnetrant *domos*, ideſt: vsque ad interiora, & secretiora domorum se insinuãt, & prorripiunt: vel ingrediuntur domos, etiam si ipsis occludantur ianuæ, pessulisque fulciantur, astutiæ suæ miraculo, & improbę instantis persistentiæ conamine.

Et captiuas ducunt mulierculas onustas peccatis,

Quos praui Ecclesiæ ministri ducunt, seu ducãti

5 DUcunt seductas ad precipitium, non solum catenis constrictas; sed etiam sub infami peccatorum sarcinâ laborantes, ac gementes.

EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

CAP. I. NUM. I.

Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, &c.

AD CAP. 1. NUM. 1.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Titum.

Ubi pietas deest, Christiana vera religionis obtenebrescit.

1 UBI PIETAS DEsit, Christianæ veritas religionis nõ agnoscetur: Vide quæ ad psalm. 118. num. 66. animaduersa sunt.

CAP. 1. NVM. 3.

Manifestauit autẽ temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi.

De accepto talẽto ratio Deo reddenda.

2 NON *data*, sed *credita*; quoniam de illâ strictam Deo rationẽ redditurus sum.

CAP.

CAP. 1. NUM. 5.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas.

Subditi à vera Fide deficientes supplicio afficiendi.

3 NON vt ea, quæ desunt, doctrina tua, & eruditione suppleas; sed animaduertentia, castigationeque restituas: cum enim omnia ad Cretensium fidem spectantia complete, ac sufficienter à me tradita, & constituta sint: illa, quæ desunt, non ex meæ prædicationis defectu, vel omissione; sed ex Cretensium malitia, vel negligentia desunt.

CAP. 1. NUM. 6.

Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

Praui filiorum educatores nō in Deum solum delinquentes; sed etiā in rempublicam criminosi.

4 FIllios habere non morigeratos, & subiectos, sed eos permittere in paternâ domo scortatorie, ac dominatiue, & superbe agere, & diuagare, crimen parentum est; id est non solū est peccatum contra Deum admissum, sed etiam graue delictum aduersus rempublicam commissum.

CAP. 1. NVM. 12.

Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Qui prauos subditorum mores ad correptionem detegit; curat, non detrahit.

5 NON hac detractionis specie fallatur lector: non enim hoc est detrahere; sed tanquam Chirurgus peritissimus, vlcus detegere, vt congruum apponatur medicamentum ad curationem.

VEL SIC.

Spiritualis medicus peritissimus de vipereo vitiorū veneno theriacam virtutum conficit salutiferam.

6 Quod in Epimenide Cretensium vate satiricum scomma, ac detractio fuerat, á Paulo Fidei Cretensium magistro, ac morum formatore in paternalem correctionem, & ad monitionem conuersum fuit: Sic Apostolica medicatrix sapientia de mortifero veneno theriacam scit conficere salutiferam.

CAP. 2. A NVM. 3.

Anus similiter in habitu sancto, nō criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes: vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas subditas viris suis.

Honesta anus, quid adolescentulas docere debeant, ab Ecclesiæ ministris edocendæ.

7 EA, quæ honestę anus adolescentulas docere debent, singillatim exprimit Apostolus, earum arbitrio non relinquens, ne ipsis in Ecclesia magisterium concederet, iuxta â se statutum decretum. 1. ad Timoth. cap. 2. num. 11. & 12. Vide ad Ioan. num. 46.

CAP. 2. NUM. 7.

In omnibus te ipsum præbe exemplū bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, &c.

Omnium efficacissimū, ad persuadendum, medium, magistri exemplum.

8 POst omnium seriem documentorum bonum magistri exemplū collocat Apostolus, tanquam medium ad persuadendum omnium efficacissimum.

CAP. 2. NUM. 8.

Ut is qui ex aduerso est, vereatur, nil habens malum dicere de nobis.

Omni Ecclesiæ nociuus peruersus præsul.

9 NON de te solum; sed etiam de omnibus doctrinæ Euangelicę Ministris: aduertat antistes quantum Ecclesiæ officiat, si male se gesserit.

CAP. 2. NUM. 15.

Hæc loquere, & exortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Locutio, exortatio, & correptio cum verborum decenti grauitate declamatoris Euangelici talenta sunt.

10 HIS gradibus ex doctrinâ Apostoli debet Euangelicus declamator munus suum perficere: lo-

quela, scilicet, exortatione, & correctione cum solerti aduertētiâ, ne vnquam se contemptui exponat, vel ex verborum leuitate, vel ex affectatâ garrulitate, & alijs, quæ passim, vel ab imperitis auditoribus, notari, & reprehendi solent.

CAP. 3. NVM. 1.

Admone illos, principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

Optima regum politica Christiani mores.

11 ADuertant principes, rerum publicarumque rectores quanto ipsis mores Christiani ad optimam subditorum suorum moderationem, & gubernationem adiumento sint.

CAP. 3. NVM. 14.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.

Perfectionis candidatis, & sectatoribus valde pernicioſa otioſitas.

82 HOC ineptitudinis, & otiosităţis vitium Ecclesiæ Dei satis nociuum, & in personis vtriusque sexus, virtutis professoribus, & sectatoribus, introducendum iam subodorabat Apostolus, & ab initio nascentis Ecclesię eliminare conabatur

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

NUM. III.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

AD NVM. 3.

EPISTOLÆ B. PAVLI Apostoli ad Philemonem.

Gratiæ Patris æterni donum: Pax Christi legatum genus humanum ditās

1  *RATIA VOBIS á Deo Patre nostro,* qui fons, & scaturigo totius gratiæ est: *Pax á Domino Iesu Christo*, quo nascente pax mundo annuntiata fuit: Lucæ cap. 2. num. 14. quo viuente sæpe sæpius commendata: Marci cap. 9. num 49. quo moriente ex testamento relicta: Ioannis cap. 14. nu. 27. *Pacem relinquo vobis: Pacem meam do vobis.*

NVM. 7.

Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater.

Christiana eleemosyna ab elargientis visceribus ad viscera transit accipientis.

2 ELeemosynæ, quæ in pauperum alimenta Christianâ elargiuntur charitate non tam á manu dantium ad os, & ventrem accipientium, quam á visceribus ad viscera transeunt.

NUM. 9. & 10.

Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem, & vinctus Iesu Christi: Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo.

Euangelicum semen in vinculis fœcundius germinat.

3 GEnui in vinculis Onesimum, quia semen spiritualis huius generationis, nempe Uerbum Dei, non fuit alligatum.

UEL SIC.

Ingeny acumen pietati Christianæ congruit, non repugnat.

4 *Genui in vinculis* ego captiuus Onesimum captiuum tuum: & notandum Apostoli ingenium, quam pia solertiâ, & industriâ in hac Epistolâ de vinculis suis iterum, ac tertio mentionem faciat.

NUM. 11.

Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem, & mihi, & tibi vtilis.

Infidelium famulatus potius nocuus, quam proficuus.

5 OBsequia, & famulatus á seruis in fidelibus inutilia omnino; à fidelibus vero vtilia valde sunt, & proficua.

NVM 12.

Tu autem illum, vt mea viscera, suscipe.

Iure

Spiritualis filius pars interna generantis est.

6 IUte, *tamquam mea viscera* suscipiendus Onesimus: illum enim Christo genui, & peperi: fœtus autem pars matris est.

NUM. 15.

Forsitam enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum recipieres.

7 Æ*Ternum*, id est, vt tu, & ille vitam æternam consequamini.

Qui charitatem Dei, & Proximi conseruant, vitã consequuntur æternam.

8 Vel *æternum*, id est, vsque ad mortem: vita enim temporalis in captiuâ peracta seruitute, non apte, nisi per æternitatem significari potest: Uide ad Deuteronomium num. 58.

Seruitus, etsi temporalis, æternitati pœnæ comparabilis.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

CAP. I. NUM. III.

Quicum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.

AD CAP. 1. NUM. 3.

EPISTOLÆ B. PAULI Apostoli ad Hebræos.

Uerbum Dei est Figura spiritualis, substantialis Figurato omnino æqualis.

1 FIGURA INTELlectualis, seu substantialis, naturalis, & notionalis repræsentatio, & expressio.

Purgationem peccatorum faciens.

Christi alexipharmacum ad animæ salutem intra nos sumẽdum.

2 UTitur Apostolus, explicationis gratiâ, medicinali remedio per intus sumptionem operante, quia nisi intra nosmet ipsos salutiferum Christi alexipharmacum sumpserimus à peccatorum ægritudinibus non liberabimur.

CAP. 1. NVM. 9.

Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, præ participibus tuis.

Christo Deitas est perfectio naturalis, membris mysticis ipsius participabilis.

3 DEitas respectu Christi Domini est perfectio naturalis ipsi tanquam oleum intime penetrata, & imbibita: respectu vero fidelium, qui mystica illius membra sunt, ipsi tanquam capiti vnita, est perfectio participata.

CAP. 6. NVM. 10.

Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

Tam impossibile Deo est misericordium obliuisci, quam iniustè esse.

4 TAM impossibile iudicat Apostolus Deum misericordibus negare media ad salutem congruentia, quam impossibile est, Deum iniustum esse.

CAP. 7. A NUM. 1.

Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei: Cui, & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem, qui interpretatur rex iustitiæ; deinde autem, & rex Salem, quod est rex pacis.

Inuiolabilis iustitiæ obseruator rex bellorũ fragore non concutietur.

5 IN Melchisedech iustitia, & pax osculatę sunt: vnde omnis rex, qui iustitiam exactissime, & rigidissime seruauerit, perpetuâ pace fruetur.

CAP. 9. NVM. 3.

Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ testamenti.

Virga, etsi miraculosa, subditum, quem non sustentat, non regit.

6 PRius in arcâ testamenti ab Apostolo posita refertur vrna continens manna ad populi sustentationem, & poste-

rius virga ducatus eiusdem, & tabulæ legum obseruandarum: nisi enim sub diti sustententur, omnia media ad ipsorum directionem, & gubernationem inepta, & frustranea erunt: Vide ad Matth. num. 30.

Propter Deiparã rigidum Dei regimen in suaue conuersum.

7 Sed cur in hac mysticopolitică significatione virga Aaronis, non veró Moysis virgâ in arcâ collocata dicitur? An quia virga Moysis, tum in serpentem deuoratorem conuersa: Exod. cap. 7. num. 12. tum sterilis, rigida, & percussiua fuit? At vero Aaronis virga semper fœcunda, suauis, & fructifera?

CAP. 9. A NUM. 8.

Hoc significante Spiritu Sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quæ parabola est tẽporis instantis.

Hebræorum tabernaculum breuis ipsius durationis euidens signum.

8 HEbræorum tabernaculum fuit *parabola temporis instantis*, hoc est, breuiter elapsuri: erat enim domus mobilis, absque vllo firmitatis permansurę fundamento: Vide infra cap. 12. num. 27.

CAP. 11. NVM. 11.

Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiã præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat.

Saram præ gaudio, non præ incredulitate promissionis risisse videtur.

9 HInc inferri posse videtur, Saram præ gaudio, non vero præ incredulitate risisse: nec de promissionis certitudine, & promittentis veracitate dubitasse; sed de suâ Abrahamique ad maritales congressus applicatione: Vide Genesis cap. 18. à num. 10.

CAP. 11. A NVM. 36.

Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt in occisione gladij mortui sunt.

Amariora Martyrum tormenta ipsis á Deo dulcorata.

10 OMnia ista mala à martyribus *experta*, dicit Apostolus, non *perpessa*: tam feruor Fidei, Spei, & Charitatis eorumdem omnem illam amaritudinem consumebat, & in dulcissimam, suauissimamque fruitionẽ, conuertebat.

CAP. 12. NUM. 1.

Ideoque, & nos tantam habentes impositam nubem testium, &c.

Veteris legis Martyribus Christus velatus, nouæ vero legis Martyribus reuelatus apparuit.

11 MArtyres veteris legis *nubes testiũ* ab Apostolo nuncupantur: quia etsi in fide Christi venturi martyrium cõsummauerint, nondum tamen Christus Sol Iustitiæ radijs præsentiæ suæ Mundum illustrauerat.

Conteslantium testium transacta nube, Sol veritatis illuescit.

12 Sed cur sub nubis metaphora testes introducuntur? Quia transacta plurium testium veridica declaratione, veritatis Sol clarius, & illustrius irradiat.

EPIS-

EPISTOLA CATHOLICA B. IACOBI APOSTOLI.

CAP. I. NVM. V.

Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

AD CAP. I. NVM. 5. EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. Iacobi Apostoli.

Rarus est, qui se sapientia indigere existimet.

1 SI QUIS INDIGET *sapientia*: conditionaliter loquitur Apostolus, rarus enim homo est, qui se sapientiâ indigere existimet.

Nulla creatura alteri sufficit.

2 Et notandum, nullam humanam potentiam *affluenter* omnibus dare posse: hoc Diuinæ solum potentiæ character est.

CAP. I. NVM. 7.

Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino.

Respectu æternorum bona temporalia quasi nihil reputanda.

3 QUidquid temporale à Deo in præsenti vitâ accipimus, quasi nihil respectu illius, quod in futura vitâ speramus æstimandum est.

CAP. I. NVM. 12.

Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Vitalis corona bona mors.

4 COrona vitæ, mors bona dici potest, quæ omnẽ anteactam vitam æternitate famæ, & gloriæ excudit perficit, & complectitur: quam *repromittere*, id est, non semel tantum, sed sæpius iterata repetitione Deus promittere dignatus est.

CAP. I. NVM. 15.

Deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.

Peccatum, animæ mordax venenum.

5 PEccatum viperinæ naturæ est, siquidem concipientem matrem ortu suo enecat.

CAP. I. NVM. 17.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Lumen gloriæ claritas indeficiens.

6 APud cœlestem luminũ Parentem, nec est *vicissitudinis obumbratio*, nec vicissitudo obumbrationis.

CAP. I. NVM. 18.

Voluntarie enim genuit nos Verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.

Homo in Dei apprehensione creaturarum primogenitus.

7 HOmo est primitię, & quasi primogenitus omnium rerum à Deo creatarum.

VEL SIC.

Diuinarum Homo emanationũ modelus.

8 Naturalis generatio hominis ad vitam, & regeneratio supernaturalis ad gratiam habent cum Diuinis emanationibus inchoatã quandam consimilitudinem, & proportionalitatem.

CAP. I. NVM. 19.

Sit autem omnis homo. Velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Homini proficua naturaliter ipsi facilia; nociua vero naturaliter difficilia.

9 CVM homo ad audiendum passiue tantum se habeat semper paratus, & facile dispositus esse potest; non sic ad loquendum, & irascendum: in his enim actiue se gerit, & non paucis motibus indiget ad operandum.

CAP.

CAP. 2. A NUM. 8.

Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, bene facitis: Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores.

Lex obedientia perficitur.

10 LEX per obedientiam non solum adimpletur, seu efficitur, sed etiam perficitur.

Decalogi lex, & homines regit, & regnare facit.

11 Et notandum Decalogū legē, per antonomasiam, regalem dici: tum, quia omnium vniuersalissima: tum, quia à Rege sæculorum immortali, & inuisibili tradita. Tum etiam, quia illam adamusim exequentes in æternum cum Deo regnare facit.

Ex amplioribus motiuis pauper amandus, quam diues.

12 Notanda etiā, ex doctrina Apostoli inter diuitem, & pauperem quoad dilectionem differentia: Diues non in quantum diues. sed in quantum proximus diligendus; Pauper verò non solum in quantum proximus, sed etiam in quantum pauper amandus est, tū ex typicâ Christi Domini repræsentatione, tum ex piæ affectu cōmiserationis: Uide textum abinitio huius secundi capitis.

CAP. 2. A NUM. 15.

Si autem, frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, & saturamini: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?

Non pauci pauperibus consilia præbent, non auxilia.

13 QUod in primitiuâ Ecclesiâ conditionaliter, & per quamdam suppositionem significare necessum erat, hodie absolute, & per mille exempla explicari potest: multi enim sunt, qui pauperibus dant bona consilia, sed non auxilia.

CAP. 2. NUM. 17.

Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa,

Immobilitas ad operandum Fidei lethalis est.

14 NON occisa, sed *mortua est in semetipsa*, innatæ effectu mobilitatis, non à violentia contrarij, seu extrinseci interfectoris.

CAP. 2. NUM. 18.

Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

Fides, cum oportet, etiam cum vitæ dispendio, propalanda.

15 FIdes Catholica Romana, non solum firmiter tenenda, sed etiā cū oportuerit, ostendēda, manifestanda propalanda, & cum sanguinis, & vitæ temporalis dispendio conseruanda.

CAP. 2. NUM. 19.

Tu credis, quoniam vnus est Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt.

Fides dæmonum violenta; Fides hominum voluntaria.

16 DÆmones credūt, quia negare non possunt, seu fide violenta, & inferni cruciatibus extorta; nos autem ex nobiliori motiuo credimus: ob Dei, scilicet, authoritatem, & æternæ spem beatitudinis.

VELSIC.

Fides hominum ingenua, dæmonum seruilis est.

17 Nos generosè ex amore credimus; dæmones seruiliter ex timore credunt.

CAP. 2. NUM. 20.

Vis scire, ó homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est.

Nil, nisi supernaturale, humanū cor implere valet.

18 HOmo infidelis, *inanis*, dicitur, quia nil, nisi supernaturale bonum, cor hominis implere potest.

CAP. 2. NUM. 22.

Uides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?

Abraham mysticus Fidei pater, & verus magister.

19 ABraham offerendo filium, suum Isaac, mente, & opere credebat in Christum immolandum.

CAP.

CAP. 3. NVM. 1.

Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.

Magistrorū excessius numerus nocere solet, non docere.

20 MAgistrorum excessius numerus nescio an Ecclesiæ Dei nociuum sit, quã proficuus sit: certe Christus duodecim tantum ad mundum vniuersum, & hunc, vel omnino rudem, vel contrarijs impressionis sigillatum, misit: & Iacobus Apostolus ex grauissimæ motiuo comminationis, iudicij scilicet Diuini rigidioris, dissuadere conatur.

CAP. 3. NVM. 6.

Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis.

Lingua grauius in inferno præ ceteris membris torquere solet.

21 IDcó diues epulo sepultus in inferno, ad linguæ leuamen, refrigerium Lazari suspirabat.

Vniuersitas iniquitatis linguæ tormentorũ vniuersitati promouetur.

22 Et notandum, quod in hac lingua tam vniuersitate gradum suũ recipiunt magistri garruli, & vaniloqui, qui absque solido sapientiæ pondere, ac fundamento ampullas proijciunt, & sexquipedalia verba.

Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammata à gehenna.

Lingua Diuina humani membri decore indigna.

23 QVasi dolens se gerit Apostolus ex eo, quod lingua vnum ex membris hominis sit.

Lingua maledica non solum inferni igne torquetur, sed mouetur.

24 Et notandum linguam maledicam inferni igne, non solum in præsenti vita combustam; sed ab eodem ad iniquissimos motus suos agitari, & impelli.

CAP. 3. A NUM. 14.

Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem: non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.

Scientia, quæ aduersus proximos animũ amaricare facit, à Deo non est.

25 ADuertant hæc homines docti litterarum professores, qui cum alioqui pij, & omnimoda virtute ornati sint, se ipsos tamen continuis scommatibus, & apologijs ad inuicem vellicare non cessant, & impetere.

CAP. 4. NVM. 1.

Vnde bella, & lites in vobis.

Ciuiles belligerationes Martis litibus solent esse grauiores, & Christianæ sinceritati nocentiores.

26 LItes ad bella superaddit Apostolus, tamquã quid grauius, & nocentius.

Nonne hinc? Ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris.

Passiones humanæ non minus subiectis, quam obiectis nocuæ.

27 MIlitant in membris vestris, & in ipsa membra: nam militum exercitus, cui passiones humanæ assimilantur, tam amicorum terris, quam inimicorum nocuus esse solet.

CAP. 5. NVM. 4.

Ecce mercès operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

Deus ad iniurias hominum potentiorum in inferiores commissas vindicare promptus, & paratus.

28 HIC Deus *Dominus Sabaoth*, idest, *exercituum* dicitur, ad ostendendum quam promptus, paratusque sit ad vindictam ex hac, & similibus causis clamantium ad ipsum.

EPIS.

EPISTOLA B. PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAP. I. NUM. XIII.

Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Iesu Christi.

AD CAP. 1. NVM. 13.
EPISTOLÆ B. PETRI Apostoli primæ.

Mens Christiana non sit sterilis, sed bonarum cogitationum fœcunda mater.

1 MENTI *LVMBOS* congruâ valde accōmodatione applicat Apostolus ad significandū, quod mens nostra non debet esse sterilis, sed bonorum actuum fœcunda generatrix.

CAP. 2. *NVM.* 11.

Charissimi obsecro vos, tamquam aduenas, & peregrinos abstinere vos â carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Bellum internū periculosius.

2 *Militant aduersus animā* bella ipsi interna mouendo, quæ valde periculosa, & nociua sunt.

CAP. 2. *NVM.* 16.

Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.

Conscientiæ per Fidem Christi regulatæ libertas, præcipuum est.

3 HÆC malitiæ libertas stilla ex lex, exuncās, & impetuosa conscientiæ libertas, quam se hæretici habere iactant, & cum salutis æternæ manifesto damno perperam gloriantur, nostriæ verę, securæ, & regulatæ libertati oppositam.

CAP. 3. *NUM.* 7.

Viri similiter cohabitantes secundū scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem tamquā coheredibus gratiæ vitæ.

Impij Mahumetis error à summo Ecclesiæ Pastore Petro præiugulatus.

4 HIC tumnius Pontifex Diuus Petrus impij Mahumeti circa mulierum prædestinationem ad vitam deliramētum præiugulat.

CAP. 4. *NVM.* 5.

Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos, & mortuos.

Vere credentes viui, Infideles mortui reputantur.

5 *Viuos, & mortuos*, idest, veros credentes, & diuina gratiâ animatos; & etiam â fide aberrantes, & gratiâ diuinâ carentes: Vide num. 16. quentem.

CAP. 4. *NUM* 6.

Propter hoc enim, & mortuis Euangelizatum est.

De Euangelica prædicatione præcipium animarum animplorum.

6 HOC est, non Iudæis solum; sed etiam Gentilibus idololatris, & peccatoribus,

EPIS-

EPISTOLA B. PETRI APOSTOLI SECVNDA.

CAP. I. NVM. XVIII.

Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatum, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes.

AD CAP. 1. NVM. 18.

EPISTOLÆ B. PETRI Apostoli secundæ.

Verbum Dei scriptum prolato firmius, non certius.

1 PROPHETICUM sermonem *firmiorem* dicit, non *certiorem*: verbum enim temporale etiam á Deo prolatum, sonat & transit: quod vero ab eodem Deo dictatũ á prophetis suis scribitur, manet. Vide Augustinum ad illud psal. 44. *Lingua mea calamus scribæ, &c.*

CAP. 2. NVM. 14.

Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti.

Coniugatam fœminam inhonestè aspicere, mœchari est.

2 SAtis est coniugatam inhonestè aspicere, vt adulterij crimen committatur.

CAP. 3 NVM. 1.

Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem.

Apostolicæ Epistolæ omnes doctrinales, & cõmonitoriæ sunt.

3 IN quibus, non: *In qua*, vt aduerterent in primâ etiam epistolâ Apostolicâ commonitione erga ipsos vsum fuisse.

CAP. 3. NVM. 2.

Vt memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum á sanctis prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini, & Saluatoris.

Apostoli, & prophetæ in Fidei, morumque doctrina consoni.

4 SIC loquitur Beatus Petrus, vt aduerterent, antiquos prophetas, & nouos Euangelij Apostolos vniuoca doctrinę veritate, & paritate conformes esse.

CAP. 3. NVM. 8.

Unum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.

Beatis tempus breue fit; Damnatis longe fit.

5 BEatis *mille anni, sicut dies vnus*; damnatis vero *dies vnus sicut mille anni* videntur, & videbuntur.

CAP. 3. NVM. 9.

Non tardat Dominus promissionem suam: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire; sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Patientia Deus verbo, & opere nostri Magister est.

6 DEus *patienter agit*, vt nos non solum verbo, sed etiam exemplo suo patientiam doceat.

Magnum patientiæ exercitium expectatio alterius.

7 Et notandum, quod qui alium, vel alios expectat, etiam si Deus sit, patienter agit, id est, patiẽtiam exercet, seu patitur.

CAP. 3. NVM. 10.

Aduenient autem dies Domini, vt fur.

Diem mortis furem hominum negligentia facit.

8 UT *fur*, ad omnia bona incaute viuentium expolianda: sed hoc non ex Domini subdolâ intentione fiet, sed ex hominum vecordiâ, transcuratione, & negligentia.

CAP. 3. NVM. 15.

Sicut, & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.

Diui Pauli Epistolæ, non solum canonicæ, sed canonizatæ.

9 SApientia, quæ in Pauli Epistolis continetur, ex sedis Apostolicæ declaratione tota Diuina est, non humana.

CAP.

CAP. 3. NUM. 16.

In quibus sunt quædam difficilia intellectu.

Qui cum præsumptione, & sine humilitate Paulum legerit, non intelliget.

10 *Difficilia intellectu* ijs, qui proprijs viribus ea præsumunt penetrare, & absque humili, & debita animi demissione percallere.

UEL SIC.

Omnia Pauli verba mysteriosa sunt, & arcana.

11 *Difficilia intellectu*, non ex Diuini scriptoris in explicando defectu, sed ex supernaturali, arcano, & humanum captum excedente Pauli Epistolarum argumento.

Quæ indocti, & instabiles depravant, sicut, & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

Pauli Epistolæ præcipuus hæreticorum malleus.

12 Hæretici, & reliqui omnes Ecclesiæ hostes non minorem, imo maiorem conatum adhibent in Pauli Epistolis, quam ceteris Scripturis Sacris, & Canonicis corrumpendis.

EPISTOLA B. IOANNIS APOSTOLI PRIMA.

CAP. I. NUM. I.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ,

AD CAP. 1. NVM. 1.
EPISTOLÆ B. IOANNIS
Apostoli primæ.

Verbum caro factum non solum audibile; sed cõtrectabile.

1 QVOD AVDIVIMUS auditu corporis, & Fidei: *Quod vidimus*, scilicet oculis corporis: *Quod perspeximus*, scilicet, oculis mentis: & manus nostræ Verbum vitæ contrectauerunt, quia: *Verbum caro factum est.*

Auditus, in rebus Fidei, reliquis sensibus præferendus.

2 Sed cur auditus, visui præfertur? Quia in rebus ad fidem pertinentibus sensus iste reliquos antecellit.

CAP. 1. NVM. 2.

Et annuntiamus vobis vitam æternã, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis.

Verbum æternũ, vt homini appareret, temporale factum.

3 PER hunc dicendi modum verbi æternitas, & temporalitas significantur.

CAP. 1. NVM. 3.

Quod vidimus, & audiuimus, annũtiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum.

Amor Proximi pius, & religiosus vsque ad sui communionem intendi potest.

4 ILlorum primitiuorum, seu primogenitorum credentium adeo erat cor vnum, & anima vna, vt quod aliquis eorum vidisset, & audisset, reliquos omnes, & audisse, & vidisse dici posset.

CAP. 1. NUM 4.

Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum.

Gaudium spirituale plenum; reliqua semiplena sunt.

5 SOlum gaudium spirituale plenum dici potest, reliqua gaudia, vel semiplena, vel vacua sunt.

CAP. 1. NVM. 5.

Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.

Deus lux omnes illuminans.

6 DEus est lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

CAP. 2. NVM 1.

Filioli, hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, iustum.

Adeo graue dãnum peccatum infert, vt tota Trinitate reparatrice indigeat.

7 A Deo graue malum peccatum est, & in ratione offensæ infinitum, vt duabus per-

personis Diuinis, Filio scilicet, & Sancto Spiritu, vel apud iudicem Patrem Aduocatoribus indigeat: Uide eundem Ioannem in Euangelio suo cap. 14. num. 16.

CAP. 2. NUM. 19.

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum: sed vt manifesti sint, quoniam nō sunt omnes ex nobis.

Hæretici ex materno Ecclesiæ vtero viperina, & spuria proles.

8 HÆC verba ex ore Ioānis possumus aduersus hæreticos pronuntiare: Qui, an ipsi, vt falso autumant, an nos simus â Sancto Spiritu illustrati, eundem num. 20. immediate sequenti clare differentem audiant.

CAP. 3. NVM. 17.

Qui habuerit substantiam huius mūdi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c.

Auarorum pectus diuitiarum captiuorum.

9 VIscera sunt portæ, quas auari diuites pauperibus indigentibus claudunt, & vectibus, seriisque communiunt: ex quo infertur ipsos diuitias suas in scrinio, & loculis cordis habere nō solum inclusas, sed captiuas.

CAP. 3. NVM. 20.

Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.

Si Deus mensurabilis foret, ab humano solum corde metiri posset.

10 SI Diuina magnitudo mensurabilis foret, humani cordis magnitudo esset mēsura proportionabilior ad eam dimetiendam: Uide quæ per exaggerationem ad psal. 118. num. 10. animaduersa sunt.

CAP. 4. NUM. 3.

Et omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est.

Antichristus in membris suis præcursoribus ab initio Ecclesiæ hostis infensissimus.

11 ANtichristus iam ex tēpore Apostolorum, & nascentis Ecclesiæ in mundo est, in suis, scilicet, membris, qui sunt seductores, & veræ fidei adulteratores: Vide sequentē Epistolā n. 7.

CAP. 4. NVM. 12.

Deum nemo vidit vnquam si diligamus inuicem, Deus in nobis manet.

Charitas erga Deum vel impossibilia aggreditur, & consequitur.

12 CHaritas inuisibilem Deum videri facit; & incomprehensibilem comprehendi.

Dilectionis Proximi præceptum certatim ab omnibus ad implēdum.

13 Sed cur non ait Apostolus: *Si diligamur inuicem*, sed: *Si diligamus*? Quia non debemus expectare á proximo diligi, vt eum dilectione prosequamur; sed vnusquisque certatim conari debet tributum debitæ dilectionis primus in alterum impendere.

EPISTOLA B. IOANNIS APOSTOLI SECUNDA.

NUM. I.

Senior Electæ dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate.

AD NUM. 1.

EPISTOLÆ B. IOANNIS Apostoli secundæ.

Cum feminis etiam pijs, & religiosis, à viris Eccl siasticis caute quoquomodo agendum.

1 IOANNES FEminę, etsi piæ, ac religiosæ scribens senectutem suam, quæ tunc fere centenaria erat, præmittit, & dilectionem matris Electæ cum filiorum eius dilectione coniungit: nō quidem ad hoc vt de se suspicionem abigat; sed vt fideles omnes, circa feminarum, etiam per epistolas, conuersationem, conueniēte, ac necessaria cautela instruat.

Electæ Dominæ.

Femina honesta, & virtuosa bono rifico nomine cōpellanda.

2 ELectæ tum nominē, tum professione, tum virtutum omnium exercitio, propter quas honorifica *Dominæ* nomenclaturâ, & appellatione ab Apostolo condecoratur.

NVM. 5.

Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi.

Ioannes regans mandat, vt omnes prælati rogare discant.

3 IOannes rogans mandat, vt prælatos omnes supercilioſum grauamen præceptorum emollire doceat. Hinc aduertant prælati ex benigno manſuetudinis, ac lenitatis exercitio nihil poteſtatis, & authoritatis dignitati ſuæ deperire.

NVM. 6.

Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius.

Christianæ legis compendiũ charitas.

4 IN hoc mandato charitatis reliqua omnia mandata virtualiter includuntur.

NVM. 7.

Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnẽ: hic est seductor, & Antichristus.

Non vnum solũ, plura simul dogmata vno ictu hæretici impugnare satagunt.

5 PER hunc dicendi modum, & Chriſti Domini Diuinitatem innatam, & humanitatem aſſumptam illi peruerſores hæretici ſimul negare intẽdebant.

EPISTOLA B. IOANNIS APOSTOLI TERTIA.

NUM. II.

Chariſsime, de omnibus orationem facio proſpere te ingredi, & valere, ſicut proſpere agit anima tua.

AD NVM. 2.

EPISTOLÆ B. IOANNIS Apoſtoli tertiæ.

In orationis ſpeculo, quæ nos ſcire oportet, viſibilia apparent.

1 IN ORATIONE; quam Ioannes, pro Gaio faciebat, fœlicem animæ eiuſdem proſperitatem tanquam in ſpeculo cognouit: quod etiam per diſcretionis ſpirituum donum potuit dignoſcere.

NVM. 4.

Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

Omnia boni bona Deo attribuunt.

2 GRatiam, ideſt, gaudium, & complacentiam: ſed cur hoc nomine vtitur Apoſtolus? Quia omnia bona tam naturalia, quam ſupernaturalia, quæ ipſi obueniebant, diuinę gratiæ attribuebat.

VEL SIC.

Gratia Dei Manna Euangelicã.

3 *Gratia*, appellari poterat Manna Apoſtolorum, quia ipſis ad omnem guſtum conuertebatur.

NVM. 6.

Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ.

Qui miſericordiã acceptam publice confitentur, largitori ſuper abũdanter repẽdunt.

4 GEneroſius, & abundantius per hoc teſtimonium Gaio ſatisfacientes, quam ſi ſufficientem, & redundantem pecuniæ ſummam ipſi pro illorum hoſpitali obſequio reddidiſſent

Quos bene faciens deduces digne Deo.

Qui heroicas virtutes imitatur, omnimode honorandus.

5 SIcut olim fecit Abraham Geneſis cap. 18. num. 16.

NVM. 9.

Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos.

Malus præſul nõ ſolum ſuæ, ſed Eccleſiæ totinocuus.

6 NOtandum quantũ illi, imo & toti Eccleſię mali fecerit Diotrephes, & quanto bono priuauerit, faciens ipsã apoſtolicâ Ioannis Epiſtolâ carere.

NVM.

NVM. 10.

Propter hoc si venero, commonebo eius opera, quæ facit.

Modesta admonitio efficacius corripere solet, & corrigere.

7 NOtandum quanta modestia, & mansuetudine hunc ambitiosum præsulatus captatorem Ioannes corripiat, & in bonam frugem, & saniorem mentem reducere conetur.

Uerbis malignis garriens in nos.

Verba maligna practica frequēter sunt.

8 QUomodo Diotrephis *verba* Ioannes *opera* appellat? Quia verba maligna erant, quæ non solum in se ipsis mala sunt, sed audientes etiam malos efficiunt.

Et quasi non ei ista sufficiant; nec ipse suscipit fratres, & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit.

Homo immisericors detractore deterior.

9 GRauius dolet Ioannes de Diotrephis in hospitalitate in fratres, quam de maligná eiusdem garrulitate in ipsū.

EPISTOLA CATHOLICA B. IVDÆ APOSTOLI.

NUM. I.

Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi.

AD NUM. 1.
EPISTOLÆ CATHOLICÆ
B. Iudæ Apostoli.

A pessimis non solum cauendū; sed distinctiuæ personæ qualitati attendendum.

1 POST CHRISTI famulatum Iacobi fraternitatem Beatus Iudas Apostolus Tadæus cōmemorat in magnam sui recommendationem, & Iscariothæ distinctionem.

NVM. 4.

Sub introierunt quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam.

Quos praue illuminatos vocamus Apostolica sententia dānat.

2 SUbintroierunt, idest, subdole in Ecclesiam intrauerunt homines apostolicâ sententiâ damnandi, qui gaudium purum, & spirituale in spurcidam, ac sensualem delectationem transfetre ausi sunt.

Quæcūque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

3 Sed cur hæc mala in lactente suâ Ecclesiâ à Deo permissa? Forte ne hæc, & similia, mala tanquam extranea miraremur in adultâ, propterea que in aliquos diffidentiæ actus, noci uas ve apprehēsiones dilaberemur.

NVM. 8.

Similiter, & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt maiestatem autem blasphemant.

Plurimorum radix malorum luxuria est.

4 QUI fornicantur, non solum in corpus suū peccant. 1. Corinth. cap. 6. n. 18. sed etiam leges omnes Diuinas, & humanas contemnunt, & conculcant.

Num. 12.

Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore.

Luxuriosi non maculati solum, sed etiam maculæ.

5 HI sunt non iam *maculati* inconcreto, sed *maculæ* ipsæ in abstracto.

Impure ad Eucharistiam accedens ipsa impuritas est.

6 Et notandum, quod qui sine debitis timore, ac reuerentiâ spirituali Eucharistiæ conuiuio assistunt, taliter inquinantur, & contaminantur, quod ipsorum maculę nisi per terminum abstractum significari, & explicari nequeant.

Semetipsos pascentes.

Qui sine gratiarum actione, & proximorū participatione deuorat, brutum, non homo, dici debet.

7 SEmetipsos pascentes, tanquam bruta animalia absque Dei gratiarum actione, & proximorum participatione.

APOCALYPSIS B. IOANNIS APOSTOLI.

CAP. I. NVM. I.

Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis.

AD CAP. I. NUM. I.
APOCALYPSIS B. IOANNIS Apostoli.

Seruorum Dei nō exigua præmia sunt ipsa Diuina præcepta.

1 DEDIT DEUS *palam facere*, id-est, permisit, vel certius iussit, vt patet infra nu. 19. Sed cur præceptum Diuinum appellatur *donum*, seu *datum*? Certe quia per illud Deus seruos suos remunerare solet.

CAP. 1. *NUM.* 7.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.

Vltimus Mundi dies certissimus, etsi non appareat propinquus.

2 VENIT, non propter vltimi diei præsentiam, vel appropinquationem, sed propter certitudinem; ideo subsequitur: *Videbit, eum omnis oculus* de futuro, non: *Videt*, de præsenti.

CAP. 1. *NUM.* 9.

Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu; fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter Verbum Dei, & testimonium Iesu.

Pro Christo pati Iustorum gloria.

3 NON ait: *Fui exul*; sed: *Fui* absolute eadem phrasi, qua statim numero sequēti sui raptum, ac mentis eleuationem explicat; quia sanctus Apostolus, & Euangelista tribulationes, & afflictiones, & contumelias pro Domino suo perpessas magnam sui gloriam, & exaltationem reputabat; ideo se participem cum fratribus in tribulatione, & regno gloriabatur.

CAP. 1. *NVM.* 16.

Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius sicut sol lucet in virtute sua.

Ex

Alios feriturus radijs lucis abūdet.

4 EX cuius ore gladius hinc, inde acutus vibratur, splendeat illi facies, tamquam meridianus Sol, ne ictum exerret.

VEL SIC.

Verbalis correptio veritatem, & iustitiam comites adhibeat.

5 Gladium vtrinque acutum ex ore procedere est contra proximum verba pronuntiare, seu illā verbaliter ferire; ad quod veritas, & iustitia luce meridianâ clarior, prærequiritur.

VEL SIC.

Qui alios corripit omnimoda virtute adornatus esse oportet.

6 Qui gladium accusationis, seu reprehensionis in alios vibrat, debet, sicut Sol lucet, virtutibus splendere: ideo forte non comparatur Soli in maximo *suæ lucis, feruoris, & claritatis*, sed *virtutis* incremento.

CAP. 1. NUM. 20.

Septem stellæ, Angeli sunt, septem Ecclesiarum.

Prælatus in territorio suo circumscriptiua vbicatione existit.

7 ANgeli isti sunt Ecclesiarum supra memorarum Episcopi, vt patet ex cap. 2. sequenti á num. 1. Sed cur Episcopi Angeli nuncupantur? Quia Episcopus debet esse spiritus Diœcesis suæ animatiuus, totus, scilicet, in totâ, & totus in qualibet parte illius.

Qui Ecclesiæ præest, subditorū minister est.

8 Sed cum nomen *Angeli* ministerij nomen sit, cur Prælatos ministros vocat? Quia Magistri proprij & vniuersalis, verbis vtitur: ipse enim Lucę cap. 22. num. 26. dixit: *Qui præcessor in vobis est, fiat tanquam ministrator.*

CAP. 2. NUM. 5.

Memor esto itaque, vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.

Prælatorum peccata subditi; pati solent.

9 HOC *candelabrum* est Ephesi Ecclesiâ: vt patet supra num. 1. & cap. 1. num. 20. notandum ergo propter superiorum negligentias, & peccata summo subditos rigore puniri.

CAP. 2. NUM. 7.

Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

Res Fidei vniformi auditu percipienda.

10 NEC hic, nec sequenti capite dicit Ioannes: *Aures* in plurali, sed: *Aurem* in singulari, vt omnes aure vnâ, seu vniformi auditum fidei percipiant.

Vide sup. n. 10.

11 Sed cur cum ad Ephesinā loquatur Ecclesiam, ait: *Quid Spiritus dicat Ecclesijs?* Quia quæ ad fidem, & mores vni Ecclesiæ dicuntur, omnibus intimantur, & enuntiantur: idcó Marci cap. 13. num. 37. dicitur: *Quod autem vobis dico, omnibus dico.*

CAP. 2. NVM. 10.

Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Fortissimi Christi atletæ nō martyrio, sed martyrij dilatione tribulantur.

12 INter dies tribulationis, martyrij diem non cōputat, sed illos solum, quibus martyrium erat differendum, quod *per vitæ coronam* explicat.

CAP. 2. NVM. 24.

Et qui non cognouerunt altitudines Satanæ.

Deitatis ambitor dæmon attributa Diuina affectare procurat.

13 HAbet Deitatis æmulator dæmon suas fraudum, & cautelarum, quasi incomprehensibiles profunditates, quæ superbię elationes sunt, si in superna tendentes considerentur.

CAP. 3. NUM. 1.

Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es.

Præsul laicali principum pompa vtens Deo mortuus.

34 NOmen habes Episcopi, & pastoris Christiani, opera vero, & conuersationem principis laici, non iam catholici, & Christū cognoscentis, sed ethnici, & gentilis Iesum Christum ignorantis.

CAP. 3. NVM. 18.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum.

Non

Euangelici declamatoris verba aurea sint, & charitate ignita

15 NON satis sunt Euangelico declamatori verba aurea ad persuadendum, nisi etiam ignita sint, & charitate feruida ad inflammandum.

CAP. 4. NVM. 1.

Et vox prima, quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum.

Quæ Euangelicus declamator indiscriminatim corripit, prudens, & Christianus auditor specialiter sibi applicet.

16 COntionator Euangelicus debet esse tanquam tuba ad omnes indiscriminatim resonans: sed vnusquisque audientium, ac si sibi vnice loqueretur, debet eam audire, accipere, & existimare. Ideo Ioannes tubæ generic um clamorem ad se destinatum asserit.

CAP. 4. NVM. 6.

Et in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante, & retro.

Diuinæ ministri prouidentiæ tẽpus omne transcurrunt.

17 PLena oculis ante, & retro, vt viderent præterita, & futura.

CAP. 5. NVM. 1.

Et vidi in dextera sedẽtis supra thronum, librum scriptum intus, & foris.

Scientiæ omnes Deo æstimabiles, & honestatæ.

18 LIber in Dei sedentis dexterâ collocatur, tũ ad scientiarum ęstimationem denotandam; tum ad sapientiæ in illo libro contentæ infinitudinem indicandam: Liber enim ille Dei prouidentia est.

CAP. 5. NVM. 5.

Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius.

Gloriosius præ Marte Minerua triumphat.

19 NON glorientur ergo milites, seu, vt ab aliquibus appellantur, humanæ carnis laniones, solis suis facinoribus victorias debitas, & addictas; cum potissimum celebriores triumphi litteratis laboribus debeantur: Vide Ieremiæ num. 186.

Diuinæ sapientiæ librum vel aperire tantum, gloriam affert, & honorem.

20 Et notandum, quod non solum sit opus præclaro victoriæ nomine commendabile, librum introspicere, & penetrare; sed vel tantum librum, in quo Diuina sapientia conscripta latet, aperire, & reserare.

CAP. 5. A NVM. 11.

Et erat numerus eorum millia milliũ dicentium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

Deitatis definitiua omnipotentia reliquis Dei perfectionibus præferenda.

21 VIrtus Diuinitati præponitur; sed hîc virtus pro morali perfectione non supponit, sed pro physicâ, & reali, Deitatisque definitiua, nempe omnipotentia.

Passio Christi meritum vsque ad Diuinitatem euexit.

22 Et notandum, ex huius textus energiâ, quod si per impossibile Christus non esset Deus, ex ipsius passionis merito Diuinitas ipsi deberetur.

CAP. 6. NVM. 2.

Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.

Qui pugnare scit vincens congreditur.

23 IN bonâ, & congruenti dispositione, quâ aggrediuntur facinora adiectum, vel appensum est certissimum prognosticon fœlicis eorum exitus, & consummationis.

VEL SIC.

Qui iuste pugnat certo vincet.

24 *Exiuit vincens* ciuiliter, hoc est, in iustitiâ causæ, propter quam bellum motum fuit; ex quo factum est, vt vinceret martialiter, seu vt commisso prælio victoriam reportaret.

CAP. 8. NVM. 5.

Et accepit Angelus thuribulum, & & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terremotus magnus.

Non solet punire Deus quin præmoneat.

25 PRius quam Deus iræ suę gladium in homines exerat, terrificis eos signis, ac de-

demonstrationibus præmonet, vt pœnitentiæ conamine iram Diuinam auertant, & gladium recondi faciant: Vide Ezechielis cap. 21. à num. 89.

VEL SIC.

Prædicantiũ fulminæ charitate ignita non mortifera sunt, sed salutifera.

26 Terrifica, & comminatoria Euangelicorum prædicantium tonitrua tunc prodierunt, cum hi moribus Angeli fuerint, & illa religionis zelo accensa, & igne charitatis fulgurantia apparuerint: Vide ad Ezech. num. 42.

CAP. 10. NUM. 9.

Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce, tamquam mel.

Noua scientia absque nouo conamine, & diligentia non adquiritur.

27 NON vult Deus Apostolum suum Ioannẽ nouâ scientiâ prophetali imbuere, nisi per librum nouum comestum, & digestum: vide infra num. 11. in sacro textu.

Omnis scientia difficile digeritur, facile eructatur.

28 Et notandum, quod omnis scientia *in ventre*, ideſt, in digestione, seu meditatione difficilis, & amara est, *in ore*, ideſt, prolatione, dulcis, suauis, & iucunda.

CAP. 10. A NUM. 10.

Et cum deuorassem eum amaricatus est venter meus: & dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

Dei beneficia nõ alio fine á suscipiente stagnanda sunt, quam vt oportunius, & proficientius effluant.

29 NON placet Deo beneficia sua in ea suscipiente stagnari, sed in omnes largiter, & abundanter effluere: Hæc est lucerna, quam non vult Deus sub modio poni, sed super candelabrum, *vt luceat omnibus, qui in domo* (Ecclesiæ) *sunt.*

Christiani principes Christi D. mansuetudinem imitentur.

30 Sed cur reges in gradu vltimo collocantur? Tum vt Christianam mansuetudinem, & humilitatem ediscant: Tum, quia solẽt esse postremi, qui Diuinis præceptis colla submittunt.

CAP. 11. NUM. 2.

Atrium autem, quod est foris templum ejice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est Gentibus.

Idololatræ apparentiam religionis habent, non veritatem.

31 GEntes idololatræ, cũ speciem quamdam religionis habere videantur, vera quidem religione carent; ideo in atrium templi Dei se prorripientes, & violenter penetrantes ab Euangelistâ, Dei iussu. non mensurantur, sed foras reiiciuntur.

CAP. 11. NUM 4.

Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

Qui propria virtute lucet oleum, & lucerna est.

32 IDem *oliuæ* simul, & *candelabra* sunt, quia de propriâ substantiâ, non de aliena, & mutuatâ lucent.

CAP. 17. NUM 9.

Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet.

Roma gentilis mulier desidiose sedens.

33 HÆC est Roma non tum Christiana, sed tunc adhuc gentilis, & idololatrix. Vide infra num. 18.

CAP. 19. NUM. 10.

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum: Et dicit mihi: Vide ne feceris: conseruus tuus sum.

Practici humilitatis magistri Angeli sunt.

34 ANgelus, & se humiliat, & Ioannem, non tam esse Ecclesiæ præsulem, quam seruum aduertit.

CAP. 20. NUM. 7.

Et cum consũmati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo.

Infernus communiter in proprie hominis, Infernus non tã quam dæmonis carcer appellandus.

35 INfernus communiter in Sacra Scripturâ non carcer hominis appellatur; sed dæmonis: Vide Matth. num. 340.

Et exibit, & seducet Gentes, quæ sunt super quattuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregauit eos in prælium.

Nunquam dæmõ grauius nocet, quam cum inter homines bella mouet.

36 MAxima Satanę seductio, & grauissima suggestio est, qua homines ad bella prouocat, & Martem accendit.

CAP.

CAP. 21. NUM. 4.

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Tormenta martyrum ad gloriæ conspectum euanescunt.

37 TOrmenta martyrum lacrymæ vnius nomine significantur, quia *non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Plurimorum martyrum vnum, idemque desiderium.

38 Sed cur in pluribus oculis lacryma singularis ponitur? Quia omnibus martyribus vna, eademque est causa plorandi: & cœlestis beatitudo pro quâ suspirant, & torquentium infidelitas, pro quâ auferenda Deum clamoribus, & eiulatibus mouere nō cessant, nec desistunt.

CAP. 21. NUM. 17.

Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli.

Homo beatus priuilegijs Angelicis adornatus.

39 CVM in cœlesti beatitudine natura humana, antehac paulominus ab Angelis diminuta, in Angelicā excrescat dignitatem, mensurę vtrique naturæ æquales, & promiscuæ sunt.

CAP. 22. NUM. 11.

Qui nocet, noceat adhuc; & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

Malus á malefactis caueat; bonus in benefactis crescat.

40 QUoad primam partē comminatiue loqui videtur: quoad secundam vero consiliatiue.

CAP. 22. NUM. 13.

Ego sum Alpha, & Omega.

Perfectionis vniuersitas Deus est.

41 DEus est Abecedarium integrum omnium perfectionum simpliciter simplicium.

Litterarum dignitas vsque ad Deitatis solium á Deo extollitur.

42 Et notandum, Deum perfectiones suas per litteras explicare, vt litterarum dignitatem vsque ad Diuinitatis culmen extollat.

PROTESTATIO AVTHORIS.

Si quid in has nostras Elucubrationes ex humana fragilitate, & ingenij mei tenuitate, vel Fidei inconsonum, vel moribus dissonum, vel sanctis Ecclesiæ Patribus aduersum irrepsit, & scriptum est: Deletum, ablatum proscriptum volumus.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

FINIS.

IN-

INDEX GENERALIS, ET VNIVERSI OPERIS COMPENDIVM.

Prima nota Arithmetica librum, secunda libri marginalem numerum designat.

STVDIOSO LECTORI S.

CONSULTO indicem concionatorium non subtexui, ne ingenij tui amplitudinem ad mei angustias redigerem: & quia cum, ex more iam diu inter nostrates inualescente, raro Declamatori Euangelico super nudo, & sincero, vt ab Ecclesia proponitur, textu discurrere liceat; sed aliqua circumstantiâ, vel ex occurrenti festo, vel ex Fidelium, præsertim confraternitates sectantium, affectu, & deuotione vestito, & connubiali, vt aiunt, copulatione coniuncto; vt quid per cœlibes, ac propterea ineptas, considerationes, & discursus diuagarer. Malui ergo rem totam declamatorio muneri deseruientem in suas classes, ac categorias reducere, vt inde promptius, & facilius pro oblata occasione congruentiora seligeres. Uale.

ABRAHAM.

Abraham pater nostræ Fidei, vel ipsis obstinatissimis, & recutitis Hebræis inuitis *Genes. num.* 146.

Abraham mysticus Fidei pater, & verus magister. *Ep B. Iacob. Apoc. num.* 19.

ACCIDENS.

Quod pluries accidit, semper credi potest accidere. *Tobiæ n.* 62.

Accidentia cordis facies propalat. *Ecclesiastici num.* 52.

ACCVSATIO: Vide *Iudex.*

Accusatio fratrum à turpitudine difficile excusabilis. *Genes. n.* 262.

Ualde arduum est se vel rem suam accusare, & iudicialiter infamare. *Leuit. nu.* 26.

Iniquus iustum, etiam cum excusare videtur, accusat. 1. *Reg. num.* 321.

Qui inique accusat non delatoris, sed carnificis officium implet. 1. *Reg.* 345.

Iniqui accusatores non solum criminosi, sed vilipensores. *Danielis n.* 78.

Quem propria conscientia non accusat, accusatio externa non perturbat. *Danie. num.* 121.

Iniqui, & falsi accusatores, iuris solemnitates diligenter obseruare solent. *Danie. num.* 123.

Qui apotentioribus accusatum videt eodemmet intuitu damnatum videt. *Matthæi n.* 407.

Ad semel proximum accusandum, iterũ, ac sæpe attente considerare oportet. *Lucæ num.* 334.

Propria delictorum conscientia ligat, & accusat. *Ioan. n.* 78.

ADVLATIO. Vide *Rex, Aulicus.*

ADulatores magna mala regni coram Regibus minuunt. *Exod. n.* 87.

Fraus, & adulatio vbique obuia. *Iudicum n.* 14. & 15.

Ex ipsis met humanis regum miserijs assentatores ansam adulandi capiunt. 1. *Regum. n.* 220.

In Regum aulis non vltimum reliquos inter ministros locum *dicentes* occupant. 1. *Reg. n.* 307.

Regum adulatores ipsorum loquendi mori se acommodant. 1. *Reg. n.* 337.

Mortui nemini adulantur. 1. *Reg n.* 423.

Regiæ dignitati legum interpretes mille exceptionibus, & interpretationibus adulari solent. 2. *Reg. n.* 80.

Insipientibus laudatoribus sæcula abundant. *Iudith n.* 40.

Adulatio lac nociuum. *Prouerb. n.* 61.

Adulatores, & falsi testes æque reipublicę nociui. *Prouerb. n.* 88.

Qui adulatores libenter audiunt de puerili simplicitate conuincũtur. *Prouerb. n.* 89.

Qui alteri adulatur, ipsi illudit. *Prouerb. n.* 90.

Adulatio non difficilia solum, sed impossibilia aggreditur. *Sapientiæ n.* 40.

Adulatio non minus quam munera iudices solet corrumpere. *Daniel num.* 124.

Ad principes verba tristia non peruolant; sed lente incedunt. *Ionæ n.* 9.

Qui in conscientiæ aliorum regimine nõ Dei legem, sed consultantium gustum attendit, viliponduum, & animæ dispendium pro lucro reportabit. *Malachiæ n.* 15.

A fubdolo adulatore cautius, quam ab hoste manifesto cluere oportet. *Matthæi n.* 176.

Adulatio lethalis adulatio. *Acta Apost. n.* 89.

ADULTERIUM: Vide *LUXURIA.*

ADiunctũ matrimonij ius violandũ, facilitas non solum negari debet, sed etiam facultas. *Genes. n.* 295.

Adulterium omnium luxuriæ specierum compendium. *Numer. n.* 5.

Ad perpetrandum adulterium præcedat, necesse est, coniugis contemptus. *Num. n.* 6.

Stratum, in quo adulterium commissum perenni lachrymarum fonte abluendum. *Psalm. n.* 17.

Adulterium Deo summe displicet. *Matth. n.* 3.

Scortatricis feminæ filiorum incertus pater. *Marci n.* 94.

Cum adulterio pax incomposibilis, *Ioan. n.* 84.

Ad mœchandum non naturæ fragilitas; sed deprabatio voluntatis inducit. *Ioannis n.* 85.

Coniugatam feminam in honeste aspicere, mœchari est. *Ep.* 2. *B. Pet. Ap. n.* 2.

ÆDIFICATIO.

FOrmatio mulieris ædificatio dicitur, vt mundum modestia sua ædificaret non vt se excessiuo impedio, & mundo muliebri ædificaret. *Genes. n.* 39.

ÆGRITUDO.

COrporis ægritudinibus solet Deus salutem animę conseruare. 1. *Num. n.* 61.

Leue malum accidens, & mentem illustrare, & vitam conseruare solet. *1. Numer. n.* 62.

Ægritudines potius theologicę quam physice curandæ. 2. *Paralip. n.* 84.

Infirmitatis tempus, etsi breue, diuturnũ valde apparet. 2. *Paralip. n.* 105.

Infirmitas, quæ ampio tollit vitam, non ægritudo, sed peccatum est. 2. *Paralip. n.* 106.

Ægritudines mortis satelites viæ, & vitæ humanę latrones sunt. *Iob n.* 107.

In ægritudinibus non tam corporis, quã animę saluti attendendum. *Psal. n.* 15.

Mala corporis ab animæ malis infinite differunt. *Psalm. n.* 152.

Quod in genere suo ægre est tanquam si non esset, existimandum est. *Sapientiæ n.* 8.

Corporis ægritudo animam sanare solet. *Ecclesiastici n.* 124.

Gra-

Grauis ægritudo optima ad confessionē generalem dispositio. *Isaiæ n.* 124.
Ægritudo, & curatio illius non minus amaræ, quam ipsa mors. *Ieremiæ n.* 76.
A languoribus peccatorum sanati, non corporeo, sed spirituali doctrinæ cibo indigent. *Matthæi n.* 234.
Tot habet Deus aduentus sui præcones, quot ęgritudines. *Matthæi n.* 319.
Ægrotus morbum sentit, medicum patitur. *Marci n.* 57.
Prolixus morbus omnem cuiuscumque generis substantiā deuorat. *Lucæ n.* 109
Omnis ægritudo, & languor à peccato originem trahit. *Lucæ n.* 125.
Peccati ægritudo non solum ægrotum tenet, sed detinet. *Ioan n.* 51.
Ægritudinis tempus non transit; sed simul permanet. *Ioan. n.* 53.
Ægritudo ab homine; salus á Deo ortum habet. *Ioan n* 54.
Decumbendi modus ęgritudinalis diuturnitatis indicatiuus. *Ioan. n.* 55.

ÆSTIMATIO: Vide *Honor.*

PLuris habetur homo apud extraneos quam apud suos. *Exod. n.* 39.
Diuina etiam à raritate pretium nanciscuntur. 1. *Reg. n.* 57.
Res selectæ ex pluralitate, de æstimatione non cadunt. 2. *Paralip. n.* 7.
In quouis genere raritas æstimationem auget. *Isaiæ n.* 43.
Teneśe, & æstimari idem est. *Isaiæ n.* 44.
Sæculus futurus comparatiue ad præsentem aliquanto grauius ponderet, vt æquæ æstimetur. *Lucæ n.* 77.

AFFLICTIO.

EXigua messis panem potius afflictionis, quam consolationis prorrigit. *Iudicum n.* 24.
A propter Christum afflictio, & tribulato Christus abstentari nequit. *Matthæi n.* 191.
Per tribulationum aquas ad Iesum itur. *Matthæi.* 238.

AGRICOLA.

AGricolæ, vt plurimū, in ciuiles. *Ruth. n.* 10.
Agricolæ fruges suas prę filijs æstimare solent. 4. *Reg. n.* 58.
Laboris agricolarum pauperum defraudatio, vel terram ipsam lacrymari facit. *Iob. n.* 186.
Vberrimos terrę fructus, pecudumque prouentus agricolarum, & pastorum peccata exiccant. *Osee n.* 5.
Agricolę raro hilares; fere semper querituli, ac luctuosi. *Amos n.* 5.

ALIMENTVM: Vide *Panis.*

HEbręi indeserto non solum cœlesti pane, sed etiam terreno pasti. *Exod. n.* 113.
Cibi rurales saturant comedentes, ciui ciuiles vix edentes alunt *Ruth. n.* 16.
Inculpabilis rapina cum adest necessitas, & alia media non suppetunt. *Psalm. n.* 164.
Extremæ necessitati non succurrens, etiam si in animatum sit, increpatione dignum. *Psaml. n.* 170.
Alimenta ad vitam necessaria iuris subditorum sunt. *Marci n.* 122.
Hominem homo alere; saturare solus Deus valet. *Marci n* 126.
Alimentorum abundantia bonum Reipublicæ regimen indicat. *Marci n.* 204.

AMBITIO: Vide *Superbia, Vanagloria.*

VEL solum apparens dignitas veram, & realem adorationem ambit. *Genes. n.* 273.
Nil á bonis præsulibus remotius quam ambitio. *Numer. n.* 36.
Nimia ambitio humilium natalium argumentum. *Iudicum n.* 48.
Ambitiosus filius, non patre, sed patris regno frui conatur. 2. *Reg. n.* 172. & 185.
Ambitiosi factiosos suos non peruertunt solum, sed producunt. 2. *Reg.* 178.
Ambitiosi factionarios suos pluris æstimant, quam se ipsos. 2. *Reg. n.* 179.
Ambitiosus inuigilat, vt retia tendat. 2. *Reg. n.* 180.
Ambitiosi, & rebelles Religionis pallio cooperiri solent. 2. *Reg. n.* 182.
De ambitione suspectis caute promittendum; secus bene moratis, ac modestis. 2. *Regum n.* 271.
Ambitiosi ad vitium suum occultandum religionem prætexunt. 3. *Reg. n.* 11.

Qui exaltationem iniuſtam ambit pedũ conculcationi ſe exponit. 3. *Reg. num.* 12.

Ambitioſus á ſuis etiam attentatis nunquam deſiſtit, 3. *Reg. num.* 44.

Qui ex imperandi ambitione á vera religione deuiat, nullum Deum adorat ſolum ſe ipſum colit. 3. *Reg. n.* 147.

Terrenorum principum ambitio vltra virium metas progredi ſolet. *Iudith. n.* 4. & 5.

Terram diuiſit Deus, vt humanæ ambitioni terminum poneret. *Eccleſiaſtici n.* 180.

Romanorum gentilium potens audacia, non Terræ ſolum, ſed Cœlo etiam dominari ambiuit, & aula fuit. *Danielis num.* 96.

Purpura, & Terreſtris, & Marina, quia in vtroque elemento humana ambitio dominatur. 1. *Machabeorum n.* 32.

Ambitio humana ad ſupremum gradum adſpirat. *Matthæi n.* 285.

Ambitioſis, reliqui â primo, infimi gradus apparent. *Lucæ n.* 194.

Ambitioſi, ſuos aſſeclas, non tam ſequaces, quam ſubditos affectant. *Lucæ num.* 296.

AMICITIA: Vide *Amor, Amicus.*

QUandoque abſentiâ non diſoluitur, ſed potius fouetur amicitia. *Geneſ. num.* 99.

Uerus amicus nil ad voluntatem pertinens ignorare debet. 3. *Reg n.* 61.

Amicitia non vero conſanguinitas poſt mortem durat. *Iob n.* 116.

Male data amicitiam non promouent, ſed diſoluunt. *Prouerb. n.* 64.

Amicitiæ hominum volatiles. *Eccleſiaſtici num.* 97.

Mala â chariſsimis illata acerbiora ſunt. *Tren. Ieremiæ n.* 36.

Intimus cordis mœror ſolum intimis cõmunicandus. *Matthæi n.* 370.

Adeo Chriſto hominum amicitia placet, vt vel fictam non repellat. *Matthæi num.* 389.

AMICUS.

PAuci ſunt, qui amicis ſuis de ſibi neceſſaris elargiantur. *Ruth. n.* 15.

Cum vero amico tanquam cum propria anima agendum. 1. *Reg.* 314.

Qui amicum in iuſte auertit in aduerſariũ conuertit. 1. *Reg. num.* 385.

Verus amicus, qui in calamitate verbo, & opere ſe declarat amicum. 2. *Reg. num,* 229.

Verus amicus nomine, & cognomine dignus. 2. *Reg. n.* 230.

Conſolationis ab amicis expectatę dilatio, vel ipſam Iob ſufferentiam vincere poſſe videtur. *Iob. n.* 41.

AMOR.

FIlius nominari nequit quin cor paternum affectione pulſetur. *Geneſ. n.* 164.

Amor facit amantem commorari cum re amata. *Geneſ. n* 182.

Ardens amor rethoricisſimus perſuaſor. *Geneſ. n.* 233.

In ſinceriore ſæculo exceſſiuus amor parvi conſtabat, in politiore vero exiguus amor magni conſtat. *Geneſ. n.* 266.

Ab amore, & inuidia idem effectus ex diuerſis motiuis prouenire ſolent. *Geneſ. n.* 275.

Erumpens amor nullis regulis aut cautelis ſubijcibilis. *Geneſ. n.* 362.

Verus amor aliquando cohiberi, & reprimi poteſt; ſemper non poteſt. *Geneſ. num.* 263.

Uerus amor foras mittit timorem. *Geneſ. n.* 364.

Charorum affectus expreſsione non indiget. *Exod. n.* 125.

Amoris filum neruiceo rudente fortius in neruum injcit *Iudicum n.* 98.

Qui vnum prę alijs intenſisſime diligit vnice diligit. 1. *Reg. n.* 1.

Perfecta dilectio omnibus humanis reſpectibus prævalet. 1. *Reg. n.* 296.

Perfectæ dilectioni nunquam ſatis prodilecto cauere videtur. 1. *Reg. n.* 297.

In parentibus erga filios amor repullulat ſtatim ac motus contrarius ceſſat. 2. *Reg. n. Poſt n.* 151.

Voluntatis pondus in perſonam amatam, non indignitatem fertur. 3. *Reg. n.* 23.

In duplici auro templi amor Dei, & proximi præſignatur. 3. *Reg. n.* 79.

Amor

Amor Diuinus perſpicax, & oculatus. 3. *Reg. num.* 87.

Se inuicem perfecte diligentes ſeparari poſſunt corpore, ſed nō affectu. 4. *Reg. num.* 20.

Amor cœcus, cœcos videre facit. *Tobiæ num.* 41.

Rationalis amor non cæcus; ſed ſummè perſpicax. *Tobiæ num.* 67.

Amor amantis arrogantiam euaneſcit. *Iudith. num.* 43.

Regalis amor amatum ſuppoſitat. *Eſter n.* 53.

Phylautia, ſeu amor proprius cuilibet accommodari poteſt. *Iob n.* 187.

Diuini amoris morbum patienti optimū remedium, quod morbum aggravat. *Cantici Cantic. n.* 2.

Amor cęcus, inuidia lyncæis oculis prædita ad nocendum. *Danielis num.* 72.

Ieſus, Maria, Ioſeph, tres perſonæ, ex amoris vinculo, vſque ad idemtitatem coniunctæ. *Matthæi Poſt. num.* 37.

In eo quod ſit perfectiſsimę obiectum dilectionis generatio Diuina ab humanis differt generationibus. *Matthæi num.* 257.

Chriſtum amor ſacrificauit priuſquam odium eiuſdem ſacrificium perageret. *Matthæi n.* 408.

Amoris filamina homines irretiunt. *Marci num.* 4.

Quę ad Ieſum recens natum ſpectant, teneriſſimum amorem excitant. *Lucæ n.* 29

Paſsionis Chriſti miniſter prælusor, & præcurſor amor. *Lucæ n.* 322.

Amor non perſonas ſolum, ſed etiam nomina æquiuocat. *Ioan. n.* 111.

Plus faciunt homines propter illum, quē amant, quam propter illum, quem reuerentur. *Paul. ad Rom. n.* 2.

AMOR INORDINATVS.

ABiectiſsimi hominis eſt turpem vitam certam appetere; quam decoram mortem incertam. *Exod. n.* 104.

A paſsionibus proprijs ad indigna adigi ſolent homines. 2. *Reg. n.* 89.

Dum durat paſsio obcæcatur ratio. 2. *Reg. num.* 95.

Amor cęcus multipliciter mendax. 2. *Reg. num.* 118.

Prauæ animæ paſsiones rationem obnubilant, ac ſolertiam excitant malignā. 2. *Reg. num.* 123.

Paſsio inordinata retum proprietates immutare ſolet. 2. *Reg. num.* 128.

Res quibus impudicis placere ſtudemus in noſtri dedecoris inſtrumēta conuertuntur. 2. *Reg. n.* 144.

Exceſsiuus, & inordinatus parentis erga vnum filiorum amor tam parenti quam dilecto filio nociuum. 2. *Reg. n.* 148.

Trabem quæ in oculis noſtris eſt, frequēter, non videmus. 3. *Reg. n.* 46.

Religionis prętextu ſe adorare, Deū ſummopere offendit. *Ezechielis n.* 37.

Proprias paſsiones adorare, idololatria eſt, in quam multi incidunt. *Ezechiel n.* 38.

Cœco amore præuento placent, quę ceteris diſplicent. *Matthæi n.* 231.

AMOR MATERNVS.

MAter nequit dici quæ pro nutritione prętiū recipit: neſcit enim amor ſua officia vendere. *Exod. poſt n.* 22.

Socrus quæ nurum amat, & prolem continuo geſtat, in matrem tranſmutatur. *Ruth. num.* 18.

Qui in filium inſurgunt matrem necare intendunt. 2. *Reg. n.* 153.

Parentum erga filios amorem moderatæ ſobrietatis regulis continere, eſt moraliter impoſsibile. 3. *Reg. n.* 10.

Ut Mater filium diter, vel maritum expolliabit. 3. *Reg. num.* 24.

Filium diuitijs præferre exaggeratio amoris materni eſt. *Tobiæ n.* 39.

A filij, vel diſtantiſsimam præſentiam cor matris, non ſubſilire, nequit. *Tobiæ num.* 68.

Maternus amor Diuini amoris propriſſimum ſymbolum. *Eccleſiaſtici n.* 5.

Filiorum tortura tormentum matris ſatis exprimit. 2. *Machabæorum num.* 12. & 13.

AMOR PROXIMI.

VT Diuina fideles cantilena sint, consonam interse charitatẽ obseruent. *Exod. num.* 282.

Qui inimico paret certissime in regem inauguratur. 1. *Reg. num.* 362.

Confidentia proximi bene vtendum. *Tobiæ. num.* 65.

Qui proximum angustiat se angustiat. *Sapientiæ num.* 19.

In ordine ad proximi salutem, iusti plus faciunt, quam promittunt. *Daniel n.* 32.

Fraternitatis amorẽ, præ oculis vult Deus nos semper habere. *Lucæ n.* 161.

Qui Iesum respiciunt se mutuo amore aspiciunt. *Lucæ n.* 348.

Deus amorem proximi valde commendat. *Ioan.* 114.

Homines amorẽ proximi vltra vitæ huius metã non solent protendere. *Ioan. n.* 115.

Amor proximi pius, & religiosus vsque ad sensuum communionem intendi potest. *Ep.* 1. *B. Ioan. Ap. n.* 4.

Dilectionis proximi præceptum certatim ab omnibus adimplendum. *Epist.* 1. *B. Ioan. Ap. n* 13.

AMOR SENSUALIS.

SInum feminæ concedere, & cordis dominium reseruare est moraliter, impossibile. *Genes. num.* 116.

Ardentissimus, seu combustiuus amor nõ spiritualis, sed carnalis amor est. 3. *Reg. num.* 114.

ANGELVS: Vide *Spiritus.*

ANgeli boni per prouincias discurrunt vt Angelos malignos abigant. *Tobiæ num* 30.

Angeli boni apud bonos mansionem faciunt. *Tobiæ num.* 31.

Angeli Sancti non interius solum, sed etiam, exterius illuminare solent. *Tobiæ num.* 72.

Qui cum Angelis conuersatur angelicos mores contrahit. *Tobiæ num.* 86.

Angeli sunt administratorij spiritus. *Iob num* 2.

Angelos, non orbis pondus, sed Dei magnitudo deprimit. *Iob n.* 59.

Qui Angelos in vitâ colit in morte aduocatos experietur. *Iob n.* 196.

Non solum habemus Angelum Dei ad nostram custodiam destinatum, sed etiam angelum Satanæ ad nos colafizandos permissum. *Iob num.* 319.

Angeli custodis præsidio nil certius, sicut nec irremuneratius. *Ecclesiastes* n. 32.

Angelus custos tam ad Deum quam procliente suo semper vigilat. *Daniel. n.* 49.

Angeli boni nobis, ne in vitia declinemus continuo aduersantur. *Matthæi n.* 83.

Custos Angelus Clientis honorem, suum teputat. *Matthæi n.* 272.

Angelus custos statim coram Deo clientis sui contemptorem accusat. *Matthæi num.* 273.

Angeli de hominum ingratitudine, eo quo possunt modo tristitiam capiunt. *Matthæi num.* 280.

ANTICHRISTVS.

ANtichristus inmembris suis præcursoribus ab initio Ecclesiæ hostis infensissimus. *Ep.* 1. *B. Ioan. Ap. num.* 11.

APOSTOLVS.

APostoli, & discipuli Christi in lege veteri præfigurati. *Exodi n.* 111.

In Eliseo, & iugis boum Christus, & Apostoli præsignati. 3. *Regum n.* 198.

Omnes Apostoli, vel personaliter, vel virtualiter Romanæ Sedi detulerunt. *Isaiæ num.* 80.

In amarum mundi mare Deus piscatores suos mittere dignatus est. *Ieremiæ n.* 79.

Longe minor prouincia prophetis, quam Apostolis commissa. *Ezequielis n.* 21.

Apostolorum magisterium in veteri lege expressum. *Danielis n.* 104.

Apostoli ceteris fidei magistris præferendi. *Zachariæ n.* 16.

Viri apostolici, pauperes electi, pauperes perseuerent *Zachariæ n.* 28.

Apostoli, non solum corporum, sed potissimum animarum medici. *Matth. n.* 166

Euangelizantium pedes, vel nudi, vel modeste calceati speciosissimi. *Matth. n.* 171

Apostolica verba, & potestate plena, & tanquam Sacramenta suspicienda. *Matthæi n.* 175.

Vnius Apostoli absentia integræ Angelorum legionis supplemento indiget. *Matthæi num.* 396.

Apos-

Apostolicum sal cum mediatorem agat in neutram partē declinet. *Marci n.*141.
Apostoli in sua consecratione se ipsos proprijs manibus Eucharistia refecerunt. *Lucæ num.*307.
Ante Spiritus Sancti aduentum Apostoli propriæ voluntatis impulsui non fidebant. *Actuum Apost.n.*11.
Duodenus numerus, in omni lege mysticus, & sacratus. *Act. Apost.n.*12.
Apostolorum sapientia infusa Hebræorum doctissimis admirabilis. *Act. Apost. num.*21.
Viri Apostolici omnia temporalia bona sub pedibus collocant. *Act. Apost n.*25.
Apostoli Diuinæ virtutis instrumeta. *Act. Apost.num.*31.*&*33.
Apostolici viri exiguo cibo humanæ indigentiæ satisfaciunt. *Act. Apost.n.*69.
Apostolica authoritas veritatis naturalis occultæ sufficiens probatio est. *Act. Apost.num.*117.
In operibus discipulorum verba Christi Domini resplenduerūt. *Act. Apost n.*118
Apostolicus labor Naturæ viribus superior,& Diuina solum virtute tolerabilis. *Paul. ad Thes.*1.*n.*6.
De Euangelica promulgatione præceptum adamussim adimpletum. *Epist.*1. B. *Pet. Apost.num.*6.
Apostolicæ Epistolæ omnes doctrinales. & commonitoriæ sunt. *Ep.*2. *B. Pet. Apost.num.*3.
Apostoli,& prophetæ in Fidei morumque doctrina consoni. *Ep.*2.*B.Pet.Ap.n.*4.

APPETITVS: Vide *Amor inordinatus.*

APpetentia, in pueris femnisque regnat, *Genes.*227.
Carnalibus carnalia nō solum in corpus, sed etiam in mentem continuo adueniunt *Numer.num.*15.
Inordinata concupiscentia non solum inducit mortem, sed etiam corruptionē. *Numer.num.*23.
Inordinati appetitus vltra vitæ metam durare solent. *Numer.num.*24.*&* *Psal. num.*90.
Dulcioribus adnauseā vsque satiati amariora appetunt. *Danielis n.*70.

ARTIFEX.

FAbros præsertim armorum ab aliquo regno sufurari,& ad se trahere magna hostilitas est. 1 *Reg.n.*184.
Viri in quauis arte insignes á regibus,tanquam patres æstimandi. 2. *Paralip.n.*16.

AVARITIA: Vide *Auarus*

FAcilius est hostes debellare,quam amicorum auaritiā componere. *Iosuæ n.*8.
Auaritia possessorem non dominum, sed seruum facit. 1. *Reg.n.*96.
Auarorum dispendiosa solet esse parsimonia. 1. *Reg.n.*389
Qui ad valde senes, vel morti proximos ingrediuntur,pro sua,non pro ipsorum vtilitate ingredi existimantur. 3. *Reg n.*16.
Delicto auaritiæ ministrorum á principibus nunquam parcendum. 4. *Reg.n.*75.
Principū auaritia prouincias dissipat. *Ecclesiastes n.*35.
Ubi interuenit auaritia, vera versari nequit amicitia. *Ecclesiastici n.*14.
Religionis prætextu auaritiæ incumbere furtum detestabile. *Isaiæ num.*213.
Bonum vtile fortius attrahit. 1. *Machabæ. num.*17.
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. *Matthæi num.*266.
Prauus mos in genere auaritiæ in Ecclesiam,semel introductus difficile eliminatur. *Matthæi num.*291.
Auaritiam é templo eijcere res difficilis. *Marci* num.183.
Christus,& mammona,extrema opposita. *Marci num.*202.
In Christi donarijs à malorum ministrorū auaritia cauendum *Marci n.*210.
Torpentes auaros crumena sudare facit. *Lucæ num.*276
Auaritia á radicibus, ob bonum publicū combellenda. *Ioan,num.*33.
Quem auaritia inficit, mortis memoria, non proficit. *Ioan.num.*132.
Auaræ cupiditati immerso cura pauperū non est committenda. *Ioan.num.*135.
Plures loculos habere satagit, qui auaritiæ inseruit, *Ioan.n.*136.
A Fidei pedagogis, & magistris omnis aua-

BIBLIOTECA DE CIENCIAS ESTADO DE AGUASCALIENTES

auaritiæ ſuſpicio eliminanda. *Act. Apoſt. n.* 59.
Auaritiæ occaſio non minus, quam luxurię fugienda eſt. *Ep. Paul.* 1. *ad Theſſ. nu.* 3.
Auarorum pectus diuitiarum captiuerin. *Ep.* 1. *B. Ioan. Ap. num.* 9.

AUARUS.

AVarus cuncta deuorans macreſcit. *Geneſ. num.* 321
Cupiditas etiam alienas opes adorare nõ dubitat. *Exod. n.* 198.
Manus cupidæ glutinoſæ. *Deut. num.* 53.
Auarus etiam neceſſario alienãda eo quo poteſt modo retinere ſatagit. 1. *Reg. nu.* 378.
Auaris nullum leue donarium apparet. 1. *Reg. num.* 379.
Auari ſemper ſe aſeruis vellicari exiſtimant. 1 *Reg. num.* 381.
Auarus cor membrum intrinſecum potius, quam internum. 1. *Reg. n.* 396.
Cor non omnibus æqualiter collocatum, 1. *Reg. num.* 397.
Auarus, vel mortuus pecuniarum diſpendia euitare ſatagit. 1. *Reg. n.* 398.
Auarus ſicut duplex animo, duplex vita. 1. *Reg n.* 400.
Illiberalis decoroſam omnem nomenclaturam amittit. *Pſalm. num.* 41.
Nonnulli diuites ad pauperes nõ manus, ſed vngues extendunt. *Pſal. num.* 94.
Auari liberalitas virtutis nomine indigna eſt. *Eccleſiaſtici n.* 87.
In vita auarus, in morte non ſolet eſſe proficue liberalis. *Eccleſiaſtici n.* 117.
Qui auro litat, ſibi damnum infert. *Eccleſiaſtici num.* 125.
Auari circa annonam negotiatores néquiſsimi. *Eccleſiaſtici n.* 128.
Auarus cupidinis ſtudioſus cultor. *Ieremiæ num.* 35.
Pecunioſi auari non ſolum pauperibus non elargiuntur; ſed pretioſum libertatis bonum ſubripiunt. *Amos n.* 19.
Pecunioſi frequenter auari. *Matth. n.* 144.
Omnis auarus corde durus. *Matthæi num.* 329.
Auaro tam deeſt quod habet, quam quod non habet. *Matthæi n.* 330.
Auarus nec diuitiarum nomina vult diſtrahere. *Matthæi n.* 351.
Auarorum famuli auariores dominis eſſe ſolent. *Lucæ n.* 232.
Auari de atheiſmo quodammodo ſuſpecti. *Lucæ n.* 278.
Homines ruſtici non infrequenter auari, & cupidi. *Lucæ n.* 289.
Auare cupidus pauperibus procurat non vt pauperes, ſed vt ſe curet. *Ioan. nu.* 137.

AVDITOR.

PRauus auditor ſeuerum declamatorem illuſorem reputat. *Geneſ. n.* 155.
Auditor pius, & ſapiens declamatorem, & declamationem nobilitat. *Prouerb. n.* 93
Omnes ſunt audiendi, ſed non omnes à ſuperioribus auſcultandi. *Eccleſiaſtici nu.* 115.
Prodigitur ratiocinatio, vbi deficit rationalis auditio. *Eccleſiaſtici n.* 132.
Qui concioni Euangelicæ deuote, modeſte, & reuerenter, non adſtiterit, nullum ex concione profectum reportabit. *Lucæ num.* 169.
Circa concionatores, & conciones critiquizare audientium innata proprietas. *Paul.* 1. *ad Cor. n.* 13.

Aulicus: Vide *Adulatio.*

IN principum aulis etiam cum res bene ſuccedunt aulicis male eſt. *Geneſ. n.* 307.
Aulici ſapientibus coniectores preferre ſolent. *Geneſ. n.* 319.
Aulicæ ſolicitudines non ſolum naturam debilitant, ſed vitam decurtant. *Geneſ. n.* 411.
Politici non facile credunt ſincere veritati. *Exod. n.* 91.
Quod aulici non vbique ſequantur, imo, & perſequantur patronum ſuum valde mirandum eſt. 1. *Reg. n.* 323.
Iiſdem actionibus ruſtici ſimpliciter aulici ſe gerunt dupliciter. 2. *Reg* 202.
Aulicorum verba perſcrutanda, frequenter enim ſunt, æquiuoca. 2. *Reg n.* 211.
Aulici alienorum motuum ſpeculatores. 2. *Reg. n.* 250.
Ingenium vere politicum in rerum appretiatione à ceteris valde differt. 3. *Reg. num.* 45.

Auli-

Aulici inimici, tunc magis duplices, cum magis simplices apparere nituntur, 2. *Esdræ n.* 15.

Aulici inimici cogitationes riualium non compertas solum, sed diuulgatas esse volunt. 2. *Esdræ n.* 16.

Aulicorum mærores in corde residunt foras non erumpunt. *Esther n.* 35.

Aulicis tam bonis, quam malis prudenti cautela opus est. *Esther n.* 64.

Ad aulas principum assumpti antiquas necessitudines oportet obliuisci. *Danielis n.* 4.

Mundi sectatores facies hominum contemplantur: mundi contemptores Diuina considerant. *Danielis n.* 8.

Qui regum phantasticis imaginationibus student eas percallere debent. *Danielis n.* 14.

Aularum regalium ex malignâ, & cauta Ministrorum solertiâ magna vicissitudo. *Danielis n.* 62.

Longe grauius aulici inuidentes nocere solent, quam leones famelici. *Daniel. n.* 83.

In superiorum signis, & motibus subditi ipsorum mentem perlegunt. *Macabæorum* 1. *n.* 7.

BAPTISMVS: Uide *Sacramentum.*

MOysis nomen ab eductione ex aqua de sumptum in figuram baptismi. *Exod. n.* 23.

Baptismi lauacrum etiam corpori, cum oportet proficuum. 4. *Reg.* n. 70.

Baptisma frigus infidelitatis calefacit, & illuminat. *Paralip.* 2. *n.* 21.

Baptismate ablutus terrenis omnibus renunciat, *Cantici Cantic. n.* 9.

Baptismalis aqua de Saluatoris fontibus dimanat. *Isaiæ n.* 38.

Aqua baptismalis originalis peccati cõpedes conflingit. *Isaiæ. n.* 107.

Aquæ baptismales Spiritus Sancti igne inuisibiliter ardent *Isaiæ n.* 218.

Quod in se immundum est ad emũdationem aliorum ineptum est. *Ezechi. num.* 114.

Aqua baptismatis *Orientalis*, quia per illam homines renascuntur. *Ezechi. nu.* 131.

E baptismate in vitam æternam renascimur, ni peccata obstiterint. *Ezechiel n.* 132.

Baptismalis aqua Adami spinas in flores conuertit. *Ioelis n.* 6.

Baptismalis aqua in lege veteri clarissime adumbrata. *L.* 2. *Machab. n.* 4.

Abinitio Mundi Deus aquas ad baptismi materiam præparauit. *Matthæi. n.* 56.

Per baptismales aquas ad Iesum itur. *Matthæi n.* 237.

Uniuersalis medicina Baptismus est. *Matthæi n.* 282.

BEATITVDO: Vide *Cælum.*

LEuissime terram attingit, qui feruide in cœlum contendit. *Genes. n.* 78.

In visione Diuina omne bonum. *Exod. n.* 258. & 259.

Æterna vita, non temporalis, & caduca imprecatione digna. 3. *Reg. n.* 21.

Numerus octauus, beatitudinis æternæ mystice significatiuus. 3 *Reg. n.* 81.

Totum cœlum nobis cõcedit Deus: terræ vero solum superficiem. 3. *Reg n.* 89

Quę de cœlesti patria legimus, & audimus vera quidem, sed valde diminuta sunt. 3. *Reg. n* 101.

Angeli hominesque beati magnam in cœlo de Christi humanitate fruitionẽ capiunt. 3. *Reg. n.* 103.

Homines beati nobiliori præ angelis nomenclatura appellari solent. 3. *Reg. n.* 104.

Rationali creaturæ innatum Dei fruendi desiderium non solum, quoad spiritualem portionem, sed etiam quoad terrenam. 3. *Reg. n.* 105. & 106.

Beatorum animæ templa sunt gloriâ Dei completa. 2. *Paralip. n.* 25.

Qui æternam vitam alteri desiderat, omnem mali temporalis suspicionem eliminat. 2. *Esdræ n.* 4.

Cœlestis beatitudo ab antiquis patribus cognita, & fideliter credita. *Tobiæ n.* 4.

Intellectus, & voluntas Deum respicientes Angelorum refectio est. *Tobiæ n.* 81.

Si quid gloriâ maius esse potest, honor Beatorum est. *Psalm. n.* 26, & 27.

Qui Deum videre satagit sibi summe prospicit. *Psalm. n.* 35.
Beati in Patria animæ oculis credunt, quę in via, Fidei auditu, viderant. *Psal.* 109.
Beatus vbique gloriæ centrum ocupat. *Psalm.* 110.
Cœlestis Beatitudo nostræ veræ diuitiæ sunt. *Prouerbiorum n.* 17.
Honor Diuinus cœlestis beatitudinis cõpendium. *Sapientiæ n.* 25.
Beati Deo igniuntur, & lumine gloriæ inflammantur. *Isaiæ n.* 102.
Glorificationis articulum, nõ solum nouum, sed vetus etiam testamentum cõfirmat. *Ieremiæ n.* 67.
Perfecta Christianę legis obseruantiâ cœlestis ager beatitudinis comparatur. *Ieremiæ n.* 158.
Verorum Israelitarum regnum æternum non temporale, sed spirituale, & cœleste est in quo Dauid perpetuo regnat. *Ezechielis n.* 119.
Ecclesia triumphans Militante latior, & lætior. *Ezechielis n.* 123.
Ad gloriæ imaginem percipiendam, mortis imago præcedit. *Lucæ n.* 133.
Difficile cœlestem hereditatem nanciscuntur, qui terrenas ambiunt. *Lucæ n.* 143.
Iustorum remuneratio æterna Triadi toti placet. *Lucæ n.* 180.
Si cœlestis gutta beatitudinis, in Infernũ posset descendere Infernum refrigerio afficeret. *Lucæ n.* 236.
Dei præsentia animam abunde ditat, & exornat. *Lucæ n.* 270.
Beatis tempus breuescit, Damnatis longescit. *Ep. 2. B. P. Ap. n.* 5.
Homo beatus priuilegijs Angelicis adornatus. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 39.

BELLVM: Vide *Hostis.*

POpulo non tam displicet seruitutem pati, quam belli mala sustinere. *Exod. n.* 98.
Relliquiæ sanctorum præsidia populorũ. *Exodi n.* 99.
Cum iusta belli causa abest tristissimus effectus statim adest. *Deuter. n.* 10.
In regnis bene moratis militaris ars excolenda. *Iudicum n.* 6.
Belli flagellum irreligiosi tatem arguit. *Iudicum n.* 8.
Bellum pro religione susceptum diuturnam pacem inducit. *Iudicum n.* 17.
Bellum aggressurus de sui potestate, & belli iustitiâ diligenter inquirat. *Iudicum. n.* 57.
Lis inter subditos ciuile bellum, bellum inter reges forense litigium. *Iudicum. n.* 58.
In bellicis operationibus, non minus cautelis, & strategematibus, quam viribus nitendum. *Iudicum n.* 87.
In rebellica exercitatio prævalet. *Iudicum n.* 141.
Bellorum damna omnis, & solus sustinet populus. 1. *Reg. n.* 108.
Qui militâri genio pollet calcaribus ad belligerandum non indiget. 1. *Reg. n.* 229.
Armorum ministratio calida solet esse victoriæ subreptio. 1. *Reg. n.* 250. & 251.
Fœlices bellorum euentus, potius â cauta prudentia, quam ab incauta fortitudine prouenire solent. 1. *Reg.* 295.
Ex infortunato belli euentu rex de vitâ periclitari debet. 2. *Reg. n.* 5.
Bella ciuilia, externis grauiora, & nocentiora. 2. *Reg. n.* 8.
Belli ciuilis tempus, & si breue, longum nuncupari debet. 2. *Reg. n.* 11.
Grauius belli malum duratio est. 2. *Reg. n.* 12.
Belligerandi ars, etiam Deo præsentialiter opitulante, non est despicienda. 2. *Reg. n.* 46.
Bella extra prouinciam quantum fieri potest arcenda. 2. *Reg. n.* 74.
Qui bello iniusto auxiliantur multa magnaque damna, incurrunt. 2. *Reg. n.* 76.
Frugalitas bellis bene gerendis summe vtilis. 2. *Reg. n.* 203.
In castris militaribus negotia quæque celerrime expedienda. 2. *Reg. n.* 206.
In ordinabilis exercitus, ad fugiendum, quam ad vincendum aptior. 2. *Reg. n.* 321.

Vel

Vel exigui exercitus commeatus pene in numeris rebus componitur. 2. *Reg.n.* 233.
Cum hostibus quam longe á propria ditione fieri poteſt, congrediendum. 1. *Paralip.n.*47.
Bellandi theorica in pace potius, & per plures magistros excolenda. 2. *Paralip. n.*40.
In pace bella imminentia non despicienda. 2. *Paralipomenon n.*77.
Pallas, & Minerua non sunt in eodem subiecto incompatibiles. 2. *Paralip. n.* 134.
Bella tam externa quam interna rei publicæ tempestates sunt. 2. *Paralip.n.*138.
Nullum crudelius bellum quam lentum, & diuturnum. 2. *Paralip.n.*162.
Furor bellicus visuale venenum. *Iudith. n.*7.
Precipuum exercituum robor militaris annonæ præparatio, ac præmissio. *Iudith n.*8. *&* 12.
Cui iusta causa belli adest Deus exercituũ victorię sententiã tribuit. *Psal.n.*7.
Maximum reipublicæ malum ciuile bellum. *Isaiæ n.*31.
Belli tempore, vel parietes nuditatem, & damnum patiuntur. *Isaiæ n.*62.
Auxiliares copiæ potentiorum, plus ad dominandum, quam ad auxiliandum adueniunt. *Isaiæ n.*109.
Miserrima obsidiatorum conditio, *Isaiæ n.*111.
Obsidiatorum statum percallere prima obsidiantium cura. *Isaiæ n.*112.
Uincentium inurbanitas hostilitatem summopere aggrauat *Ieremiæ n.*30.
Ciuitas ciuium sanguine perfusa in amarissimum mare conuertitur. *Ieremiæ n.* 204.
Bello ciuili, & interno nullum sangui nolentius. *Ezechielis n.*113.
Non inconfusa pluralitate, sed in veterana militum virtute robur exercitus consistit. 1. *Macab.n.*1.
Ut bella fœliciter gerantur prius peccata publica exterminentur. 1. *Machab.n.*24
Qui stipendia militaria anticipat, ad omnia milites paratos obtinet. 1. *Mac.n.*28
In re bellica militum alimenta armis præferenda. 1 *Machab.n.*51.
Deficiente capite corpus deficit. 1. *Machab.n.*54.
In republica in qua ius Marti conceditur á Mineruâ tolli necesse est. 1. *Machab.n.*55.
Imperialis tentorij expugnatio totius exercitus euersio est. 2. *Machab.n.*18.
Furor bellicus in materia religionis præualidus. *Ioan.n.*185.
Bellum internum periculosius. *Ep.* 1. B. *Petri Ap.n.*2.
Qui pugnare scit, vincens congreditur. *Apoc. B. Ioan. Ap.n.*23.
Qui iuste pugnat, certo vincet. *Apoc. B. Ioan. Ap.n.*24.

BENEDICTIO.

IN mysticæ benedictionis priuatione inenarrabile malum includitur. *Genes. n.*395.
Benedictiones suas Deus â nullo permittit immutari. *L. Numeri n.*68.

BENEFICIVM.

CUI sine applausu ac remunerationis ipe benefacit, trophæus erigendus. *Genes.n.*123.
Qui potest benefacere, omnia posse videtur facere. *Genes.*247.
Extranei recordantur de beneficijs alijs factis, cum qui receperint, memoria non teneant. *Iosue n.*21.
Beneficia terrena; non æterna: satis est, si longinqua sint. 2. *Reg.n.*64.
In extrema proximi necessitate é promptioribus succurrendum. 2. *Reg.n.*231.
Memoriali opus, ne beneficij memoria excidat. 4. *Reg post.n.*46.
Beneficia non descendunt semper, quandoque ascendunt. *Esther n.*99.
Misera hominis conditio, qui etiam benefaciendo, male potest facere. *Ecclesiastes n.*39.

BONVS.

DIgnioris pretij est, qui ceteris bonus, & proficuus est. *Genes.n.*9.
Ex approximatione ad bonos magnum lucrum. *Genes.n.*12.
Non solum externe sed præcipue interne boni esse procuremus. *Isaiæ n.*119.

BONVM SPIRITVALE.

CVM cœlestibus bonis terrena coniungi non debent. *Geneſ. n.* 103.

Cœlestia bona vel ſemel fruenti terrena omnino vileſcunt. *Geneſ. n.* 104.

Qui bona terrena generoſe deſpicit cœleſtibus, vſque ad nimietatem abundat *Geneſ. n.* 106.

Terreſtria diuiſionem cauſant; at cœleſtia vnitatem fouent. *Geneſ. n.* 110.

Cœleſtibus bonis cum terreſtribus nullũ commercium. *Geneſ. n.* 111.

Deus ſpiritualia bona ſpirituali charactere ſignat. *Geneſ. n.* 126.

Boni ſpiritualia bona corporeis, mali, ſpiritualibus corporalia præferunt. *Geneſ. n.* 211.

Spiritualia dona temporalibus longe præſtant. 2. *Reg. poſt. n.* 107.

Miſericordes á Deo ad cœleſtes diuitias inuitantur. 2. *Reg. n.* 267.

Bona quę facimus potius in noſtram, quã Dei vtilitatem cedunt. *Paralip* 1. *n.* 2.

Nil ex hac vita ad aliam præter bona opera tranſuehi poteſt. *Iob* 135.

Diuinæ inſpirationes exequendę *Prouer. n.* 10.

Spiritualia vera bona; temporalia falſa bona ſunt. *Ieremiæ n.* 144.

Qui ab ſpiritualibus ad mundanas delicias tranſgrediuntur ab ambroſia ad ſtercora declinant. *Trem. Ieremiæ n.* 34.

Cœleſtis imber ſpiritualium immiſionũ animas recreat, & fœcundat. *Ioelis n.* 7.

Rebus corporalibus, cum ſpiritualium detrimento non incumbendum. *Actu Apoſt. n.* 43.

Anima prius, quam corpus reficienda. *Act. Apoſt n.* 68.

BONA TEMPORALIA.

A Deo vſui hominum conceſsis frugaliter, & regulatè vtendum. *Geneſ. n.* 26.

Qui carnalibus abundant veros diuites, hoc eſt ſpirituales, ſolent deſpicere. *Geneſ. n.* 115.

Ad temporalia bona diligenter currimus ad æterna vix pigre mouemur. *Geneſ. n.* 202.

Cum bonis temporalibus Deus fere incompatibilis. *Geneſ n.* 249.

Ad Dei præſentiam omne mundiale cõtemptibile. *Geneſ. n.* 251.

De Mundialibus, nil niſi *erant* remanet. *Exod. n.* 2.

In defectu optimi bonum pro optimo habetur. *Exod. n.* 3.

Poſſeſsiones terrenæ omnes amaræ, & fluidæ. *Ioſue n.* 7.

Terrena poſſeſsio per *cecidit* explicata, quia caſui expoſita. *Ioſuæ n.* 51.

Publicam vtilitatem proprijs præferre paſsionibus vel in malo rege laude dignum. 1. *Reg. n.* 356.

In terra inaquoſa, aqua res pretioſa. 1. *Regum n.* 380.

Mundialium bonorum non poſſeſſores ſed cuſtodes, & depoſitarij ſumus. 3. *Reg n.* 172.

Prædia eo meliora quo á regalibus diſtantiora. 3. *Reg. n.* 200.

Mundialia bona malis ſemper aſſociata 4. *Regum n.* 65.

Qui neceſſarijs á Deo permittente priuari agnoſcit ſuperflua abijciat. *Iob n.* 25.

Cum temporalium bonorum amiſsione, eorundem cura abijcienda. *Iob n.* 26.

Tenaciſsime homini bona temporalia adhærent. *Iob n.* 29.

Annus communiter ſterilis, miſericordibus abundans. *Iob n.* 154.

Etiam temporalium bonorum adquiſitio, non propriæ induſtriæ, ſed Dei beneficio adſcribenda. *Iob. n.* 184.

Bona temporalia, etſi opulenta, non doni nomine Diuini, ſed additamenti digna. *Iob. n.* 226.

Mundialia bona, non re ſed nomine tantum bona. *Pſalm. n.* 11.

Abundantia vites addit, indigentia minuit. *Pſalm. n.* 91.

Subſtantia ſine labore adquiſita inſenſibiliter dilabitur. *Prouerb n.* 76.

Circa temporalia bona exigua cura impendenda. *Ieremiæ n.* 134.

Nil delectabile terrenum diu permanet. *Ezechielis n.* 107.

Terræ diuitię in peccantium poteſtate vio-

violentę,& captluæ ſunt. *Oſeæ n.* 6.
Vinum mentitur ijs qui Deo mentiuntur. *Oſeæ n.* 31.
Quod homines pluris æſtimant ſolet Deus plus deſpicere. *Zachariæ n.* 11.
Intellectus acumen mundialia bona cõſiderata hebetant,& retundunt. *Matth. n.* 67.
Bona caduca,&temporalia, Diuinâ donatione indigna. *Matthæi num.* 108.
Cum diſpendio bonorum temporalium imperfecti Ieſum non appetunt. *Matth. n.* 138.
Imperfecti cum temporalium diſpendio æterna nolunt. *Marci n.* 52.
Vitæ præſentis gaudia iuſtis puſilla appárent vti ſunt *Marci n.* 106.
Qui mundialia lucra deſpicit, de pane lucrando non intelligit. *Marci n.* 114.
Temporalia bona perſecutionibus abundant. *Marci n.* 147.
Temporalia bona, niſi ex neceſsitate, vrgente non quærenda. *Marci n.* 172.
Chriſti tempore Ieruſalem ſpiritualibus bonis ſumme abundans. *Marci num.* 203.
Omne mundiale minimum durabile. *Lucæ n.* 40.
Temporales diuitiæ grabant pluſquam ditant. *Lucæ n.* 62.
Temporalia bona inuiſa facilius, quam viſa renuntiantur. *Lucæ n.* 144.
Terrenorum cogitatio vſque ad corporeitatem hebetari quoddammodo videtur. *Lucæ n.* 158.
Temporalia bona, niſi ſpirituali bono adhærentia, nequeunt ſubſiſtere. *Lucæ nu.* 179.
Temporalibus Deus homines bonis ad ſpiritualia quærenda ineſcare ſolet. *Lucæ n.* 226.
Naturalia bona non abſolute, ſed reſpectiue tantum bona dici poſſunt. *Lucæ* 282.
Nihil in Mundo eſt quod ſitim ſedare valeat. *Ioan. n.* 190.
Reſpectu æternorum bona temporalia, quaſi nihil reputanda. *Ep. B. Ia. Ap. n.* 3.

BRVTVM.

BRuta ad ſeruitium hominum deſtinata ſi ipſo careant contabeſcunt. *Ioelis n.* 2.
Brutâ præ rationalibus Deo obſequentiora. *Ionæ n.* 7.
Bruta præcepto formali Diuino honorari non merentur. *Ionæ n.* 8.

BVLLA CRUTIATÆ.

BVllæ priuilegiũ conceſſum Regibus Hiſpaniæ in damnum infidelium demonſtratur. *Exodi n.* 123.
Contra infideles Eccleſiaſticum, & regium braquium mobendum. 4. *Reg. n.* 120.

CAYPHAS.

RVptio veſtium à Pontifice Cayphi facta antiquitus caute prohibita. *Exod n.* 177.
Iudas omnium Chriſtum perſequentium epilogus Cayphas compendiũ. *Pſalm. n* 65.

CALVMNIATOR: Vide *Accuſatio.*

CAlumniotus agricola ex exiguo ſemine abundantem colligit ſegetem. *Geneſ. n.* 212.
Is qui calumniam non audit auditorem pro ſe ſortitur Deum, & vindicem. *Numer. n.* 26.
Patria reſpectu filiorum ſuorum frequenter noueream agit. *Matth. num.* 185.
Qui verba calumniatur, os loquentis opprimit. *Lucæ. n.* 168.
Malignorum calumnia omnia inficit. *Ioan. n.* 104.

CARCER.

IN carcere diu detineri vel grauiſsimo ſupplicio moleſtius. *Geneſ. n.* 309.
Alienam cuſtodiam patiatur, qui ſe cuſtodire neſcit. 2. *Reg. n.* 279.
Inhumanum eſt in perpetuam cuſtodiam quemuis detrudere, & congruis alimentis non ſubuenire. 2. *Reg. num.* 280.
Carceris,& vinculorum tribulatio, non generice ſed ſpecifice exprimẽda. *Act. Apoſt. n.* 114.

Infernus non tam propriè hominis, quam dæmonis carcer appellandus. *Apoc.B. Ioan. Ap.n.35.*

CASTIMONIA.

CUM casto conuersando castimonia, saltē verbalis adquiritur. *Gen.n.294.*

Virginem nobilem pro suâ honestate tuenda viriliter semper decertare, moraliter certum est. 2. *Reg.n.136.*

Castimonia reliquas morales præcellit virtutes. 3. *Reg.n.188.*

Pudicitia in subiecto ipsius templum Dei ędificat. *Iudith n.26.*

Feminea modestia homines, etiam immodestos, componit. *Iudith n.30.*

Vnius insignis feminæ modestia totum femineum sexum condecorat. *Iudith n.31.*

Mariæ, & Ioseph castissimum contubernium in lege veteri præsignatū. *Esther n.70.*

Deus puritatis dux. *Ieremiæ n.17.*

Qui castitatem ob malum finem seruat eximiæ virtutis huius derogat pulchritudini. *Matth. n.170.*

CAUTELA.

RES exequi difficiles caute, & rethoricè proponendæ. *Genes. n.162.*

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. *Iosuæ n.16.*

Magnâ opus cautelâ est, ad amorem eludendum. *Iudicum n.94.*

Ex loquendi modo loquentis intentio subodorari potest. 1. *Reg.n.300.*

A fœdifragis semper cauendum. 1. *Reg.n.416.*

A fœdifragis pactionis pignora semper assumenda, & reseruanda. 1. *Reg.n.417.*

Cum suspectis caute, & æquiuoce loquēdum. 1. *Reg.n.434.*

Æquiuocatione vtentibus á solerte auditore æquiuocatio detengēda. 1. *Reg. n.435.*

In cœlo solum vera requies. 2. *Reg. num. 264.*

Quando cum hostibus agitur pauciſsimis, & cautis verbis vtendum. 2. *Reg. n.282.*

Taliter facienda bona, vt inde non sub oriantur mala. 4. *Reg.n.50.*

Rex qui cum aliorum regum ministris caute non agit, & se prodit, & sua prodigit. 4. *Reg.n.150. & Ieremiæ n.57.*

Animæ thesaurus caute ab eiusdem inimicis custodiendus, & occultandus. 4. *Reg n.151.*

Prudens cautela regibus, ex nullo respectu despicienda. 1. *Paralip.n.19.*

Cauti, & prudentes pedetentim agunt. 1. *Paralip.n.21.*

Pauciſsimi si prudentes, & cauti sint, quam plurimis præferendi. 1. *Paralip. n.22.*

Discreta æquiuocatione, & iusta verborum cautela vtens veritati, non derogat. *Iudith n.34.36.38. & 39.*

A consanguinei, plusquam, ab extraneis cauere oportet. *Ecclesiastici n.135.*

Exteriora quandoque ab interioribus dissidere licet. *Baruch n.13.*

Bona opera efficiens non minus á se ipso, quam ab alijs caueat. *Matth.n.93. & 95.*

Ne vnus in peccatum incidat plures sunt admonendi. *Matthæi n.169.*

Magnam curam adhibere oportet ad duplicitatem, ex humanis cordibus eradicandam. *Matthæi n.293.*

De actionibus proximi ad culpam imputabilibus caute loquendum. *Matthæi n.393.*

Omnis censuræ, etiam in iustę, aditus precludendus. *Marci n.56.*

Prudens cautela bono publico, & priuato attendit. *Lucæ n.106.*

Per temporalis vitæ viam à commitante diabolo cauendum. *Lucæ n.181.*

Animus circa veritates Fidei caute se gerens prudens, & virilis est non femineus. *Ioan. n.44.*

A prauis caute, & prudenter abscedendum. *P. ad Rom n.15.*

Ad feminarum communicationem ab Ecclesiæ ministris castitas, & cautela maxima adhibenda. *P. ad Thim. 1. n.12.*

CAVSA.

PRincipale agens instrumentali agenti præferendum. 2. *Reg. n.160.*

Quan-

Quandoquè ex duplici causa vnus, atque idem effectus. *Iudith n.* 51.

CENSURÆ ECCLESIASTICÆ.

CEnsuris, & maledictionibus Ecclesiasticis parce vtendum. *Numer. n.* 58.

Visibilis Ecclesiæ gladius difficile, & non nisi ex grauissima causa euaginandus. 1. *Reg. n.* 325.

Excommunicationis gladius in lege veteri, non solum adumbratus, sed quandoque euibratus. 3. *Reg. n.* 135.

Ecclesiasticæ censuræ æternis Inferni pœnis comparabiles. *Malachiæ n.* 25.

Iure gladij, quod in Ecclesia est, moderate vtendum. *Matthæi n.* 394.

Ecclesiasticę censuræ, vel typice solum repræsentatæ pertimescendæ. *Ioan. n.* 100.

Ecclesię gladius paratus semper raro euaginandus. *Ioan. n.* 157. & 159.

CIRCUMCISSIO: Vide *Hebræus*.

INcircumcisione filij Moysis desiuit lex naturalis. *Exod. n.* 56.

Circumcisio non tam Mosayca, quam Abrahamica. *Act. Apost. n.* 94.

CHARITAS.

LEX charitatis, in vno omnes amplecti tur. *Exod. n.* 136.

Charitas Dei, & proximi Ecclesiastici ædificij cardines sunt. 3. *Reg. n.* 84.

Tota lex ad vnum charitatis præceptum reducitur. *Iob n.* 64.

Pedes butyro lauat, qui in charitate ambulat. *Iob n.* 151.

Charitas vel impossibilia fœliciter aggreditur, & consequitur. *Iob n.* 158.

Qui in præsenti vita Deum perseueranter amant, in æternum amare non desinent. *Psal. n.* 67.

Ex spiritu igne charitatis accenso in corpus, inenarrabilis consolatio refluit. *Psal. n.* 148.

In lege Gratiæ via regia ad Deum amor: semita cum Sacramenti virtute timor. *Ieremiæ n.* 164.

Charitatis vnicæ obiectum duplex. *Marci n.* 1.

Charitas vsque ad idemtitatem increscit. *Lucæ n.* 35.

Glorioſum charitas Christi thronũ adornat. *Lucæ n.* 142.

Charitas binarium Dei fruitionis præuiũ. *Lucæ n.* 146.

Vere amantis Iesus, non iudicem, sed aduocatum agit. *Lucæ* 150.

Charitas vbi deest timor adest. *Lucæ num.* 279.

Perfectus Dei amator obsequia repetit, & multiplicat. *Ioan. n.* 141.

Dei amor gratiæ primogenitus. *Ioan. n.* 201.

Quod de amore nostro dubitet Deus potissima tristitię causa. *Ioan. n.* 205.

Diuinus amor plures vnit, & vnificat. *Act. Apost. n.* 14.

Dulcissimum charitatis vinculum absque vllo dolore constringit. *Pa. ad Colos. n.* 8.

Rupto charitatis vinculo omnis christiana perfectio, non solum disoluitur, sed resoluitur. *Pa. ad Colos. n.* 9.

Charitas Euangelica animam pro dilectis exponit. *P. ad Thessal.* 1. *n.* 5.

Qui charitatem Dei, & proximi conseruant, vitam consequuntur æternam. *Pa. ad Philem. n.* 7.

Charitas erga Deum vel impossibilia aggreditur, & consequitur. *Ep.* 1. *B. Ioan. Ap. n.* 12.

Christianę legis compendium *charitas*. *Ep.* 2 *B. Ioan. Ap. n.* 4.

CHRISTUS.

CHristus in Moysis manu leprosa figuratus: *& quasi leprosum reputauimus eum*. *Exod. n.* 51.

Christi præ Moyse missionalis præcellẽtia exprimitur. *Numer. n.* 30.

Christus nobiscum aduersus aëreas potestates tenebrarum harum pugnat. *Deuter. n.* 71.

Misticus Dauid ex vtroque parente habuit, quo dæmonem vinceret. 1. *Reg. n.* 278.

Christus in cruce tormentis ac opprobris saturari anxius. *Iob n.* 51.

Christus in cruce salutis humanę famelicus. *Iob n.* 53.

Verbum caro factum contritioni expositum *Iob n.* 86.

Quæ Christus pro nobis perpessus est vel in figura, & symbolo stupenda apparēt. *Iob. n.* 108.

Christus in omni re ad humanitatem pertinente tormenta sustinuit. *Iob num.* 115.

Via in cœlum Christus, semitæ plurimæ, & fere infinitæ sunt. *Iob n.* 140.

Christus Deiparę viscerum amantissimus. *Psalm. n* 52.

Christi amor erga humanum genus vsque ad materni teneritudinem intensus. *Psalm. n.* 58.

Si ex aliquo accidenti Christus ægrotare posset, ex humani generis amore ægrotaret. *Psalm. n.* 59. & 61.

Christus in quantum Mariæ pars, non internus ipsi, sed intrinsecus. *Cantici Cant. n* 7.

Moyses promisit, Christus adimpleuit. *Ecclesiastici n.* 106.

Primus Ægyptiorum saluator ipsos aluit: secundus à Dæmone liberauit. *Isaiæ n.* 57.

Christus ex Moysis chathedra intra synagogæ gimnasium Euangelium docuit. *Isaiæ n.* 144.

Christus corpus peccati destruxit, vt animas hominum viuificaret. *Isaiæ num.* 267.

Christus aspersor, & dispersor summè proficuus. *Isaiæ n.* 175.

Christus de Materno vtero, sicut de Paterna mente, vt splendor egressus. *Isaiæ n.* 215.

Christus lampas Spiritus Sancti oleo ardens, & illuminans. *Isaiæ n.* 216.

Nato Christo Gentilismi montes defluxerunt. *Isaiæ n.* 217.

Christi oratio in cruce pendentis efficacissima. *Tren. Iere. n.* 29.

Christi humanitas in eius passione resplenduit, Diuinitas latuit. *Tren. Iere. n.* 31.

Ante incarnationem vnusquisque suum peccatum; post Incarnationem Christus omnium peccata tulit. *Ezechiel n.* 34.

Christus Deiparæ medulla, quia in eius corde semper fuit. *Ezechiel n.* 67.

Christi facies Beandos gaudio; Damnandos inenarrabili tristitiâ afficiet. *Ioelis n.* 4.

Christi vulnera portæ nobis ad Christum, & oculi Christi ad nos. *Zachariæ n.* 5.

Christus â patrimatre Synagogâ, non pie tractatus, vt filius, sed crudeliter, vt priuignus. *Zachariæ n.* 36.

Christus prophetarum Dominus, & Adam secundus. *Zachariæ n.* 38.

Deus homo hominum iudicandorum Testis, & Iudex. *Malachiæ n.* 22.

Christus, & Maria soli vere regia dignitate fulgent. *Matthæi n.* 2.

Christi humanitas dęmonum triumphatrix. *Matthæi n.* 70.

Christus ob nostram doctrinam vel impossibilia aggreditur. *Matthæi num.* 124.

Ex generis humani amore Christus infirmatur. *Matthæi n.* 125.

Christus nuptiarum Ecclesiæ feruidus ambitor. *Matthæi n.* 149.

Christus corporis sanitatem confert cum animę saluti congruit. *Matthæi num.* 208.

Cum Christus adest maris etiam inconstantia cessat. *Matthæi n.* 214.

Nec Iesum ipsum propria Patria honorat. *Matthæi n.* 224.

Christus, vt honori sibi obsequentium prospiciat, suum transcurat. *Matthæi n.* 354.

Vbi Christus abest detrimentum adest. *Matthæi n.* 374.

Christus accusatorum omnium benignissimus. *Matthæi n.* 376.

Christus pro hominum salute pericula, non fugit. *Matthæi n.* 383.

Christi ac dęmonis oppositæ ad modum circuitiones. *Marci n.* 74.

Christi, & hominum valde oppositi ducatus. *Marci n.* 235.

Iesus recens natus omnibus expositus, & ministratus. *Lucæ n.* 27.

Christi gratia Deitatis forma, seu sustantia. *Lucæ n.* 37.

Christi orantis Deitas obiectum, & subiectum *Lucæ n.*74.
Christus Dominus orando, & sibi gratissimum obsequium, & nobis proficentissimū præstitit documentū. *Lucæn.*75
Christus, ab amata hominum frequentatione nunquā compressus. *Lucæ n.*113.
Arduī cœlitineris Christus, & director, & præcursor. *Lucæ n.*283.
Christi Domini mirabilia, etiā insensibilia proclamāt, & præconicant. *Lucæn.*287.
Nunquā Deus tantū discedit, quod á peccatore pertingi nequeat. *Lucæ n.*323.
Christus cum Hebræis frequenter; sed nō é conuerso. *Lucæ n.*332.
Christi Domini præsentia naturaliter omnes adspicientes, gaudio replebat. *Lucæ n* 341.
Inter Iesum morti adiudicatum, & Barrabbam absolutum contradictoria relatio *Lucæ n.*352.
Amplius Christus humanitatem nostrā, quam Diuinitatem suam ostentare dignatur. *Lucæ n.*370.
Christus quo ad vtramque naturam Patri intimus. *Ioan. n.* 1.
Dei hominūque mediator Christus. *Ioan.*17
Omnia á Christo Domino facta, & refecta. *Ioan n* 62.
Christi Domini verba in sensu nobis fauorabiliori intelligenda. *Ioan. n.*83.
Ubi Hebræi auariores Christus Dominus liberalissimus. *Ioan. n* 86.
Christi Domini erga homines beneficia in suo genere perfectissima. *Ioan. n.*92.
Christus ab iniusta calumnia præmature suos liberare curat. *Ioan n.*103.
Rationalium ouīū Christus pastor. *Ioan. n.*106.
Christus in mundum venit ad quærendū, & saluā dum, quod perierat. *Ioan n.*121.
Christus inter omnes homines vnus, & vnicus. *Ioan. n.*129.
Christus mortis triumphator, ab Hebræis pompaticè receptus, & proclamatus. *Ioan n* 143.
Per attributum æternitatis Christi Diuinitas profitetur. *Ioan n.*145.
Christus suam iudibrio exposuit personā non doctrinam. *Ioan. n.*169.
Christi tunica inconsutilis ipsius humanitatis optimū symbolum. *Ioan. n.*186.
Cœlum Christus ascensurus à discipulorum cordibus, & oculis auulsus. *Act. Apost. n* 4. & 6.
Uerba Christi Domini, etiam quoad modum, mysteriola sunt, & obseruanda. *Act. Apost. n.*85.
Christi alexipharmacū, ad animæ salutē intra nos sumendum. *Pet. ad Heb. n.*2.

CHRISTI ASSECLA: Vide *Iesus, Sanctus.*

QUI male Iesum quærunt, non inueniunt, sed perdunt. *Matthæi n.*40.
Ueris Christi discipulis doctrina semel tradita nunquam excidit. *Matth n.*247.
Non omnes, qui ad Christum accedunt, ipsi approximant. *Matthæi n.*251.
Qui ad Iesum non recte incedunt tentantes incedunt. *Matthæi n.*252.
Christi imitatores crumenā vacuā mūdi sequaces onustam portant. *Mat. n.*309.
Qui Christum pie amant, ipsum confortant. *Matth n* 367.
Qui Christum á longe sequitur, Christū negādi periculo expon tur. *Mat n* 411.
Christus suos asseclas secum conlepultos amat. *Matth. n.*412.
Verus Christi assecla, vel in ipsa inconstantia immobilis. *Marci n.*37.
Christi assecla debet prius infamiæ notā resarcire. *Marci n.*55.
Qui ad Christū affectue accedit, ieiunus nunquam discedit *Marci n.*124.
Qui ad Deum exiliens veritatis cœcitatis damna, non sentit. *Marci n.*151.
Christi asseclæ via recta in cœlum contēduntur. *Marci n.*157.
Christiani pij, & religiosi pijs, & religiosis Hebræis regulari ter modestiores. *Lucæ n.*108.
Qui ad Christum vult accedere nullo ipsum obstaculo impeditum reperiet. *Lucæ n.*141.
Nil est in viro fideli, & iusto, etiā leuissimum, quod Deus non appretiet. *Lucæ n.*299.
Christi assecla, qui Christum negat se ipsum negat. *Ioan. n.*167.

Esse cum Iesu intellectui, ac voluntati summe proficuum. *Act. Apost. n.* 22.
Christi afflictæ, vt Fideles, pati voluerunt, non vt criminosi. *Act. Apost. n.* 102.

Christi Mors: Vide *Christus, Crux.*

PER Christi mortem reatus ablatus, & ad cœlestem patriam patuit aditus, *Numer. num.* 99.
In Ierosolymitani templi comminata destructione Christi mors præsignata. 3. *Regum n.* 93.
Christus in cruce statera iustissima. *Iob. n.* 49.
Sanguis Christi quam Abelis efficacius clamat, & benignius. *Iob n.* 89.
Christus physice semel, mystice quotidie moritur. *Iob n.* 91.
Christi passio absque lædentium passione, & compassione, exercita. *Psal. n.* 50.
Christi Dominiossa, non fracta sed diuulsa. *Psalm. n.* 56.
Christus, in cruce de cruce figentium salute flagrabat desiderio. *Psalm. n.* 57.
Christi corpus mortis puluerem, sed non corruptionem expertum. *Psalm. n.* 60.
Christus Dominus, non solum vestibus expoliatus, sed cute ad vsque ossium manifestationē dilaceratus. *Psal. n.* 62.
Nil Christo magis proprium, quamquod pro hominum salute impensum. *Psal. n.* 63.
Ad Sacræ Passionis contemplationem Ecclesiam Deus inuitare non cessat. *Cantici Cantic. n.* 13.
Christus solum in quantum homo passus, & passibilis. *Isaiæ n.* 7.
Christus moriens, & mortem vicit, & synagogam exheredauit, ac destruxit. *Isaiæ n.* 53.
In Christi occisione Hebræi, vltra naturæ vires videntur operati. *Ieremiæ n.* 19.
Christi passio fidelibus calix salutaris; obstinatis Hebræis fœculentus. *Ieremiæ n* 62.
Contemplatiuis Dominicæ Passionis cōsideratio valde proficua. *Ieremiæ n* 146.
Christi passiones, & tormenta, Hebræorum suauis, & repetita cantilena. *Tren. Ieremiæ n.* 27.
Lapide Angulari dissipato reliqui ædificij lapides facile conueluntur. *Tren. Ieremiæ n.* 32.
Reparatio hominis parallela formationis. *Matthæi n.* 143.
In vna Christi cœde omnia antiqua scelera recapitulauerūt Hebræi. *Matthæi n.* 315.
Immolatus Christus Hebræorum Pascha verum, cetera vmbratilia fuere. *Matth. n.* 343.
Morienti Christo omnia mortis ornamēta certatim inseruire satagunt. *Matth. n.* 424.
Mirabiliora Christi opera ad tempus passioni proximum reseruata. *Marci n.* 192
Christi passio Ecclesię firmamentum. *Marci n.* 194.
Christus immolatus præcipuus Paschæ celebrator. *Marci n.* 219.
Chtisti Domini ludibria, cœlo admirationis causa. *Marci n.* 242.
Christi morientis clamorosa vox se esse Patris æterni Uerbum demonstrauit. *Marci n.* 243.
Extrema vox morientis qualitatem indigitat. *Marci n.* 245.
Christi Domini morte, & resurrectione Hebræorum Pascha consumatum fuit, ac extinctum. *Marci n.* 252.
Ad præcipuum Christi Domini de dæmone triumphum, reliqua referuntur. *Marci n.* 254.
Christus personalis pulchritudinis florē conseruauit, qui passione marcesceret. *Ioan. n.* 88.
Christus Dominus é Domo Pilati non reus exiuit; sed exiuit vincens, vt vinceret. *Ioan. n.* 179.
Sitis Christi in cruce propalatio non fuit amoris imminutio, sed intensio. *Ioannis n* 189.
Passio Christi meritum vsque ad Diuinitatem euexit. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 22.

CHISTI SYMBOLVM.

TYpo Christi, non quæuis munera, sed mystice significatiua deferenda. *Genes. n.* 344.
Iosephus pro paucorum Christus pro omnium salute venditus est. *Genes. n.* 366.

Chris-

Christi lacrymæ Ioſephi lacrymis adumbratę *Geneſ.* 370.
Duplex Chriſti natura á Iob ipſius typo præcognita, & in ſe prænuntiata. *Iob n.* 85.
Immanis crudelitas flagellationis Chriſti Domini à ſancto Iob præſentita, & prænuntiata. *Iob n.* 88.
Iob Chriſti, non patientis ſolum, ſed etiã docentis perſonam egit. *Iob n.* 141.
Chriſtus in ſui genitura admirabilis, & miraculoſus vermis. *Pſal. n.* 49.
Mundo coæua partus virginei ſymbola, *Cantici Cantic n.* 23.
In ſecundo templo Ezechieli reuelato fuerunt, Chriſti myſteria typice circumſcripta. *Ezechiel. n.* 124.
In Sacerdotum veterum legali puritate Chriſti, & ſuorum vera puritas præſignata. *Ezechielis n.* 126.
Chriſti pro peccatis noſtris ſacrificium in veteris legis ſacrificijs figuratum. *Ezechielis n.* 130.
Cum Sol iuſtitię lucet, dies eſt. *Matthæi n.* 21.

CLAMOR.

IN cœlo clamor impiorum auditur piorum vero exauditur. 1. *Reg. n.* 89.
Cantus perceptibilis auribus gratior. 2. *Eſdræ n.* 29.
Declamatio eloquens coram Deo tribulati clamor. *Pſalm n.* 12. & 102.
Clamor validus morientis non morti ſubijcitur, ſed mortem ſubijcit. *Marci n.* 246.

CAECUS.

QUI clariſsime non videt ne in mille errores prolabatur, tanquam omnino cœcum ſe gerat. *Geneſ. n.* 199.
Cœcus defectu lucis pluſquam defectu viſiuæ potentiæ cœcutit. *Deuter. n.* 90.
Pluſquam cœcus eſt, qui ſupernam lucet, non videt. *Iob n.* 130.
Cœcos illum nare arduum eſt, ac per difficile. *Marci n.* 154.
Non pauci cœci ſunt, qui videre nolunt. *Lucæ n.* 260.

COELUM: Vide *Beatitudo.*

COElum non tam eminet, quam immi net terræ. *Deuter. n.* 49.
Olim erat cœlum theſaurus Dei abſconditus; nunc patens omnibus, & manifeſtus. *Deuter. n.* 87.
Spheralis ſcientia ars dificilis. *Iob n.* 216.
Cœlorum motus enarmonicus. *Sapientiæ n.* 6.
Cœli detractores coram Deo accuſant. *Sapientiæ n.* 7.
Cœli materialis pulchritudo, in præſenti vita non ſatis percipitur. *Eccleſiaſtici n.* 169.
Cœleſtis Patria pro omnibus rationalibus ſuſpirat, non ſic omnes pro ipſa. *Tren. Ieremiæ n.* 7.
Cœlorum cortinæ aperiuntur, vt Dei myſteria pateant. *Ezechiel n.* 4.
Ante Chriſtum cœli paucis; poſt Chriſtũ omnibus aperti. *Ezechiel n.* 5.
Cœlicolarum, & Beatorum æterna, & communis habitatio eſt. *Marci n.* 131.

COGITATIO: Uide *Conceptus, Mentis.*

COgitationes hominum penetrare Diuinę virtutis eſt, vel proprię, vel participatę. *Geneſ. n.* 409.
Intelectiua virtus cordis oculi. *Iſaiæ n.* 18.
Propriæ conſcientiæ vermis nocentior dęmone. *Habacuc n.* 5.
Cum quis incipit eſſe bonus, tunc ſe fuiſſe malum incipit cognoſcere. *Matthæi n.* 164.
Diligens conſcientiæ examen optima ad iuſtificationem conſequendam diſpoſitio. *Lucæ n.* 204.
Mens chriſtiana non ſit ſterilis, ſed bonarum cogitationum fœcunda mater. *Ep. 1. B. Pet. Ap. n.* 1.

COGNATIO: Vide *Vxor.*

MOralis cognatio naturali ęquiualet. *Pſalm.* 111.

COMITAS: Vide *Aulicus.*

BLandimenta oris animos demulcere ſolent. *Geneſ. n.* 223.

COMMERTIUM: Vide *Cupiditas Auaritia.*

SOcietas in commertijs cum exteris fugienda. 3. *Reg. n.* 210.
Commertia lucratiua animæ ſaluti periculoſa. *Ezechielis n.* 105.

Si Deus ab aliquo loco abesse posset, ab eo in quo hominum commercia nundinæ & contractus vigent, absentaretur. *Ionæ n.* 1.

Aurum, & argentum, non excussum, sed specifice consideratum res sunt pecunia commutabiles. *Matthæi n.* 168.

Nundinalis negotiatio á re mechanica ex hominum genio, & ingenio in scientificam conuersa. *Matthæi n.* 292.

Licita negotiatio exiguo tempore commerciatorem non ditat. *Matthæi num.* 327.

COMMUNICATIO.

Sicut iusti bonis operibns, sic peccatores vitijs communicant. *Iosuæ n.* 34.

Diuturna coexistentia etiam in insensibilibus affectionem generat. 4. *Reg. n.* 79.

Dulcis conuersatio famem, si non extingit, suspendit.

COMMVNITAS.

IN capite totum morale corpus includitur *Genes. n.* 377.

Communitas semper integra, etsi pauci deficiant. *Numer. n.* 21.

In vna communitate multi stulti, & præsumptuosi paucorum virtutes sibi arrogant. *Numer. n.* 37.

Nequit aliqua congregatio subsistere si in eam introcat diuisio. *Iosuæ n.* 23.

Cõmunitati collectiue sumptæ, in licitis, & honestis à superiore deferendum. 4. *Regum n.* 25.

In generalibus commiti js Ecclesiastici laicis præferendi. 2. *Esdræ n.* 27.

In plurium iustorum communitate vnus satan solet non abesse. *Iob n.* 27.

Qui in sua communitate non supponit. Omnium pedibus supponitur. *Iob. n.* 102.

COMPASSIO: Vide *Pietas, Misericordia.*

MAterna compassio semper intra spheram calamitatis filiorum versatur. *Genes. n.* 167.

Innocentum cruore, vel lapis delibutus mirum est, quod non emolleseat. *Iudicum n.* 42.

Auris conducit ad auditionem, sed calamitatis visio ad exauditionem. *Esdræ* 2. *n.* 1.

Inconsolabiles lacrymæ, quæ sine collacrymante exeunt. *Thren. Iere. n.* 6.

Humana commiseratio à longe stare solet, non prope accedere. *Lucæ n.* 360.

Conceptio Immaculata B. Mariæ.

CONceptionis, Mariæ dies inter omnes singularissimus. *Genes. n.* 18.

Propter Deiparæ immunitatem multę leges vniuersales cum varijs exceptionibus in Sacra pagina leguntur. *Genes. n.* 83.

In Sara pulchritudo sexui præponitur, vt Deiparam gratiâ præuentam præfiguret. *Genes. n.* 96.

Etiam in Mariæ symbolo gratiæ pulchritudo, non tamquam accidens, sed tamquam substantia significatur. *Genes. n.* 97.

A communi supplicio sæpe Deus aliquẽ liberat, ob immunitatis Mariæ symbolum stabiliendum. *Genes. n.* 156.

Qui, vel Marię typum sub communi maledicto comprehendere nititur, de ignorantia tâxatur. *Genes. n.* 221.

Immaculata Deiparæ conceptio in Altaris fabrica præsignata. *Exod. n.* 143.

Deiparæ immunitas præsignata. *Exodi n.* 151.

In Mariano symbolo nil fractum, nil corruptum reponendum. *Exod. n.* 264.

Maria etiam typice adumbrata, ab omni labe libera. *Leuiti. n.* 23.

In Sacra Pagina fere omnes vniuersales propositiones exceptionem admittũt, á Deo sic pro Mariæ priuilegio dispositum. *Numer. n.* 81.

Maria in natura humana Spiritui Sancto desponsata, quia in ea nunquam captiua. *Deuter. n.* 73.

Mariæ sors nunquam cecidit, quia nunquam casui exposita. *Iosue n.* 53.

Mariâ vbique manicationis, ad gratiam magistra. 1. *Regum n.* 82.

Tunc diabolus bene collocatur cum ante Mariam prostrâtus iacet, & conculcâtus. 1. *Regum n.* 83.

Domus Dei Maria ab omni tributo libera. 1. *Reg. n.* 243.

In sacro textu propositiones vniuersales excep-

exceptionibus gaudet, ob Deiparæ priuilegium ſtabiliendum. 1. *Reg. n.* 339.
Occurſus dæmoni; nec cum Mariæ ſymbolo compatibilis. 3. *Reg. n.* 64.
Materiam corpoream Mariæ parentes miniſtrauerunt; formam Deus indidit puriſsimam, & ab omni fœce immunẽ. 3. *Reg. n.* 63.
Circa Mariæ ſymbolum, nec vulgare, & commune pretium verſari debet, nec contentioſam diſſenſionem audiri decet. 3. *Reg. n.* 68.
Nil ad Mariam, vel ſymbolice ſolum pertinens, quod gratiam non reſonet. 3. *Regum n.* 70.
Maria eſt domus ab omni inquinamento libera. 4. *Reg. n.* 127.
Coram Mariæ ſymbolo originalis peccati pœna, nec nominanda. 1. *Paralip. n.* 24.
Benedictio Marianę domus á primo inſtanti incœpit per æternitatem duratura. 1. *Paralip. n.* 41.
Quia iræ Diuinæ gladium, vel ſolo viſu, percipit, ad Mariæ ſymbolum accedere non valet. 1. *Paralip.* 62.
Mariæ typus in ſui conceptione perfectus, & magnificus. 2. *Paralip. n.* 15.
Mariæ typus ante formationem redemptus. 2. *Paralip.* 18.
Mariæ immunitas in vniuerſis regnis ſingularis. 2. *Paralip. n.* 57.
Mariæ immunitas glorię Dei perpetua recordatio. *Iudith n.* 25.
Deipara coram dæmone nunquam lapſui obnoxia. *Iudith n.* 52.
Prima Deiparę cura immunitatem ipſius ab omni culpa apud fidelem populum ſtabilire. *Iudith n.* 54.
Deipara, nec typice repreſentata, vnquã, tamquam captiua, cognita. *Eſther n.* 21.
Chriſtus ac Maria ſoli á dæmonis dominio exempti. *Eſther n.* 28.
In Deiparam clementiam Deus ſingulariſsimam exercuit. *Eſther n.* 36.
A primum Deiparæ inſtans virga Diuinæ clementiæ extraordinario, ac ſingulari motu extenſa. *Eſther n.* 37.
Gratia Dei erga Deiparam communes omnium creaturarum metas tranſgreditur. *Eſther n.* 38.
Deipara in peccati legibus, non incluſa. *Eſther n.* 93.
In maledicta terra Marianum fundum abſque vlla omnino maledictione florens germinat. *Iob. n.* 12.
Ante Deiparæ formationem naturæ maſſa præpugrata. *Prouerb n* 91.
Deipara Virga recta ſemper, & aſcendens, & á corruptione omnino libera. *Cantic. Cantic n.* 4.
Quod Deus nobis conſulit in perfectiori linea Matri ſuę contulit. *Eccleſiaſtici n.* 76.
A Mariæ ſymbolo omnis hoſtilitas eliminatur. *Eccleſiaſtici n.* 184.
Ore diuino loquitur, qui Mariæ maſſam, & portionem á vili, & peccaminoſa ſeparatam pronuntiat. *Ieremiæ n.* 74.
Maria, vel typice ſolum repræſentata, inter ſeruos Domina, inter captiuos libera. *Ieremiæ n.* 133.
In omni terrâ captiuâ eſt Marię Hereditas, ſeu poſſeſsio libera. *Ieremiæ n.* 161.
Ab vniuerſali Hebraicæ prouinciæ captiuitate typus Mariæ liberatur. *Ieremiæ n.* 187.
Iuſto ex parte Dei promittitur ſeruatio, at Mariæ præſeruatio conuenit. *Ieremiæ n.* 192.
Res ad Deum ſpecialiſsime ſpectans ſemper libera nunquam captiua. *Ezechiel. n.* 24.
Marię Deiparę ſymbolo omnimoda ſanctitas attributa. *Ezechielis n.* 125.
Immaculata Deiparæ conceptio implacabilem antea Deum hominibus placabilem, & placatum reddidit. *Aggæi n.* 2.
Pium eſſe cum Deipara iuſtitia eſt. *Matthæi n.* 9.
Chriſtus, prius quam ex matre prodiret, perfectiſsimi munus Redemptoris erga ipſam obijt. *Matth. n.* 15.
Nec Originalis peccati vmbram in Deiparæ aliquali typo Chriſtus admittit. *Matthæi n.* 350.
Deiparæ præſeruatio non minus nobis quam ipſi proficua. *Ioan. n.* 26.

Quod

Quod ſpiritualis mors ab Adami filio nō incurratur, Deiparæ vnice priuilegiū. *Ioan.n.*123.

Chriſtus ſpeciem peccatoris gerens Deiparam non appellat matrem. *Ioan. n.* 187.

Ut Deiparæ immunitas intraret in Mundum, oſtium magnum Apoſtolus pandit. *Pau. ad Rom.n.*3.

CONCEPTVS MENTIS: Vide *Cogitatio.*

MEns in ſuis conceptibus muliebrem in ſuis imitari ſolet præſumptionē. *Geneſ.n.*114.

Res in regum mente conceptę maiores ſunt, quam re ipſa executę. 2. *Paralip.n.* 14.

Conceptus quilibet, vel pariendus, vel abortiendus. *Iob n* 46.

Materialis vermis corpus rodit, ſpiritualis vermis mentem lancinat. *Iob.n.*132.

CONCORDIA: Vide *Amicitia, Amicus.*

FRatum concordia optima; eorundem diſcordia peſsima. *Geneſ n.*263.

Spiritus Dei relucet inconformitate miniſtrorum. *Exod n.* 54.

Moyſes, & Aaron adeò conformes, vt nō duo, ſed vnus videantur. *Exod.n.* 59.

Sine concordia, nec dæmones ſimul habitare, & permanere poſſunt. *Marci n.* 44.

CONCVBINATVS: Vide *Amor ſenſualis.*

COncubinatus etiam quando à naturæ lege tolerabatur filios degeneres procreabat. *Geneſ.n.*264.

CONCVPISCENTIA: Vide *Amor ſenſualis.*

CAro concupiſcit aduerſus ſpiritum. *Geneſ. n.*166.

Ventris, & renum concupiſcentię naturæ humanæ periculoſiores ſcopuli. *Eccleſiaſtici n.*100.

CONFVSIO.

INplurium irruentium confuſione verus interfector nō diſcernitur. 2. *Paralip. n.* 118.

Uerba obſcure, & confuſe concinata alterius linguæ ſunt, quam ſonant. 1. *Eſdræ n.*4.

Grauiſsima Inferni pœna confuſio eſt. *Iob n.*63.

Ordo cœlum, ab inferno ſufficienter diſtinguit. *Iob n.*217.

Beatitudinis terminus oppoſitus confuſio eſt. *Lucæ.n.*241.

CONIECTVRA.

EX verbis interna frequenter dignoſcuntur. 2. *Reg.n.*101.

Exterior habitus interioris pudicitiæ index. 2. *Reg n.*146.

Regalium perſonarum cogitationes non ſolum rimantur ſubditi, ſed etiam pōderant. 2. *Reg.n.*170.

CONSANGVINEVS: Vide *Cognatio.*

NAturæ vincula exprimere, cum enormis crudelitas refertur, illam exaggerat. *Iudicum n.*43.

Regum conſanguineis pro miniſtris vti, tum ad ſecuritatem, tum ad obedientiam ſolet conducere. 1. *Reg.n.*333.

CONSENSVS.

MAgnum terræ bonum vocum mentiumque conſenſus. *Geneſ n.*89.

Interrogationi reſponſio cohęreat. *Eccleſiaſtici n.*133.

CONSILIVM.

COnſilia diuturna executiones celerrimæ eſſe debent. *Geneſ.n.*3.

Conſilia in re bellica oportet eſſe ſecretiſsima. *Exod.n.*103.

A multitudine conſilium non petendum. *Exod.n* 134.

Talia conſulere ſolent homines que, vel pronuntiare pudeat. 2. *Reg.n.*124.

Maligni verba ad fraudem afabre compingunt. 2. *Reg.n.*125.

Malus conſiliarius peccatum conſulit, at de damnis ex peccato repullulantibus, non præmonet. 2. *Reg n.*149.

Plus á prudenti conſiliario, quam arrebelli ſubdito timendum. 2. *Reg n.*195.

In accidentibus, quæ prompto remedio indigent, non eſt in conſilijs immorandum, 2 *Reg.n.*198.

Prudentes ac probi conſiliarii, non vt ſerui, ſed tamquam amici á regibus æſtimandi. 2 *Reg.n.*213.

Qui conſilium dat periculoſum, ſi periculo ſe dedat, non eſt laude indignus. 2. *Reg.n.*216.

Pru-

Prudens consiliarius non se debet, ad consilia præstanda ingerere. 2. *Reg. n.* 218.
Consilium esse vtile, ac esse rectum non est idem. 2. *Reg. n.* 223.
Qui pro alijs bene cauet, sibi solet male prospicere. 2. *Reg. n.* 226.
Prudentia, & litteræ boni consiliarij constitutiuum. 1. *Paralip. n.* 72.
Consilium non arridens irrideri solet. 2. *Paralip n.* 61.
Malum consilium à praua potius voluntate quam â bono intellectu procedit. 2. *Paralip. n.* 66.
Plus nocere solet prauus consiliarius, quam hostilis exercitus. 1. *Esdræ n.* 3.
Ubi mens, non adest, consiliū necessario deest. *Iudith n.* 56.
Sapientum consilia á regibus, nunquam omittenda. *Esther n.* 10.
Nonnulli consiliarij voluntate potius quam intellectu consilium præbent. *Esther n.* 17.
Consilijs intentione recta coadunatis Deus libens assistit, & immoratur, *Prouerb. n.* 16.
Sine consiliario infideli operari oportet, ad non sine consilio. *Ecclesiastici num.* 148.
Inconstantia in consilijs reipublicæ regimini pessima. *Isaiæ n.* 13.
Per consiliantium confusionem rempublicam Deus grauissime punit. *Isaiæ n.* 48.
Plurima consilia reipublicæ nociua. *Isaiæ n.* 155.
Consiliorum dissipatio totius reipublicæ punitio. *Ieremiæ n.* 92.
Totalis reipublicæ ruina consiliorum status propalatio est. *Ieremiæ n.* 198.
In re bellica consilia viribus præualent. *Danielis n.* 101.
Super frænum diuinæ legis consilia Euāgelica fideles perficiunt, & sanctificant. *Zachariæ n.* 39.
In turbatissimo Reipublicæ statu potius optimis consilijs, quam armorum viribus fidendum. 1. *Machab. n.* 21.
Dux qui hostium consilia percalluerit hostes debellabit. 1. *Mach n.* 30. & 39.
Cui hostium consilia patent, hostium incursum, non timeat. 1. *Machab. n.* 39. & *vt supra* 30.
Consilio, & patientia magna opera perficiuntur. 1. *Machab. n.* 49.
Status consilia mente diu, satisque voluēda. 1. *Machab n.* 57.
Qui immunditiam consulit, immunditiam, ipsi etiam impossibilem, contrahit. *Marci n.* 33.
Non pauci pauperibus cōsilia porrigunt, non auxilia. *Ep. B. Ia. Ap. n.* 13.

CONTEMPLATIO: Vide *Cogitatio.*

CUm mens in Deum eleuatur sensualem sarcinam relinquat. *Genes.* 177.
Salubris mœstitia apta ad meditandum dispositio. *Genes. n.* 192.
Intra nos simus, vt in Deo simus. *Exod. n.* 116.
Ab hominum consortio fugiat, qui Dei colloquium appetit. *Exod. n* 251.
Qui cum Deo frequenter loquitur, raro cum creaturis conuersetur. *Exod num.* 268.
Nimis approximata, non sunt visionis obiecta, sed contemplationis. *Luc. n.* 78.

CONTUMELIA.

TOrmentorum maximum contumelia. *Sapientiæ n.* 14.
Qui dura verba repetit, a fama, & honore deficit. *Ecclesiastici n.* 72.
Inter cōuiuentes aculea prohibita, non acumina. *Ecclesiastici n.* 130.

CONVERSIO PECCATORIS: Vide *Pœnitentia.*

PEccatoris conuersio sine perseuerantia, quasi non conuersio reputanda. *Exod. n.* 64.
Conuersio ad Deum, & conuersio ad mundū contrariæ conuersiones sunt. *Exod. n.* 65.
Qui vere, ad Deum conuertuntur de virtute *in* virtutem ascendunt. *Deuter. n.* 12.
Uera conuersio est, quæ cum verbo *peccaui*, occasionis peccati reiectionem coniungit. *Iudicum n* 54.
Ex nulla remanentis vitæ consideratione conuersio ad Deum differenda. *Iob n.* 183.

Peccatorum dolor charitate formatus perfecta ad Deum conuersio est. *Iob.n.* 223.
Vera ad Deum conuersio, nō solum peccatorem recreat, sed creat. *Psalm.n.*136.
Qui de vitiorum Ægypto exeunt linguā Dei, antea ignotam, percipiunt, & inteligunt. *Psalm.* 140.
Maximum Dei miraculum peccatorum conuersio est. *Isaiæ n* 60.
Peccatoris conuersio optimum accidens. *Ieremiæ n.*86.
Qui á dæmonis ad Dei seruitutem transit, á vinculis ad libertatē transilit. *Matth. n.*288.
Peccatorum conuersio, non humanæ, sed Diuinæ virtutis opus. *Marci n.* 2
Peccatorum conuersio absque prædicantium labore non consequitur. *Marci n.*3.
Qui dę monis dominium excutit de morte ad vitam transfertur. *Marci n.*133.
Lautissimum Deo conuiuium Peccatorum conuersio. *Lucæ n.*67.
Conuersiones, quas Deus solus, de absoluta potentia facit, pro exemplari non vult à nobis accipi. *Lucæ n.*123.
Perditi peccatoris inuētio, & ipsius Christi quęrentis, & peccatoris inueniri cupientis operatio est. *Lucæ n.*203.
Peccator statim, ac resipiscit Diuino sole illustratur. *Lucæ n.*208.
Peccator cum resipiscit, tunc se coram Deo peccasse intelligit. *Lucæ n.*210.
Statim ac peccator interne ad Deum conuertitur, Deus conuertitur ad ipsum. *Lucæ n.*338.
Ad Deum vere conuersus alter á se ipso est. *Lucæ n.*359.
Gentium conuersio magna Dei cura est, & semper fuit. *Act. Apost. n.*72. & 74.

COR HOMINIS.

COR nostrum emolliendum, vt coram Deo liquefiat. 1. *Reg. n.*16.
Quæ in corde sunt cor quocumque ierit comitantur. 1. *Reg. n.*23.
Quis ex bono, quis ex malo spiritu operetur, non est facile dignoscibile. 1. *Reg. n.* 285.
Humani cordis scrutatio magna Dei perfectio est. 2. *Paralip. n.*31.
Cor liquescens pretiosum præcum metallum fundit. 2. *Paralip. n.*33.
Qui quæ corde concipit opere exequitur rarissimus est. 2. *Paralip. n.*37.
Cor hominis præsertim aulici inscrutabile. 2. *Esdræ n.*20.
Cor igne charitatis crematum dæmones extricat. *Tobiæ n.*53.
Naturali præsensione cor hominis imminentia mala præsagire solet. *Esther n.* 49.
Cor amore, vel pœnitentia liquens coram Deo suauissime fluit, & effunditur. *Psalm n.*122.
Humani cordis latitudo Diuinam Immēsitatem æmulari videtur imo excedere. *Psalm n.*177.
Cor hominis abysso profundius. *Ecclesiastici n.*105.
Cor hominis abysso profundius, & nisi á solo Deo, inscrutabile *Ecclesiastici n.* 167.
Corde indisposito aurium inutile exercitium. *Ezechielis n.*23.
Cordis thesaurus semel in Dei obsequiū apertus, non est iterum recludendus. *Matth. n.*32.
Cordibus bene moratis, vel inarticulatus ministri clamor satis est ad conuersionem. *Matthæi n.*403.
Obcæcatum cor vel stupenda Christi miracula, non aduertit. *Marci n.*113.
Cor pœnitentiâ fractum optimum Deo obsequium. *Marci n.*212.
Aduris corde, & obstinatis, Dei docibiles segregandi. *Act. Apost. n.*111.
Nil nisi supernaturale humanum cor implere valet. *Ep. Ia. Ap. n.*18.
Si Deus mensurabilis foret, ab humano solum corde metiri posset. *Ep. B. Ioan. Ap. n.*10.

CORREPTIO.

PEccata etiam indiuidua generaliter â declamatore Euangelico corripienda. *Genes. n.*236.
Qui reprehendit, sciat prius quæ sint reprehensione digna. *Exod. n.*25.

Quan-

Quandoque laico ministrum Ecclesiasticum excessiue delinquentem vrbane, ac modeste licet corripere. 1. *Reg. num.* 41.
Suauis delinquentium admonitio correptio non est. 1. *Reg. n.* 77.
Primus rex actionis turpis executor reprehendendus ne ceteri imitentur. 2. *Paralip. n.* 84.
Uerba aliqua rigorem sonant, quæ non rigida, sed benigna sunt. *Iob n.* 38.
Verbalis reprehensio flagellatio est. *Prouerbiorum n.* 27.
Ex prudenti, & discreta proximi correptione nullum damnum timendum. *Prouerb n.* 113.
Indiscreta correptio obdurat potius, quã emmendat. *Ecclesiastici n.* 84.
Alios correpturus se ipsum prius circũspiciat. *Ieremiæ n.* 6.
Peccator iustum animaduersorem, aut vult mutum, aut mortuum. *Ieremiæ n.* 90.
Qui aliorum deffectus notare intendit sit natura Angelus, & moribus candidus. *Ezechielis n* 42.
Superiorum defectus ex Christi exemplo prudenter, ac benigne reprehendendi. *Marci n.* 26.
Alios directurus, se primũ dirigat. *Marci n.* 140.
Nomen *Boanerges* Ioanni, & Iacobo impositum, forte non laudatorium, sed fugillatiuum fuit. *Lucæ n.* 139.
Qui alios, etiam iuste, flagellat sibi flagellum præparat. *Ioan. n.* 31.
Alios mundificaturus cautelam adhibeat, ne se inquinet. *Ioan. n.* 144.
Fraterna correptio non res facilis; sed ardua, ac perdifficilis. *Pau. ad Rom. n.* 12.
Qui prauos subditorum mores ad correptionem detegit, curat non detrahit. *P. ad Titum n.* 5.
Modesta admonitio efficacius corripere solet, & corrigere. *Ep.* 3. *Ioan. n.* 7.
Alios feriturus radijs lucis abundet. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 4.
Verbalis correptio, veritatem, & iustitiam comites adhibeat. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 5.
Qui alios corripit omnimoda virtute adornatus esse oportet. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 6.

CRVDELITAS.

Summus crudelitatis apex materna in filios parnulos despectio est. *Tren. Ieremiæ n.* 33.
Crudeles milites bestijs comparãdi. *Ezechielis n.* 32.
In hostibus ad vastandum à Deo immissis, non prævalet cupiditas, sed crudelitas. *Ezechielis n.* 36.

CRUX: Vide *Christus.*

Crux via regia per quam inter omnes hostes secure, & innoxie inceditur. *Numer. n.* 48.
Christus é cruce prafigurata depositio. *Deuter. n.* 59.
Per crucem victoriam de quinque sensibus consequimur. *Iosuæ n.* 40.
Viam sacram Dauid prophetice ambulauit. 2. *Reg. n.* 194.
Per lignum incorruptibile, crucis symbolum, beatitudinis æternitas congrue significatur. 3. *Reg. n.* 76.
Christus ligno crucis præparatus optime ad mortificationem nutrit. 3. *Regum n.* 166.
Innocentiæ asertrix crux Christi est. *Iob n.* 177.
Crucis naui securissime per mundi pelagus nauigatur. *Sapientiæ n.* 37.
Crucis Christi symbola vel naturaliter miraculosa. *Ecclesiastici n.* 152.
Signum Crucis quattuor mundi plagas quattuor extremitatibus plagatis designat. *Isaiæ n.* 37.
Crucis sceptrum super humeros collocãdum. *Isaiæ n.* 64.
Paxillus crucis valde firmus. *Isaiæ n.* 66.
Crucis opprobrium super capita supremorum principum exaltatum visitur. *Isaiæ n.* 68.
Crux via regia per quam ad cœlum secure itur. *Ieremiæ n.* 145.
Christi amor non solum ipsum crucifixit, sed cruci affecit. *Ezechielis n.* 68.

Crux omnia inter se, & cum Deo vnit. *Ezechielis n.* 118.

Qui cum Christo in crucis naui navigat cœlo, & terrâ turbatis securus quiescit. *Ionæ n.* 3.

Per crucis tribulationes Christus omnes ad se trahere satagit. *Matth. num.* 134.

Quotidianæ crucis Deum semper habemus adiutorem. *Lucæ n.* 128.

Propria cuiusque crux, non aliena semper appetenda. *Lucæ n.* 129.

Christus per crucem tam in cœlo, quam immundo regnat. *Ioan. n.* 171.

Crucifixio regiæ dignitatis sequela est. *Ioan num* 177.

Crucis Christi Domini superscriptio valde vndique mysteriosa. *Ioan. num.* 183.

Crucis Christi titulum Pilatus scripsit, Spiritus Sanctus dictauit. *Ioan. num.* 184.

Nostrorum reatuum Chirographum non solum Christi Domini sanguine deletum, sed etiam cruci tanquam trophæũ appensum. *Pau. ad Colossenses n.* 6.

CVPIDITAS: Vide *Auaritia.*

QUem diuitiarum copia non mouet nulli alteri motiuo sucumbet. *Num. n.* 53.

Pecunia ad femineam constantiam demoliendam tormẽtum bellicũ. *Iudicum n.* 96.

Ad temporalis lucri participium leuis inuitatio sufficit. *Lucæ n.* 61.

DAMNATIO ÆTERNA.

OCulis orbatus, & circulari labori addictus damnatorum typus est. *Iudicum n.* 106.

Qui animâ mortuus deuixit non ad vitam, sed ad mortem resurgit. *Iudicum n.* 111.

Consideratio futilis delectationis ob quã gloriam amiserunt, magnum damnatorum tormentum. 1. *Reg. n.* 193.

Pœna damni omnibus illam patientibus grauissima. 2. *Reg. n.* 176.

Æterna damnatio præ omnibus malis timenda. 2. *Reg. n.* 236.

Æternæ damnationis comminatio, etsi friuola, timenda est. 3. *Reg. n.* 189.

Æternę salutis periculum á viro iusto nunquam despicitur 4. *Reg. n.* 11.

Quasi erubescit Deus nominare hominẽ misericordiâ suâ indignum. 1. *Paralip. n.* 40

Obiectio priuationis gloriæ optimum medium ad á peccato absterrendum. 2. *Paralip. n.* 128.

Inferni ignis, absque splendore, & materię supplemento spiritus cruciat. *Iob n* 120.

Iratam Dei faciem videre damnatorum maximum tormentum erit. *Psalm. n.* 125.

Damnati scientiæ augmento grauissime torquentur. *Sapientiæ n.* 20.

Damnati, non de breui, sed praua vita anteacta, dolent. *Ecclesiastici n.* 162.

Damnatorum de commissis inutilis dolor, & impœnitens. *Ecclesiastici n.* 163.

Damnatorum ignis humanum metallum, non purgat, sed exurit. *Isaiæ n.* 157.

Pœna inferni semel inflicta irremissibilis. *Ezechielis n.* 85.

Damnandorum facies monstrosa spectra. *Ioelis n* 5.

Ultima Dei sententia nec appellationem admittit, nec resistentiam. *Sophoniæ n.* 2.

Pœna sensus in Inferno, perpessa in veteri lege manifeste expressa. *Zachariæ num.* 3.

Præsciti dęmoni tanquam draconi traduntur deuorandi. *Malachiæ n.* 4.

Damnatio æterna terminus impiorum tatis humanæ, ac iræ Diuinæ. *Malachiæ num.* 5.

Cum Deus brachium punitiuum à se abijcere ait, vltimum supplicium infligit. *Malachiæ n* 9.

Immundus immunda sacrificans in Inferni cloacam abijciendus. *Malachiæ num.* 12.

Æterni ignis frequens recordatio saluti animæ proficua. *Matth. n.* 82.

Qui ad salutem necessaria intelligere nõ vult, vel negligit, culpæ, & pœnæ reatum incurrit. *Matth. n.* 220.

Vnus damnatus in Dei computatione pluribus æquiualet. *Matth. n.* 307.

Cru-

Cruciatus Inferni æternitas contra hæreticos diſinita. *Matth,n.*341.
Vtraque Inferni pœna á Chriſto Domino clare expreſſa. *Marci n.*138.
Membra hîc delicacius tractata in Inferno durius, & crudelius torta. *Lucæ n.* 235.
Damnatis, quæ ipſos quoquomodo alleuiare poſſunt, ſtatim memoria excidũt. *Lucæ n.*238.
Damnatorum ſpirituum vita mors eſt potius dicenda quam vita. *Lucæ n.*239.

DAMNUM: Vide *Vindicta.*

DAmnum reparet ipſe qui intulit. *Exod.n.*261.
Cum maiora damna inſtant de minoribus non curandum. 1. *Reg.n.*388.
Perpetua alicuius populi ruina percaluitiem exprimi ſolet. *Ieremiæ n.* 194.
Damnum reparabile, & certo reparandũ abſolute damnum dici nequit. *Tren. Ieremiæ n.*4.
Anima á Deo deſtituta omni damno manet obnoxia. *Tren. Ierem.n.*25.
Aliorum damna exiguo fundamento credibilia; ſecus bona. *Ioan.n.*198.
Idem damnum ex diuerſis reſpectibus graue, & leue apparere ſolet. *Act. Apoſt. n*39.

DEBITOR: Vide *Commercium.*

DEbitor iuridica conſideratione cenſetur reus. *Numer.n.*86.
Ære alieno oppreſsi ſemper in anguſtia conſtituti. 1 *Reg.n.*329.
Nil mali eſt, quod non patiatur, qui ære alieno oppreſſus eſt. 1. *Reg.*330.
Floret regnũ in quo pauci obærati ſunt. 1. *Reg n.*331.
Nil moleſtius, quam ære alieno grauatum eſſe. 2. *Eſdræ n.*10.
Inter Deo, & hominibus debita differentia maxima reperitur. *Matth. n.* 278. & 279.

DECALOGVS: Vide *Lex Diuina.*

DEcalogus bene obſeruatus ad totius mundi regimen ſatis eſt. *Deuteron. n.* 24.

DECLAMATOR: Vide *Prædicator.*

PRædicator puriſsimus, vt puritatem infundat, in audientes. *Exod.n.*188.
Prædicatores Euangelici, non multi, ſed docti, ac bene ſuſtentati eſſe debent. *Iudicum.n.*37.
Coram populo loquens decentioribus vocibus, ac perſuaſsibilioribus vtatur. *Iudicum n.*136.
Coram populo loquens, & ſibi, & audiẽtium honeſtati attendat. *Iudicum num.* 137.
Eloquentia, & animi robur raro in eodem ſubiecto reperiuntur. 2. *Reg. num.* 283.
Præcipua Euangelici declamatoris laus eſt peccatoris conuerſio. 3. *Reg.n.*174.
In reuiuiſcentia peccatoris veritas, & efficacia Euangelici cognoſcitur declamatoris. 4. *Reg n.*122.
Miſsiones Eccleſiaſticæ ſpiritualiter, ac etiã temporaliter vtiliſsimæ. 2. *Paralip. n.*88.
Conciones ad populum, ex loco eminenti fiant. 2. *Eſdræ n.*23.
Bonus magiſter omnibus ſe accommodare debet, vt omnes erudiat. *Iob num.* 139.
Præcipua Oratoris Chriſtiani dos prudẽtia eſt. *Eccleſiaſtici n.*92.
Defuncti ad viuentes, ex pheretri ſugeſto muti declamatores. *Eccleſiaſtici n.*160.
Euangelici declamatores flumina in mõtibus: prudentes confeſſarij fontes in campis. *Iſaiæ n.*143.
Declamator Euangelicus bellum vitijs generaliter denuntiet. *Iſaiæ num.* 195.
Mali concionatores pſeudoprophetis ſimiles. *Ieremiæ n.*107.
Audientium fructus concionem qualificat. *Ieremiæ n.*109.
Ad populi exortacionem oportunum tempus eligendum. *Ieremiæ n.*172.
Praui Eccleſiæ declamatores Spiritu Diuino deſtituti proprium ſpiritum iactare, non dubitant. *Thren. Ieremiæ n.* 13.

Antequam Ecclesiæ minister populum instruat Sacræ Scripturæ librum comedat, & digerat. *Ezechielis n.* 20.

Dei, & concionatoris gloria, non in populi commotione ad plausum, sed ad pœnitentiam consistit. *Ezechielis n.* 23.

Bonus Ecclesiastes felle, & melle discrete vtitur; malus totus melleus est. *Ezechielis n.* 96.

Qui in concione Euangelica gustum quærunt morum reformationem non consequentur. *Ezechielis n.* 111.

Cum ira Dei approximat Euangelica tuba vehementius insonet *Oseæ n.* 26.

Insignes Oratores ab exterioris proclamati ab internis inuisi. *Zachariæ n.* 35.

Euangelicæ prædicationis munus Spiritus Sanctus dispensat. *Matth. n.* 72.

Euangelicæ Prædicationis arduum munus, ac perdifficile. *Matth. n.* 73.

Ad Euangelicæ munus prædicationis homo vetus abjciendus. *Matth. n.* 74.

Euangelicæ prædicationis munus gratiam requirit, & naturam. *Matth n.* 75.

Indocti declamatores plus Euangelicæ veritati nocent, quam proficiunt. *Matth. n.* 158.

Euangelici declamatores munus suũ caute, & prudenter obeant. *Matth. nu.* 222.

Animarum morbis mederi prædicantium munus præcipuum. *Marci n.* 34.

Declamatoris Euangelici efficacia ceteris dotibus præferenda. *Marci n.* 89.

Synonoma sunt concionari, & pati. *Ioan. n.* 14.

Prædicatio sine præuia oratione inanis est, & infructifera. *Act. Apost. n.* 46.

Concionatores nimium rethorici aures demulcent, sed corda non accendunt. *P. ad Corinth. 1. n. 3.*

Concionatores nimium garruli, & præsumptuosi repellendi. *P. ad corinth. 1. n.* 12.

Concionator Euangelicus se coram Deo loqui nunquam obliuiscatur. *P. Ad Corinth. 2. n.* 2.

Concionator Euangelicus sibi, & doctrinæ attendat. *P. ad Timoth. n.* 10. *&* 11.

Locutio, exortatio, & correptio cum verborum decenti grauitate declamatoris Euangelici talenta sunt. *P. ad Tit. ũ. n.* 10.

Euangelici declamatoris verba aurea sint, & charitate ignita. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 15.

Quæ Euangelicus declamator indiscriminatim corripit; prudens, & Christianus auditor, specialiter sibi applicet. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 16.

Prædicantium fulmina charitate ignita, nõ mortifera sunt, sed salutifera. *Apoc. B Ioan. Ap. n.* 26.

DELICTUM: Vide *Pœna, Punitio.*

QVædam adeo enormia delicta sunt, quæ deceat magis impunita sepelire quam iusto supplicio propalare. *Genes. n.* 254.

Aliter apparent delicta visa à iudice; quã ad relata ad ipsum *Exod. n.* 232.

Cum homine delinquentis delictum quandoque aboleri solet. *Leuit. n.* 35.

Qui delinquentem iniuste defendit, se facit delinquentem. *Iudicum n.* 139.

Malitiæ diuersitas culpam diuersificat. *Marci n.* 226.

DESPECTIO: Vide *Contumelia.*

EA quę ad rem non faciunt despici solent *Genes. n.* 139.

Despectus rem etiam insensibilem in ferã conuertit. *Exod n.* 47.

Nemo quantumuis vilis despiciendus. *Exodi n.* 48.

Illustri fœminæ grauius ore quam opere irrogatur offensa. 2. *Reg. num.* 139.

Virtutum illusores violenta morte plectendi. 4. *Reg. n.* 35.

Grauius malum aliorum despectus, quam proprius interitus, 2. *Paralip. n.* 146.

Calamitas patientem reddit incognitum. *Iob n.* 227.

Omnigeno damno exponitur, quem Deus abijcit *Ieremiæ n.* 197.

DETRACTIO: Vide *Contumelia.*

DEtractori indictum satis est, ad calumnię assẽverationẽ. *Genes. n.* 287. *&* 288.

Qui Dei ministros momorderit à Dei ministris serpẽtibus mordebitur. *Num. n.* 46.

Honestius in vitam, quam in famam proximi insurgitur. 1. *Reg. n.* 261.
Maculatus proximum maculare caueat. 1. *Reg. n.* 262.
Proximi deturpatio semper cauenda. 1. *Reg. n.* 409.
Dicentes ex officio nunquam non malitiosi, & maligni. 2. *Reg. n.* 94.
A personæ iniquæ detractione, ne dignitas lædatur, abstinendum. 2. *Reg. n.* 201.
Bonorum Ecclesiæ ministrorum irrisoribus iuste pœna imprecanda. 2. *Esdræ n.* 8.
Detractorij conuitij fremor diu durat. *Tobiæ n.* 55.
Qui inique mordet, dentes suos conterit. *Psam. n.* 8.
Detractionis pestilens humor tam detractorem, quam obuia quæque corrumpit. *Psalm. n.* 9.
Qui in alterum insurgere intendit, se prius totum circumspiciat. *Psalm. n.* 43 *& Isaiæ n.* 33.
Lingua detrahens g'adius anceps. *Prouerb. n.* 69.
A linguæ potentia ius vitæ, necisque vsurpatum est. *Prouerb n.* 70.
Benignus auscultator ad detractionem prouocare solet. *Prouerb. n.* 96.
Indiscretus laudator detractori comparandus. *Prouerb. n.* 99.
Honoris proximi vsurpator irreparabili desperationi obnoxius. *Prouerb. n.* 110.
Honoris alieni vsurpator etiam post mortem abominabilis. *Prouerb. n.* 111.
Labia detrahentia mordent semetipsa. *Sapientiæ n.* 4.
Prosperitas amicos occultat, aduersitas inimicos declarat. *Ecclesiastici n.* 49.
Detractoria verba aculeate viua. *Ecclesiastici n.* 74.
Verbum detractorium venenum est á virtutis pharmaco extinguendum. *Ecclesiastici n.* 75.
Detractoria verba eructare Naturæ corruptæ commune desiderium. *Ecclesiastici n.* 76.
Fatuum detractoria verba lancinant, donec á se in alium eiaculetur. *Eccles. n.* 78.
In fatuo detractoria verba, nec per vnum instans, quiescunt. *Ecclesiastici n.* 79.
Aures spinis aduersus susurrones armandæ. *Ecclesiastici n.* 114.
Qui proximorum detractione, & pauperum spoliatione atolluntur sanguinolenti sunt. *Ieremiæ n.* 15.
Lingua detrahens sagitta eiaculata, & infixa. *Ieremiæ n.* 44.
Detractor lanionum, & sicariorum pessimus. *Ezechielis n.* 95.
Detractio malorum omnium epylogus. *Matth. n.* 78.
Maligni detractores, quæ accusandi ansã prabent per legunt; quæ excusandi, illecta relinquunt. *Matth. n.* 207.
Rusticanorum genius fere semper detractorius. *Matth. n.* 348.
Detractio leuissimo fundamento fere semper nititur. *Matth. n.* 352.
Detractorium murmur efficaciter impugnandum, & eliminandum. *Matth. num.* 353.
De malis proximi non detrahendum, nec statim rigide sentiendum *Marci n.* 25.
Detractio, nisi vulnere individualiter infecto, non quiescit. *Lucæ n.* 91.
Murmuratio vitium non solum genericum, sed generalissimum. *Lucæ n.* 265.
Malenoli solum ignominiosa proximorum vident *Ioan. n.* 93.
Detractio virtutis pallium suffurari solet, vt se adornet. *Ioan n.* 133.
Qui ex bona intentione detrahit, detractionis culpam non incurrit. *Ioan n.* 134.
Vbi multitudo ibi murmur. *Act. Ap. n.* 42.
Uerba maligna maligne practica frequẽter sunt. *Ep.* 3. *B. Ioan. Ap n.* 8.

DEIPARA.

ETsi Dei ducatus adsit, Mariæ adiutorium necessarium est. *Numer. n.* 28.
Dei genitrix matrem esse peccatorum, nõ dedignatur. *Numer n.* 29.
Ubi vel solum typice Maria deest, penuria adest. *Numer. n.* 43.
Misericorditer Deus punit, cum ad Mariam recursum permittit, sed cum Maria ipsa accusat, nil est, quod apud Deum excusare possit. *Deuter. num.* 95.

Ad cœlum itur dulciter per Mariam. *Iosue num* 26.

Deipara cunctarum hæresum sola interemptrix *Iudith n.*45.

Ex collocutione cum Mariæ symbolo supernaturalia dona adquiruntur. *Iudith. n.*47.

Deiparæ omnes cœlicolæ tamquam dominæ, ac reginæ deseruiunt. *Esther n.* 20.

Nec inter aulicos, natalium solertes inuestigatores, Deiparæ ingenuitas indubium vertitur. *Esther n.*23.

Maria nunquam humilitatis immemor. *Esther n.*71.

Deiparæ inferior portio à super excelenti animæ gloria quandoque oppressa. *Esther n.*87.

Deiparę meditatio Diuinum in homines furorem, vel sedat, vel extinguit. *Esther n.*88.

Apotentissima Deiparæ intercessione sacram quandam ac ineffabilem violentiam Deus pati dignatur. *Esther.n.*89.

Amor Dei erga Deiparam tenerrimis, humano more, passionibus abundat. *Esther n.*90.

Sicut Deus Deiparæ, sic Deipara Deo quoddammodo omnia. *Esther n.*91.

Deipara præ omnibus creaturis amplissime glorificata. *Esther n.* 94. *&* 95.

Omnes cœlicolæ, si liceret, omnem glorificationem suam Dei genitrici impenderent. *Esther n.* 96.

Dolor Deiparæ crucifixo adstantis filio soluni cum gratia sua comparabilis. *Iob n.*50.

In Mundo Deus plura habet tabernacula; at Domum vnam, & vnicam, nempe Deiparam. *Iob n.*147.

Ex materno vtero multa nobis bona Christus attulit. *Iob n.*181.

In legali existimatione Deus est Deiparæ pars. *Psalm n.*34.

A Deiparę pijssimorum indigentia vbetum nec Deus ipse exceluditur. *Psalm. n.*53.

Deipara, vel Deo ipsi, pro Deo esse potest. *Psalm.n.*54.

Christi resurrectio perpetuam Deiparæ virginitatem exprimit. *Psalm.n.*82.

Maria Creatoris genitrix, & creaturarum concreatrix *Prouerb.n.*20.

Deipara crucl adstans fauus melle Christi vulnerum plenus, & redundans. *Cantic.Cantic.n.*15.

Christus Deiparam, & castissime fœcundauit, & nobis per ipsam proficentior euasit. *Cantic.Cantic.n.*22.

Ubi Maria deest ęgens natura humana gemit. *Ecclesiastici n.*147.

Luna nunquam deficiens Mariæ symbolum. *Isaiæ n n.*209.

Nisi per Mariam facilis ad Deum non patet aditus. *Ieremiæ* 149.

Mariæ debetur, quod nostris Deus tepidis orationibus non irritetur. *Tren. Ieremiæ n.*22.

Deus propter Mariam reduplicatiue noster est. *Osee n.*8.

Dei genitrix adeó formosa, vt Dei forma esse mereatur. *Amos n.*11.

Deiparæ relatio ad Deum omnes ad creaturas relationes antecedit. *Matth.num.* 8.

Nunquam securius honor possidetur quam cum pro Deipara tuenda periculo exponi videtur. *Matthæi n.*12.

Deiparæ custodia omnem timorem abigit. *Matth.n.*13.

Dei genitricis dignitas in genere moris infinita. *Matth.n.*19.

Stella mystica Deipara ab Oriente nunquam, in Occasum declinat. *Matthæi.n.* 23.

Secure dormit, qui sub Deiparæ protectione viuit. *Matthæi n.*48.

Deipara absente, vel Christo ipsi reclinatorium deest. *Matth.n.*128.

Deiparę Fidei nulla alia ęqualis, nec cõparabilis. *Matth n.*243.

Dei genitrix, non Christi solũ, sed Christianorum omnium mater amantissima. *Marci n.*35.

Deiparæ vnicum solamen filij obsequiũ. *Marci n.*248.

Deipara plus, & ante omnes filij resurrectione iucundata. *Marci n.*249.

Deiparæ fauores, & gratię cum reliquis omnium creaturarum gratijs, & fauoribus

ribus incomparabiles. *Marci n.* 253.
Deiparę virginitas innata, & quaſi eſſentialis. *Lucæ n.* 5.
Bonorum Deipara cœleſtium liberaliſsima. *Lucæ n.* 6.
Deiparę redundans gratia non ſolum in alios effluit, ſed replet. *Lucæ n.* 7.
Deiparæ verba operatiua, & quaſi ſacramentalia. *Lucæ n.* 9.
In vnico Deiparæ ſubiecto duplex forma. *Lucæ n.* 10.
Deipara hominum pluſquam adoptiua mater. *Lucæ n.* 16.
Ex Maria Deus Homo, & humanus. *Lucæ n.* 140.
Si non Deus, aliquando à Deiparæ protectione deſeri permitteret, inſtæ, quodammodo, quærimoniæ anſam præberet. *Lucæ n.* 153.
Ubi Ieſus, non niſi vocatus adeſt, Deipara adeſt, non vocata. *Ioan. n.* 20.
Inuocatio Deiparę ad opitulationē noſtram ſupponenda. *Ioan. n.* 21.
Ieſu inuocatio Deiparæ inuocationem inuoluit. *Ioan. n.* 22.
Deiparæ auxilium paratum ſemper, & vltroneum. *Ioan. n.* 23.
Interpellationem noſtram Deipara ad ſuā interpoſitionem, non expectat. *Ioan. n.* 25.
Deigenitricis ſymbolum noſtra fortitudo eſt, & fortalitium. *Ioan.* 109.
Deiparæ filiationem elucratur, qui ſe Chriſti diſcipulatui tradit. *Ioan. n.* 188.
Deiparæ lacrymæ ab ipſius oculis ad Filij præcordia translatę humani generis corredemptrices. *Ioan. n.* 191.
Propter Deiparam rigidum Dei regimen in ſuaue conuerſum. P. *ad Hebræos n.* 71.

DESIDIA.

ROta quæ non rotatur rotæ nomen amittit. *Iudicum n.* 16.
Studioſorum fructum deſidioſi colligūt, & comedunt. *Iob n.* 16.
Quod natura excludit pigri voluntas admittit. *Prouerb. n.* 39.
Non pauci in rebus inutilibus ſubſtantiam inſumunt. *Iſaiæ n.* 203.
Cui brachium ad bene operandum arefcit, oculus ad videndum Deum obtene breſcit. *Zachariæ n.* 30.
Qui abſque propria diligentia aliorum virtute freti, ſaluari præſumunt fatui iunt. *Matth. n.* 322.
Deſidioſi ſemper incipientes nunquam perficientes. *Marci n.* 51.
Non pauci Fideles in pijs, ſed in efficacibus deſiderijs vitam proterunt. *Lucæ n.* 343. & 344.
Vir languens, & deſidioſus domum deſtruit, non ędificat. *Ioan. n.* 108.
Spirituales deſidioſi in carnem declinare ſolent. *P. ad Gal. n. n.* 2.

DEUS: Vide *Trinitas Diuina.*

HOmini non ſolum vitam conceſit Deus, ſed honorem *Geneſ. n.* 22.
Homini recens formato Deus modeſtiam docuit, ne præſumptionis morbum incurreret. *Geneſ. n.* 23.
Niſi Deus meritorum iuſti quaſi obliuiſcēs ſe gerat, nequit in ſontes vindicem agere. *Geneſ. n* 75.
In humanum ſanguinem, nec bruta ipſa impune Deus audere permittit. *Geneſ. n.* 84.
Mulctato Orbe Deus antea terrificus miteſcit. *Geneſ. n.* 85.
Solus Deus ditat, & nō improperat. *Geneſ. n.* 105.
Deus ſemper ad nobis opitulandū promptus. *Geneſ. n.* 128.
Miris modis Deus merita noſtra augere procurat. *Geneſ. n.* 132. & 133.
Deus omni tempore idem. *Exod. n.* 35.
Deus amator perfectionis. *Exod. num.* 53.
Deus amator rectitudinis. *Exod. n.* 160.
Deitatis plurificatio impotentiæ argumētum, *Exod. n.* 199.
Deus iratus mitior adhuc homine propitio. *Exod. n.* 235.
Nunquam Deus, in hac vita mortalibus ſatis ſe manifeſtat. *Exodi n.* 255.
Solus Deus, quod in ſe eſt in facie manifeſtat. *Exod. n.* 256.
Corā Deo nil tenebricoſum, omnia enim ipſi patent. *Leuit. n* 33.
Non omnibus ſe Deus æqualiter communicat. *Numer. n.* 25.

Deus ignis omne idolum consumens. *Deuter.n.17.*

Deus sibi laborem sumit; nobis requiem præparat. *Deuter.n.37.*

Nutualis Deus à quocumque auferibilis. *Iudicum n.122.*

Regnare in homines solius Dei prærogatiuâ, est ab eo solũ, inquem ipsi placet, delegabilis. *1. Reg n.100.*

Quæ de Deo catholici enuntiamus, vera quidem, sed valde diminuta sunt. *Paralipomenon 2. n.53.*

Cui Deus non adest, omnis humana potentia deest. *Iudith n.1.*

Qui non æternus, sed solum recens est, Deus esse nequit. *Psalm.n.142.*

Deus cum creaturis incomparabilis. *Ecclesiastici n.104.*

Deus, non longe est ab vnoquoque nostrum. *Act Isaiæ n.117.*

Non est necessum ad Dei immensitatem recurrere, ad hoc vt totam aquarum molem pugillo contineat. *Isaiæ n136.*

Deo sensibile est, peccatorem ipsius concursu abuti. *Isaiæ n.145.*

Deus in proprio Filio commissa nostra vlciscì dignatus. *Isaiæ n.211.*

Deus generose de peccatoribus, miserendo, vlciscì solet. *Isaiæ n.212.*

Interiora hominum percallere Dei perfectio est. *Ieremiæ n.94. & 95.*

Deus vel per se ipsum, vel per Mariam animam suam iurat. *Ieremiæ n.202.*

Æternus Pater Spiritu Sancto Filium diligit. *Matth.n.58.*

Deus ad Pascha cum quolibet bene dispositio celebrandum promptus, & paratus. *Matth.n.365.*

Nunquam Deus tantum se abscondit, quod inueniri non possit. *Marci n.107.*

Diuinæ immensitati, nec cœli magnitudo comparabilis. *Lucæ n.212.*

Ad austeritatem Deus ostendendam, humanam sumere solet apparentiam. *Lucæ n.277.*

Qui opera â solo Deo præstabilia facit Deus est, etsi homo appareat. *Ioan.n.37.*

Dei regulatissimæ perfectiones terminis regularibus significari nequeunt. *P. ad Ephes.n.1.*

Deitatis disinitiua omnipotentia reliquis Dei perfectionibus præferenda. *Apoc. B. Ioan. Ap.n.21.*

Perfectionis vniuersitas Deus est. *Apoc.B. Ioan. Ap n.41.*

DEVS AMANS.

DEus nobis facile adhæret; sed æque facile propter peccatum discedit. *Iudicum n.103.*

Omnia bona habet, qui Deum sibi annuentem habet. *Iudicum n.121.*

Nos sumus á Deo in primis voliti. *1. Reg. n.65.*

Deus humanitatis candidatus se hominũ opinioni quandoque accommodat. *2. Paralip.n.5.*

Passiones Diuinæ per humanas veniunt cognoscendæ. *2. Paralip.n.35.*

Diuina politica amorem timori præfert. *Iob n.10.*

Si Deus aliquid ambire posset, totale humani cordis ambiret imperium. *Psalm. n.176.*

Deus voluntatem timentium se facit: Diligentium etiam voluptatem perficit. *Psalm.n.193.*

Deus vtriusque parentis munere erga nos fungi dignatur. *Isaiæ n.1.*

Amor Dei erga humanum genus plusquã maternus est. *Isaiæ n.160.*

Deus Spiritu Sancto fontes punit, quia ad amandum promptus, si resipiscant. *Ieremiæ n.126.*

In se motiuum, quærit amandi Deus obiectum non amabile. *Sophoniæ n.3.*

In homine filiale erga Deum obsequium deficiens; in Deo erga hominem paternalis pietas perseuerans. *Matth n.90.*

Hominum amator Deus priuilegia sua ipsis communicat. *Matthæi n.141.*

Deus, vt homini accedat; homo vt á Deo recedat, continuo certant. *Matthæi n.398.*

Præuius passionis Christi minister, & prematurus *amor. Lucæ n.304.*

Ad se venientes Deus benigne tractat, etsi maligna intẽtione accedãt. *Lucæ n.329*

Deus hominem in peccato misere prolapsum non amat, sed amabat. *Ioan.n.119.*

Christi etiam in quantum hominis, erga homines amor interminabilis. *Ioan.n.* 120.
Nostrum demeritum Diuino amori inducit excessum. *P. ad Ephes.n.*2.
Ingratum hominem amare excessus Dei amantis est. *P. ad Ephes.n.*3.

DEI AMICVS: Vide *Charitas.*

CUI Deus pœnæ, præmijque arcana reuelat, in sublimiorem gradum exaltat, *Genes.n.*144.
Quem Deus maximè sublimare intendit, in suum consiliarium eligit. *Genes.num.* 145.
Perfectus erga Deum amor tenes, & cor nostrum proficue cauterizat. *Psal.n.*77.
Dei amor timore potior. *Psalm.n.*115.
Christus, non apud ipsum seruiliter timentes; sed apud filialiter amantes libenter habitat. *Marci n.*53.
Tribulationum procellę nos Deo aproximare faciunt. *Lucæ n.*101.

DEUS BENEFICVS.

DEus semel benefaciens, à benefaciendo non cessat. *Genes.n.*34.
Deus inter vepres apparet, quasi hominibus inhærens. *Exod.n.*30.
Beneficia Diuina non deficiunt. *Exod. n.* 102.
Timenda Dei beneficia, si eis non correspondeamus. *Exod.n.*108.
Bona quę à Deo accepimus, hominibus tribuimus. *Exod.*191.
Deus quærit motiuum benefaciendi hominibus, etiam immeritis. *Exod.n.*241.
Deus in se ipso motiuum hominibus benefaciendi quærit. *Exod.n.*242.
Solus Deus plus largitur quam promittit. *Exod n.*243.
Nostra quies requies Domini dicitur. *Deuter.n.*22. & 23.
Nulla maior obligatio quam quæ Christo debetur ab humano genere. *Deuter. n.*28.
Nobis perfecte donat Deus; nos imperfecte Deo rependimus. *1. Reg.n.*33.
Per iteratam vocationem Deus nouum fauorem conferre solet. *1. Reg.n.*72.
Beneficia Hebræis á Deo collata terminata fuerunt, & designabilia.
Christianis vero, cum infinita sint, nisi per infinitum metiri nequeunt. *1. Reg.n.*94.
Deus, vt homini faueat, vel impossibilia exequitur. *2. Reg.n* 58.
Successiua Deus continuatione hominibus benefacit. *2. Reg n.*59.
Quærit Deus in iusto benefaciendi motiuum, quem in peccatore inuenire nequit. *3. Reg.n.*123.
Dona supernaturalia præsto sunt cum vasa capacia, non deficiunt. *3. Reg n.*168.
Deus ad nostrę mensuram capacitatis benefacit. *4. Reg.n.*46.
Dei magnificentia ceteris attributis præstat. *1. Paralip.n* 78.
Magnum Dei beneficium pax prouinciarum. *2. Paralip n.*78.
Necessitatibus humanis tam corporeis, quam spiritualibus auxilium Diuinum præsto adest. *Tobiæ n.*51.
Deus insignes sanctos præmature illuminat. *Psalm.n.*78.
Benignius quandoque nobiscum se gerit Deus, plagas corporis inferendo, quam auferendo. *Psalm.n.*135.
Deus pro iustis vel impossibilia aggredi non dubitat. *Ecclesiastici n.*142.
Deus non solum nos, corporaliter nutrit; sed spiritualiter sublimat. *Isaiæ n.*2.
Quibus Deus vera vere offert dęmon falsa falso promittit. *Matth.n.*65.
Nostris Deus indigentijs succurrendis quantū ex se est, prōptissimus. *Matth. n.*107.
Christus beneficus omnes liberalitatis leges obseruare dignatur. *Matth n.*119.
Ad benefaciendum Christus clangoris instrumenta excludit. *Matth n.*155.
Respectu beneficiorum á Deo humano generi collatorum dæmoniorum electio mica est. *Matth.n.*242.
Dei beneficia, etsi ad vnum dirigantur, ad omnes se extendunt. *Marci n.*43.
Fauores Diuini animabus iustis timoris causa, non præsumptionis. *Lucæ n.*20.
Deus benefaciendo libenter agit, nullo modo patitur. *Lucæ n.*118.
Deus seruis suis, non dat, vt repetat; sed vt lucratiuo fœnore ditiores fiant. *Lucæ n.*275.

Deus in benefaciendo hominum desideria superat. *Ioan. n.* 122.

In beneficientiæ Christi Domini, & Iudæ ingratitudinis duelo Christus vicit. *Ioan. n.* 152.

Dei beneficia non alio fine à suscipiente stagnandà sunt, quam, vt oportunius, & proficientius effluant. *Apoc. B. Ioan. Ap. n.* 29.

DEI COGNITIO: Vide *Contemplatio. Eleuatio mentis in Deum.*

NIL de interioribus nostris Deo occultari potest. *Exod. n.* 180.

Qui de Deo insciè, & præsumptiuè loquitur, non ratiocinatur sed effutit. *Iob n.* 65.

Clara, & sana doctrina impinguat animã. *Psalm. n.* 70.

Deus à creatura rationali certo ex naturæ lumine cognoscibilis. *Isaiæ n.* 4.

Qui Deum non cognoscit nil inteligit. *Isaiæ n.* 5.

Deus non ad rerum apparentem molem, sed ad substantiam attendit. *Isaiæ num.* 138.

Deus bona in se ipso, mala extra se cognoscit. *Marci n.* 60.

DEI CULTVS: Vide *Adoratio.*

QUI Dei auxilium, & misericordiam implorat, ipsum præ ceteris laudat. *Genes. n.* 65.

In rebus ad Dei cultum pertinentibus ab omni reprehensibilis auaritiæ labe abstinendum. 3. *Reg. n.* 69.

Deum male colere est, in vera religione claudicare. 3. *Reg. n.* 182.

Verus Dei cultus, non in externa pompa, sed interna cordis deuotione consistit. 2. *Paralip. n.* 137.

Offerentis deuotio oblationem impinguat *Ecclesiastici n.* 154.

Si ad falsam adorationem præparatio exigitur quid ad veram? *Danielis n.* 41.

Sacros ritus, & ceremonias pro arbitratu suo despicientes, & corrumpentes hæreticis comparari possunt. *Osee n.* 11.

Vera Dei cognitio, & cultus semper vnus congruentissime tamen tripliciter variatus. *Micheæ n.* 8.

DEVS DOCENS: Vide *Lex Diuina.*

PER alimentorum cum brutis communionem Deus hominem largitatẽ, & modestiam docuit. *Genes. n.* 27.

Moderatio in cibis brutis etiam à Deo intimatur ad rationalium eruditionem. *Genes. n.* 28.

Iterata attentione, ipsi minime necessaria, vtitur Deus, vt hominem instruat attẽdere. *Genes. n.* 29.

Deus etiam contemptibilia suspicit, vt paupertas nobis in pretio sit. *Exod. n.* 157.

Deus non sinit nos virtutẽ externa splendere, quin intus virtus præfulgeat *Exod. n.* 162.

Uerbum, & verba Dei omnia substantialia sunt. 1. *Reg. n.* 103.

Deus negotia status politice gerit, ad hominum eruditionem. 1. *Reg. n.* 218.

Inferiorũ genio se Deus accõmodare solet, ad regum institutionem. 2. *Paralip. n.* 4.

Praui, & peccatores Diuinę quandoque vocis instrumenta sunt. *Iudith n.* 15.

Iesus salutis, & contradictionis signum. *Iob. n.* 87.

Deus iustum probans hostiliter agere apparet. *Iob n.* 106. & 112.

Deus ad supernaturalia percipienda humanam mentẽ excitat, & adiubat. *Iob n.* 145.

Deus voluntatem suam probat, & examinat, vt nostras nos velleitates corrigamus. *Matth. n.* 256.

In concilijs, & congressibus, vbi Fidei causa agitur, certissime Deus adest. *Matth.* 275.

Cum Deus illuminat, mentem potius, quã corpus, illuminat. *Matth. n.* 287.

Christum docentem Hebræi nullo modo capere voluerunt. *Matthæi n.* 399.

Mirabilia Christi opera omnia fuerunt doctrinalia. *Marci n.* 153.

Ex arbore physice infructifero solet Deus morales optimos fructus, hominibus prorrigendos, colligere. *Marci n.* 191.

Qui Christo Domino docente fruiti fuerunt,

runt, Uerbum Dei ſonantem, & perſonatum audierunt. *Lucæ n.* 50.
Diſcipuli à Magiſtro Diuino examinatio omnium doctrina eſt, & eruditio. *Ioan. n.* 64.
Deus *Lux* omnes illuminans. *Ep.* 1. *B. Ioan. Ap. n.* 6.

DEUS MISERICORS.

DEus ſupplicium differt; vt homo veniam exoret. *Exod. n.* 76.
Deus iratus miſericordiæ ſuę non obliuiſcitur. *Exod. n.* 79.
Deus ægre puniens; facile dans veniam. *Exod. n* 85.
Deus omnibus vtitur, vt homines à peccando auertat. *Exod. n.* 141.
Condonatio culpæ non eſt condonatio pœnę. *Exod. n* 233.
Minora oculis Diuinis, quam humanis ſuperiorum oculis delicta apparere ſolent. *Exod. n.* 238.
Deus etiam abſens propter noſtra ſcelera fauere non deſinit. *Exod. n.* 245.
Mærore peccatoris interno non externo veſtium eiulatu mouetur Deus ad miſericordiam. *Exod. n.* 250.
Ante humanam aſſumptam fragilitatem humanæ Deus condeſcendit fragilitati. *Leuitic. n.* 19.
Deus rigide loquitur, vt peccator timeat; benignè agit, ne pereat. *Deuter. n.* 31.
Quæuis pœnę inflictio, etſi ſerotina benigniſsimo Deo apparet præmatura. *Deuter. n.* 35.
Pijſsimus Deus etiam inefficacibus rationibus efficaciter, ad pietatem mouetur. *Deuter. n* 44.
Miſericorditer Deus punit, cum ad Mariam recurſum permittit. *Deuter. n.* 95.
Miſericors, & aduerſus detractores, & aduerſus pſeudopauperes armandus. *Deuter. n.* 112.
Populum ſe abijcientem Deus non deſpicit. 1. *Reg. n.* 196.
Fideli affectui correſpondet Deus miſericordiæ effectu. 2. *Reg. n.* 191.
Quandoque Deus peccatori vltra naturæ meras vitam prorrogare ſolet, vt reſipiſcat. 2. *Reg. n.* 246.
Deus iratus, & puniens ſpem noſtram implicite fouere ſolet. 3. *Reg. n.* 109.
Diuinæ miſericordiæ conſeruatio, vel ablatio, prædeſtinationis, vel reprobationis argumentum. 1. *Paralip. n.* 38.
Damnationis decreta in peccantium ſupplicium ideo ſcripta, vt deleri poſsint, ſi reſipiſcant. *Iob n.* 72.
Magna Dei cura peccatoris conuerſio. *Iob. n.* 109.
Nil Deus omiſſum relinquit ad peccatoris ſupplicium euitandum. *Pſalm. n.* 22.
Diuinæ miſericordiæ rete nos etiam renitentes quandoque capit, & concludit. *Pſalm. n.* 75.
Iræ humanę motiuum dare ſolet Diuinæ miſericordiæ motum. *Pſalm. n.* 76.
Diuinæ miſericordiæ tempus futurum cũ præterito æquiuocandum. *Pſalm. num.* 84.
Miſeria humana adeó infinita, vt miſericordiæ Diuinæ comparari valeat. *Pſal. n.* 113.
In Dei tribunali ſemper miſericordia cõiudicat. *Pſalm. n.* 161.
Deus tanquam inſtrumento carens ad nocendum ſe gerit. *Iſaiæ n.* 21.
Omnes vult Dominus ſaluos fieri. *Iſaiæ n.* 59.
Nequit Deus calamitatem videre quin ipſi opituletur. *Iſaiæ n.* 199.
Permittit Deus, quod peccata faciem eius obnubilent, ne ſtatim peccatores deſtruat. *Iſaiæ n.* 200.
Ira Dei parum temporis, placatio multum durat. *Iſaiæ n.* 210.
Peccatores digne, & iuſte vapulant; ſed Deus miſericordiſsimus dolore concutitur. *Ieremiæ n.* 42.
Pijſsimus Deus miſericordiæ fores nunquam omnino recludit. *Ieremiæ n.* 68.
Quandoque Deus iuri ſuo cedit, ne peccatores cædat. *Ieremiæ n.* 85.
Supplicium à Deo comminatum facile diſsipabile, ſi peccator reſipiſcat. *Ierem. n.* 87.
Interna Deus mentis ſuæ aperire dignatur, vt homines á peccatis abſterreat. *Ieremiæ n.* 129.
Ex Diuinæ Benignitatis viuidâ interpellatione

tione Deus de iræ ſuæ, in homines eiaculatę, executione dubitabundum ſe ge it. *Ieremiæ n.* 160.
Ob miſericordiam, non ob vindictam, iram theſaurizat Deus. *Ieremiæ n.* 199.
Non vt inſtrumentum vindictę, ſed timoris proficui iram theſaurizat Deus. *Ieremiæ n.* 200.
Difficile mobilis ad puniendum Deus. *Tren. Ieremiæ n* 28.
In peccatorum correptione ſpem Deus reconciliationis inuoluit. *Ezechiel. n.* 14.
Dei erga humanum genus miſericordiā, vel ſigna inſenſibilia noſcent. *Ezechielis n.* 69.
Deus percuſſurus omnibus modis præmonet *Ezech. num.* 90.
Deus minimum quod poteſt ad punitionem applicat. *Danielis n.* 55.
Natura Diuina in miſericordiam; humana in rigorem propenſa *Oſeæ n.* 37.
Per exceſſum Diuinæ miſericordiæ reſpectu humanæ malitiæ Dei attributū ſignificantiſsime declaratur. *Ionæ n.* 13.
Deus ſontes puniturus, ea quæ ad iram emolliendam faciunt, conſiderat. *Micheæ n.* 2.
Potior Deo peccatoris conuerſio, quam peccati punitio. *Micheæ n.* 3.
Deo compaſsiuam potius benignitatem, quam vindictam oſtentare placet *Micheæ n.* 4.
Diuina miſericordia facile credibilis, non ſic punitiuus rigor. *Matth. n.* 112.
Pias ad ſe animas Deus ſuauiter allicit. *Lucæ n* 147.
Tam impoſsibile Deo eſt miſericordium obliuiſci, quam iniuſtum eſſe. *P. ad Hebræos n.* 4.

DEVS OPERANS: Uide *Deus prouidens.*

A Dei actione ad operis perfectionem optima conſequentia. *Geneſ n.* 30.
Deo placet, non ſolum omnibus modis hominis author eſſe, ſed etiam gloriari. *Geneſ. n.* 68.
Attrahit Deus ad ſe homines prodigijs, ipſorūſe genio attēperare volens. *Exod. n* 31.
Mirabilia Dei lucem non fugiunt, ſed ambiunt. *Ioſuæ n.* 31.
Uerba Dei opera ſunt. 1. *Reg. n.* 73. & 3. *Reg. n.* 86.
Cum Deus ſupernaturaliter agit, natura quantum poteſt operetur. 4. *Reg. n.* 51. & 52.
Oleo Deus, quando oportet, corda indurare ſolet humana. 4. *Reg n* 91.
Operum ad extra ſucceſsio Diuinæ menti adaptari ſolet. *Iudith. n.* 22.
Deus tam in Matre prę ſeruanda, quā in ceteris ſaluādis velociſsimus. *Iſaiæ n.* 98.
Humani generis Plaſmator manus non deterſit, ſed rememoratiua ſigna in ipſis relinquit *Iſaiæ n.* 161.
Dei omnipotentiæ opus maximum ſuimet exinanitio eſt. *Ieremiæ n.* 148.
In hominum abundantiâ reipublicæ felicitas. *Ieremiæ n.* 150.
Deus mundi Fauer, vt ipſum perficiat, laborâre non ceſſat. *Oſeæ n.* 21.
Deus quod vult poteſt; homines volunt, quæ non poſſunt. *Matthæi n.* 116.
Deus hominem recens formatum, & recens reformatum elata voce ad ſe vocauit. *Marci n.* 244.
Dum ſupernaturalis motio durat naturalis virtus agere non omittat. *Ioan. n.* 50.

DEI OBSEQVIVM: Uide *Dei cultus.*

NUlla ætas obſequijs Diuinis minus apta. *Geneſ n.* 137.
Opera, quę ad Dei ſeruitiū ordinātur, permanent. *Exod. n.* 114.
Qui Deo inſeruit, ad humana non attendit. *Exod n.* 126.
Congrua depræcatione, vtendum ad miſericordiam Diuinam conſequendam. *Exod. n.* 223.
In feſtis Domini materialis ignis extinguēdus ſpiritualis accendendus. *Exod. n.* 269.
Ex noſtris inutilibus Deo poſſumus vtiliter deſeruire. *Exod. n.* 276.
Nil, quod in Dei obſequium impenditur, perit vel tranſcuratur. *Exod. n.* 278.
Deſtinata Deo, ſi imperfecta ſint, non ſunt benedictione digna. *Exod. n.* 283.
Sine diſpendio temporalium vult Deus, quod eius obſequia fiant. *Leuit. n.* 6.
Timor reuerentialis nos proprius ducit ad Deum. *Ioſue n.* 28.

Ad

Ad Deum recurrere, nisi necesitate vrgente, nescimus. *Iudicum n.* 9.
In Dei obsequijs, Diuino seruitio, non vtilitati nostrę attendendum. 1. *Reg. n.* 34.
Feruidus, quæ ad Dei cultum pertinent, instanter ac operetur. 2. *Reg. n.* 57.
Nullum obsequium Deo præstitum absque condigna remuneratione relinquitur. 4. *Reg. n.* 103.
Deus non seruili, sed filiali timore cupit reuereri. 4. *Reg. n.* 137.
Qui Deo fidelissime seruit suum negotiũ agit. 4. *Reg. n.* 138.
Quando cum Deo agimus, non tam verbis, quam animo attendendum. 4. *Reg. n.* 141.
Ad recte Deo in templo ministrandum tam animi, quam corporis vires requiruntur. 1. *paralip. n.* 6.
Qui continuas preces Deo fundunt, & memoria æterna, & laude digni. 1. *Paralip. n.* 7.
Deo gratificatoria munera de proprio penu, non de alieno censu offerenda. 1. *Paralip. n.* 59.
Peritus instrumenti musici pulsator ipsũ non solum resonare facit, sed etiã pronunciare. 2. *Paralip. n.* 36.
Quæ reges templis donant, sibi, vel suis semper proficiunt. 2. *Paralip. n.* 109.
Diuinis auxilijs cooperando diabolum subijcimus. *Tobiæ n.* 44.
In Dei obsequio leuiter, & proficue; in mundi seruitute grauiter, & in vtiliter laboratur. *Psalm. n.* 141.
Seruire Deo, & animæ salutare, & corpori proficuum. *Psalm. n.* 180.
Quæ Deo donanda prompte exhibenda. *Cantic. Cantic. n.* 24.
Cultus D. i externus interiore affectu animandus. *Tren. Ieremiæ n.* 19.
Nullum Deus sui obsequium irremuneratum relinquit. *Ezechielis n.* 106.
Deo obedire, vel ab insensibilibus, homo discat. *Marci n.* 39.
Christo Domino virtutum, & virtuosorum holocausta gratissima. *Marci num.* 211.
Nil ad Diuinitatem pertinens despiciendum. *Lucæ n.* 28.
A Magdalene Christo Domino exhibitum obsequium quodammodo æternum. *Lucæ n.* 89.
In Dei obsequium præstita ipsi semper sunt præsentia. *Lucæ n.* 220.
Propter externa munera, etiam pia, & religiosa, spirituale Dei obsequium non omittendum. *Lucæ n.* 245.
Coram Deo cum omnimoda reuerentia loquendum. *Lucæ n.* 268.
Plus qui totum, quam qui partem æris sui Deo dono dat. *Lucæ n.* 293.
Leue Christo Domino exhibitum obsequium iterum, ac sæpe, gratudinis ergo. proclamatur. *Ioan. n.* 110.
Quidquid in Dei obsequium impeditur, non consumitur. *Ioan. n.* 140.
Nil in Dei obsequium prestitum ad gratitudinem omissum. *Ioan. n.* 192.
Tam pro aduersis, quam prosperis gratię Deo redendę. *P. ad Thesal.* 1. *n.* 8.

DEI OCVLI: Vide *Deus prouidens.*

Diuini oculi semper benefici. *Genes. n.* 160.
Deus preces nostras non solum audit, sed considerat, & iudicat. 2 *Paralip. n.* 38.
Praua hominum opera coram Deo euidenter patent, non resplendent. *Ecclesiastici n.* 62.
Deus omnia interiora nostra oculis suæ comprehensionis lustrat. *Isaiæ n.* 8.
Scientia Diuina infallibilis: constans, & perpetua voluntas, *Ezechiæ n.* 46.
Interiora hominum Deo patent. *Matth. num.* 139.
Deus vno intuitu omnia penetrat. *Marci n.* 29.
Solus Deus nostras calamitates miserendo videt. *Marci n.* 63.
Diuinus intuitus omnia circumspicit. *Marci n.* 167.
Omne immundum Diuino conspectu indignum. *Lucæ n.* 112.
In se Deus motiuum ad homini benefaciendum quærit. *Lucæ n.* 156.
Hebraicarum Christus cogitationum cõprehensibus inspector. *Lucæ n.* 157.

DEI PIETAS: Vide *Deus misericors.*

Apissima Dei conditione pœna etiã absolute comminata, conditionate expectari potest *Genes. n.* 43.

Deus comitatur subditos, vt iram prælatorum patienter sufferant. *Exod. n.* 118.

Deus non magis punit, quam miseretur, *Exod. n.* 156.

Benignitas Diuina, quę defectui naturæ; quã malitię vertit peccata. *Exod. n.* 210.

Deus vult rogari ne puniat. *Exod.* 212.

Ostendit se Deus impeditum ad puniendum; vt veniam precemur. *Exod.* 213.

Sæpe Deus propter bonum principẽ miteſcit in populum. *Exod. n.* 214.

Deus quasi frœnum sibi imponit, ne homines efferæne puniat. *Exod. n.* 218.

Infinita Dei benignitas materiam summe necessariam libero hominis arbitrio summittit. *Deuter. n.* 83.

Nostris se calamitatibus Deus acommodat, & illas quodammodo in se transfert. *Iob. n.* 207.

Cum subdito palam delinquente dissimulare solius Dei priuilegium est. *Psalm n.* 112.

Calamitatem, etiam iustissime punitorũ, Deus videre nequit. *Ieremiæ n.* 165.

Nunquam Deus, nisi aliquando non se ostendat, aditum ad ipsum accedere volenti occludit. *Marci n.* 118

Deus rigide punire non assolet, quin benigne præmoneat. *Marci n.* 182.

Deus Prouidens: Vide *Deus, Dei oculi.*

DEus præsulum norma, vt perfectam obtineat obedientiã nullam permittit subditis indigentiam *Genes. n.* 36.

Patriarcharum honori Deus diligenter præcauet. *Genes. n.* 200.

Iustas Deus inter homines quærelas, non prohiber, sed modificat. *Genes. n.* 220.

Quæ homini ad hominis depressioẽ Deo solent esse media ad hominis exaltationem *Genes. n.* 408.

Dum minister Deum curat, curam Deus agit de ministro. *Exod. n.* 16.

Deus iustos tam fauorum concessione, quam subtractione ducere solet, & conducere. *Exod. n.* 101.

Deus scrutator cogitationum sacerdotis adest. *Exod. n.* 182.

Quæ ad se expectant Deus homini faciẽda committit, quæ ad salutem nostram per se ipsũ curare dignatur. *Exod. n.* 189

Deus ex authorare non solet quem semel sublimauit. *Exod. n.* 215.

Sanctis primæ magnitudinis inenarrabilẽ quandam authoritatem, vel in seipsum Deus concedere dignatur. *Exod. n.* 219. & 220.

Deus in creaturarum cura, & prouidentia, non cessat, & de humanitate assumenda frequenter agit. *Leuit. n.* 39.

Non iubet Deus dominij virgam ad feriendum assumi. *Numer. n.* 44.

Qui Dei potestate, tanquam propria vtitur, potestate abutitur. *Numer. n.* 45.

Diabolicas suggestiones non vult Deus á nobis abigere: sed aduersus illas optime munire. *Numer. n.* 47.

Perfectum præfectum præficere specialis Dei prouidentię est. *Numer. n.* 83.

Pro viriũ diuersitate iustos Deus diuersis exercet probationibus. *Numer. n.* 92.

Hostes Deus animę permittit, non ad pœnam, sed ad coronam. *Iudicum n.* 7.

Diuina prouidentia non solum de maioribus, sed etiam de minoribus curam gerit. 1. *Reg. n.* 12.

Quæ á Deo specialiter ordinantur hominibus casualia apparent. 1. *Reg. n.* 129.

Cum Deus nobis bona æstimabilia, & æterna prępparet; nos post caduca, & vilia anxij festinamus. 1. *Reg. n.* 132.

Deus benigne, & potius in nobis, quam in nos regnat; homines rigide, & imperatiue dominantur. 1. *Reg. n.* 174. & 175.

Speciali Deus prouidentia, non vtitur cũ generalis ad rem per agendam sufficit. 1 *Reg. n.* 217.

Non vult Deus, quod vitio virtus deseruiat. 2. *Reg. n.* 120.

Diuinæ prouidentiæ motiua minime inuestiganda. 2. *Reg. n.* 286.

Qui instrumentum est ex parte Dei ad peccatoris conuersionem, fere semper instrumentum est ad eius exaltationẽ. 3. *Reg. n.* 14.

Cum res per media Diuina expeditur media humana cessare debent. 3. *Reg. n* 19.

Deus

Deus ad certum tempus sibi soli notum peccatorem expectat, vt resipiscat. 3. *Reg. n.* 48.

Ut fontes timeant, insonti minatur Deus. 3. *Reg. n.* 90.

Quem Deus speciali prouidentia curat non rustice, sed laute, & ciuiliter alit. 3. *Reg. n.* 163.

Dei œconomia semper eadem quoad substantiam. 2. *Paralip. n.* 148.

Aditum ad innocentiæ effugium semper Dei prouidentia apertum relinquit *Esther n.* 22.

Uel ipse Deus á communi mundum regẽdi stilo deuians á censurâ non eximitur. *Iob n.* 104.

Diuitijs, & paupertate tamquam duabus habenis Deus mundum regit. *Prouerb. n.* 81.

Deus iustis suis gaudia, & tribulationes alternatiue immittit. *Cantic. Cantic. n.* 11.

Tempus ad peccandum Deus nulli dat; sed pro humano arbitrio assumi permittit. *Ecclesiastici n.* 60.

Deus fidelibus large largitur, quæ in fidelibus non negat. *Isaiæ n.* 3.

Dei manus non solum mundum regit, sed sustentat. *Isaiæ n.* 137.

Cœlum Deo turgurium, vt cognoscatur pastor omnibus prouidens. *Isaiæ n.* 140.

Damna futura Deus præmonere solet, vt homines caueant. *Ieremiæ n.* 53.

Deus probator iusti, & approbator. *Ieremiæ n.* 93.

Deus nec cænosis peccatoribus auxilia sua mittere dedignatur, vt resipiscant. *Ezechie. n.* 59.

Deus præmaturæ suorum fidelium incolumitati attendit. *Danielis n.* 43. & 47.

Cum Dei prouidentia aliquem in publico munere collocat, ad illud necessarias dotes sub pondere, numero, & mensura donat. *Danielis n.* 65.

Propter bonum nostrum spirituale temporalia mala Deus solet immittere. *Amos n.* 2.

Diuini regiminis virga pro meritorum diuersitate diuersum nomen sortitur. *Zachariæ n.* 25.

Diuinæ curæ, ac prouidentiæ est, bonos Ecclesiæ ministros nunquam deficere. 1. *Machab. n.* 34.

Quæ Deus specialiter dirigit abhominũ directione, non pendent. *Matth. n.* 33.

Quandoque Deus ignorantiæ humanæ se accommodat. *Matth n.* 140.

Deus non solum dat, vt habeamus, sed vt & alijs elargiri possimus. *Matth. num.* 250.

Deo nil tam sibi, quam suis deesse potest. *Marci n.* 123.

Lux Diuina humanum arbitrium relinquit liberum. *Lucæ n.* 22.

Pro maiori spirituali bono Deus vnicuique diuersa charismata largitur. *Lucæ n.* 107.

Nil Deo magis curæ, quam impedimenta ad se accendendi auertere. *Lucæ n.* 152.

Prouidenter Deus in quantitate modicâ temporalia bona concedit. *Lucæ n.* 154.

Deus á nobis rationem exigens, propriam cuiusque lineam non transgreditur. *Lucæ n.* 187.

Paterna Dei cura nec obstinatum peccatorem deserit. *Lucæ n.* 211.

Ne quid nobis ad Fidem percipiendam deficiat, Deus prouidenter curat. *Lucæ n.* 328.

Ministri egregie laboraturi quies à Domino procuratur, & præcipitur. *Lucæ n.* 372

Deus prouide obstacula interponit, ne homo facile peccet. *Ioan n.* 165.

Ut homines á peccato caueant Deus sufficienter admonet, tam generice, quam individualiter. *Iaan. n.* 175.

Deus omnibus creaturis pro ipsarũ qualitate, ac dignitate prouidet. *Pau. ad Cor.* 1. *n.* 9.

DEVS PROTEGENS: Uide *Deus beneficus.*

QUem Deus confortat nisi, velit, non erit pauidus. *Iosuæ n.* 14.

Si velit homo dimicare contra vitia semper Deus illi præsto erit. *Iosuæ n.* 38.

Inculpati Deus causam agit ne damnum subeat, vel detrimenti m. 1. *Reg. n* 404.

A Deo fideliter culto ad Deũ defensorem optima consequentia. 2. *Paralip n.* 74.

Quodnis Dei adiutorium, etsi leuissimũ, nos firmare valet. 1. *Esdræ n.* 10.

A Dæmonum incursibus Diuina circumvallatione protegimur. *Iob n.* 1.
Diuina custodia semper lucet. *Iob n.* 144.
Atribulato nunquam, nisi apparenter tantum, Deus abesse solet. *Iob. n.* 148.
Cum se accingit homo ad proximum cõculcandum, se accingit Deus ad conculcatum defendendum. *Psalm. n.* 117.
Tribulato Deus non solum præsentialiter, sed palpabiliter adest *Psalm. n.* 132.
Scapulis nos Deus protegit, quia faciem hostibus nostris opponit. *Psalm. n.* 160.
Cum Deus non fauet, labor non proficit, etiam nimius. *Isaiæ n.* 49.
Deus suos multoties á damno nondum perpessio liberat. *Ieremiæ n.* 7.
Nunquam certior succursus Diuinus, quã cum omnino deest humanus. *Tren Ieremiæ n.* 8.
Iniuste læsi rectum Deus sustinet *Matth. n.* 86.
Cum homines omnino deserunt, Diuinũ auxilium promptum adest. *Matth. n.* 397.
Quos praui reprobant, Deus approbat. *Ioan. n.* 77.

DEUS PUNIENS: Vide *Deus remunerans.*

FLagellante Deo dies in noctes deturpantur, & nigrescunt. *Genes. n.* 74.
Iræ Diuinæ vestigia, etiam præteritæ, pertimescenda *Genes. n.* 79.
Via ad homines puniendos oculos Diuinos omnium lustratores subter figere solet. *Genes. n.* 141.
Deus ad puniendum duci, imo & manu duci necesse habet. *Genes. n.* 142.
Commissa in vita præsenti punire, & in alia parcere, magnæ Dei misericordię est. *Genes. n.* 355.
Deus dum punit non nominatur Deus, sed cum largitur veniam. *Exod. n.* 61.
Sanguinem multum elicit Dei flagellum. *Exod. n.* 68.
Semper per homines grauius Deus flagellat, quam per se ipsum. *Exod. n.* 69.
Supplicium Deus imponit in eis, quibus homo solatium quærit. *Exod, n.* 72.
Nullus habet impius, quod Dei possit subterfugere iram. *Exod. n.* 73.
Vbi aggrauantur culpę, Dei supplicium aggrauatur. *Exod n.* 75.
Deus homines punire non solet, quin præmoneat. *Exod. n.* 92.
Ab homine á Deo recedente recedit Deus. *Exod. n.* 163.
Deus dedignatur gentem peccatricem populum suum appellare. *Exod. num.* 207.
Indignatio diuina ratione regulatur; non sic humana. *Exod. n.* 216.
Uæ nobis miseris furori Diuino in infinitum irascibili expositis. *Exod. n.* 217.
Supplicia æstimat Deus tanquam regiminis instrumenta. *Deuter. n* 102. & 104.
In thesauris recondit, & signat ne ea frequenter exerat. *Deuter. n.* 103.
Caute pius qui á Deo immediate castigari desiderat. *Iudicum n.* 55.
Qui in præsenti vitá proficue agenda non videt, in futurá necessario patienda videbit. 1. *Reg. n.* 61.
Per sacerdotum punitionem omnes Deus facit expauescere. 1. *Reg n.* 74.
In Sacra pagina per vocem *Iudicij* damnatio æterna significari solet. 1. *Reg n.* 75.
Per debilia media magna Deus damna inferre solet, vt ab Inferni tortoribus tueamus. 1. *Reg n* 84.
Cum Dei flagella gratulatorie recipiuntur, in beneficia conuertuntur. 1. *Reg. n.* 90.
Triumphator non parcit Deus, non quia inexorabilis sed ob deuicti pertinatiã. 1. *Reg n* 208.
Unum feriturus Deus omnes terret. 1. *Reg. n.* 271.
Cum Deus non opitulatur, vel ipsa solum inimicorum facies formidabilis est, & intolerabilis. 1 *Reg n.* 443.
Quando oportet, Deus surdũ agit. 2. *Reg. n.* 287.
Iustum supplicium differre solet Deus, nõ auferre. 2. *Reg. n.* 288.
Trabem, quę in oculis nostris est, frequenter, non videmus. 3 *Reg. n.* 50.
Cum Deus medium placationis de medio tollit implacabilis maneat necesse est. 3. *Reg. n.* 91.

Non

Non vult Deus habere domum in illa prouincia in qua non habitat. 3. *Reg. n.* 92.

Habet Deus suos satellites, quibus in reges á se auersos animaduertat. 3 *Reg n.* 137.

Dei mulctatrix sententia ob pœnitentiam reuocata ex relapsu in peccatum reintegratur. 3. *Reg. n.* 209.

Pœnæ à Deo inflictæ impœnitentibus certissime aduenient. 4. *Reg. n.* 82.

Deus malos malis quandoque perdere solet. 4. *Reg n.* 102.

Cum Deus verba multiplicat, non resolutiue, sed comminatorie agere solet. 4. *Reg. n.* 147.

Mitius Deus per se ipsum, quam per creaturas punit. 1. *Paralip. n.* 54.

A Diuina vocatione excluditur, qui Deo vocanti, non respondet. 2. *Paralip. n.* 27.

Supplicia ab hominibus inflicta ficta sunt respectu Diuinorum. 2. *Paralip. n.* 56.

Habet Deus ægritudinis neruum quo irreligiosi regis pedes comprimat. 2. *Paralip. n.* 80. & 81.

Sontes iustissime punire magna Dei perfectio est. *Iudith n.* 33.

Ad minimũ volũtatis diuinæ motũ terrena omnia disparere possunt. *Iob n.* 13.

Bonę valetudinis priuatio gradus summus rigoris Diuini in præsenti vita exercitii. *Iob n.* 30.

Flagellorum loris nos Deus castigat, & fœnat. *Iob n.* 105.

Deus, vel castigans, vel probans humanæ fragilitati ciulatum non denegat. *Iob n.* 114.

Plaga visibili manu carere solet, at non inuisibili, *Iob n.* 129.

Si leuissimus Dei motus peccatores dissipat, quid faciet vehemens? *Psal. n* 42.

In impiorum punitione iustitia Diuina resplendet. *Prouerb. n.* 59.

Ad leuissimum Dei tactum tota iusti cõpago commouetur. *Cant. Cant.* 17.

Diuina reprobatio per ignorantiam significatur ad reproborum pœnam accrescendam. *Sapientiæ n.* 17.

Propter primum fratricidium totus orbis aqua mulctatus; propter Deicidium igne mulctandus. *Sapientiæ n.* 32.

Deus non, nisi coactus, punire solet. *Sapientiæ n.* 43.

Dei flagellum humanarum cogitationũ frenum. *Ecclesiastici n.* 99.

Deus iustissime iratus, & enormissime irritatus primo impetu fontes destruere solet. *Nahum n.* 2.

Deus quodammodo secum irascitur, quando cum homine implacabiliter irascitur. *Malachiæ n.* 10.

Uæ prouinciæ, vel Regno â quo Deus migrat. *Matth. n.* 281.

Iustitiæ decreta punitiuę per Dei satellites dæmones exequuntur. *Lucæ n.* 176.

Deus ad iniurias hominum potentiorũ in inferiores commissas vindicare prõptus, & paratus. *Ep. B. Iacobi Ap. n.* 28.

Non solet punire Deus quin præmoneat. *Apoc. B Ioan Ap n.* 25.

DEVS REMVNERANS: Uide *Deus beneficus.*

ECce in prima Scripturæ Sacræ periodo præmium, & suppliciũ propesitũ: in genti curæ est Deo, homines auertere a malo, & allicere ad bonũ. *Genes. n.* 6.

Deus puniens verba multiplicat, non verbera. *Genes.* 58.

Cum Deus in hominem sententiam mortis pronuntiat magnam sui erga hominem affectionem explicat. *Genes. n.* 69.

Deus quandoque de solio suo ad ocularem inspectionem descendit ad prælatorum exemplum *Genes.* 147.

Deus fidelibus suis hęreditatem æternam; reliquis legata largitur temporalia. *Genes.* 193.

Propter iustorum merita, & securitatem peccatoribus solet Deus temporalia bona alargiri. *Genes* 228.

Hominibus Deus adeò liberalis, vt fides fulcimento indigeat. *Genes n.* 246.

Eisdem Deus fauet suis, quibus flagellat inimicos. *Exod. n.* 105.

Dei maiestas tam in Inferno, quam in cœlo resplendet *Deuter. n.* 20

Largius Deus iustos remunerat, quam malos punit *Deuter. n.* 21.

Qui Deo indeficienter seruit, ipsum Deus deficientem sepelit. *Deuter. n.* 114.

Christus non terrenæ, sed cœlestis collator possessionis. *Iosuæ n.* 52.

Diuini fauores, non transeunt, sed ad præmium vel pœnam prioribus adijciuntur. 1. *Reg. n.* 69.

Bonorum, & malorum corpora ad eumdem locum tendunt, Animæ vero ad valde diuersa loca transeunt collocandę. 1. *Reg. n.* 425.

Pro impensis in sui obsequiū factis Deus liberalissimus repensor. 3. *Reg n.* 96.

Deus iustos in hac vita breuiter, & perfunctorie, in alia abundantissime, & æterne consolatur. *Psalm. n.* 147.

Cœlestis gloria in Dei dextera; mundana gloria in sinistra collocatur. *Prouerb. n.* 8.

Per principes bonos, & malos Deus subditis bonis, & malis condigne remunerat. *Prouerb. n.* 102.

Deus in præsenti vita cognitus satisfacit, in futura visus satiat. *Ecclesiastici num.* 168.

Deus remunerans, vel puniens semper bonus. *Ieremiæ n.* 56.

Non minus Domini opus est sontium supplicium, quam in sontium præmiū. *Ieremiæ n.* 195.

Deus Deus dedit homini terram Deus homo cœlum. *Ezechielis n.* 81.

Pro cuiusque merito Deus munera sua dispensat. *Matth. n.* 34.

In distributiua Dei æconomia solum digdigni præficiuntur. *Matth. n.* 173.

Mali ad mortem; boni ad vitam destinati. *Matth. n.* 334.

Etiam bona opera quæ inaduertenter facimus Deus ad remunerationem computat, & considerat. *Matth. n.* 338.

Nil laboris in materia virtutis impensi á Deo transcuratur. *Marci n.* 109.

Affectuosæ deuotioni plus Deus largiri solet, quam illa desiderat. *Lucæ n.* 51.

Repromissiones Diuinæ, non vni vel alri Fidelium professioni coarctantur, *Lucæ n.* 258.

Pijs Fidelium desiderijs Deus abunde satisfacit. *Lucæ n.* 261.

Pia Deus desideria non fraudat. *Lucæ n.* 342.

Nullum Deus sui obsequium irremuneratum relinquit. *Ioan. n.* 118.

Æquissimus meritorum hominum remunerator Deus. *Ioan. n.* 182.

DEVS REPARANS: Uide *Deus prouidens.*

DEus reparans naturam lapsam sibi met creanti assimilatur. *Genes. n.* 31.

Præfertur hominis reparatio ad ipsius formationem. *Genes. n.* 32.

Deus á fragilium conditione ad reparationem pignoratur, vnde fecit Deus in homine, quem semper reficeret. *Genes. n.* 35.

Deus vult innotescere creaturis humano modo. *Exod. n.* 34.

Deus antiquitus ambibat esse homo. *Exodi. n.* 36.

Deus multo ante Incarnationem humanitatis candidatum agebat. *Exod. n.* 86.

Hebræorum arbitriū constringens Christianam Deus præ oculis habuit libertatem. *Leuit. n.* 20.

Mundus per Christum spiritualiter de nouo productus *Iosuæ n.* 50.

Christi veri sacerdotis morte vitam omnes in hoc mundo exules æternam assequuti. *Iosuæ n.* 56.

Diuini Verbi benignitas, & humanitas á Deuide præsignata. *Psalm. n.* 134.

Deus vel obstinatissimum peccatorem ad pœnitentiam vocare non desistit. *Matth. n.* 390.

Reparationis nostrę tempus primæuæ rerum productioni consonum. *Matth. n.* 404.

Quem Deus illuminat, corpore, & mente illuminat. *Marci n.* 155.

Quęm Deus illuminat, ex inuio in viam collocat. *Marci n.* 156.

Deo gressus etiam peccatorem errantem, quærentis errare nequeunt. *Lucæ num.* 201.

Ægræ Rationalis terræ Deus Agricola, & Medicus. *Ioan. n.* 155.

Spiritualis medicus peritissimus de vipereo vitiorum veneno theriacam virtutum conficit salutiferam. *P. ad Titum n.* 6.

Dia-

DIABOLUS: Vide *Peccatum.*

A Primo, & pernicioſiori mendacio diabolus mendacij pater nuncupatur. *Geneſ.n.*51.

Uix formatum hominem diabolus circa fidem ſatagit decipere. *Geneſ n.*52.

Hic à Deo in vtramque hominis portionem dęmoni videtur conceſſa facultas. *Geneſ.n.*54.

Opera dæmonis apparenter miraculoſa. *Exod. n.*93.

Diabolus fictitiis habet vires nam veras à nobis mutuatur. *Ioſuæ n.*54.

Noſtrismet paſsionibus diabolus vtitur, vt nos debellet. *Iudicum n.*97.

Diabolus impetens cautus, & ſolicitus: homo impetitus negligens, & incautus, quomodo non ſuccumbet? 1. *Reg.n.* 185.

Ad vincendum dæmonem omne humanum auxilium deponendum. 1. *Reg.n.* 256.

Diabolus non corporeis, ſed ſpiritualibus armis vincendus. 1. *Reg.*268.

Tres præcipui animæ hoſtes, non congreſſu, ſed fugâ debellantur. 1. *Reg.n.* 269.

Quod præcipue cum carnalibus paſsionibus obſeruandum eſt. 1. *Reg.n.*270.

Multa in nos dæmon, quotidie intentat, quæ prohibente Deo, non exequitur. 1. *Reg.n.*287.

Dęmon ſuos aſſeclas in vrgentiori neceſsitate deſerit. 3. *Reg.n.*187.

Diabolus oculos eruere ſatagit, vt ſuas catenas in ijciat. 4. *Regum n.*165.

Spiritus nequan ore ſuorum vtitur, vt præcipuo ad nocendum inſtrumento. 2. *Paralip.n.*94.

Dæmonis viæ inuiæ plurimæ; Domini vna, & vnica via eſt. 2. *Paralip.n.*108. & 110.

Dæmonis tyrannide nulla grauior, ac durior. *Iudith n* 9.

Sanæ fontes doctrinæ pręcludere ingens dæmonis cura eſt. *Iudith n.*17.

Homini ſeruire malum graue, at dæmoni intolerabile. *Eſther n.*55.

Satan coram Deo grauius torquetur. *Iob n.*3.

Dæmonis vias Deus non approbat. *Iob n.*4.

Uiæ dæmonis tortuoſæ. *Iob n.*6.

Spiritualem dęmon naturam fœdauit, nõ amiſsit. *Iob n.*7.

Dæmon iuſtum non ſolum conſiderat, ſed interiora rimari ſtudet. *Iob n.*8.

Coram Deo dæmones contremiſcunt. *Iob n.*14.

Quidquid á diabolo eſt, inter ſe pugnans, & contrarium eſt. *Iob n.*20.

Cum diabolus peccatum in mundum inuexerit, antonomaſtice peccator appellatur. *Pſalm.n.*172.

Demones *Gigantes* ſunt cœlo bellum inferentes, & condamnatos opprimentes. *Prouerb.n.*80.

Dæmones, in quorum obſequium idola fiunt, grauius in Inferno torquętur. *Sapientiæ n.*38.

Diabolus multiformis, ad nocendum. *Iſaiæ n.*84.

Puluere in fideles excœcat dæmon ne ſe eſſe puluerem aduertant. *Baruch.n.*15.

Quadam virtutis larua ſolet diabolus aſſeclas ſuos falere, & in malis artibus confirmare *Zachariæ n.*24.

Firma dæmonis ſtatutio cuſpis periculoſior. *Matth.n.*63.

Dæmones á ſe abigere ſolicitu Chriſtiani curent. *Matth.n.*71.

Propane lapis dæmonis oblatio eſt. *Mat. n.*109.

Quod cum immundis brutis dæmon, Deo permittente, egit, eſt, quod cum hominibus facere deſiderat. *Matth.n.*137.

Uſque ad Chriſtum dæmon quaſi ęfœnis: per Chriſtum fœno cohibitus. *Marci n.*11.

Dæmon coactus imperata exequitur, non ſponte obediens. *Marci n.*12.

Propriam miſeriam eiulari, nec ipſi dæmoni denegandum. *Marci n.*13.

Dæmones iuſtitiæ Diuinæ punitiuæ exercitus. *Marci n.*45

Dæmones naturæ humanę hoſtes implacabiles, ſed non inuincibiles. *Marci n.*46.

Deitatis ambitor dæmon theologizare neſcit. *Marci n.*48.

Dæmones in peccatore, vel saltem peccatoris symbolo inhabitare satagunt. *Marci n.* 50.
Ubi dæmon adest, quies deest. *Marci n.* 119.
Diabolus tenebrarū princeps. *Lucæ n.* 41.
Supra spiculum collocatur, qui dęmonis stabilimentum ambit. *Lucæ n.* 45.
Diabolus vinci potest, sed non conuinci. *Lucæ n.* 46.
Dæmon re, & nomine humani generis implacabilis hostis. *Lucæ n.* 104.
Diabolus, non ctibrat, vt separet; sed potius, vt confundat. *Lucæ n.* 315.
Diabolus, cum extreme vult nocere, applausu vtitur. *Act. Apost. n.* 97.
Impurum dęmonis os christianas veritates inficit, non qualificat. *Act. Apost. n.* 98.
Dæmonis laus semper nociua. *Act Apost. n.* 99.
Tempus in peccatis impensum in potestate dæmonis captiuum detinetur. *P. ad Ephes. n.* 5.
Deitatis ambitor dæmon attributa Diuina affectare procurat. *Apoc. B. Ioan. n* 13
Nunquam dæmon grauius nocet, quam cum inter homines bella mouet. *Apoc. B. Ioan. n.* 36.

DIGNITAS: Vide *Bona temporalia.*

FVga dignitatum character est dignorum. 1. *Reg. n.* 155.
Etiam supremi Christianæ reipublicæ gradus amaritudinibus abundant. *Isaiæ n.* 125.
Mundiales dignitates apparentes, & figuratæ. *Danielis n.* 51.
Omnes mundiales dignitates nihilo minus sunt. *Danielis n* 66.
Altiori dignitati grauius imminet periculum. *Amos n* 12.
Omnis ascensus arduus; descensus omnis decliuis. *Lucæ n.* 264.
Dignitates humanę accidentia sunt, non substantię. *Lucæ* 313.
Qui indigne dignitatem obtinet numerū non meritum auget. *Ioan. n.* 1315.
Actiones indignę dignitatum possessores decorant. *Act. Apost. n.* 120.

DISPENSATIO VOTI: Vide *Votum.*

POtestas dispensandi in votis ex hoc textu conuincitur. *Exod. n.* 27.

DISCORDIA: Vide *Inimicus.*

INter superiorem, & subditos discordia pessimum accidens. *Iudicum n* 51.
Uerbis, & factis Spiritus Sanctus manifestare intendit schismata, & diuisiones nulli omnino prodesse. 3. *Reg. n.* 58.
Vbi adest discordia, peccata non desunt. *Ecclesiastici n.* 61.
Discordiæ ignis Inferni igne crudelior. *Isaiæ n.* 164.
Discordiarum seminator, vel adhuc viuens, damnatorum damna experitur. *Isaiæ n.* 165.
Pharisæi discordiarum, ac diffidentiarū disseminatores. *Marci n.* 24.
Discordia pestis; pax salubritas communitatum est. *Marci n.* 144.
In Ecclesia Romana *Dissensionis* nec nomen audiendum. *P. ad Cor.* 1. *n.* 1.

DISCURSUS: Vide *Cogitatio.*

IN diebus genialibus læte discurri solet, non subtiliter. *Iudicum n.* 80.
Escis corporalibus pabulum mētis adiungendum. *Iudicum n.* 81.
Corporis pulchritudo animæ pulchritudinem infallibiliter non infert. 2. *Reg. n.* 168.
Capilli cogitationum symbola. 2. *Reg. n.* 169.
Ex occursu dignosci potest discursus. *Ecclesiastici n.* 82.
Incessus, vestes, & dentes indicant qualitatem mentis. *Ecclesiastici n.* 83.

DIUES: Vide *Auarus.*

NEmo inclytus donec ditatus. *Genes. n.* 216.
Diuites, vel contemnunt leges, vel obliuiscuntur. *Deuter n.* 2.
Diuiti benefacit, qui ipsi benefaciendi occasionem præbet. 1. *Reg n.* 384.
In diuitem solus Deus audet. 1. *Reg. n.* 399.
Diues, & peccator nomina in Sacra Scriptura frequenter synonoma. *Psal. n.* 145.

Qui

Qui vere diues esse cupit, veras diuitias amet. *Prouerb.n* 41.
Tota diuitis fruitio aurum suum oculis, ac manibus contrectare. *Ecclesiastes n.*15.
Boni diuitis tot matres, quot virtutes. *Marci n.*149.
In Dei domo diues malus præ bono paupere non supponit. *Lucæ n.*228.
Diues auarus, vel á brutis pietatis documentum addiscat. *Lucæ n.*231.
Non pauci diuites esse nesciunt. *P. ad Philip.n.*3.

DIVITIÆ: Uide *Bona temporaliá.*

Diuitiarum admiranda vis in spiritualibus, etiam præualere solet. *Genes. n.*245.
Diuitiæ deitate præditæ hominibus apparere solent. *Genes.n.*250.
Non solũ diuitibus, sed ipsis etiam emortuis diuitijs honor, & reuerẽtia exhiberi solet. *Genes.n.*353.
Substantia temporalis nimia semper fuit, eritque beatitudinis consequendę obstaculum. *Numer.n.*95.
Diuitiæ legum obseruantiæ proficuæ. *Deuter.n.*1.
Terręfructus optimus reipublicæ thesaurus. *Deuter.n.*86.
Sapientia, & diuitiæ fere semper inter se belligerantur. *Iudicum n.*4.
Temporalia bona fugitiua sunt. *Ruth n.*8
Qui ex male adquisitis nimium pinguescit multum tremat apropinquante morte necesse est. 1. *Reg.n.*212.
Diuitiæ, vel martialibus heroicis virtutibus vulgariter præferuntur. 1. *Reg.n.*240.
Plurimæ diuitię, & nimia senectus in auaritiam inclinare solent. 2. *Reg.n.*263.
Mundanæ diuitiæ ventosæ, & ridiculæ. 2. *Paralip.n.*60.
Qui summas auri, & argenti possident, non parum graues pensiones possidẽt. 2. *Paralip.n.*100.
Diuitię, & paupertas adeò inter se diśidẽt, vt in subiecto eodem valeant inducere distinctionem. *Iob n.*82. & 84.
Illi, quem Deus ditat omnes vbique, & vndique inseruiunt. *Iob n.*149.
Sentes apparenter delicioſæ diuitiæ sunt, *Iob n.*171.
Omnes terrenæ diuitiæ labiles, & fluidæ. *Iob.n.*215.
Temporales diuitiæ superbos faciunt. *Prouerb.n.*18.
Peccatorum diuitiæ minime inuidendæ. *Ecclesiastici n.*28.
Diuitiæ raro absque conscientię detrimento augentur. *Ecclesiastici n.*110.
Uirtuti nociua temporalium abundantia. *Ieremiæ n.*196.
Mundiales diuitię inanes, & ventosę. *Ieremiæ n.*205.
Nimiæ diuitię ipsas possidentibus valde nociuæ. *Danielis n.*99.
Prauorum diuitię, vtpote nulli proficuæ tanquã mortuæ sepeliendæ. *Oseæ num.*33.
Aurum male acquisitum lutum spurcidum. *Habacuc.n.*4.
Suum habet nummus magnetismum. *Matth.n.*267.
Qui substantia abundant, cognatis scatẽt, & redundant. *Marci n.*148.
Vel diuitiarum desiderium animæ solet esse nociuum. *P. ad Timoth.n.*17.

DISCRETIO SPIRITVVM.

Bonus à malo spiritu difficile discerni potest. 1. *Reg.n.*312.
Spirituum probationem verbo, & opere Christus Ecclesiam docuit. *Matth.n.*129.

DOCTRINA: Vide *Scientia naturalis.*

Discant homines à brutis se iræ Diuinæ subtrahere. *Numer.n.*57.
Nec cibus corpori, nec doctrina menti indigesta prodest. *Prouerb.n.*83.
Sicut fermentum massam sic prauа doctrina rempublicam corrumpit. *Oseæ n.*25.
Disputatrix contentio semper clamorosa. *Matth.n.*211.
Diuinę doctrinæ panis charitatis igne decoquendus. *Matth n.*254.
Praui discipuli nil minus quam Magistrũ æstimant. *Matth.n.*364.

Noui-

Nouitatis nota doctrinam grauiter inurit. *Marci n.* 8

Nunquam magistraliter docebit, qui sapientiam ex suo fonte non hauserit. *Marci n.* 10.

Christi doctrinæ cœlum, & terra theatrũ est. *Marci n.* 21.

Cum magister laborat, vt doceat discipulus laboret, vt discat. *Marci n.* 110.

Magistro docente, discipuli si boni sint, audiunt, & attendunt. *Marci n.* 180.

A prauo magistro quandoque bonũ desumi potest documentum. *Marci num.* 230.

Litteraria scholarum conuersatio affectionem summopere conciliat. *Lucæ n.* 103.

Uerba operibus consona efficaciter persuadent. *Act Apost. n.* 2.

Nimia disputatio non exigua consumptio. *Act. Apost. n.* 96.

Magistrorum excelsiuus numerus nocere solet, non docere. *Ep. B. Iac. Apost. n.* 20.

DOLOR: Vide *Ægritudo, Afflictio.*

OMnium dolorum confluxus amarissimum mare constituit. *Tren. Ieremiæ n.* 14.

DOMINATIO: Vide *Præsul, Rex.*

QVI scit dominari, subditorum non experitur despectum. *Genes. n.* 120.

Serui patronorum vocali honore in fide firmantur, & strenue roborantur. *Genes. n.* 224.

Prædij dominus potestatem, colonus solum habet administrationem. *Matth. n.* 114.

DOMINIUM: Uide *Possessio.*

HOmini post peccatum creaturarum dominium á naturali, in violentum conuersum. *Genes. n.* 82.

Dominatio quæ Deo non subordinatur omnia confundit. 1. *Reg n.* 104.

Possessio, & fundus, quem Dominus non lustrat, tenebrescit *Ecclesiastes n.* 16.

Quod multi possident negligentius custodire solent. *Lucæ n.* 286

DONATIO: Uide *Liberalitas.*

UXori nil inscio, vel non accipiente marito, donandum. *Genes. n.* 158.

Quæ Deo destinata sunt, non iàm nostri, sed Diuini iuris reputanda. *Genes. n.* 180.

Amicis satis, dilectissimis superque dandum est. *Genes. n.* 349.

Dona in amaisijs expositiua animorum symbola esse solent. *Iudicum n.* 86.

Non tam in donatione quam in donorum qualitate æstimatio dignoscitur. *Iudith. n.* 49.

Nil magis dantis proprium, quam ipsum datum. *Iob n.* 153.

DOTES ANIMI: Uide *Virtus.*

DOtes animi male impensę male pereunt. 1. *Reg. n.* 81.

Nomen vir in Sacra Pagina strenuitatem significat. 1. *Reg n.* 163.

Mens docilis sapiẽtiæ thesaurus. *Prouerb. n.* 19.

ECCLESIA: Uide *Lex Euangelica.*

TRiumphantis Ecclesiæ typo æternitas attributa. *Genes n.* 360.

Ecclesia ob gentilismum meretrix nuncupata. *Iosuæ n.* 17.

Ecclesię, quę separantur â Romana saluari nequeunt. *Iosuæ n.* 22.

Ecclesia circa cœlestia, non alio quam summi Pontificis iudicio ducitur. *Iudicum n.* 68.

Ecclesia nulli terreno regi; soli Dei tributaria. 1. *Reg* 144.

Qui ad locum prohibitum in templo admittitur ministrorum templi carnifex efficitur. 1. *Reg. n.* 346.

Dum templi Sacerdotes proprijs lucris intendunt templum dilabitur. 4. *Reg. nu.* 114.

In templo nil iniusto titulo reponendum. 4. *Reg. n.* 130.

Fideles, vt elementum simplices cœlesti Ecclesiæ influxu fœcundantur. *Isaiæ n.* 170.

Ædes sacræ cœlesti muniuntur satellitio. *Zachariæ n.* 12.

Lapidibus tam spiritualibus, quam materialibus Ecclesia solidatur. *Zachariæ n.* 19.

Viros á feminis in Ecclesia separari, & cultui decentius, & fidelibus proficentius. *Zachariæ n.* 34.

Eccle-

Ecclesiastica potestas à sæculari adiuuari quandoque potest, nunquam subijci. 2. *Machab. n* 8.
Ustis Christi inconsutilis Ecclesia est. *Marci n.* 62.
Ab Ecclesiarum patronatu laicos Christus non excluſit, ſed admiſit. *Marci n.* 222.
Pluribus fidelibus concorditer congregatis Spiritus Sanctus adeſt. *Act. Apoſt. n* 13.
Ecclesia vniuersalis eodem semper stilo, & tenore gubernata. *Act. Apoſt. n.* 95.
Ad supremos Ecclesiæ gradus per inferiores ascendendum. *P. ad Thimot.* 1. *n.* 5.

ECCLESIA MILITANS: Uide *Lex Euangelica.*

ECclesiæ nullum cum Synagoga commercium. *Geneſ. n.* 397.
Ecclesia omnes, in vitæ fine bene diſpoſitos exiſtimat, ideo nulli ipſorum oportuna denegat Sacramenta. 1. *Reg. n.* 429.
Ecclesia militans in Synagoga præſignata. 2. *Paralip. n.* 155.
Ecclesiæ militantis cultus ſanctis ſuis exhibitus tam Deo, quam ipſis ſumme æſtimabilis. *Pſalm. n.* 28.
Ecclesiæ vinea tribulationibus á Deo excolitur. *Iſaiæ n.* 85.
Abundantia humilium, & bonorum miniſtrorum Eccleſiam non ſolum amplificat, ſed tutatur. *Ionæ n.* 19.
Ecclesiæ filij oues *Dei docibiles*. *Zachariæ n.* 21.
Primitiuæ Ecclesiæ filij ſemen Dei fœcũdiſſimum *Zachariæ n.* 22.
Fidelium congregatio ſupra petram ceteræ ſuper arenam fundatæ ſunt. *Matth. n.* 113.
Perſecutionibus Ecclesiæ nauis laborare poteſt; non ſummergi, *Matth. n.* 132.
Ecclesiæ luctus de Chriſti paſsione, & morte in Gethſemani incœpit ad finẽ vſque Mundi continuandus. *Matth. n.* 369.
Ieruſalem terrenæ luſtratoribus cœleſtis ſolum luſtranda remanet. *Matth. num.* 413.
Feſtorum concurrentia ſingularem diem plurificat. *Marci n.* 251.
Verbis Chriſtus, & operibus vnitatem Eccleſię commendauit. *Lucæ n* 52.
Rudium fidelium numeroſitate Eccleſia non creſcit. *Lucæ n.* 54.
Perſecutionibus Eccleſia, non periclitatur, ſed conſeruatur, vel augetur. *Act. Apoſt. n* 79.
Pro Eccleſia militantes hoſtium ſemper incurſibus obnoxij. P. *ad Thimot.* 2. *n.* 2.

ECCLESIÆ MINISTER: Uide *Prælatus, Præſul.*

MAli Eccleſiaſtici inſtabiles, & lucri cupidi. *Iudicum n.* 118.
In Diuinarum laudum accentu Eccleſiaſticorum vox dignoſcenda. *Iudicum n.* 19.
Miniſter Eccleſiæ, qui á munere ſuo degenerat in diabolum tranſmutatur. 1. *Reg. n.* 39.
Miniſter Eccleſiæ malignè cupidus, & ferreis manducat dentibus, & diabolicis vtitur inſtrumentis. 1. *Reg n.* 40.
Miniſtrorum Eccleſiæ peccata, quę ſecũdum ſe videntur leuia, coram Deo grauia eſſe ſolent. 1. *Reg. n.* 44.
Eccleſiæ miniſter male miniſtrans nomen amittit, & honorem. 1. *Reg n.* 46.
Miniſtrorum Eccleſiæ peccata adeó enormia ſunt, vt velá ſurdis, & á tam phyſicæ quam moraliter cœcis percipi valeant. 1. *Reg. n.* 47.
Pudeat Eccleſiæ miniſtris dormire, cum laici ad fores Eccleſiæ vigilant. 1. *Reg. n.* 49.
Bonus Eccleſiæ miniſter prælato quidem, ſed magis Deo, placere ſtudeat. 1. *Reg. n.* 55.
Verumtamen prælati aduertat præſentiã, & ipſi ſatisfacere non omittat. 1. *Reg. n.* 56.
Eccleſiaſtici etiam deſides, laicis, in ordine ad Diuina, ſolertiores. 1. *Reg. n.* 67.
De Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſceleſtibus modeſte loquendum. 1. *Reg. num.* 76.
Dei deſpectio Eccleſię miniſtro letalis eſſe debet. 1. *Reg. n.* 79.

Malus Ecclesiæ minister prius se ipsum interimit, quam ab hostibus Dei vindicibus occidatur. 1. *Reg. n.* 80.

In ministris Ecclesiasticis, etiam malis, Dus despicitur. 1. *Reg. n.* 99.

Ecclesiastici ministri Regibus fideliter consulant: reges consulta imperent, vel exequantur. 1. *Reg. n.* 135.

Inordinata, & superflua Ecclesiasticorum abundantia reipublicæ hostilis, & nociua. 1. *Reg. n.* 146.

Candida clericorum vestis, & ipsorum innocentiæ, & in ipsos desæuientium malitiæ testis. 1. *Reg. n.* 348.

Nil imperfectum, etsi extrinsecum, & per accidens, ad templum expectare debet. 3. *Reg. n.* 80.

In ambitioso ad aulas principum accessu, vel fuga mali Ecclesiastici á bonis dignoscuntur. 3. *Reg. n.* 180.

Ministri Ecclesiastici præ sæcularibus ad bonum reipublicæ necessarij. 3. *Reg. n.* 197.

Ecclesiasticę dignitatis honori minime derogandum. 4 *Reg. n.* 39.

Minister potestatis ostentator potestatem eneruat. 4. *Reg. n.* 62.

In aliquibus, sed raris, casibus ministrum Ecclesiasticum militem agere oportet. 4. *Reg. n.* 104.

Omnes ministri Ecclesiæ selectissimi esse debent. 2. *Paralip n.* 19.

Ministri inferiores Ecclesiæ in regũ correptione modestia vtantur. 2. *Paralip. n.* 79.

In Ecclesiæ ministrorum selectione magna cura adhibenda. 2. *Paralip n.* 142.

Minister Ecclesiæ inquinatus aliorum mundiciem non perficiet. 2. *Paralip. n.* 143.

Diuersæ Dei ministrorum voces vnam veritatem annuntiant. *Iob n.* 69.

Ecclesię patres Synagogæ patribus respectiue præcellentes. *Iob n* 170.

Boues Euangelici horrea Ecclesiæ frugibus implent. *Prouerb n.* 44.

Minister Euangelicus, & se instruere, & ceteros illustrare debet. *Cantic. Cantic. n.* 14.

Ministri Euangelici diuersis diuersos spirituales liquores propinare debent. *Cantic. Cantic. n.* 6.

Ministri Dei animam sanctam terrenis spoliant, vt Diuinis ditescat. *Cantic. Cantic. n.* 19.

Medici spirituales benigni sint, non crudeles. *Sapientiæ n.* 12.

Medico præsertim spirituali ob temperandum. *Ecclesiastici n.* 155.

Qui pœnitentiales forum administrant onus magnum super se tollunt. *Isaiæ n.* 65.

Seminatores Euangelici laborem bonis cum tolerantia afini coniungant. *Isaiæ n.* 101.

Ministri Euangelici negligentes, & cupidi reprehensi. *Isaiæ n.* 184.

Excessuus ministrorum numerus religioni solet nõ esse proficuus. *Ieremiæ n.* 50.

Ex mundi deserto Deus per venatores suos multam ferarum rationalium sibi colligit prædam. *Ieremiæ n.* 80.

Qui ex munere debet vera loqui, & tacet, fur compellandus. *Ieremiæ n.* 110.

Populi obstinati instructor ignitâ patientia indiget. *Ezechiel. n.* 22.

Ministri Ecclesiæ, qui per totum diem laborant, nocte refrigerentur. *Ezechiel. n.* 122.

Musici Ecclesiasticis choris destinati à profanis cantilenis omnino abstinẽt. *Amos n.* 9.

Apostolici ministri honorificentissima *Saluatorum* compellatione digni. *Abdiæ n.* 4.

Ordo Ecclesiasticus aurum, & argentum Dei; alia metalla ceteri. *Malac. n.* 21.

Ecclesiasticis ministris, non corporales pugnæ, sed spirituales incumbunt. *Machab. 1. n.* 38.

Operarij Euangelicis, non multis, sed bonis Ecclesia indiget. *Matth. n.* 160.

Christiani populi precisa obligatio est, quod ministri Euangelici nulla re necessaria indigeant. *Matth. n.* 172.

Euangelicis ministris, nec clandestine docere, nec indecore permittitur diuagare. *Matah. n.* 174.

Vanis Ecclesiæ ministris Christus euanescit. *Matth. n.* 236.

Ope-

Operarijs Ecclesiasticis virium resumptio, ac reparatio conceditur. *Matth.n.* 283.
Christiani populi instructores se ad inuicem, non fugillent. *Matth n.* 313.
A femineis, etiam religiosis, obsequijs Ecclesiastici caueant. *Matth.n.* 361.
Euangelici operarij diuisim amplius, quam coniunctim ędificare solent. *Marci n.* 76.
Ministri Ecclesiæ, qui redditibus augendis inhiant, præcipua, & præcisa sui officij munera transcurāt. *Marci n.* 111.
Ministri Ecclesiæ, alienę substantiæ cupidi, non homines, sed monstra sunt, *Marci n.* 200.
Prælatis omnibus vigilantia, sed confessarijs præsius á Christo Domino intimata. *Marci n.* 208.
Ministris Euangelicis ea solum, quæ administerium pertinent, ad laudem computantur. *Lucæ n.* 56.
Uitia ministrorum retractio sunt fideliū. *Lucæ n.* 59.
Ecclesiæ fœcunditas ex Euangelicorum ministrorum concordia pendet. *Lucæ n.* 138.
Qui ad Ecclesiæ ministerium assumitur, non ad opes, sed ad opus assumitur. *Lucæ n.* 145.
Ecclesiam operarijs bonis prouidere, non solum necessarium, sed difficile. *Lucæ n.* 148.
Ecclesiæ magisterium ori femineo, non conceditur. *Lucæ n* 365. & 366.
In facilioribus Ecclesiæ muneribus docti viri cum doctrinæ præiudicio, non occupandi. *P. ad Cor.* 1. *n.* 2.
Ministri Ecclesiæ semen Euangelicum iactant, & fouent, Deus autem fœcunditatem confert. *P. ad Cor.* 1. *n.* 4.
Ministri Ecclesię, non solum ab auaritia cauti, sed compurgati degant. *P. ad Thessal* 1. *n.* 2.
Ministri Ecclesię laicorum superfluis debent esse contenti. *P. ad Thes.* 1. *n.* 4.
Mulieres ab externa in Ecclesia potestate iure Diuino exclusæ. *P. ad Timoth* 1. *n.* 2.
In area Ecclesiæ laborantes spiritualem refectionem, non transcurent. *P. ad Timoth.* 2. *n.* 3.
Praui ministri Ecclesiæ domorum, etiam ipsis occlusarum, penetratores. *P. ad Timoth* 2. *n.* 4.
Quos praui Ecclesię Ministri ducunt, seducunt *P. ad Timoth.* 2. *n.* 5.
Honestæ anus quid adolescentulas docere debeant, ab Ecclesiæ ministris edocendę P. *ad Titum n.* 7.

ECCLESIÆ REDITVS: Uide *Donatio, Donum.*

RElituum Ecclesiasticorum, non sunt, Prælati domini; sed Domini administratores, & æconomi. *Numer. n.* 39.
Redituum Ecclesiasticorum retentio, nō vsus, sed abusus dici debet. *Numer n.* 40.
Dolosæ decimantium fraudes, premature á Deo taxatæ. *Numer. n.* 41.
De templi donarijs non licet facere instrumenta, auaritiæ, & vanitatis. 4. *Reg. n.* 15.
Quod templo offertur, & Deo, & offerenti proficuum 4. *Reg. n.* 139.
Argentum Deo dicatum sacrilegę obnoxium subreptitioni existimandum non est. 4. *Reg. n.* 155.
Quæ à Fidelibus Deo religiose erogantur bona fide sunt expendenda. 4. *Reg. n.* 156.
Praui decimatores, & votorum solutores grauissimâ censurâ digni. *Malachiæ n.* 6.
Sæcularium superflua, Ecclesiasticorum sunt alimenta. *Marci n* 128.
Qui ex templo temporalia captant, templum profanant. *Marci n.* 186.
Iuri suo decimali non vult Deus cedere. *Lucæ n* 246.
Reditus Ecclesiæ circumspectione maxima expendendi. *P. ad Cor.* 2. *n.* 4. & 5.
Reditibus Ecclesiæ largiter frui absque intētione Ecclesię perpetuo deseruiendi grauissimâ censurâ dignum. 1. *ad Timoth. n.* 14.

ECCLESIÆ SYMBOLVM: Vide *Fides Diuina.*

FIguratur Ecclesia in populo Hebræo ab Ægyptijs fl cto. *Exod. n.* 13.

In synagogæ viscetibus latebat Ecclesia. 2.*Paralip.n.*20.

Rachel,eiusque progenies Ecclesiæ symbolum.*Psalm.n.*138.

Isaias vniuersum Ecclesiæ vsque ad finem mundi tractum, & statum suis oraculis comprehendit.*Isaiæ n.*220.

Ouis,serpens,& columba Christianæ perfectionis symbolicum magisterium. *Matth.n.*178.*&* 179.

ÆDIFICIA: Vide *Artifex.*

FVndamento ablato ædificium ruit. *Genes n.*234.

Triclinia à sole illustrata, ad habitandum commodiora. 1.*Paralip.n.*69.

EDVCATIO: Vide *Mater,Pater,Parentes.*

MAtres debent filios non solum enutrire , sed bonis moribus instruere, *Exod.n.*21.

Praua filiorum educatrix mater æternam meretur incurrere ignominiam. *Leuit.n.*37.

Recta prolis educatio opus arduum est, & virile,non femineum.*Iudicum.*67.

In parentum moribus filiorum mores reformantur.*Iudicum n.*70.

Super mortis fundamento bene moratæ vitæ ædificium construendum. *Tobiæ n.* 22.

Filiorum pedagogi educatores prima cura parentum.*Tobiæ n.*36.

Filiorum educatio parentum vitam demostrat.*Ecclesiastici n.*46.

Fidelium filij indisciplinati, non fideles, sed ethnici compellandi.*Osee n.*17.

ELECTIO: Vide *Consensus,Concordia.*

AD peregrinandum oportunitas temporis eligenda. *Ruth n.*6.

Quandoque in promotionibus sors electioni præferenda. 1.*Paralip.n.*67.

Electio non duratura , quasi non fuisset. 2.*Paralip.n.*26.

Eduobus malis necessarijs minus graue consulendum,& eligendum. *Matth.n.* 88.

Ecclesiæ Pastores electurus tam naturali, quam supernaturali luce præparetur. *Lucæ n.*76.

ELEEMOSYNA: Vide *Misericordia, Pietas.*

ADeò placet Deo eleemosyna, vt de illius erogandæ modo specialem curã assumat , methodumque præscribat. *Deuter.n.*54.

In materia eleemosynæ elargiendæ licet, non solum cum Deo contendere , sed ipsum vincere, & potiores partes obtinere.*Deuter.n.*55.

Extremæ necessitati natura ; communibus indigentijs bona reipublicæ administratio occurrit.*Deuter.n.*56.

Ad veri , & boni pauperis indigentiam subleuandam, vel ipse res inanimes sensu pollent.*Ruth n.*9.

A veris Dominis , non á famulis administratoribus eleemosynę exigendæ.*Ruth n.*11.

Non est eleemosyna , quæ accipientis rubore comparatur.*Ruth n.*13.

Viduarum necessitati antequam propaletur succurrendum.4.*Reg.*37.

Eleemosyna secretissime impertienda. 4. *Reg.n.*48.

Eleemosyna cautè, & circumspecte erogãda.4.*Reg.n.*49.

Cui in extrema necessitate succurritur, vitã donatur.4.*Reg.n.*81.

Non solum ex possessis , sed ex intimis eleemosyna eroganda. *Tobiæ n.*23.

Ex visu mobetur cor ad eleemosynam elargiendam.*Tobiæ n.*24.

Eleemosyna discrete eroganda , non indiscriminatim effundenda. *Tobiæ num.* 25.

Eleemosyna á Deo sine præmio nunquam relinquitur.*Tobiæ n.*26.

Eleemosyna Beatitudinis definitiuum decretum est.*Tobiæ n.*75.

Eleemosyna non ad pietatem solum, sed etiam ad iustitiam pertinet. *Tobiæ n.*87.

In vita eleemosynarius, in morte secutus dormit.*Iob.n.*66.

Eleemosyna non solum de abundantibus, & superfluis,sed de exiguis etiã, & necessarijs elargienda.*Iob n.*180.

Quorundam eleemosyna potius rubere facit accipientem,quam releuari. *Psalm. n.*93.

Qui

Qui veris pauperibus eleemosynam negat, non misericordiæ solum, sed etiã iustitiæ iniuriam irrogat. *Ecclesiastici n.* 4.

Qui manum pauperi porrigit, manum Dei ad sibi benedicendum mouet. *Ecclesiastici n.* 23.

Eleemosyna prædestinationis ad vitam character est. *Ecclesiastici n.* 63.

Cor pauperis lucratiuus diuitis thesaurus. *Ecclesiastici n.* 118.

Eleemosyna pro elargiente non solum orat, sed exorat. *Ecclesiastici n.* 119.

Eleemosyna pro elargiente pugnat. *Ecclesiastici n.* 120.

Ijs, quæ in regum domibus redundant, religiosi pauperes abundare possunt, si ipsis concedantur. *Ieremiæ n.* 182.

Eleemosyna de iuste acquisitis elargiẽda. *Ezechielis n.* 71.

Deus abundanter dat cui de cibo ad comedendum destinato pauperi dat. *Ezechielis n.* 72.

Eleemosyna ad iustificationem medium efficax. *Matth. n.* 91.

Eleemosyna statim elargienda. *Matth n.* 94.

Ad non subueniendum proximo extreme indigenti nulla excusatio sufficit. *Mat. n.* 297.

Pauperum præsentia eleemosynæ elargiendę sufficiens intimatio est. *Matth. n.* 355.

Deus ad eleemosynam efficacissime inducit elargiendam. *Lucæ n.* 177.

Eleemosynarius ad Dei iudicium non trahitur; sed libenter vadit. *Lucæ num.* 282.

Eleemosynam erogandam, ex vtensilibus, aut pecunia signata, ob plures causas, esse oportet. *Lucæ n.* 256.

Qui bona sua misericorditer elargitur in cœlum transmittit conseruanda. *Lucæ n.* 257.

Eleemosyna ad debita superabundanter soluenda erumenam implet. *Lucæ n.* 271.

Eleemosyna non solum erogata, sed erogãda prędestinationi confert. *Lucæ n.* 272.

Eleemosyna non est extorquenda, sed ab spontaneé offerentibus gratulabunde accipienda. *Ioan. n.* 139.

Ab eleemosynarum distributione nemo excludendus, etsi ex officio non competat. *Ioan n.* 153.

Eleemosyna iuxta accipientis indigentiã elargienda. *Act. Apost. n.* 26.

Eleemosyna elargientem replet, non euacuat. *Act. Apost. n.* 64.

Eleemosynarij, vel nomen ipsum venerabile, ac suspiciendum. *Act. Ap n.* 65.

Eleemosyna, & Fidem impetrat, & vitam æternam adipiscitur. *Act. Ap. n.* 66.

Eleemosyna á Deo nunquam memoria excidit. *Act.* Apost. *n.* 67.

Qui sibi vult nunquam deficere, proximorum indigentijs solicite studeat succurrere. *Act.* Apost. *n* 77.

Eleemosyna semen spiritualiter, & temporaliter fœcundissimum. *Pau. ad Cor. 2. n.* 3.

Eleemosyna nec sit superabundans, nec exigua, sed sufficiens. *P. ad Thim.* 1 *n.* 16.

Christiana eleemosyna ab elargientis visceribus ad viscera transit accipientis. *P. ad Philem. n.* 2.

Eleuatio mentis in Deum : Uide *Contemplatio.*

BOni motus nostri erga Deum, etsi minimi, superlatiue crescunt. *Genes num.* 129.

Ad Deum alacriter currendum, quia á nobis infinite distat. *Genes. n.* 130.

Non minus orationibus, quam armis, Fidei hostes debellantur. 1. *Reg. n.* 267.

Cor nostrum in oratione inuenitur, extra orationem disperditur. 2. *Reg. n.* 65.

Inter templum, & cœlum commune, continuumque commercium. 3. *Reg. n.* 71.

Qui intense cœlum desiderat, de cœlo frequenter loquitur. *Tobiæ n.* 27.

A contemplatione ad actionem semper descenditur. *Iudith n.* 28.

Spirituale Christi, & Animę sanctæ connubium spiritualia sponsalia præcedunt. *Esther n.* 26.

Cœlestium meditatio noctem præsentis mortalitatis illustrat. *Iob n.* 96.

Uocali orationi mente animatę Deus libens attendit,& auſcultat. *Pſalm.n.*13.
Anima,cui Deus loqui ſolet, cum tacet, mortua reputatur. *Pſalm.n.*80.
Altiſsima Dei contemplatio Diuini ignem amoris accendit. *Pſalm.n.*98.
Cum terrenę curę abſunt, lingua Diuinas perfectiones non ſolum loquitur, ſed meditatur. *Pſalm.*127.
Oratio feruida,& ſolium Dei æquali ſitu, & pauimento gaudent. *Pſalm.n.*150.
Qui Deo vacant,à Deo reficiuntur,& impinguantur. *Prouerb n.*23.
Corpus animâ,anima oratione viuit. *Eccleſiaſtes n.*22.
Gaudia ſpiritualia mundialibus delectationibus longe præſtant. *Cantic. Cantic. n.*1.
Animæ ſanctæ,& contemplatiuæ de vna ſemper,ad aliam virtutem aſcendunt. *Cantic.Cantic n.*8.
Orationi aſſuetus ex qualibet creatura ad Creatorem aſcendit. *Iſaiæ n.*116.
Qui cœleſtia meditatur, cœleſtis, qui ad terrena deprimitur,terrenus. *Iſaiæ num.* 169.
Contemplantium animæ hortus Diuino fonte irrigatus. *Ieremiæ n* 142.
Cum contemplatiuâ actiua vita coniungenda. *Ezechielis n.*9.
Spirituales in neceſſarijs naturę paſsionibus parum immorantur. *Ezechielis n.*12
Chriſtus,præſulum norma, contemplationem cum actione intermiſcuit. *Matth.n.*373.
Perfecta contemplatione munitus nullũ periculum pro Domino ſubire timet. *Matth.n.*384.
Manus prauis operibus grauatæ difficile ad Deum leuantur. *P.ad Thimot.*1.*n.*1.

ÆTAS: Uide *Vita temporalis*: *Vita præſens.*

Virilis ætas ad operandum aptior;ſenilis ad cuſtodiendum. *Numer.n.*10.
Tempus æternum pro diuturno quandoque ponitur. *Ieremiæ n.*121.

EVANGELIUM: Uide *Libertas Chriſtiana*: *Lex Euangelica.*

Euangelia, & virtutes, columnæ Eccleſiæ. *Exod.n.*277.
Euangelicæ doctrinę ſal omnem Moſaycæ legis ægritudinem ſanat,& corrigit. 4.*Reg.n* 32.
Semen Verbi Dei in Synagogâ iactum in Eccleſia reſloruit. *Iſaiæ n.*52.
Seminis Euangelici vniuerſa terra area eſt. *Iſaiæ n.*86.
Exilitas meſsis Agricolam Diuinum non facit deſidem. *Marci n.*75.
Chriſti Domini verba ad peccatorum conuerſionem efficaciſsima. *Marci n.* 132.
Nil in Chriſti Domini obſequium factum ab Euangelico calamo tranſcuratur. *Marci n.*247.
De ſemine Euangelico in rationali terra ſeminato ratio à Deo exigenda. *Lucæ n.*38.
Vel ipſa Euangelica veritas aliquale *Nouitatis* detrimentum paſſa. *Lucæ n.*68.
Multitudo bonorum fidelium eſt Euangelij complementum. *P.ad Rom.n.*13.
De malis,& peruerſis cum minimo famæ detrimento loquendum. *P. ad Romanos n.*14.
Semen Euangelicum ſtatim, ac in terra bene diſpoſita recipitur,fructificat. *P. ad Coloſ.n.*1.
Euangelicum ſemen in vinculis fœcundius germinat. *P.ad Philem.n.*3.

EXCUSATIO: Uide *Accuſatio Delictum.*

Multa congerit qui ſuum erratum excuſare intendit. 2.*Reg.n.*251.
Ad actiones ſuas palliandas nunquam homini operimenta deſunt. *Matth.n.*89.

EXEMPLUM: Vide *Diſciplina*, *Doctrina.*

Filij á parentibus non ſolum vitam,ſed mores etiam haurire ſolent. *Geneſ.n.* 260.
Uideant feminæ principaliores, quæ publice faciunt; nam hoc reliquæ imitabuntur. *Exod.n.*110.
Bonus genius inter perfectos facile perficitur. 1.*Reg.n.*148.
Inter religioſos viros, vel ad breue tempus,degere Saulos in Paulos immutat. 1.*Reg n.*311.

Maio-

Maiorum exempla ad persuadendum valde efficacia sunt. 2. *Reg. n.* 157.
Peccante rege populi peccatum, vt certum supponendum. 2. *Paralip. n.* 96.
Praua matrum exempla filios ad peccandum non solum excitant, sed impellunt. 2. *Paralip. n.* 107.
Reformationem, quam primates reipublicę incipiunt inferiores perficiunt. 2. *Esdræ n.* 12.
Doloris exemplis mundus abundat. *Iob n.* 1.
Cui exemplo suo non destruit, sed ædificat, beatitudo multiplex præparatur. *Psalm. n.* 1.
Virtuosi á peccatorum experientijs in bono perseuerantiam discant. *Sapientiæ n.* 21.
Iniqua exemplaria iniquorum fulcra. *Ecclesiastici n.* 134.
Ex vna laudabili, & virtuosa actione aliæ bonę bene inferri possunt. *Danielis nu.* 35.
Ad regis conspectum humiliati, vel inanimata humiliantur. *Danielis n.* 50.
Vnus solus malus vniuersæ communitati valde solet esse nociuus. *Act. Apost. n.* 55.

EXEMPLI VIRTUS: Vide *Exemplum.*

EX diuturna bonorum societate praua indolis in bonam conuerti solet. *Genes. n.* 112.
Viri inter ceteros conspicui actiones omnes magistrales sunt. *Iob. n.* 155.
Vel ab insensibilibus discant homines mala, quæ patiuntur, ponderare. *Ioelis n.* 1.
Qui cum Gentibus promiscue conuersatur gentilicos mores cõtrahit. *Machab.* 1. *n.* 12.
Fidelis infideliter agens cum infidelibus computandus. *Machab* 1. *n.* 15.
Superiorum exemplum efficacissimum magisterium. *Matth. n* 81.
Ad bonorum præsentiam proprij defectus vsque ad visibilem claresciunt perceptionem. *Matth. n.* 163.
Præcellentium hominum actiones imitatoribus excusationem præbent. *Matth. n.* 205.
Qui docet quæ non facit, inefficaciter suadere intendit. *Marci n.* 9.
Minister Euangelicus non minus exemplo ædificat, quam verbo. *Marci n.* 77.
Superioris exemplum subditos format. *Lucæ n.* 81.
Qui bene vel male viuunt, viam alijs sternunt. *Ioan. n.* 15.
In signium virtutes virorum in exemplum sibi Deus assumere dignatur. *P. ad Thessal.* 2. *n.* 1.
Omnium efficacissimum, ad persuadendum, medium, magistri exemplum. *P. ad Titum n.* 8.

EVCHARISTIA.

EVcharistia in signo exigua in re, & profectu maxima, & infinita. *Genes. n.* 135.
Si Deus confortatione indigere posset, hunc Eucharistia prę̃staret effectum. *Genes. n.* 136.
Etiam in Eucharistię typo vult Deus omnes falli sensus prę̃ter auditum. *Genes. n.* 210.
Eucharistia conuiuium animæ non corporis: itaque nihil corporale secum trahit. *Exod. n.* 93.
Eucharistiæ ferculum mortis memoria condiendum, vt sumenti prosit. *Exod. n.* 94.
Sacrificium cruentum Christi, in cruce, incruentum in Eucharistia in lege veteri adumbratur. *Exod. n.* 184.
Manna Christianorum ab Hebræorum manna infinite in substantia differens. *Deuter. n.* 34.
Eucharistia Viaticum ad terram ę̃ternæ promissionis. *Iosuæ n.* 15.
Panis Eucharisticus, vt proficiat, cum passionis memoria comedendus. *Iudicum n.* 25.
Eucharistiæ vinum tam Deum, quam homines lætificat. *Iudicum n.* 47.
Panis Angelorum cum hominibus communis; ecus panis hominum cum Angelis. *Iudicum n.* 71.
Eucharistia cum magna mentis attentione susc̃ipienda. *Iudicum n.* 83.
Eucharistia saturat comedentes, ac ceteris redundat. *Ruth n.* 17.

Pleueius digne communicans in principem exaltatur. 1. *Reg. n.* 63.
Ex quauis puritatis carentia, vel solum præsumpta, ab Eucharistia abstinendū. 1. *Reg. n.* 318.
Eucharistia ad omnia efficax præsertim ad inimicitias omnino depellendas. 1. *Reg. n.* 413.
Eucharistia secundum diuersam sumentium dispositionem proficit. 1. *Reg. n.* 427.
Per exaggerationem ad tanti commēdationem Sacramenti dici potest Eucharistiam etiam indignis aliquo modo proficuam esse. 1. *Reg. n.* 428.
Sacram synaxim susceperturus, & gratiâ nouus, & virtutibus renouatus esse debet. 2 *Reg. n.* 47.
Ad Sacram synaxim indeuote accedens spiritus sterilitate punitur. 2. *Reg. num.* 56.
Eucharistiæ typus non solum vincibile vincit, sed inuincibile. 2. *Reg. n.* 290.
Eucharistia, vel in exigua quantitate substantialissima; & taliter á sacerdote cōficienda, vt omnibus sufficiat. 3. *Reg. n.* 167.
Eucharistia in aureis charitatis vasis suscipienda. 2. *Paralip. n.* 59.
Frequentatio Eucharistiæ typice in sacris litteris innixa, 2. *Paralip. n.* 153.
Figura Eucharistiæ fidelibus antiquæ legis defunctis leuamen. *Tobiæ n.* 28.
Deus hominibus in vita mortali videndus, non conceditur, at datur comedendus. *Tobiæ n.* 82.
Ad Eucharistiam digne suscipiendam magna, ac solicita præparatio antecedat. *Esther n.* 3.
Communicantium Deus, non solum altor, sed inspector. *Esther n.* 4.
Eucharistia digne accipientium sensus miris modis recreat. *Esther n.* 5.
Pulchritudo animæ digne communicantis admirandum cœlicolis spectaculum. *Esther n.* 6.
Si quid, vltra Deum clare visum, videndum restat, anima digne communicātis est. *Esther n.* 7.
Animæ sanctę, & Christi connubium Eucharistiæ conuiuio celebrandū. *Esther n.* 25.
Qui ad Eucharistiam cum peccato accedit, cum damnationis sententia recedit. *Esther n.* 50.
Quibus Eucharistia adest, nil deest. *Psalm. n.* 69.
Eucharistia aduersus dæmonum incursus securissimum propugnaculum. *Psalm. n.* 72.
Cui gratia inest Euchatistia sapit, & prosicit. *Psalm. n.* 73.
Nostrum Eucharistia alimentum, pretiū, & pharmacum. *Psalm. n.* 74.
Eucharistiam digne suscipientes omnem Dei virtutem intra se sentiunt. *Cantic. Cantic. n.* 18.
Propriissimus Dei panis Eucharisticus. *Isaiæ n.* 168.
Panis materialis, corporis, Mysticus, animę fulcimentum. *Ezechielis n.* 28.
Panis Eucharisticus ad grauissima euadenda pericula necessarius. *Danielis n.* 128.
Eucharistiæ sacrificium Deo, etiam ante institutionem, gratissimum. *Malachiæ n.* 7
Ecclesiæ cœlestis panis abundantissimus, & omnibus propositus. *Matth. post n.* 206.
Christus ad se accedentes cibat. *Matth. n.* 246.
Quod Angelus inuidere posset homo despicere solet. *Matth. n.* 301.
Ad Eucharisticam mensam Deus ab initio Mundi inuitare non cessat. *Matth. n.* 302.
Grauius peccant Christiani ab Eucharistia recedentes, quam peccauerunt Hebræi Christum non admittentes. *Matth. n.* 303.
Ad Eucharistiam, vel mortificatus, vel vt statim moritutus accedas. *Matth. num.* 305.
Qui Eucharistiam maculatus accipit, Christum non comedit, sed prodit. *Matth. n.* 366.
Grauius in Christum in Eucharistia occultum, quam extra Eucharistiam manifestum delinquitur. *Matth. n.* 490.

Qui

Qui Eucharisticum panem, non aduertit, de obcæcatione arguendus venit. *Marcin.* 115.
Peccator vere conuersus Eucharistia reficiendus. *Marci n.* 125.
Quod multi Fideles Christum comedant Paschalis Christi refectio est. *Marci n.* 221.
Vbi Deiparæ præsentia, & symbolum Eucharistię adest, cœlum est. *Lucæ n.* 23.
Etiam qui pie, & deuote Eucharistiam suscipiunt multa obsequia tanto Hospiti iure debita præstare omittunt. *Lucæ n.* 96.
Mundiale conuiuium grauat, & conturbat; spirituale satiat, & exhilarat. *Lucæ n.* 151.
Per magnificum gloriæ conuiuium, non perfectos solum, sed communes etiam legis diuinæ obseruatores quotidie admittit. *Lucæ n.* 197.
Eucharisticum, & cœleste gaudium finiri nequeunt, nec diffiniri. *Lucæ n.* 217.
Confessio, & gratia sanctificans optime ad Eucharistiam disponunt, & præparant. *Lucæ n.* 301.
Eucharistiæ latex secundum recipientis dispositionem fructificat. *Lucæ n.* 302.
Potabilis Eucharistię materia post consecrationēm, nō est amplius vitis liquor compellanda. *Lucæ n.* 303.
Eucharistia in Ecclesia ad finem vsque Mundi permansura. *Lucæ num.* 305. & 306.
Indigne communicans Eucharistiæ ludibrium. *Lucæ n.* 309.
Indigne communicans actualiter Christum tradit, & distrahit. *Lucæ n.* 311.
A digne communicantibus, vt separetur Christus, auellendus. *Lucæ n.* 321.
Cum Christus in Eucharistia adest, non vult ab oculis corporis; sed á Fidei oculis attingi. *Lucæ n.* 367.
Plurimum Eucharistiæ participum vnum cor. *Lucæ n.* 368.
In mundi conuiuijs lætitia deficit; in Dei conuiuio lętitia interminabilis. *Ioan n.* 27.
Ad Eucharistiæ, vel solum typicam, præsentiam omnia Deo legalia displicent vetera. *Ioan. n.* 32.
Indigne communicans totali dæmonis subiectatur tyrannidi. *Ioan. n.* 148.
Indigne cōmunicantis os dęmonis patulū ostium fit. *Ioan. n.* 149.
Indigne communicans dæmonis dominio iuridice adiudicatur, & adscribitur. *Ioan. n.* 150.
Peior satanâ indigne communicans. *Ioan. n.* 151.
Indigne communicans Christum ad crucifigendum suscipit. *Ioan. n.* 178.
Angelorum prophetia ascendente Domino prolata, in Eucharistia quotidie impletur. *Act. Apost. n.* 5.
Impure ad Eucharistiam accedens ipsa impuritas est *B. Iudæ Ap. n.* 6.

FAMA: Vide *Rumor.*

CEnsuram hominum, etiam in iustam, solet vitare Deus ob nostrum exemplum. *Exod. n.* 222.
Insignis rei notitia diminuta non vera fama, sed rumor appellandus. 3. *Reg. n.* 102.
Magna fama magnus inimicus. 2. *Paralip. n.* 54.
Ex indecoro facinore gloria non captanda. 2. *Paralip. n.* 119
Bonæ odor famæ spirituale balsamum. *Ecclesiastes n.* 18.
Uera virtutis fama cursu naturali, nō violento, incedit. *Matth. n.* 76.
Bona fama per se diffunditur, non subdolo artificio ad volandū indiget. *Matth. n.* 157.
Famæ rumor pernicisime volat. *Marci n.* 15.
Fama bona lente ambulat; mala fama pernicisime volat. *Lucæ n.* 66.
Mauult Deus gloria accidentali carere, quam peccatorem occultum infamari. *Lucæ n.* 122.
Enuntiatio bona cursu contenta. P. *ad Thessal.* 2. *num.* 3.

FAMES: Vide *Paupertas.*

CRudelius vulnerat, & occidit fames, quam gladius. *Ieremiæ. n.* 190.
Mors famis non minus crudelis, quam mucronis. *Tren. Ieremiæ n.* 11.

Fames *valida*, quia omnes inualidat. *Lucæ n.*207.

FIDE IUSSOR: Vide *Debitor.*

Fide iussor quodammodo misericordiâ indignus. *Prouerb. n.*98.

FIDELITAS: Vide *Amicitia, Amicus.*

QUandoque magis videtur placere Deo hominem exercere actum fidelitatis humanæ, quam Fidei Diuinæ. *Genes. n.*296.

A filiali fidelitate, non deficit, qui ad iniqua perpetranda, non influit. 1. *Reg. n.* 298.

Fidelis subditus regem suum iuste, vel iniuste iratum timet, ac reueretur; hostes non timet. 1. *Reg. n.*350.

Fidelitas non vno, vel altero, sed multis actibus comprobanda. 1. *Reg. n.*430.

Negotiorum status periculosissimi, vt sunt omnes fere reges, euidentius, quam ceteri circa fidelitatem pronuntiare possunt. 1. *Reg. n.*431.

Qui omnia credit á Deo, vel præcipiente vel permittente ordinari de ipsis modeste loquitur. 2. *Reg. n.*188.

Fidelis subditus in fidelitate confirmatur, cum confideles ipsi manifestantur. 2. *Reg. n.*199.

De bono ac fideli ministro defectio à fide, non facile credenda. 2. *Reg. n.*254.

Basallus bonus tam in absentia fidelis, quam in præsentia. 2. *Reg. n.*269.

Promissiones humanæ, nisi Diuina authoritate firmentur, fallibiles, & incertæ. 2. *Paralip. n.*6.

Eximiæ fidelitati munera nulla æquiualent. *Esther n.*41.

In loco sacro, & viris religiosis, non solũ Fides, sed etiam fidelitas debet resplendere. 2. *Machab. n.*5.

Fractio fidei absque vlla culpa fractorem deturpat, quid culpæ ad mixta? *Machab.* 2. *n.*6.

FIDES DIVINA: Vide *Lex Euangelica.*

RES Fidei certiores, quamquæ oculis videntur. *Exod.*139.

Fides incompleta, & imperfecta, non sufficit ad salutem. *Numer. n.*42.

Vr fidelis tractandus, qui fideliter credit. *Ruth n.*3.

Fides Diuina, & fidelitas humana inter se valde coniunctæ. 1. *Reg. n.*414.

De perfectionibus Diuinis recte credentibus, & bene sentientibus minus proprie loqui non est culpæ imputandum. *Iudith n.*23.

Gentilium fides á veteris legis patribus commendata. *Psalm. n.*45.

Fidei Diuinæ scientia absque pia animi affectione addisci nequit. *Psalm. n.*181.

Fidei doctrina nullum rationalem excludit. *Sapientiæ n.*10.

Romæ gentilis superbia per Christi fidem humiliata. *Isaiæ n.*76.

Roma gentilis verę fidei professoribus replenda prænuntiatur. *Isaiæ n.*77.

E hnicâ potentiâ fortior Christiana debilitas. *Isaiæ n.*177.

Aurum veræ fidei ab infidelibus offuscari potest, destrui non potest. *Tren. Ieremiæ n.*30.

Cum in fidelibus taliter agendum, vt veræ fidei nulla iniuria fiat. *Danielis n.*64.

Ueri Dei cognitionem semel nacti idolorum vilem naturam nequeunt ignorare. *Ezechielis n.*70.

Vere credenti potius vita æterna, quam temporali imprecanda. *Danielis n.*84.

Qui veram fidem nequeunt externe profiteri, interne confiteri non desistant. *Danielis n.*97.

Gentilium prædictiones veras fides vera, cum oportet, canonizat. *Danielis n.*103.

Elementaris puritas ad Fidem suscipiendam aptior. *Matth. n.*79.

Homo vere credens Deo quodammodo comparabilis. *Matth. n.*117.

Uerborum fidei, Sanctus Spiritus præcipuus pronuntiator est. *Matth. n.*180.

Rebus fidei cordialiter assentiendum. *Matth. n.*217.

Trinitatis Fides Fidelium tam animæ, quam corpori proficua. *Matth.*244.

Uiua fidelis fides pia Diuinæ virtutis expoliatrix. *Marci n.*59.

Misericors Deus se quandoque á viua Fide præueniri permittit. *Marci num.* 108.

Qui Fidei lumen recipit veterem hominem exuit. *Marci n.*152.

Fides sine operibus mortua est. *Marci n.* 188.
Viui lapides Ecclesiæ non *Qui*, sed *Quales sint*, attendendi. *Marci n.* 205.
Fidei impugnationes efficaciter euanescere Diuinæ illustrationis negotium est. *Lucæ n.* 298.
Vita sine Fide mors. *Ioan. n.* 2.
Christiana fides obscura certitudo est. *Ioan. n.* 36.
In materia ad fidem pertinente securius est discere, quam docere. *Ioan. n.* 45.
Fidei formale motiuum authoritas Diuina est. *Ioan n.* 47.
Gentium fides tanquam certa â Christo Domino Apostolis commendata. *Ioan. n.* 200.
Qui veram fidem non amplectitur, non homo, sed brutum est. *Act. Apost. n.* 70.
Uerę fidei amplexatio humanæ naturæ eximia perfectio est. *Act. Apost. n.* 71.
Uel ex ipso ritu gentilico argumentum efficax pro Fidei veritate persuadenda potest desumi. *Act. Apost. n.* 106.
Fidei candidati quandoque fidelium appellatione veniunt honorandi. *Act. Ap. n.* 109.
Qui credunt, & bene operari contemnunt, spirituales sunt, vt si non essent. P. *ad Roman. n.* 7.
Fidei dogmatibus propter authoritatem solum Diuinam assentiēdum. *B. ad Cor. 1. n.* 10.
Veritates naturales assensum, super naturales obedientiam exigunt. *P. ad Gal. n.* 1.
Ad veritates Fidei carnales oculi nil deseruiunt. *P. ad Gal. n.* 3.
Fides operatrix viua fides. *P. ad Thes. 1. n.* 1.
Vanis quæstionibus tempus insumere, fidei augmēto nociuum. P. *ad Philip. n.* 2.
Saram præ gaudio, non præ incredulitate promissionis risisse videtur. P. *ad Hebr. n.* 9.
Immobilitas ad operandum Fidei lethalis est. *Ep. Iac. Apost. n.* 14.
Fides cum oportet etiam cum vitæ dispendio, propalanda. *Ep. B. Ia. Ap. num.* 15.
Auditus, in rebus Fidei, reliquis sensibus, præferendus. *Ep. 1. B. Ioan. Ap. n.* 2.
Res fidei vniformi auditu percipiendæ. *Ap. B. Ioan. Apost. n.* 10 & 11.
Fides dæmonum violenta; Fides hominū voluntaria. *Ep. B. Iac. Ap. n.* 16.
Fides hominum in genua, dæmonum seruilis est. *Ep. B Iac. Apost. n.* 17.

FILIVS. Vide *Parentes.*

PRomissionis filius vtrique parenti delectabilis ac iucundus. *Genes. n.* 161.
Mores filij â parernis moribus dissidentes cum filiatione expoliant. *Genes. n.* 165.
Filiorum absentia parentibus mortalem incutit dolorem. *Genes. n.* 338.
Filius parentem alens ipsum parere facit. *Genes. n.* 368.
Uxores filiorum etiam filiæ reputantur. *Exod n.* 1.
Primogeniti parentum dij æstimari solēt. *Numer. n.* 96.
Filij parentum plenitudo. *Ruth n.* 5.
Vnicus filius bonus, & virtuosus plurimis æquiualet. 1. *Reg. n.* 35.
Filiorum vitia in parentes redundant. 1. *Reg. n.* 117.
Filij prius parentum vitia, quam opes hereditare solent. 2. *Reg. n.* 117.
Malus filius verbis, etiam reuerentibus, patrem deturpat 2. *Reg. n.* 184.
Bonorum voluntas filiorum in parentibus resignata. *Tobiæ n* 59.
Filius sapiens lætitia parentum. *Prouerb. n.* 84.
Gemitus matris patientis in filiorum cordibus collocandi. *Ecclesiastici n.* 22.
Genius filiorum ad congruam ipsorum applicationem obseruandus. *Ecclesiastici n.* 121.
Ad filiorum correptionem calcaribus, ad cetera freno parentes indigent. *Ecclesiastici n.* 122.
De filio dissipatore, quæ ad dissipationem faciunt, coniectari solent. *Lucæ n.* 205.
Spiritualis filius pars interna generantis est. *P. ad Philem. n.* 6.

FLETVS.

VNiuersalis communitatis fletus res omnino intolerabilis. *Numer. n.* 16.
Lacrymę coram Deo aduocati optimi. *Tobiæ n.* 12. & 14.

Femina flendo fatur. *Tobiæ n.* 42.
Ueræ viduæ corde, non veſte lugent. *Iob n.* 157.
Lacrymæ immobiles á corde ſemiuiuo oriundæ. *Thren. Ieremiæ n.* 5.
Fletus Apoſtolorum principis ob Chriſti Domini negationē vitalis, & vitalitius. *Marci n.* 233.
Non omnis pro defunctis fletus, & plāctus eiulatus cordialis eſt. *Lucæ n.* 121.
Amoris, nō pœnitentiæ lacrymæ á Chriſto Domino leguntur prohibitæ, & repreſſę. *Ioan. n.* 197.

FOEDVS.

QUI cum potentiore fœdus init, ſe & populum ſuum illi ſubijcit. *Deuter. n.* 64.
Qui cum Deo fœderantur, firmiter inter ſe fœderantur. 4. *Reg n.* 110.

FRAGILITAS HUMANA.

IN fragilium productione reparationem præuenire oportet. *Geneſ. n.* 2.
Minori cura bona quam mala exercentur. *Exod. n.* 202.
In humanis alij decreſcunt; vt creſcant alteri. *Exod.* 221.
Feminas vincit curioſitas: Uiros feminarum improbitas. *Iudicum n.* 102.
Fortitudo humana alienā ope indiget. *Iudicum n.* 124.
Omnia ſemper in deterius ruunt. 1. *Reg. n.* 124.
Nil ab induſtria humana excogitatum ſatis eſt, ad naturæ incommoda ſuperanda. 3. *Reg. n.* 5.
Qui naturalia accidentia excludit Naturam inuertere intendit. *Tobiæ n.* 57.
Feminei ſexus fragilitas indiuiduorum errata excuſat. *Iob n.* 37.
Hominis ad peccandum propenſio per exaggerationem explicata. *Pſalm. n.* 119.
Quædam Deo digna falibili iudicio humano indigna apparere ſolent. *Marci. n.* 214.

FOECVNDITAS.

NImia fœcunditas quę naturæ integræ præmium foret, eiuſdem lapſę in ſupplicium verſa. *Geneſ. n.* 55.
Non ſunt eadem liberos non habere, ac ſterilem eſſe. 1. *Reg. n.* 9.
Terrenorum bonorum ſufficientia omnibus proficua; abundantia exorbitans omnibus nociua. *Malachiæ n.* 23.

FORTITUDO.

MIlitaris virtus in corde potius, & capite, quam in brachijs eſt. *Iudicum n.* 99.
In cornu fortitudo, ac duratio ſignificantur. 1. *Reg. n.* 219.
Virtus animi, potius quam corporis, fortitudo compellanda. 2. *Paralip. n.* 126.
Fortitudini cautelę adiunctæ, nil valet reſiſtere. *Thren. Ieremiæ n.* 18.
Fortitudo abſque conſilio præceps. 1. *Machab.* 37.
Vir fortis prius ſibi, quam hoſtibus ſuccūbit. 1. *Machab. n.* 52.
Uir fortis vincendo ſolum vinci poteſt. 1. *Machab n.* 53.

FRATER.

NEquit dici frater, qui contra fratrem agit. *Exod. n.* 194.
Qui inter fratres non numeratur, frater non reputatur. 3. *Reg n.* 13.
Vox frater conſanguinitatem generice ſignificat, non ſpecifice. 2. *Paralip. n.* 98.
Fratrem nō voces, quē fraterne non tractas. *Lucæ n.* 223.

SANCTVS FRANCISCVS.

ANtonomaſticus Eccleſiæ Minor, nempe Franciſcus, Ioanne Baptiſta maior proclamandus. *Matth. n.* 198.

FRAVS.

QVI fraudulenter ab obligatione ſe excuſſat, cum Deo animaduertente negotium eſt. *Prouerb. n.* 87.
Qui fraudum retia, non reliquerit Chriſti aſſecla non erit. *Marci n.* 6.

FRVGALITAS.

FRugalitas antiqua modernam lauticiem reprehendit. *Geneſ. n.* 350.
Uiro frugi plures miniſtrant; homini lauto innumeri. 3. *Reg. n.* 161.

FURTUM.

ALiquibus idem eſt rem ferre, ac auferre. *Geneſ. n.* 340.
Res ad modicum tempus ablata tamquā non ablata exiſtimanda. *Numer. n.* 3.
Res male parta, etiam bene adquiſitas inficit. *Ioſuæ n.* 35.

Qui

Qui regẽ ſibi, prę ceteris appropriant, regalem furtum committunt. 2. *Reg. n.* 272.
Alios denudando ſuamen inuenire, non eſt difficile. 2. *Paralip. n.* 149.
Ex aliena ſubſtantia iniuſte diues, nec illâ fruetur, nec bene diſtributam relinquet. *Ieremiæ n.* 84.
Leæna alata rapina velox. *Daniel n.* 87.
Palatium rapinis exædificatum luteus nidus. *Habacuc. n.* 6.

GEMITUS.

GEmitus, melius quam voces, à Deo ex audiuntur. *Exod. n.* 29.
Reliquas ſuperat gemituum eloquentia. *Eſther n.* 56.
Quandoque humana calamitas ſpheram gemitus tranſgreditur. *Iob n.* 128.
Gemitus Coràm Deo non loquuntur ſolum, ſed eloquuntur. *Eccleſiaſtici n.* 146.
Meditatio, & gemitus gemelli fratres ſunt *Iſaiæ n.* 204.
Homini naturalior eiulatio, quam locutio. *Ieremiæ n.* 22.
Multa meditatio ad gemitum diſpoſitio eſt. *Ezechielis n.* 17.
Extrema calamitas eſt, non poſſe vicem ſuam eiulari, & gemere. *Amos n.* 15.

GRATIA. Vide *Gratia Diuina.*

GRatia à filijs Adę dicitur inuẽta quoniam ab illo deperdita. *Geneſ. n.* 71.
Dilectior filius, qui magis gratiæ debetur, quam naturæ. *Geneſ. n.* 265.
Gratia iuſti comes fidelis, & indiuidua. 1. *Regum n.* 24. *& infra n.* 320.
Oleum gratiæ in legibus naturali, & ſcripta exiguum, & quaſi externum; at in legę Euangelica abundantiſsimum, & internum 4. *Reg n.* 47.
Quia charitatis opera exercet, cum gratia matrimonium contrahit. *Tobiæ n.* 1.
Gratia humanam naturam, perficit, non inuertit. *Tobiæ n.* 71.
Quorumdam natiuitas ex Gratiæ ſplendore illuſtrata. *Iob n.* 43.
Gratia animæ, ſicut anima corporis, vita eſt. *Ezechielis n.* 76.
Gratia ſanctificans, & Dei amicitiam cõfert, & ius ad gloriam. *Lucæ n.* 195.

GRATIA DIUINA: Vide *Gratia.*

NVllum adeò lapideum cor quod Spiritus Sancti oleum emolire, non valeat. *Geneſ. n.* 215.
Spiritus humanas paſsiones vincens ſpiritus princeps eſt. *Pſalm. n.* 114.
Gratia Dei animæ anima, ſeu vita. *Eccleſiaſtici n.* 64.
Diuinæ gratiæ triplex munus. *Iſaiæ num.* 142.
Aqua naturalis vegetabilium vita; aqua cœleſtis rationalium *Ieremiæ n.* 10.
Diuina luce peccatorum ſemitæ dignoſcuntur. *Ieremiæ n.* 16.
A Diuino Spiritu abundanter impinguati ſiccitatis tempore non marceſcunt. *Ieremiæ n.* 83.
Gratia concomitans prę ſto adeſt. *Ezechiel n* 60.
Gratia ſubſequens cum reliquis donis ſupernaturalibus animam ſanctam, & ornant, & coercent. *Ezechielis n.* 61.
Spiritus Sancti oleum fœcundum, & filios in ſanctitate inſignes generans. *Zachariæ n.* 6.
Spiritus Sancti oleum filios fœcundos generat. *Zachariæ n.* 7.
Cœleſtis gratia vinum ſpiritualiter inebrians. *Zachariæ n.* 18.
Chriſti Gratia in ſe ſuauis, in effectu fortis. *Matth. n.* 54.
Gratia prævenies prius ad nos deſcendit. *Matth. n.* 115.
Gratia Dei non eſt alligata. *Matth. n.* 188.
Chriſti gratiâ nil graue, & oneroſum eſt. *Matth. n.* 200.
Oleum Diuinæ gratię, & primum, & potiſsimum, quod adquirendum eſt, & prę parandum. *Matth. n.* 320.
Gratiæ Diuinæ incremento ſemper incũbendum. *Matth. n.* 359.
In Dei Gratia confirmatis nullum vitia bellum mouent. *Lucæ n.* 97.
Lux Diuinæ gratiæ nil maculoſæ tenebroſitatis admittit. *Lucæ n.* 165.
Gratia prævenies in ſubiecto diſpoſito mirabiliter operatur. *Lucæ n.* 337.
Dei Gratia recipientis genio ſe accommodat. *Lucæ n.* 373.

Gratia Diuina non ſolum oculos corporis, ſed mentis illuſtrat. *Ioan.n.*101.

Gratia Patris æterni donum: Pax Chriſti legatum genus humanum ditans. P. *ad Philem.n.*1.

Gratia Dei manna Euangelicum. *Ep.*3.B. *Ioan Ap n.*3.

GRATIA FALLAX: Vide *Voluntas humana.*

BEneuolentiæ ſigna amaleuolo exhibita potius patimur, quam fruimur. *Geneſ.n.*218.

A gratia regis expulſus quocumque incedat, cadens incedit. 3. *Reg.n.*47.

Mundana gaudia cordis intima non penetrant. *Ieremiæ n.*122.

GRATITUDO: Vide *Beneficium, Satisfactio.*

PErfecta gratitudo æterno monumento debet conſignari. *Geneſ.n.*244

Pluris debet homo æſtimare Deo gratum eſſe, quam proprium *eſſe. Deuter.n.*100.

In ipſomet beneficio accepto character gratitudinis imprimendum. 1 *Reg.n.*21.

Uſque dum actiones humanæ in Deum per gratiarum referantur actionem, quaſi infectæ exiſtimari debent. 1. *Reg. n.*165.

In gratiarum actione non leuiter, & perfunctorie; ſed attente, ac diuturne maneamus. 2. *Reg.n.*63.

Beneficij accepti confeſsio, alterius impetratio eſt. *Tobiæ n.*63.

Gratitudinis mira efficacia eſt. *Tobiæ n.*79.

Qui obſequium acceptum æternę memorię tradit, ſatis abundeque remunerat. *Eſther n* 66.

Tam â Deo, quam ab hominibus accepta ad memoriam, & gratitudinem deſcribenda *Eccleſiaſtici n.*166.

Beneficij gratitudo perpetua eſſe debet. *Iſaiæ n.*122.

Beneficia Diuina ſæpius â viris Apoſtolicis recolenda. *Iſaiæ n.*166.

Qui pluries beneficium recipit, pluries gratitudinem rependat. P *ad Coloſ.n.*5.

Qui miſericordiam acceptam publice confitentur, largitori ſuperabundanter rependunt. *Ep.*3.B. *Ioan. Apoſt.n.*4.

GULA.

EPulones Epulonis diuitis ſortem ſubeunt. *Iudith n.*50.

Qui Baco, & Ueneri litant, iſtorum victima efficiuntur. *Iudith n.*53.

Qui gulæ inſeruiunt ventri litãt. *Prouerb. n.*63.

Qui nimium merum bibit, parum viuit. *Eccleſiaſtici n.*129.

Ciborum voluptas, & delectus ieiunij meritum euacuant. *Iſaiæ n.*197.

Quæuis ętas ad crapulã proportionata humanę apparet appetentiæ. *Danielis n.*52.

Grauiſsimo periculoſe exponit, qui honeſtatem luxui poſt ponit. *Daniel.n.*117

Aqua frigida neceſsitati naturę, gelida luxui conuenit *Matth.n.*183.

Peccata gulæ ieiunio, & oratione curare oportet. *Marci n.*134.

Carnalium animæ carnalia appetunt. *Lucæ n.*172.

Carnalibus delicijs omnino dediti ſpiritualium guſtum amittunt. *Lucæ n.*199.

HEBRÆUS: Vide *Synagoga.*

ANte plura ſæcula Iudæi Chriſto venturo necem moliebantur. *Geneſ.num.*279.

Hebræorum immunditia ex nimia inhærentia tarde, ac difficile defœcabilis. *Leuit.n.*22.

Hebræi prope mundi finem ad fidem conuertendi. *Deuter.n.*19.

Omnis Hebręorum expectatio fruſtranea eſt *Deuter.n.*35.

Terra promiſſa Hebræis non ad ſemper poſsidendam promiſſa. *Deuter.n* 47.

Uel cæci vident, prophetiam de pauida Hebręorum diſperſione nunc eſſe completam. *Deuter.n.*89.

Prophetia de Hebræorum vaſtatione ſæpe ſæpius repetita. *Deuter n* 91.

Cœlum, & terra ingratitudinis Hebræorum teſtes irrefragabiles. *Deuter.n.*96.

Omnimodę, & perpetuæ Hebræorum ingratitudinis perpetui teſtes aduocandi. *Deuter.n.*97.

Vitæ leuitarum legis antiquæ defectus notantur. 1. *Reg.n.*147.

Hebręorum in Chriſti occiſionem præmaturi conatus. 1. *Reg.n.*403.

Hebræi ſub Ieroboamica tyrannide non ſolum fuerunt hæretici, ſed apoſtatæ. 3. *Reg. n.* 157.

Hebræorum dilaceratores per vrſos deſignati. 4. *Reg. n.* 34.

Ab Hebræis ſalus in gentes deriuata, 4. *Reg. n.* 68.

Synagogica munera, ſeu officia, vmbratilia tantum, & apparentia. 1. *Paralip. n.* 28.

Impia Synagoga Chriſtum, ſunm verum ſponſum, ſemper ab horruit. *Iob num.* 110.

Chriſtus vtriuſque parentis munera erga Hebræos exercendi cupidus. *Iob n.* 111.

Synagoga corrupta, & ſterilis: Eccleſia Virgo fœcunda. *Iob n.* 178.

Ex Hebræis nullus ſtatus, & Reipublicæ gradus Chriſto non infenſus. *Pſal. n.* 55.

Hebræi inter ſe diſcordes, in Chriſtum ſolum adunati. *Pſalm. n.* 64.

Hebræorum lingua crudeliſſimum contra Chriſtum Dominum inſtrumentum *Pſalm. n.* 66.

Si Hebræi prophetis obtemperarent Chriſtum Dominum non perſequerentur. *Iſaiæ n.* 11.

Fructus, quem Chriſtus in ſynagoga inuenit, malus, & exiguus. *Iſaiæ n.* 51.

Poſt Chriſti mortem, Hebræi, populus dilaceratus conculcatus, & expectans. *Iſaiæ n.* 54.

Magna Hebræorum fœlicitas Chriſtum audiſſe: vtinam obaudiſſent. *Iſaiæ n.* 96.

Iudæi Chriſto contemporanei fœces Hebræorum fuerunt. *Iſaiæ n.* 158.

Hebræi vbique ſerui contemptibiles. *Iſaiæ n.* 159.

Synagoga torrens dicitur, quia cito tranſitura erat, & diſparitura. *Iſaiæ n.* 189.

Sententia Pilati, quam in Chriſtum Dominum ſcripſit, Hebræorum digitis imputatur *Iſaiæ n.* 201.

Damna ab Ieremia ob Chriſti occiſionem prædicta, Hebræi patiuntur, ſed non vident. *Ieremiæ n.* 70.

Occidente iuſtitiæ Sole ſynagoga ex partu Eccleſiæ decubuit, & occubuit. *Ieremiæ n.* 73.

Iudaicum cor adamante durius ad pœnitendum. *Ieremiæ n.* 81.

Synagoga Virgo imprudens, quia ad expetitas á Deo nuptias non peruenit. *Ieremiæ n.* 88.

Hebræi in Diuini cultus obſeruantia negligentes, & continuo deficientes fuerunt. *Ieremiæ n.* 124.

Hebræi vbique diſcordiarum ſeminatores. *Ieremiæ n.* 135.

Hebræi obſtinati fere omnes ferò, & inuti liter reſipiſcunt. *Ieremiæ n.* 141.

Hebraiſmus ſepultus, in Chriſtianiſmum refloreſcit. *Ieremiæ n.* 151.

Hebræi cum Deo non ſolum iure naturali, ſed etiam ciuili infideles fuerunt, & iniuſti. *Ieremiæ n.* 156.

Hebræi vbique, ex innata malignitate, inquieti, & ſeditioſi. *Ieremiæ n.* 189.

Hebræorum templum á Deo vſque ad fundamenta deſtructum, ne quid illius religionis remaneret. *Tren. Ieremiæ n.* 38.

Hebræorum pontifices pro peccatis eorũ nunquam capti, ſed ſolum Chriſtus Dominus pro illorum, & omnium peccatis captus, & occiſus eſt. *Tren. Ieremiæ n.* 43.

Hebræi in verbis, vt plurimum, ſolertes, & cauti. *Baruch n.* 2.

Hebræi vbique fœtidi, & contemptibiles. *Oſee n.* 28.

Tandiu Hebræorum deſpectus durabit, quandiu ipſorum pertinax proteruia duranerit. *Oſeæ n.* 29.

Religio inter Hebræos poſt Babilonicam ſeruitutem magna ex parte de formis, & conuulſa. *Malachiæ n.* 17.

Hebræi amplius pecuniarũ cupidi, & auari, quam religioſi, 2. *Machab. n.* 7.

Hebræi, etiam cum de Meſsiæ ad ventu bene ſentiũt, improprie loquũtur. *Matth. n.* 192.

Hebraicum odium in Chriſtũ, & in Chriſti aſſeclas armatur. *Matth n.* 386.

Lethiferæ in Chriſtum perſecutionis nullus Hebræorum princeps exors eſſe volunt. *Matth. n.* 405.

Hebræorum in Chriſtum immortale odiũ. *Matth. n.* 430.

Hebræorum principes,& ſacerdotes prodigi accuſatores; ſed auariſsimi largitores. *Matth.n.* 431.

Hebræorum temeritas non ſolum Chriſti aſſeclis; ſed vel ipſius Dei potentiæ repugnare audet. *Matth.n.*432.

Proprię authoritati, & commoditati indiſpenſabiliter incumbere ſcribarum proprietas. *Marci n.*23.

Hebręorum fides, & religio inſtabilis, & temporaria *Marci n.*27.

In Chriſti aduentu omnes Hebręorum ſtatus imperfecti. *Marci n.*174. & 184.

Hebreorũ ſacerdotes auaropolitici. *Marci n.*218.

Iudæ proditoris cupiditas, & Hebræorum auaritia de primatu certant *Marci n.* 229.

Nullum Hebræis impedimentum obeſt quominus Chriſto Domino nocumẽtum inferant. *Marci n.*231.

Hebræis conueniens non eſt, quod Chriſti Domini damno non conuenit *Marci n.*232.

Omnes Hebræi, nullo dempto, ad Chriſti Domini necem influxerunt. *Marci n.* 234.

Hebræi non minus ſui ipſorum, quam Chriſti Domini accuſatores extiterũt. *Marci n.*236.

Hebræorum malitia de multis Chriſtum accuſare, ſed de nullo potuit conuincere. *Marci n.*238.

Pactum Iudæ cum Hebræis ſuper Chriſti venditione, non mere verbale, ſed authenticum fuit. *Lucæ n.*300.

Hebręorum Sacerdotes maligne inſcij legem in Chriſti ducatu impleuerunt. *Lucæ n.*331.

Hebræi in Chriſtum Dominum, non ſolum accuſatores, ſed Pilati coniudices, *Lucæ n.*351.

Hebręorum volitiua potentia circa Chriſtum viliores actus exercuit. *Lucæ num.* 357.

Hebræi crucis Chriſti vel materiali ſolum geſtatione indigni. *Lucæ n.*358.

Iudæorum Paſcata à Chriſtianorum valde diuerſa. *Ioan.n.*30.

De Meſsia Hebræi, etiam cum bene ſentiunt male loquuntur. *Ioan.n* 66.

Hebræi, vt Chriſtum à Meſsiatu excludãt, nec rationem dubitandi admittunt. *Ioan.n.*74.

Hebræi, vt Chriſtum á Meſsiatu excludant, neſcire affectant, quę ignorare ne queunt. *Ioan. n.*75.

Hebræi ſumme increduli ſigna Meſsiæ prędentis videntes, ipſum non vident. *Ioan.n.*102.

Iniquè Deum ligare audent, ne ipſis oculorum ligamen auferat. *Ioan.n.*162.

Hebraicus in Chriſtum libor maligne politicus. *Ioan.n.*170.

Sacerdotum principes in Iudæ ſtipulatione ſacrilege legales; & iniquiſsima ciuilitate luſti. *Act. Apoſt.n.*7.

Sacerdotum principes omnem à ſe de Chriſti ſanguine vtilitatẽ abiecerunt. *Act. Apoſt.n.*8.

Hebręi de Euangelica hiſtoria, ea ſolum ægre fatentur, quæ negare nequeunt. *Act. Apoſt.n.*23.

Molaycæ legis pondus Hebręi Chriſti ſanguine aggrauauerunt. *P. ad Rom.n.* 9.

Hebræorum tabernaculum breuis ipſius durationis euidens ſignum. *P. ad Hebræos n.*8.

HÆRESIS: Uide *Infidelitas.*

HÆreſis fedius malum, quam purus gentiliſmus. *Leuit.n.*24.

Hæreticali vnius indiuidui crimine natio tota, ſi non infici, de honeſtari, & in honorari ſolet. *Leuit.n* 34.

Hæreticalis error magno conamine, & diligentia adhibita depellendus. *Matth. n.*153.

Sectæ á vera Fide deuiantes *Hæreſes.* Appellandæ. *Act. Apoſt.n.*36.

HÆRETICVS: Uide *Infidelis.*

HÆretici capite plectendi. *Deuter.nu.* 62.

Difficile reducuntur, qui ſemel á Fide aberrant. *Deuter.n.*92.

Hæreticorum certiſsima damnatio. *Prouerb.n.*79.

Hæterodoxis nullatenus in damnum Religionis ſubueniendum. *Eccleſiaſtici n.* 48.

Qui

Qui hæreticales sequuntur errores Christum, eiusque crucem euacuant. *Isaiæ n.* 70.
Hæretici dogmatistæ gigantes cœlo bellum inferentes. *Isaiæ n.* 82.
Cum Hæreticis conuiuere, & conuersari non externum solum, sed internum, etiam nocumentum affert. *Ieremiæ n.* 13.
Crimen hæreticale progeniem etiam indistantissimos descendentium gradus solet inficere. *Ieremiæ n.* 14.
Animi pestilentes Religionem turbant, vt regna, ac dominia conuellant. *Daniel. n.* 73.
Prauorum politicorum impia religio. *Danielis n.* 74.
Hæretici in Fide solâ sine operibus gloriãtes, & garrientes conuelluntur. *Malachiæ n.* 20.
Hæretici in Sacræ Scripturæ intelligentia magisterijs dæmonis obseruant. *Matth. n.* 64.
Hæretici, in rebus Fidei, non Deo, sed hominibus attendunt. *Matth n.* 300.
Nulli profundius dormiunt, quam qui ad Christo repugnandum vigilant. *Matth. n.* 433.
Hæretici milites super visibili vniuersalis Ecclesiæ capite perturbati omnia perturbare intentant. *Act. Apost. n.* 88.
A Fide deficientes non paterne, & suauiter; sed dure, & iudicialiter tractandi. *P. ad Galatas n.* 4.
Subditi á vera Fide deficientes supplicio afficiendi. *P. ad Titum n.* 3.
Hæretici ex materno Ecclesiæ vtero viperina, & spuria proles. *Ep. 1. B. Io. Apost. n.* 8.
Non vnum solum, sed plura simul dogmata vno ictu hæretici impugnare fatagunt. *Ep. 2. B. Io. Ap. n.* 5.
Quos *praue illuminatos* vocamus Apostolica sententia damnat. B. *Iudæ Ap. n.* 2.

HEREDITAS: Vide *Diuitiæ, Mors.*

MVndana hæreditas exigua. *Ecclesiastici n.* 183.
Christus Dominus in generationibus suis singularissimus in ordine ad hereditatem plurimos admittit consanguineos. *Marci n.* 70.

HYPOCHRISIS: Vide *Mendacium.*

NON nulli externã ostentant bonitatem, qui interne mali sunt. *Genes. n.* 284.
Non omne quod hominibus apparet bonum, coram Deo bonum est. *Deuter n.* 26
Non omne, quod de cœlo venisse apparet, cœleste est. *Iob n.* 19.
Rationalis Dialectica, & Moralis inuicem aduersari solent. *Iob n.* 39.
Gaudium Hypocritæ indiuisibile. *Iob n.* 117.
Zelus, qui zelatorem impinguat, hypochrisis, & pseudozelus est. *Psalm. num.* 185.
Apparenter boni Christieni & interne politici ambitiosi inique super Christum ædificant. *Psalm.* 190.
Bonus á malo tanquam ens á non ente differt. *Prouerb. n.* 31.
Contrariorũ eadem est ratio, & disciplina. *Prouerb. n.* 55.
Boni malis vbique permixti. *Prouerb. n.* 56.
Hypochrisis temeritas, vel ipsum Deum falere præsumit. *Isaiæ n.* 99.
Hypochritæ Dei patientiam laborare faciunt. *Isaiæ n.* 146.
Hypochritæ antiparistasim moralem patiuntur. *Ieremiæ n.* 33.
Tristitia hypochrisis comes inseparabilis. *Amos n.* 6.
Pallium hypochritarũ mendax. *Zachar. n.* 37.
Hypochrisis simplicium illusio. *Matth. n.* 97.
Incompatibilia hypocrhitæ cõcordare fatagunt. *Matth. n.* 98.
Hypocrhitæ ex otio negotium faciunt. *Matth. n.* 99.
Hypocrhitæ statẽs orant, vt videant, & videantur. *Matth. n.* 100.
Tristitia ficta Deo displicet, non vera, & proficua. *Matth. n.* 104.
Ieiunium hypochritæ faciale tantum, & apparens. *Matth. n.* 105.

Ficti virrutis cãdidati temporalis vitę incommoda ad horrent. *Matth. n.* 127.
Hypocritam caute, & proficue agere res difficilis. *Matth. n* 294.
Hyprocritæ non ſolum ſunt coram Deo mali, ſed maledicti. *Matth. n.* 298.
In Inferno hypocritarum pœna omnium aceruiſsima. *Matth n.* 318.
Qui externa ſolum virtutum oppera diligenter curant & interna negligunt, fatui ſunt. *Matth. n.* 321.
Hypocritarum ſtilus ceteros ferit præter ſe ipſos. *Marci n.* 116.
Non nulli, ex curioſitate potius, quam ex vera animi applicatione virtuti adhærent. *Lucæ n.* 127.
Non omne, quod apparet, vera, & ſolida virtus eſt. *Lucæ n.* 163.
Non omne quod lucet, lumen eſt. *Lucæ n.* 164.
Hypocriſis non nullorum panifica miniſtra eſt. *Lucæ n.* 170.
Pſeudo virtuoſi, non Dei feſta, ſed feſtorũ cultores obſeruant. *Lucæ n.* 192.
Hypocritæ præſumptuoſi ſemper, vel ore, vel mente proximos calumniantur. *Lucæ n* 193.
Hypocrita neminem, prꝛeter ſe ipſum, bonum reputat. *Lucæ n.* 252.
Non nulli religionis pallio peccata ſua operire nituntur. *Ioan. n.* 41.
Sub virtutis laruâ luxuriare maximum piaculum. *P. ad Timoth.* 1. *n.* 13.

HOMICIDIVM: Vide *Delictum.*

QUI ſanguine humano, etiam iuſte effuſſo, maculatur, ablui neceſſe habet. *Iudicum n.* 89.
Occiſionis humanæ inſtrumentum, ẽtſi in animæ lacrymari debet. *Iudicum n.* 91.

H O M O.

AB hominibus ceteræ creaturæ malefaciendi deſumunt Magiſterium. *Geneſ. n.* 14.
Efrons hominum temeritas præcepta intendit, vt tranſgreſsiones extendat. *Geneſ. n.* 49.
Homo adeó ex ſe ſuperbus, vt ad imperãdum nec inſtructione, imo nec notitia indigeat. *Geneſ. n.* 57.
In mortali hominis phyloſophia generatio eſt generantis corruptio. *Geneſ. n.* 66.
Homo omnia D o; cur non Deus omnia homini? *Geneſ. n.* 67.
Homo terræ, vt ſcriptura papyro, adhęret. *Geneſ. n.* 70.
Humanum genus reſpectu Dei *peregrinus* nuncupatur. *Deuter. n.* 46.
Portio animal s hominis per bruta in Sacro textu ſignificari ſolet. 4. *Reg. n.* 89.
Natura fecit virum mulieris caput, ſed abuſus in pedes transferre ſolet. *Eſther n.* 15.
Uiæ hominum curuæ Diuinos oculos ab innata rectitudine declinare faciunt. *Eccleſiaſtici n.* 103.
Homo non ad terrenis ſeruiendum, ſed ad imperandum formatus. *Iſaiæ n* 150.
Hominis genius non ſtatim, ſed poſt diuturnam communicationem dignoſcibilis, *Matth. n.* 110.
Carnalis homo Dei magnalia mirari ſolet, non percipere *Matth. n.* 135.
Carnalis homo ſcit quod in Chriſto appareret, quod latet neſcit. *Matth. num.* 136.
Homo virtutibus, & vitijs præditus ens chimericum. *Matth n.* 216.
Deus non ad terrenam ſeruitutem, ſed ad cœleſtem libertatem hominem plaſmauit. *Matth. n.* 337.
Homo duplex aſtutia duplici capiendus. *Marci n.* 5.
Homo à dæmone poſſeſſus plus brutum, quam homo eſſe videtur. *Marci num.* 41.
Homo ex Diuina poteſtate dæmone ſuperior. *Marci n.* 78.
Hominum communicatio maculat. *Marci* 117.
Rationalis creatura Deo ſoli ſubijcibilis. *Lucæ n.* 44.
Elementa, quę nos componunt, non diſoluunt. *Lucæ n.* 84.
Ab arbore humano proprium Deus fructum perquirit. *Lucæ n.* 186.

Homo inutilis terram, quam calcat, verecundat. *Lucæ n.* 188.
De hominum circa temporalia solertia, & erga spiritualia desidia doleret Deus, si dolore tangi posset. *Lucæ n.* 227.
Humanitas ab imperfectione, saltem apparenti nunquam libera. *Lucæ n.* 253.
Misera humana natura multiplici dominio subdita. *Lucæ n.* 285.
In Barabba absoluto Adamica latuit liberatio. *Lucæ n.* 353.
Auxilium humanum, nunquam certius abest, quam cum turbatio, & tribulatio adest. *Ioan. n.* 57.
Carnalis homo omnia corporizat; spiritualis verò omnia spiritualizat. *F. ad Rom. n.* 6.
Nulla creatura ceteris sufficit. *Ep. B. Iac. Ap. n.* 2.
Homo in Dei appretiatione creaturarum primogenitus. *Ep B. Iac. Apost. n.* 7.
Diuinarum homo Emanationum modelus. *Ep. B. Iac. Apost. n.* 8.
Homini proficua naturaliter ipsi facilia; nociua vero naturaliter difficilia. *Ep B. Iac. Ap. n.* 9.

HONOR: Uide *Fama, Virtus.*

PErfecti viri est, nobiliori nomenclatura ceteros honorare. *Genes. n.* 13.
Honores indebiti magna regibus coactionis instrumenta sunt. *Numer. num.* 64.
Minor est, qui æstimatione, quam qui numero deficit. *Deuter. n.* 109.
Vbi princeps honorem prodigit memoriã sepelit. *Iosuæ n.* 41. & 42.
In loco publico honori proprio semper attendendum. 2. *Reg. n.* 147.
Facilius est viram prodigere, quam honorem. 2. *Reg. n.* 227.
In humanis, honori prę omnibus attendendum. 2. *Reg. n.* 278.
Mali propter bonos honorifica nomenclatura compellantur. 4. *Reg. n* 93.
In honore læsus prius illum recuperet, quam generosum quemuis actum aggrediatur. 1 *Paralip. n.* 48.
Honoris amissione nullum malum grauius. 1. *Esdræ n.* 9.
In animi generosi appretiatione nil honore æstimabilius. *Esther n.* 43.
Indignitate constituti non scrupulose solum, sed etiam superstitiose suum honorem zelant. *Psalm n.* 179.
Honor ceteris bonis præferendus. *Sapientiæ n.* 24.
Propter vnum, vel alterum defectum honor, merito adquisitus, non est amittendus. *Ieremiæ n.* 131. & *Ezechielis n.* 27.
Honores instantanei, etsi amplissimi, quasi nihil reputandi. *Danielis n.* 69.
Non nulli principes sui honores muneris amplectuntur, onera abijciunt. *Danielis n.* 71.
De coniugali honore solicitus somnum nequit capere. *Matth n* 10.
Christus Verbo, & exemplo nos proximi honori, etiam indignissimi docet attendere. *Matth. n.* 382.

HOSPES: Vide *Amicus.*

HOspites recedentes gratiores sunt, quam aduentantes. *Genes. n.* 219.

HOSTES: Uide *Inimicus.*

INimicum irruentem despicere, est victorem illum proclamare. 2. *Reg. n.* 43.
In summo gradu infensus cum communibus offensoribus non computandus. 2. *Reg n.* 296.
Cum hostes imminent ciuitas solicite custodienda. 2. *Esdræ n.* 21.
Hostes prudentia potius, quam fortitudine debellantur. *Psalm n.* 182.
In hostibus á Deo ob peccata immissis omnia media coadunantur ad nocendum. *Ieremiæ n.* 28.
Non solum arua, & possessiones; sed vxores etiam ab hostibus diripi, res est summe sensibilis. *Ieremiæ n.* 34.
Hostes *bruchi*, & *locustæ* Prouinciarum. *Ieremiæ n.* 203.
Hostis à Deo immissus, vel solis oculis, omnia exurit. *Habacuc n.* 2.
Maxima hostium persecutio est eorundem persecutatio, 1. *Machab n.* 23.
Hostium Religionis spolia, non rapinæ, sed iustę acceptionis materia sunt. 1. *Machab. n.* 31.

HVMILITAS: Vide *Virtus.*

EX miæ humilitatis est, se instrumentum Deo indignum existimare. *Genes. n.* 320.

Ad humilitatis mensuram scientia á Deo conceditur. *Deuter. n.* 108.

Perfecta humilitas imprudẽtis opprobrijs Superioris non angitur. 1 *Reg. n.* 15.

Quo plus humiliamur, tanto magis cœlitus illuminamur. 3. *Reg. n.* 72.

Ælias omnium religiosorum princeps, quia omnium humillimus. 3. *Reg. num.* 170.

Uir Sancti modesta humilitas præ miraculis æstimanda. 3 *Reg. n.* 173.

Humilitatis, & reuerentiæ signis potentiores ab inferioribus expugnantur. 4. *Reg. n.* 10.

Humilitatis regio ab humanæ superbiæ prouincia quam longe distat. *Psalm. n.* 153.

Nimium depræssus, nisi á depræsso non perspicitur. *Isaiæ n.* 47.

Mundi contemptibilibus Deus fortia cõfundit. *Isaiæ n.* 67.

Uere humilis nil bonum, & laudabile sibi arrogat. *Ezechielis n.* 7.

Humilitatis doctrinam verbo, & opere nobis Christus commendauit. *Matth. n.* 77.

Vere humilis se omnium pessimum reputat. *Matth. n.* 165.

Humilitatis virtus discipulis suis á Christo Domino summe commendata. *Marci n.* 135.

In Ecclesia nisi ex humilitate, nemo crescit. *Marci n.* 193.

Humilitas à Christo Domino non Uerbis solum; sed etiam exemplis commendata. *Marci n.* 199.

Humilitas non solum animæ, sed famæ, & corpori proficua. *Lucæ n.* 262.

Practici humilitatis magistri Angeli sunt. *Apoc. B Io. Ap. n.* 34.

IDOLOLATRIA: Vide *Infidelitas, Infidelis.*

IDololatria non sepelienda solum, sed etiam comburenda. *Genes. n.* 237.

Ex idololatria nil boni, etiam temporalis, expectandum. *Genes. n.* 238.

Idololatra infidelitatis hydropisi laborat. *Exod. n.* 197.

Idololatra nomine indignus. *Exod. num.* 200.

Idololatria *pestis* omnes deuastans. *Exod. n.* 230.

Idololatræ sacrificia plurificant, vt sibi proficiant, & plures Deos demereantur. *Numer. n.* 66. & 67.

Idololatriæ omnis, vel minima scintilla extinguenda. *Deuter. n.* 43.

Idololatræ per cultum idolo exhibitum ipsum vituperant. *Iudicum n.* 108.

Idololatræ male de Deo vero sentiunt, & pelus loquuntur. 1. *Reg. n.* 78.

In populo idolatrante lex Diuina decoquitur, & marcescit. 3. *Reg. n.* 144.

Prauæ ministri religionis nunquam honorifice compellandi. 3 *Reg. n.* 185.

In regno, in quo idololatria, & præstigiæ vigent, nequit dari pax. 4. *Reg. n.* 99.

Idolum condigne colit, qui eiusdem sacrificulos ipsi mactat, & sacrificat. 4. *Reg. n.* 101.

Idololatriæ obiectum æternæ saluti bellũ infert, ideo militari nomine insignitur. 4 *Reg. n.* 153.

Idololatria respectu hominis fidelis peccatum longe grauius, quam respectu infidelis. 4. *Reg. n.* 154.

Idololatriæ instrumenta velociter ab jciẽda, ne ab jcientem inquinent. 4. *Reg. n.* 158.

Idololatria Deum iratum reddit; sed innocentia persecuta inexorabilem. 4. *Reg. n.* 160. & 161.

Gentilitatis conuersio pluries in sacris litteris prophetata. 2. *Paralip. n.* 32.

Idololatræ Inferni igne fumigant. *Isaiæ n.* 19.

Qui idola ferunt, brutorum opere laborant. *Isaiæ n.* 151.

Idololatriâ corruptus per ironiam virgo dicitur. *Isaiæ n.* 152.

Idolorum cultus perit, & diffluit. *Ieremiæ n.* 11.

Prauus idolorum cultus feminas ad ministerium admittit, vt homines attrahat, & decipiat. *Ieremiæ n.* 38.

De cœlo descendunt bona; ab idolis vẽnunt

niunt mala. *Ieremiæ n.* 63.
Qui ignem adidolis sacrificandum accēdunt, ęternum ignem sibi accendunt. *Ieremiæ n.* 82.
Qui idola colunt corpore, ac mente cadunt. *Danielis n.* 40.
Regna gentilica permare, ventos, & bestias congrua valdè methaphora significantur. *Danielis n* 86.
Dęmonis cultus carnalis, à carnalibus exhibitus, & modicum duraturus. *Danielis n.* 92.
Omnium errorum cathedra in omnium veritatum cathedram transmutata. *Danielis n.* 95.
Qui idolo litat, non sacrificat, sem impendit. *Danielis n.* 126.
Idololatria ignis omnia comburens. *Oseæ n.* 24.
Ubi idololatria, aut hæreses grasantur schisma necessario exoritur. *Oseæ n.* 34.
Gentilismi regio à Dei regno longè distat. *Lucæ n.* 273.
Gentilici ritus non curiosè, & attente; sed casualiter, & perfunctorie conspiciendi. *Act. Apost. n.* 105.
Idololatria ad sodomiam vltima dispositio. P. *ad Rom. n.* 1.
Idololatræ apparentiam religionis habēt, non veritatem. *Apoc. n.* 31.
Roma gentilis mulier desidiosè sedens. *Apoc n.* 33.

IGNORANTIA: Vide *Stultus.*

Nescit homo frequenter quæ sui muneris sunt. *Exod n.* 41.
Rudibus idem est perdi, ac perire. 1. *Reg. n.* 114.
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. 2. *Paralip. n.* 136.
Non omnes, qui verba excipiunt, conceptus percipiunt. *Iudith n.* 41.
Stultus vel ipsum Deum præsumit comprehendere: ideo se beatum credit. *Iob n.* 71.
Fatui scientia verbalis, & dislocata. *Ecclesiastici n.* 93.
Qui quæ audit, non intellegit, ac si non audiret, reputandus. *Matth n.* 219.
Ignorantia discentium magistrorum culpa est. *Ioan. n.* 76.
Non omnis ignorantia culpabilis. *Ioan. n.* 89.

IMMISERICORDIA: Vide *Crudelitas.*

Immisericordia in radice hoc est, in corde curanda. *Deuter. n.* 57.
Immisericordes á sorte Domini excluſi. *Deuter. n.* 76.
In hospitales flagitiosos appellare non dubites. *Iudicum n.* 131.
Exclusio immisericordium á Gloria in lege veteri prophetata, & in Euangelio declarata *Esdræ n.* 30.
Mala propria perpetietur, qui de malis proximi non compatitur. *Iob n.* 55.
Immisericordia sterilis auaritiæ est, non fructus; sed sequela. *Iob n.* 131.
Contra immisericordes Deus elementa contraria aduhat *Psalm n.* 33.
Manus diuitis, quæ pauperes debebat attrahere, solet rejcere. *Psalm. n.* 92.
Immisericors misericordiam, non sperer. *Prouerb n.* 77.
Immisericordes immisericordiam absque leuamine experientur. *Prouerb. n.* 78.
Immisericordia ad grauissima peccata inducit. *Ezechielis n.* 66.
Per totam vitam immisericors, & durus in mortis vero articulo misericors, & liberalis, miser est. *Matth. n.* 323.
Homo immisericors detractore deterior. *Ep. 3. B. Io. n.* 9.

IMPOENITENTIA.

Dolore, qui virtus non est, Deus non flectitur. 1. *Reg. n.* 209.
Impœnitentis defuncti corpus, in sepulchro anima in inferno sepelitur. 4. *Reg. n.* 2.
Qui Deo vocanti non respondet, sterilitate mulctari meretur. *Marcin* 179.

IMPIUS: Vide *Malefactor.*

Impios animâ carere, non sine fundamēto dici potest. 3 *Reg. n.* 148.
Irreligiosorum impietatem vult Deus ad ipsorum infamiam mundo propalari. 1. *Paralip. n.* 32.
Impiorum nomen putrescit, ideo eorundem fama fœtet. 1 *Paralip. n* 37.
Propria imaginatiua magnum impij tormentum. *Iob n.* 119.

Im-

Impiorum temporalia bona breuiſsimæ durationis, vel momentanea. *Iob n.* 134.
Impij corpus defuncti non terræ ſinu excipitur; ſed in ſterquilinium, vt lutum proijcitur. *Iob n.* 210.
Impij vita exigua, & violenta mors. *Iob n.* 211. & 213.
Impius ex malitia ſua, & finem fruſtrat, & media ad ſalutem prodigit. *Iob n.* 212.
Impius honore, & æſtimatione indignus. *Iob n.* 214.
Omnes impiorum lineæ ad centrum præcipitij tendunt. *Iob n.* 222.
Impij exaltatio præcipitium eſt. *Pſalm. n.* 130.
Impiorum memoria fœtet, dum non perit. *Prouerb. n.* 25.
Impius, etiam extinctus, adhuc nocet. *Prouerb. n.* 32.
Impius, etiam otio torpens, maleficus. *Prouerb. n.* 33.
Impius ſudat, vt malũ adquirat. *Prouerb. n.* 60.
Filij manus imparentes elata mortem ſibi aduocat. *Prouerb. n.* 74.
Solem videre indignus parentibus ingratus filius. *Prouerb. n.* 75.
Diabolus impij anima. *Eccleſiaſtici n.* 95.
Impius, non vere ſapiens; ſed ſciolus, & vaniloquus. *Eccleſiaſtici n.* 181.
Aliqui pro eleemoſyna contumelias, & alia damna largiuntur. *Iſaiæ n.* 198.
Parentum in filios impietas adeò enorme ſcelus, vt Dei cognitioni violentiam faciat. *Ieremiæ n.* 163.
Iniqui, etiam cum pij videntur, crudeles ſunt. *Ieremiæ n* 179.
Prauorum reliquiæ deſpiciendæ. *Ezechie. n.* 31.
Impij iuſtificatio interna renouatio eſt, nõ extrinſeca. *Ezechielis n.* 75.
Iniquitates patrum á filijs perpetratæ referendæ non ſunt, ſed oſtendendæ. *Ezechielis n* 79. & 80.
Mahumeti paganiſmus, in lege veteri præuiſus, & prænuntiatus. *Danielis n.* 110.
Iniqui manicant, vt Diuinis auxilijs abutantur. *Michææ n.* 1.
Num Impij preceps velocitas Dei diligẽtiam præuenit? *Sophoniæ n.* 5.
Impiorum exercitus, non ſolum, Deo fauente, vincitur, ſed interimitur. *Macha. n.* 47.
Non Iudas ſolus, multi alij Chriſti traditores fuerunt. *Matth. n.* 344.
Qui inuidentibus traditur, ad crucem traditur. *Matth. n.* 345.
Qui Chriſtum male accipiunt ipſum vulneribus afficiunt. *Matth. n.* 391.
Impij, vt iuſto noceant, á ſupremo ad infimum gradum deſcendere non dubitãt. *Matth. n.* 416.
Iniqui, dum proprio incumbunt ſceleri, Deo inſcij famulari ſolent. *Matth. n.* 420. & *ſupra* 29. & 39. & 41.
A peruerſis Chriſtus, vel iam impaſsibilis, ignominiam ſuſtinet. *Matth. n.* 429.
Praui prauorum iniquis actionibus delectantur. *Poſt n.* 217. *Marci.*
Impius nec vno vitæ momento dignus. *Lucæ n.* 175.
Cui pia affectio, & debita conſideratio deficit, enorme facinus exequi, non dubitat. *Lucæ n.* 310.
Peruerſi taliter Ieſum quærunt, vt perdãt. *Ioan. n.*
Impij Mahumeti error á ſummo Eccleſiæ Paſtore Petro præiugulatus. *Ep. 1. B. Pe n.* 4.
A peſsimis non ſolum cauendum; ſed diſtinctiuæ perſonæ qualitati attendendum. *B. Iudæ Ap. n.* 1.
IMPORTVNITAS: Uide *Deprecatio.*
ICtuum repetitio, quæ ſecreti turrim nõ euertit, ſaltem nutare facit. *Iudicum n.* 100.
Importuni inimici *muſcæ* aptiſsime compellantur. *Iſaiæ n.* 20.
Importuni homines prauis peiores eſſe ſolent. *Ad Theſal. 2. n.* 4.
Incarnatio Uerbi Diuini.
AMundi exordio incarnationis futuræ ſymbola frequenter repetuntur. *Geneſ. n.* 5.
Ob Ioſephi contubernium Uerbum Diuinum præmaturo Incarnationis flagrabat deſiderio. *Geneſ. n.* 289.
Poſt Incarnationem maiori affectu Deus hominibus prouidet. *Exod. n.* 132.

Fit altare de terra, vt Deus terræ consocietur. *Exod. n.* 142.
Deus homo factus Adam minimus appellari dignatur. *Iosuæ n.* 49.
Ante Incarnationem Deus candidatum se incarnationis ostentabat. 2. *Reg. n.* 60. & 62.
Incarnatio Verbi opus Dei maximum, & omnipotentiæ argumentum. *Psalm. n.* 139.
Uerbum Diuinum figmenti humani theoricus, & practicus comprehensor. *Psal. n.* 163.
Uerbum Dei, nisi in libro grandi, & in genere moris infinito, hoc est Mariano libro scribi nequit. *Isaiæ n.* 22.
Deus ex amore Zelotypiâ quadam accensus homo factus est. *Isaiæ n* 26.
Abæterno inuisibilis, in tempore factus visibilis. *Isaiæ n.* 50.
Cum Dei humanitas apparuit diaboli inhumanitas disparuit. *Nahum n.* 3.
De Diuinitate sua Deo loqui non placet, quin de humanitate sua mentionem faciat. *Zachariæ n.* 32.
Verbum Diuinum Incarnationi proximũ humanitatis candidatum egit. *Malachiæ n.* 1.
Christus non ad terrenas dignitates exercendas venit, sed ad cœlestes conferendas. *Matth. n.* 1.
Humana Christi Generatio Diuinæ non ab similis. *Matth. n.* 7.
Diuini Verbi genitura naturaliter miraculosa. *Matth. n.* 14.
Deus humanatus omnibus humanus. *Matth. n.* 328.
Idem est Christum in Matre esse, ac á nobis susceptum esse. *Lucæ n.* 11.
Uerbum ab æterno *genitum*, temporaliter *Factum*, id est *Incarnatum*. *Lucæ num.* 24.
Verbum caro fit, vt eius charitas resplendeat. *Ioan n.* 9.
Incomprehensibilis, & immensus pro nobis comprehensibilis, & mensurabilis effectus. *Ioan. n.* 161.
Christo Deitas est perfectio naturalis, mẽbris mysticis ipsius participabilis. *Ad Hebræ. n.* 3.
Verbum Dei scriptum prolato *firmius*, non *certius*. *Ep.* 2. *B. Pe. Ap. n.* 1.
Verbum caro factum, nõ solum audibile sed contrectabile. *Ep.* 1. *B. Io. Apost n.* 1.
Verbum æternum, vt homini appareret, temporale factum. *Ep.* 1. *Io. Apost. n.* 3.

INCOESTVS: Uide *Luxuria.*

ENormissimus incœstus hominem in brutum conuertit. *Genes. n.* 253.
Enormia delicta, etsi ab vno commissa totam communitatem commaculare solent. *Deuter. n.* 70.

INCREDULITAS: Uide *Mendacium.*

INcredulus pessimus surdus. *Exod. num.* 40.
Iudæi valde increduli. *Exod. n.* 107.
A vera religione defectionem stupendâ clade Deus vlciscitur. 2. *Paralip. n.* 76.
Incredulitas humana, vel ipsi Deo, quodammodo nociua. *Marci n.* 72.

INDEVOTIO: Uide *Desidia.*

ETsi Deus prope nos sit, indeuotio nostra eum longe distare facit. *Genes. n.* 131.
Ega Eucharistiam, & Mariam Uirginem indeuotus omni honorifica compellatione indignus. 1. *Paralip n.* 30.
Aures habet, & non audit, qui proficere non desiderat *Iob n.* 156.

INDUSTRIA: Vide *Solicitudo.*

AD propriam vitam tuendam, quisque industrius. *Genes. n.* 64.
Ex Uerbis interna frequenter dignoscuntur. 2. *Reg. n.* 101.

INFAMIA: Vide *Uituperium.*

EI, qui in honore lethaliter vulneratus est, mors solum restat. 2. *Reg. n.* 99.
Cum periculum ignominiæ, adest, nomen subticendum. 2. *Reg. n* 277.
Non nulli, vt fallam suam opinationem adstruant, vel Sanctos infâmare non dubitant *Iob n* 127.

INFIDELIS: Uide *Hæreticus.*

INfideles in perpetua nocte diuagantur. *Iudicum n.* 35.
Pessimi hostiam fidei impugnatores. 1. *Reg. n.* 183.
Homo impius bestiis postponendus, & præ illis despiciendus. 1. *Reg. n.* 246.

Cum

Cum fœdifragus fortius assecurare satagit, tunc magis cauendus. 1. *Reg. n.* 363.
Inter impios, & infideles pie, ac fideliter viuere est moraliter impossibile. 1. *Reg. n.* 415.
Præda ab infidelibus percepta benedictio Domini dicitur; à fidelibus vero arrepta maleditio Domini nuncupanda. 1. *Reg. n.* 442.
Qui ministrum Deo fideliter ac deuote deseruientem despicit Deum, ipsum despicit. 2. *Reg. n.* 50.
Rebellis, etiam ante pronuntiatam sentẽtiam, ius omnium bonorum amittit. 2. *Reg. n.* 204.
A debita fidelitate deficere, etiam ei in cuius fauorem fit, turpe videtur. 2. *Reg. n.* 212.
Rebellem subditum cœlum, & terra sustinere nequeunt. 2. *Reg. n.* 242.
Infame trophæum posteritas est rebelliũ. 2. *Reg. n.* 248.
Milites, præsertim schismati, Ecclesiasticos ministros despiciunt. 4. *Reg. n.* 94.
Impossibile est, fidelem cum infidelibus absque religionis detrimento familiariter agere. 4. *Reg n.* 131.
Qui de infidelium regione educitur, quasi de Inferno liberatur. *Esdræ n.* 24.
Principes infideles vno ictu, & veram Religionem, & ministros eius ferire intendunt. *Iudith n.* 16.
Infidelis, etiam cum verum Deum laudat, inhonorat. *Iudith n* 42.
Eum, qui Deum non cognoscit, Dei cognitio non approbat. *Psalm. n.* 46.
Deus infideles non approbat, etsi quandoque ad fidelium suppliciumassumat. *Ieremiæ n.* 119.
Gentilismus ob Fidei docilitatem semper Deo charus, & æstimatus. *Matth. num.* 241.
Infidelitate, vel vitijs obcœcati manu ducatu indigent, vt ad viam redeant. *Lucæ n.* 259.
Qui ex prauo fine Fidem suscipit, vt infidelis reputandus. *Act. Apost. n.* 56.
Perfidi supernaturales veritates non repellunt solum, sed maledicunt. *Act. Apost. n.* 110.
Infidelium famulatus potius nociuus, quã proficuus. *Ad Philem. n.* 5.
Uere credentes viui, infideles mortui reputandi. *Ep.* 1. *Pe. Ap. n.* 5.

INFIDELITAS: Uide *Hæresis.*

IN fidelium mœnia, & turres aduersus cœlum eriguntur. *Deuter. n.* 38.
Incommuni aduersus religionem peccato longe grauius præsul quam reliquus populus delinquit. *Deuter. n.* 39 & 40.
Coniuratio, quam facile conglomerari, tam facile dispergi solet, ex subiectis enim ad inuicem diffidentibus coalescit. 3. *Reg n.* 30.
Quod ponitur, nec á Deo statuitur, facile amouetur. 3. *Reg. n.* 125.
In regem, etiam iniquum, iusu Dei insurgere. coniuratio dicitur. 4. *Reg. n.* 95.
Qui irreligiosse viuit bestialiter perit. 2. *Paralip. n.* 112.
Aulici infideles fere omnes sortilegi ac dęmonis cultores. *Esther n.* 30.
Qui á Domini oculis deuiat absque dubio perit. *Psalm. n.* 188.
Contra veræ Religionis professionem nulla vtilitas. 1. *Machab. n.* 16.
Tantum animo traditor discedit, quantum corpore appropinquat. *Lucæ num.* 327.

INFORTVNIUM.

AB infortunio, vel solum somniato cauendum. *Iudicum n.* 39.
Infortunia imminentia naturali virtute presentiri solent. *Iudicum. n.* 126.
Infaustus nuncius vltra quam credi potest, velocissimus. 2, *Reg. n.* 1.
Viri delicati in aduersis casibus semouendi. 2. *Reg. n.* 197.

INGRATITVDO: Vide *Beneficium.*

LIberatus á Moyse eum conuitijs impetit; solent ita homines gratificare. *Exo. n.* 26.
Magnum genus ingratitudinis benefactorem recognoscere, & contemnere. *Exod n.* 195.
Dilatio gratitudinis ingratitudini æquiparatur. *Leu. t. n.* 13.
Opprobria, & scommata regalis sustinentiæ præmia esse solent. *Deuter. n.* 4.

Ex

Ex maximo beneficio maxima infertur ingratitudo. 1. *Reg. n.* 351.
Ad ingrati præsentiam beneficium crescit. 2. *Reg. n.* 72.
In ingratorum dialecticâ maximum beneficium maximam infert ingratitudinem. 2. *Reg n.* 177.
Humano corde nil erga Deum ingratius. *Psalm. n.* 88.
Fideles ingrati enormiter delinquentes, pari cum pessimis supplicio afficiendi. *Ieremiæ n.* 32.
Ingratæ vineæ tristis, & iracundia vindemia. *Threnorum n.* 9.
Ingratos amare, est cor prodigere. *Osee n.* 36.
Qui omnibus benefacit, ab omnibus improperium sustinet. *Matth. n.* 421. *& supra n.* 29. *&* 39. *&* 41.
Ingratorum ingratissimus dæmon. *Lucæ n.* 42.
Ingrati obsequium nunquam præterit. *Lucæ n.* 219.
Beneficijs cumulatior more humano cõmuniter euadit ingratior. *Lucæ n.* 314.
Qui sine gratiarum actione, & proximorum participatione deuorat, brutum, non homo, dici debet. *B. Iudæ Ap. n.* 7.

INIMICUS: Uide *Hostis, Bellum,*
INimicus quo proximior eo infensior. *Prouerb. n.* 62.
Difficilius homini esse solet inimico parcere, quam arcanum Fidei mysterium credere. *Lucæ n.* 244.
INIVRIA: Vide *Odium.*
MAxima principi quę irrogari potest iniuria obcæcatio est. *Iudicum n.* 113.
Qui in nos insurgunt, non tanquam inimici; sed tanquam instrumenta á Deo ad nostram probationem ad mota considerandi. 2. *Reg. n.* 294.
Solum Dei inimici pro inimicis nostris habendi. 2. *Reg. n.* 295.
INIUSTITIA: Uide *Iudex, Fraus.*
INiustitia ferarum pessima. *Exod. num.* 67.
Stolidus semper iniurioſus. 1. *Reg. n.* 375.
Ira, superbia, & ambitio iudices iniquissimi. *Esther n.* 29.
Nimia austeritas ab iniustitia parum, aut nihil differt. *Lucæ n.* 280.
INOBEDIENTIA: Uide *Excusatio, Educatio, Libertas.*
HOnestum militiæ nomen non meretur; qui contra supremi ducis præceptum bellum aggreditur. *Nvmer. n.* 34.
Inobedientia primum, & certe grauius naturę humanę peccatum omnia omniũ peccata transcendit. 3. *Reg. n.* 138.
Hominum inobedientiam per bruta Deus punire solet. 3. *Reg. n.* 139.
Nil Deo magis, quam inobedientia displicet. *Ezechielis n.* 16.
INNOCENS: Uide *Iustus.*
CVM vnus innocens persequitur; reliqui caueant, & sibi prospiciant. 1. *Reg. n.* 306.
Innocenti periculosior vita quam mors. 3 *Reg. n.* 171.
Mentis innocentia omnem animi perturbationem expellit. 4. *Reg. n.* 88.
In puerili innocentia Deus libentius habitat. 1. *Paralip. n.* 77.
Homo innocens, & bene moratus Angelorum consanguineus. *Tobiæ n.* 50.
INQUISITIO: Vide *Iudex.*
DE euidenter certâ non est inquirendum. *Iudicum n.* 142.
Solemnes actus Tribunalis Fidei Christianę zelatoris in lege veteri adumbrati. 4. *Reg. n.* 8.
IRA: Uide *Clamor, Crudelitas, Fragilitas humana.*
INiure Diuino non præsumitur vltricis iræ passionem vltra triduum duraturã. *Iosuæ n.* 55.
Lacrymę ab ira extortæ cito deficiunt. 1. *Reg. n.* 438.
Iracundia amplius subiecto, quam obiecto nociua. *Iudith n.* 13.
Iracundia terræ cœli zelo opponitur *Psal. n.* 95.
Semel irasci antiquitus humanæ fragilitati permissum. *Ecclesiastici n.* 73.
Discreta capitis ira toti morali corpori proficua. *Ecclesiastici n.* 85.
Nimie iracundus minime virtuosus. *Ecclesiastici n.* 113.

Fa-

Facies irati principis malorum omnium formidabilius. *Ierem. n.* 3.

Ira Diuina parce ab hominibus cuibrãda. *Ierem n.* 114.

Iræ Diuinæ gladius & malos percutit, & bonos coercet. *Ezechielis n.* 86. 90. & 91.

Deum iratum, vel insensibilia timent. *Ezechielis n.* 108.

Sententia sapientium destructiua ab alio nequit, quam á furore pronuntiari: Vbi enim sapientia deest stulta confusio adest. *Danielis n.* 19 & 24.

Ira raro omnino bona. *Ionæ. n.* 15.

Rationaliter, & iuste furit, qui secundum legem furit. 1. *Machab. n.* 19.

IRA DIVINA: Uide *Deus puniens.*

INdignatio Diuina ratione regulatur; nõ sic humana. *Exod. n.* 216.

Uæ nobis miseris furori Diuino in infinitum irascibili expositis. *Exod. n.* 217.

Deus iustissime iratus nemini solet parcere. *Isaiæ n.* 29.

Quem Deus deserit, â nullo adiubari speret. *Isaiæ n.* 58.

Gladius Dei percutientis non solum interna, sed etiam intima penetrat. *Isaiæ n.* 106.

Supplicia Deus paulatim immittit, vt peccatores minori damno resipiscant. *Ieremiæ n.* 55.

Epydemiâ à Deo immissâ idem est corripi, âc mori. *Ieremiæ n.* 75.

Deus infidelibus, tamquam iudex carnifice, vti solet. *Ieremiæ n.* 120.

Deus Spiritu Sancto fideles punit, quia ex amore punit. *Ieremiæ n.* 125.

Non dicitur Deus rigorose iratus, cum temporale, sed cum æternum infligit supplicium. *Ieremiæ n.* 128.

Grauius infideles Deus, quam fideles punire solet. *Ieremiæ n.* 193.

Ignis Diuinus sursum, deorsumque cremat. *Tren. Ieremiæ n.* 39.

Sæpe Deus propter hominum exemplum externa peccata citius punit; interna ex innata sua benignitate diutius tolerat. *Baruch n.* 10.

Deus summe iratus nulli parcit. *Ezechielis n.* 83. & 84.

Omnibus patet, quam iuste Deus fontes puniat. *Ezechielis n* 87.

Deus, ad condonandum, suâ; ad puniendum, hominis manu vtitur. *Danielis n.* 56.

Si digitis Deus in vna nocte amplissimum regnum destruxit, quid cum ad puniendum totam manum exerit? *Danielis n.* 57

Verba Dei irati ex iustitia occidunt, ex misericordia fontes terrificant. *Osee n.* 22.

Proprium cor videtur Deus abiicere, cum flagellum punitiuum assumit. *Osee n.* 35.

Cum Diuina iustitia vleiscitur, nil inultũ relinquit. *Amos n.* 1.

IRONIA: Vide *Mendacium, Despectio.*

CUM exceptio regulam destruit, ironica locutio existimanda. 2. *Paralip. n.* 133.

Iniqui sub laudis, & honoris laruâ vituperant. *Matth. n.* 308.

INTENTIO: Vide *Cor hominis, Cogitatio Secretum.*

INtentio bona excusat aliquando delicta. *Iosuæ n.* 60.

Ad finem intentum media proportionanda. 1. *Reg. n.* 263.

Actio externa minus religiosa quandoque ex bona intentione toleranda. 4. *Reg n.* 72.

Actio pia ex prauo fine redditur laude indigna. 2. *Paralip. n.* 83.

INTERCESSIO SANCTORVM: Vide *Angelus.*

IVstus semper medius, & ad Dei placationem, & ad malorum correptionem. *Genes. n.* 150.

Donec iustus orare, & interpellare finiat, Deus fontes castigare non incipit. *Genes. n.* 151.

A purgatorij carcere Diuina solum potentia, per sanctorum liberat intercessionem. *Genes. n.* 310.

In terra deficiet, qui in cœlo amicos non habet. *Iudicum n.* 125.

Iustorum lacrymæ adhuc etiam inmundo degentium magnã Deo violentiam faciunt. 1. *Reg. n.* 214.

Sancti coram Deo pro omnigenis bonis efficaciter intercedunt. 3. *Reg. n.* 124.
Sanctorum interceſsio apud Deum potentiſsima. *Ieremiæ n.* 21.
Sancti Patroni in Diuina pro clientibus interpellatione coadunantur. *Ieremiæ n.* 66.
Perempto mediatore mediatio perit. *Ieremiæ n.* 71.
Omnis creatura ſe Deo pro hominibus ſuppliciter interponit, cum ab eorum peccatis non præpeditur. *Oſee n.* 7.
Angeli cuſtodes, ac viri ſanctitate eximij ciuitates peccatrices cuſtodiunt, ne ab ira Diuina ab ſorueantur. *Oſee n.* 38.
Sanctorum neceſsitudo multa bona ſpiritualia influit. *Matth. n.* 184.
Qui Sanctos orat, Deum exorat. *Marci n.* 61.
Prædeſtinati non ſolum viatoribus, ſed damnatis etiam, ſi poſſent, ſubuenirent. *Lucæ n.* 242.
INTERPELLATIO: Vide *Lis, Iudex.*
QUI interpellandi anſam præbet potius parcere quam caſtigare intendit. *Geneſ.* 143
INVERECUNDIA: Vide *Luxuria.*
PArs humani corporis inuerecunde agens â reliqua corporis compage abijcitur, & reſpuitur. *Deuter. n.* 82.
Abſque rubore homines committere ſolent, quæ ſine rubore Deus nequat, inſpicere. *Ieremiæ n.* 166.
INUENTIO: Uide *Sapientia, Scientia naturalis, Artifex.*
INueniendi ars pluſquam naturalis exiſtimanda. *Exod. n.* 272.
INUIDIA: Uide *Ingratitudo, Iniuria.*
INuidiæ oculi penetrant quo viſiua potentia non pertingit. *Geneſ. n.* 267.
Inuidia ſemper deteriora ſibi præſumit. *Geneſ. n.* 268.
Odium ex inuidia non ſolum amoris actum, ſed etiam potentiam tollit ad amãdum. *Geneſ. n.* 269.
Inuidiæ occaſio ſeminarium dicitur, quia vberrime damna germinat. *Geneſ.* 271.
Malos plus vrgere ſolet, ad necem inuidia, quam appetitus vindictæ. *Geneſ. n.* 282.
Nulla fera inuidiâ peior. *Geneſ. n.* 283.
Inuidus nil ſolicitius curat, quam riualis depræſsionem. *Geneſ. n.* 337.
Inuidiæ liuor nec ſtrictius naturæ vinculum ſolet excipere. *Geneſ n* 339.
Qui præ alijs, remuneratur inuidiæ exponitur, *Geneſ. n.* 374.
Nubem proximi omnes; lumen non omnes vident *Exod. n.* 253.
Nonnulli ex munere *Inſtratores* potius deturpant, & obſcurant, quam illuſtrãt. *Numer n* 31.
Ut malum Eccleſiæ miniſtrum in præſenti vitâ Deus tartaree puniat, inuidiæ ipſi tormentum immittit. 1. *Reg. n.* 53.
Inuidens maleuolentia diuinam ſibi perſpicaciam arrogare non dubitat. 1. *Reg. n.* 244.
In altero feſtucam videt, qui trabem in ſe non videt. 1. *Reg. n.* 245. 176.
Inuidus heroicas inuidi actiones mille artibus conatur diminuere. 1. *Reg. num.* 276.
Peius malum, quam diabolus, inuidia. 1. *Reg. n.* 284.
Inuido frequentes nocendi ſubeunt cogitationes, 1. *Reg.* 290.
Inuidorum odium politicam, etiam ſibi congruentiorem, ignorat. 1. *Reg. num.* 303.
Inuidus non appetit inuiſi naturalem mortem, ſed violẽtam occiſionem. 1. *Reg. n.* 304.
Inuidus inuiſum, vel nominare abhorret. 1. *Reg. n.* 319. & 320.
Æmulus quandoque dicitur, non æmulans alium, ſed ab illo æmulatus. 1. *Reg. n.* 422.
Inuidentię nubes bona ſpiritualia videre impedit. 4. *Reg. n* 18.
Inuidia vitiorum maximum poſsidentem vſque ad annihilationem minuit. *Iob n.* 47.
Primogenita inuidię mors. *Iob n.* 100.
Inuiſi fœlicitas inuidentem confodit. *Pſalm. n.* 71.
Inuidia fatale dæmonis inſtrumentum. *Sapientiæ n.* 15.
Inuidia morale contagium eſt. *Eccleſiaſtici n.* 127.

Pectus liuore tumens aſpideum eſt. *Iſaiæ n.202.*
Inuidia omnigeno cruciatui æquiualet. *Trenorum n.12.*
Longe grauius nocumentum à potentioribus inuidis, quam à Leonibus famelicis timeri poteſt. *Danielis n.82.*
Inuidorum, & calumniatorum oculi vident, quod non vident. *Matth. n.145.*
Sanctorum actiones, etiam indifferentes, ab inuidorum calumnijs cruendæ. *Matth. n.202.*
Maligne inuidi vnoictu plures ferire intendunt. *Matth. n.203 & 204.*
Qui inuidentibus traditur, ad crucem traditur. *Matth. n.345.*
Vbi inuidia adeſt diabolica ſuggeſtio ſuperflua eſt. *Matth. n.417.*
Inuidia Chriſtianæ perfectioni valde cõtraria. *Marci n.137.*
Deſpectio, & inuidentia obiectum inuiſum reddunt. *Lucæ n.93.*
Damnatum amplius torquere videtur, quam vrens flamma, rodens inuidia. *Lucæ n.237.*
Liuidi oculi ad patentia cœcutiunt, ad occulta acuuntur. *Lucæ n.266.*
Inuidi dum odioſæ paſsioni ſatisfaciant, reliqua negligunt, & tranſcurant. *Lucæ n.345.*
Inuidia male diſcurrit, & peius ſillogizat. *Ioan. n.73.*
Intellectiuæ lucis, vel ſolum ſymbolum tam proprij, quam extranei inuident. *Ioan. n.99.*
Malignorum oculis leues defectus grauiter peccaminoſi apparent. *Ioan n.105.*
Inuidiæ oculo nil politiconequius. *Ad Philip. n.1.*

IEIUNIUM: Vide *Temperantia, Fames.*

Spiritualis, & corporalis ſterilitatis morbum abſtinentia curat *Iudicum n.64.*
Ieiunium innocentiam ieiunantis, etiam coram malignioribus euincit. *2. Reg. n.33.*
Stomachi vacuitas pedes debilitat. *Tren. Ieremiæ n.41.*
Ieiunium rigide obſeruatum, & ieiunantibus ſalutare, & iræ Diuinæ ſedatiuum. *Ionæ n.10.*
Ieiunantium lacrymæ iram Diuinam, nõ ſolum placant, ſed emolliunt. *Ionæ n.11.*
Per ieiunium vel merendi incapacia mereri poſſunt. *Ionæ n.20.*
Ieiunium pios, & perfectos alleuiat, imperfectos onerat. *Machab. n.25.*
Ieiunium eſuriem arcet, tentationeſque repellit. *Matth n.61.*
Ieiunij præceptum omnes leges tranſcendit. *Matth. n.103.*
Ieiunia quæ communiter fiunt, mitigata ſunt, & imperfecta. *Matth. n.106.*
Abſente Chriſto ieiunium, & oratio Eccleſiæ Sponſæ ſolamen. *Act. Apoſt. n.91.*

IOANNES BAPTISTA.

IOannis vox in campo audita, quia totum mundum, vt theatrum requiſiuit, & toti inferno bellum intulit. *Matth. n.51.*
In Baptiſtæ corpore Natura, in anima reſplenduit Gratia. *Matth. n.52.*
Cum diſtinctione loquendum, ne Baptiſtæ perſona cum Diuinis æquiuocetur. *Matth. n.59.*
Baptiſtæ diſcipuli à Chriſti diſcipulis longe interiores. *Matth. n.148.*
Ioannes Chriſti vox; Chriſti opera Ioanni verba. *Matth n.189 & 190.*
Chriſti diſcipulus Baptiſtæ merita, & dignitatem ignorare nequit. *Matth. n.193.*
Meritorum Ioannis ac virtutum ſolum Chriſtus declamator dignus. *Matth. n.194 & 195.*
Baptiſtæ laudes initium habere poſſunt, nunquam finem. *Matth. n.196.*
Solus Chriſtus Ioanne Baptiſta Maior. *Matth. n.197.*
Ioannis Baptiſtæ caput vni integro regno præſtat. *Marci n.99.*
Sancti veteris legis præter Baptiſtam incedebant in via Domini, nõ currebant. *Lucæ n.1.*
Ioannes non hominis, ſed Dei vox. *Lucæ n.3.*
Quod reliquis naturale, Ioanni miraculoſum eſt. *Lucæ n.12.*
Eliſabeth partus vocalis, & ſonorus. *Lucæ n.13.*

Dei potentia Ioannis esse instrumentum non dedignatur. *Lucæ n.* 14.
Ioanni Baptistæ Deitatis attributa quodammodo adaptantur. *Lucæ n.* 15.
Baptista omnium Dei ministrorum compendium, *Ioan. n.* 3.
Baptista cum Christo æquiuocus. *Ioan. n.* 4.
Baptista per positiuum, & negatiuum definiendus. *Ioan. n.* 5.
Christus *lux* per essentiam, Ioannes per participationem. *Ioan. n.* 6.
Ioannes non incarnati solum, sed etiam scripti Uerbi Diuini præcursor. *Ioan. n.* 7.
Æterni Patris Filius, Filij, Ioannes Baptista testis. *Ioan. n.* 11.
In Baptista Ioanne humilitas præcipue enituit. *Ioan. n.* 12.
Ioannes Baptista non solum vitæ æternæ, sed temporalis etiam Magister. *Ioan. n.* 13.
Baptista Ioannes Pœnitentiæ virtutem prædicauit, non Sacramentum. *Ioan. n.* 18.
Ioannes Baptista, in quantum consanguineum, nullum cognouit, nec ipsum Christum *Ioan. n.* 19.
Baptista Ioannes non plusquam propheta solum; sed plusquam homo esse videtur. *Ioan. n.* 59.
Ioannes Baptista lucerna fuit, Spiritu Sancti oleo nutrita. *Ioan. n.* 60.
Baptistæ Ioannis memoria Christi Domini asylum, & solamen persecuti. *Ioan. n.* 107.

IOANNES EUANGELISTA.

Ioannes Euangelista Christi Beniamin. *Deuter n.* 1105.
Euangelistæ Ioannis priuilegium nulli præter Petrum communicabile. *Marci n.* 32.
Euangelista Ioannes in substantia, & modo loquendi singularis, & admirabilis. *Lucæ n.* 137.

IOSEPH LEGIS VETERIS.

Patriarcha Ioseph in omnibus Christo præluſit. *Geneſ.* 305.
Qui re, & nomine augetur dupliciter crescit. *Geneſ. n.* 396.
Ioſephi nomen omnimodo Christi obsequio decoratum. *Matth. n.* 425.
Illustri Ioſephi nomini Christi obsequiū ex iustitia debitum. *Matth. n.* 426.

IOSEPH DEIPARÆ SPONSUS.

Ioseph Mariam dulcissimo manuum suarum labore sustentauit. *Esther n.* 72.
Ioseph potestatiue vocat, quem omnes suppliciter inuocare debemus. *Matth. n.* 16.
Tanta est vera, & realis Ioſephi dignitas, vt somniata apparere possit. *Matth. n.* 17.
Verbum *Non cognoscebat*, in terminatam negationem importat. *Matth. n.* 18.
Ioseph Deiparæ sponsus arcanorum Dei consiliarius. *Matth. n.* 35.
Cum Ioſepho Angeli, non vt cum inferiori ministro, sed vt cum superiori status Diuini consiliario negotia conferunt, & expediunt. *Matth. num* 38.
Deiparæ coniugis dignitatem etiam Angeli reuerentur. *Matth. n.* 46.
Deiparæ coniugis naturales semper sopitæ passiones. *Matth. n.* 47.
Deigenitricis sponsus, cum sensu quiescebat, mente, & corde vigilabat. *Matth. n.* 49.
Ad Iesum recte, & secure per Mariam, & Ioſephum peruenitur. *Lucæ n.* 26.
Ioſephi præmatura mors specialis Dei gratia fuit. *Lucæ n.* 36.
Ioſephi paternum munus Christus Dominus commendauit. *Ioan. n.* 70.

IUDEX: Vide *Accusatio, Arbiter, Lis.*

QUI bonā villicationis suæ rationem habet arbitros non quærit sed vitat. *Geneſ. n.* 302.
Qui audita accusantis verba non perpendit Iudex censura dignus euadet. *Geneſ. n.* 306.
Dominationem, & iudicaturam, quam tanti habent homines; solet Deus parui pendere. *Exod. n.* 129.

Perfecti iudicis proprietates. *Exod num.* 130.
Quidquid de cauſæ ſucceſu, ſit coniudex ſuam ſententiam proferat. *Exod num.* 153.
Sine doctrina, & veritate rationale iudicium non ſubſiſtit. *Exod. n.* 173.
Iudicium pie, & recte exercendum. *Exod. n. n.* 174.
Voluntate potius, quam intellectu plurimi iudicant. *Exodi* 175.
Ad Deum, & ad veritatem iudex attendat. *Exod. n.* 176.
Iudicialis poteſtas optime in luce expreſſa, ne ſit erroti expoſita. *Exod. n.* 266.
Nemo ſe alieni fori iudicem faciat. *Deuit. n.* 27.
Iudicare quid Diuinum eſt. *Deuter. n.* 6.
In cauſis Fidei ſecreto, ac diligenter inquirendum, & procedendum. *Deuter. n.* 61.
Iuſtam tandem ſententiam obtinere, eſt quoddam triumphi genus reportare. *Deuter. n.* 80.
Inimicus crudelius agit, vt iudex, quam vt hoſtis. *Deuter. n.* 101.
Sententia iniuſta ſolet, Dei iudicio, in ipſos conuerti iudices. *Ioſue n.* 36.
In rebus religionis debet inquirere iudex Eccleſiaſticus; laicus ſolum debet Eccleſiaſtico præſtare auxilium, cum neceſſum fuerit. *Ioſue n* 58.
Nemo iudex æquus in cauſa propria. *Ioſue n.* 59.
In iudiciali præfectura crudeliores vulgariter ceteris præferuntur. *Iudicum n.* 45.
Iudicare, ac regnare quandoque idem. *Iudicum n.* 50.
Deus iudicem acturus, vel á leuis muneris, acceptione cauet. *Iudicum n.* 73.
Malus obſeruator, qui ſolum os obſeruat; ſed ſi iudex, aut prælatus ſit, nil obſeruatione dignũ omittat. 1. *Reg. n.* 3.
Cui de occultis iudicare non licet ab eorum curioſa indagine ſe abſtineat. 1. *Reg. n.* 14.
Qui iudicem agit incorruptam affectet puritatem. 1. *Reg n.* 260.
Iudicare regum caracter eſt. 2. *Reg. n.* 181.
Minus malum eſt, ſtatim male quam poſt diuturnam morã bene, ac legitime ſententiam pronuntiare. 2. *Reg. n.* 267.
Iudex quicumque ſit, muneribus corruptus, male pronuntiat. 2. *Reg. n.* 269.
Cauſas ruſticorum in iure audire, nec eos ad vrbana iudicia traherè, mos valde laudabilis. 3. *Reg. n.* 83.
In iuſtitiæ conſeſsibus potior exiſtimari ſolet ſententia duriori. *Eſther n.* 13.
Sententiæ à iudicibus, non clanculariè, & ſummiſſe, ſed palam, ac elata voce pronunciandæ. *Eſther. n.* 14.
Punitiuæ iuſtitiæ conſiliarijs executoribus regna abundant. *Eſther n.* 59.
Iudices Deus terrenos patientem edocet auditionem. *Iob n.* 34.
Qui recte iudicare vult, & litigantes ſufficienter audiat, & proceſſum ipſe conficiat. *Iob n.* 185.
Legali ſtudio intellectu, ac voluntate purgatis diu incumbendum. *Pſalm. n.* 3.
Iudex, qui litigantium fraudibus annuit, iniuſtitiam committit. *Pſalm.* 143.
Iudex perſonarum acceptor, iuſtitiæ vſurpator eſt. *Pſalm. n.* 144.
Iudices intellectu polleant, auditu vrãtur. *Prouerb. n* 1.
Iudicem munera accipientem nullus prætextus à corruptione liberat. *Prouerb n* 68.
Iudicum terrenorum tentatio periculoſa *atheiſmus*. *Sapientiæ n.* 5.
Iudicum incorruptorum mentibus Diuina veritas affulget. *Sapientiæ n.* 2.
Nulla detractori cautela ſatis eſt, quin á Deo diſtincte auctiatur ad punitionem. *Sapientiæ n.* 5.
Iudices de exercitio muneris prius quam de priuatis actionibus rationem Deo redituri. *Sapientiæ n.* 28.
Iudex antequam alios iudicet, ſe ipſum iudicet. *Sapientiæ n.* 31.
Nemo inauditus condemnandus. *Sapientiæ n.* 33.
Ex iudicum negligentia ſcelera repullulant. *Iſaiæ n.* 9.
Contra inauditam partem numquam iuri dice pronuntiandum. *Iſaiæ n.* 134.
Cum deeſt veritas, ſententia iuſta adeſſe nequit. *Iſaiæ n.* 207.

Di-

Dilatio iustæ sententiæ iustitiæ officit; quid iniusta pronuntiatio? *Ieremiæ n.* 100.

Adulatores iudices, non legum volumina, sed faciem regis inspiciunt, vt sententiam pronuntient. *Danielis n.* 25.

Iniqui iudices de internis, & incognoscibilibus audent sententiam pronuntiare. *Danielis n.* 80.

Iudices superiores, non clandestine; sed cum exteriore pompa, apparatuque creandi. *Danielis n.* 94.

Iudices austeri litigantium absinthium. *Amos n.* 4.

Maxima Reipublicæ hostilitas iudicialis fori peruersitas, *Habac. n.* 1.

Iudex, & inferior læsus contraria agendo recte operari possunt. *Matth. n.* 85.

Aliter in iudicio aliter priuatiue agendū. *Matth n.* 87.

Iudex qui rogat, iustitiæ derogat. *Marci n.* 239.

A iudice legibus, non populo iustitiæ repugnanti satisfaciendum. *Marci n.* 240.

Fori interni iudex externę iudicaturæ nō se immisceat. *Lucæ n.* 171.

Iudices terreni in nouissimo, tam iurisdictionis, quam vitæ tempore iudicandi. *Lucæ n.* 247 & 248.

In iudiciali munere, etiam peccata quæ videntur leuia, grauia sunt. *Lucæ num.* 249.

Propriæ visualis potentiæ quisque iudex, non sic intellectiuę *Ioan. n.* 98.

Iudices iniqui nil minus libenter, quam veritatem audiunt. *Ioan. n.* 174.

Pilatus in Christi Domini damnatione peccauit, quia potestate, sibi concessa abusus fuit. *Ioan n.* 176.

Ad sæculares iudices spirituales causæ, non spectant. *Act. Ap. n.* 108.

IVDICII MEMORIA.

RAtionis Deo reddendę memor, & virę rationem, & sui muneris rationes bene institutas habet. *Genes. n.* 300.

Qui nouissima sua memoratur in ęternū non peccabit. *Genes. n.* 301.

Iudicialis tubę clangor, in auribus iusti semper resonat. *Iob n.* 77.

IVDICIUM DEI.

QUidquid Deus non est, iudicium Dei subiturum est. *Genes. n.* 4.

Nulla præsentis vitæ discessio, etsi absque animæ separatione fiat, sine iudicij discussione fit. 4. *Reg. n.* 15.

Cum peccator ad Dei iudicium sistitur, omnia quæ eum iuuare poterant derelinquunt. 4. *Reg. n.* 162.

Dei interrogatio ad dæmonem, non dubitantis, sed iudicialiter inquirentis est. *Iob n.* 5.

Coram Deo iudice nil occultum, quod non reueletur. *Iob n.* 195.

In iudicio particulari, & in vniuersali omnes actus nostri clarissime conspiciendi. *Psalm n.* 158.

Finalis iudicij consideratio assidua optima vitæ cynosura. *Prouerb. n.* 105.

Qui bonis operibus caret, vacuus ante Deum apparet. *Ecclesiastici n.* 145.

Dies Domini iustis læta; peccatoribus lugubris. *Isaiæ n.* 39.

Iudicialem tubam, etiam qui non sunt, audituri sunt. *Isaiæ n.* 87.

Deus omnium iudex, & testis: homo reus, & testis sui ipsius. *Ieremiæ num.* 138. & 139.

Iudicio vniuersali, etiam ipse Deus se sistere decernit. *Ezechiel n.* 82.

Uniuersalis resurrectio in veteri lege pluries expressa. *Ezechiel n.* 116,

Ad Terram promissionis, vt ad centrum lineæ, omnes homines confluxerunt, & confluxuri sunt. *Ezechiel n.* 120.

Finalis iudicij theatrū in lege veteri descriptum, & adumbratum. *Danielis n.* 90. & *infra* 111.

Omnium conscientiæ in finali iudicio patebunt. *Danielis n.* 91.

Dei iudicia in instanti ab omnibus clarissime videnda. *Osee n.* 23.

Circa vltimum Mundi diem summa certitudo, cum summa incertitudine coniuncta. *Malachiæ n.* 24.

Iudicij vniuersalis dogma à Christo Domino iterū ac sæpe expressum. *Matth. n.* 181.

Ad finale iudicium omnes, nullo dempto, sistendi sunt. *Matth. n.* 316.

In ſupremo Dei tribunali plures perſonæ tum Diuinæ, tum humanæ coniudicãt. *Matth. n.* 332.

Coram Deo Iudice omnis creata perfectio exinanitur. *Matth. n.* 333.

Nullum Deus inauditum iudicat, ad hominum eruditionem. *Marci n.* 176. & 178.

Prolixitas, vel Diuini rigorẽ iudicij exaggerare valet. *Marci n.* 201.

Chriſtus Pilato non habuit ad quid reſponderet; Pilatus, & reliqui iniqui non habebunt Chriſto iudici quid reſpondeant. *Marci n.* 237.

Secundus Chriſti aduentus varijs medijs à Deo prænuntiatus. *Ioan n.* 67.

De accepto talento ratio Deo reddenda. *Ad Titum n.* 2.

Vltimus Mundi dies certiſsimus, etſi non appareat propinquus. *Apoc. n.* 2.

IURISDICTIO: Uide *Poſſeſsio, Iudex.*

ECcleſiaſtica, & ſæcularis poteſtas, non mutuo pugnent, ſed oſculentur, vt vno, & eodem ſpiritu, ſcilicet Diuino, animatę ſint. 1 *Reg. n.* 137.

Circa terrę portiunculas aſsignandas omnis humana verſatur iuriſdictio. *Sapientiæ n.* 27.

Poteſtas Eccleſiaſtica per deſidiam inexercita, eſt quaſi emortua. *Ad Thimot.* 2. *n.* 1.

IVSTITIA. Uide *Arbiter, Iudex.*

IUſtitia inter homines adulterata. *Exod. n.* 42.

Pro viro iuſto iuſtitia, pluſquam alia virtus, interpellanda. 1. *Reg. n.* 299.

In negotijs iuſtitiæ neruo rationis inſiſtendum, à blanditijs adulationibus, alijſque ludricis artibus abſtinendum. 3. *Reg. n.* 18.

Vt regiæ maieſtatis ſplendor omnes illuſtret, à remotionibus eſt incipiendum. 3. *Reg. n.* 29.

Iuſtitiæ ob gratiam non derogare, Chriſti D. doctrina eſt. *Lucæ n.* 64.

IUSTITIA DISTRIBUTIVA: Vide *Rex.*

COnſideratio ætatis in præficiendo, nõ deſpicienda. *Geneſ.* 330.

Annonę diſtributio ſingillatim exercita rixas vitat. *Geneſ. n.* 385.

Sciſio non eſt totalis ablatio, ſed partialis. 1. *Reg. n.* 424.

Militum annona bene ac fideliter expenſa durabilis. 1. *Reg n.* 439.

Donationes regiæ ad iuſtitiæ moderationem regulandæ. 2. *Reg n.* 73.

Præcipua belli adminiſtratio eſt ſtipendiorum prompta, & æqua diſtributio. 2. *Reg n.* 85.

Sic milites manibus agunt ſicut cum ipſis manibus agitur. 2. *Reg. n.* 86.

Omnis fere regalis poteſtas ad pœnam præmiumque deuoluitur. 3. *Reg. n.* 38.

Qui laborem ſubditis imponit, laboris præmium impendat. 3. *Reg. num.* 66. & 67.

A regibus honores, non niſi benemeritis conferendi. *Eſther n.* 45.

Virga iuſtitiæ non ferrea, vt feriat; ſed vt inflexibilis conſiſtat. *Pſalm. n.* 4.

Obligationes iuſtitiæ non ſolum non diſcutiendæ, ſed etiam adimplendæ. *Matth. n.* 260.

Diſtributiuæ iuſtitiæ recta adminiſtratio res ardua, ac perdifficilis. *Act. Apoſt. n.* 44.

IUSTUS: Uide *Sanctus.*

IUſtus non ſibi ſoli, ſed ſuis etiam meretur. *Geneſ. n.* 73.

Iuſtus debet peccatorem ſubſequi, non vt illum imitetur, ſed vt dirigat. *Geneſ. n.* 76.

Iuſtus corpore moritur, non anima. *Geneſ. n.* 181.

Iuſti vitæ dies non dilabuntur, ſed cumulantur. *Geneſ.* 259.

Virtuoſus, etſi grandæuus, puerilem ſimplicitatem conſeruare ſolet. *Geneſ. n.* 261.

Iuſtis proximorum peccata minora apparent, quam re ipſa ſunt. *Geneſ. n.* 405.

Uere bonus ſemper ſe malum exiſtimat. *Geneſ. n.* 410.

Iuſtus ſemper cum virtutum ſuarum aromatibus ſepelitur. *Geneſ. n.* 413.

Iuſtus terrenis impeditus affligitur. *Exod. n.* 14.

In-

Incipientes viam virtutis facilius; quam veterani, deuiant. *Exod. n.* 82.
Qui gratiam Dei inuenit, ius ad faciem ipsius videndam adquirit. *Exod. n.* 254.
Qui omnino dextre operatur singularissimus est; innumerabiles, qui sinistre. *Iudicum n.* 10.
Iustis omnia cooperantur in bonum. *Iudicum n.* 78.
Uir perfectus non proprium commodum & honorem, sed Dei honorem curat. 1. *Reg. n.* 97.
Iusti mors non deploranda. 1. *Reg. n.* 365.
In memoria æterna erit iustus. 1. *Reg. n.* 367.
Suam innocentiam coram Deo euincere viro iusto nil facilius. 2. *Reg. n.* 27.
Respectu hominis iusti appetitus inordinatus peregrinus dicitur. 2. *Reg. n.* 106.
Cor iusti templum Deo patens, ac suaue fumigans. *Esther n.* 69.
Iustus in angustia fortis, & constans iucundum Deo spectaculum. *Iob n.* 60.
Qui cum solida sanctitatis opinione decedunt pie amici Dei existimari, & interpellari possunt. *Iob n.* 67.
Pluuia fœcundans sunt iusti verba. *Iob n.* 165.
Uir iustus nemini adulatur. *Iob n.* 182.
Qui inculpate viuit, liberius loqui potest, & fontes moderate corripere. *Iob num.* 198.
Iustorum pœnalia opera pro salute proximorum exercita, Deo gratissima. *Iob n.* 225.
Pauci omnino iusti. *Psalm. n.* 40.
Qui se iuxta Dei normam regit, rex appellandus. *Psalm. n.* 48.
Grauiori periculo in hoc mundo patere solet iustus, quam peccator. *Psalm. num.* 149.
Lingua iusti clara, pretiosa, & ponderosa. *Prouerb. n.* 30.
Iustus moriens messem copiosam colligit. *Prouerb. n.* 54
Iusti, flores cito á Deo collecti, ne marcescant. *Cantic. Cantic. n.* 20.
Iusti non infusis solum, sed adquisitis etiam donis ornantur. *Ecclesiastici num.* 182.
Iusti, de aliorum virtute multum; de propria nihil, præsumunt. *Daniel n.* 26.
Iustorum naturales defectus, & imperfectiones Deus patienter tolerat. *Ionæ num.* 18.
Propter iustos mali non statim pereunt. *Matth. n.* 223.
Iusti anima Diuini Verbi habitaculum. *Ioan. n.* 10.
Iustus corporaliter infirmari valet; non spiritualiter. *Ioan n.* 112.
Quæ mundo gloria Sanctis Crux, quæ mundo Crux Sanctis gloria esse videntur. *Paul ad Galat. n.* 6.

IVVENTVS: Vide *Vita temporalis, Ætas.*

Pauci sunt, qui de iuuenilis floris marcescentia sibi prospiciant. *Genes. num.* 387.
In illa anni statione, qua flores naturales vernant, flos rationalis solet marcescere. *Genes. n.* 388.
Iuuenes terrena potius quam cœlestia intensius procurant. *Tobiæ n.* 29.
Iuuenes coram senioribus modeste loquãtur. *Iob n.* 188.
Inconstantia iuuenum proprietas. *Iob n.* 189.
Iuuenum loquela plus vanitatis habere solet, quam ratiocinij. *Iob n.* 193.
Garrulum, & omniloquum iuuenem tolerare, vel Iobi patientiam qualificare sufficit. *Iob n.* 197.
Iuuenem de se præsumentem Deus despicit, vt modestiam addiscat. *Iob n.* 224.
In iuuenili ætate non solum caro, sed etiã spiritus coercendus. *Ecclesiastici n.* 10.
Coram senibus iuuenes parce ac moderate loquantur. *Ecclesiastici n.* 20.
Flos decidens iuuentus est. *Isaiæ n.* 88.

LABOR: Uide *Industria.*

IVstorum Deus labores non transcurat. *Genes. n.* 313.
Ob vnum fructuum diem per totum annũ laboratur. *Iudicum n.* 84.
Ob honestos fines licitum est quotidie alicui, etiam ludrico, exercitio operam dare. 1. *Reg. n.* 286.
Non minus intellectus, quam memoria excolendo augetur. *Ecclesiastici n.* 25.

Induſtrie laborans eſt quoddam ens á ſe, & quaſi independens. *Iſaiæ n.* 192.
Labor naturam perficit. *Matth. n.* 151.

LÆTITIA: Vide *Leuitas.*

VNI lętitiæ diei annus mœroris correſpondet. *Iudicum n.* 85.
Nimijs, ac diuturnis impenſis exiqua mundi gaudia comparantur. *Eſther n.* 2.
Mundialia gaudia amaritudinibus ſemper admixta. *Eſther n.* 8.
Temporalis lætitia interiora non penetrat. *Iob n.* 57.
Mundi obiectationes exiguæ, & mœroribus intermixtæ. *Ezechielis n* 18.
Gaudium ſpirituale plenum; reliqua ſemiplena ſunt. *Ep.* 1. *B. Io. Ap. n.* 5.

LASCIBIA: Vide *Luxuria.*

QVI impudice reſpicit, & cęcus, & ſeruus remanet. *Geneſ. num.* 290. & 291.
Luxuriæ delectatio res euanida, & ſomniata. *Geneſ. n.* 292.
Nulli nō moleſta laciuiens femina. *Geneſ. n.* 297.
Laſciuiæ venenum, vel leui tactu, inficere valet. *Geneſ. n.* 304.
Amor laſciuus velociſsime euanidus. *Iudicum n.* 93.
Qui ſenſualitati cedit, ſenſualitate vincitur. *Iudicum n.* 101.
Alibidine obcæcato perperam oculi effodiuntur. *Iudicum n.* 104.
Qui brutalem laſciuiam exercuit, reliqua brutorum munera exerceat. *Iudicum n.* 105.
Libido hoſtis infenſior, vtpote proximior *Iudith n.* 24.
Caput aliquando impurum nunquam iuxta ſe admittendum. *Iudith. n.* 55.
Laſciuia non carnem ſolum, ſed oſſa corrumpit. *Iob n.* 118.
Mulier fornicaria humanæ ſtercus naturę omnes prope accedentes inquinans. *Eccleſiaſtici n.* 27.
Laſciui oculi, & in obiecto falluntur, & in videndi exercitio deficiunt. *Danielis n.* 116.
Choreæ in honeſtæ Deo diſplicentiſsimę. *Amos n.* 8.
Regno vel Reipublicæ, in qua laſciuia viget, ruina approximat. *Amos n.* 10.
Laſciuus amor mentem excœcat, & diſcurſum eliminat. *Matth. n.* 232.

LAVS: Vide *Fama, Adulatio.*

OMnis laus mulieris in domeſtica operatione fundatur. *Iudicum n.* 12.
De inimicis amicos facit oportuna laudatio. *Iudicum n.* 41.
Nimia laus, & præcipue comparatiua, vbique laudato noxia. 1. *Reg. n.* 432.
Diſcipulus magiſtro æqualis æqualiter laudandus. 4 *Reg. n.* 118.
Iuſtorum laudes ad quoſcumque dirigantur, adulatoriæ non ſunt. *Danielis num.* 27.
Qui ſanctos indebite laudat, non extollit; ſed deprimit. *Matth. n.* 37.

LEGATUS: Uide *Mandatum Dei, Miniſter regius.*

MAndatarius ſuperioris mandata rite, & recte exequi debet. 1. *Reg. n.* 238.
Qui alterius perſonam agit, exuit ſuam. 1. *Reg. n.* 310.
Legatis Principum verba mutare, vel variare non licet. 4. *Reg. n.* 4.
Suprema poteſtas non cuilibet ſubdelęganda. 4 *Reg. n.* 63.

LEX: Uide *Index Lis.*

LEgis examinator, & legifragus non differunt. *Geneſ. n.* 42.
Lex violata, lex fracta. *Exod. n.* 224.
Sint leges integræ, vt integre obſeruętur. *Exod. n.* 263.
Lex neminem ex malitia peccare regulariter preſumit. *Leuit. n.* 7.
Quæ interpretationi patet lex fractioni obnoxia eſt. *Numer. n.* 7.
Non ſemper lex prohibitiua ſtrictam admittit interpretationem. *Numer. n.* 8.
Diuina lex auro præferenda. *Deuter. n.* 3.
Moſayca lex per terram duxit; ſed gratiæ lex in cœlum introducit. *Deuter. n.* 13.
Moſayca littera occidit. *Deuter. n.* 14.
Leges ſeuerius pronuntiandæ quam exęquendæ. *Deuter. n.* 32.
Qui legem Diuinam non adimplet tam mente quam corpore cœcus eſt. *Deute. n.* 50.

Legis Diuinæ custodia intellectiuæ capacitatis argumentum est. *Deuter. n.* 51.
Lex non obligat, vsque ad sufficientem sui promulgationem. *Deuter. n.* 52.
Verba legis clara, & dilucida esse debent. *Deuter. n.* 85.
Legales dispositiones æquales omnibus esse debent. *Deuter. n.* 98.
Legum humanarum rigores ad instar Diuinarum emolliendi. *Deuter. n.* 99.
Lex gratiæ succedit Mosayeæ. *Iosuæ num.* 3.
Legum meditatio necessaria principi; vt incumbere possit earum obseruantiæ. *Iosuæ n.* 112.
Lex sine rege quid mortuum, & inane est. *Iudicum n.* 117.
Quod lex Diuina iubet, Deus ipse iubet. *Iudicum n.* 143.
Leges etiam ciuiles à Deo condendæ: & tales populi acceptatione non indigent. 1. *Reg. n.* 157.
Tunc lex efficacissime intimatur, cum rex exemplo præit. 1. *Reg. n.* 161.
Res facta, quasi infecta, donec confirmatio accesserit, reputanda. 1. *Reg. n.* 166.
Qui secundum legem male intellectam operatur, legem non implet. 1. *Reg. n.* 207.
Præscripta legis *custodiæ* appellantur, quia custodiunt custodientem illa. 3. *Reg. n.* 35.
Omnes actiones nostræ ad Diuinæ legis normam dirigibiles. 3. *Reg. n.* 36.
Lex Diuina regibus simpliciter proponenda, & ab ipsis sinceriter obseruanda. 3. *Reg. n.* 37.
Statuta hominum prauorũ aduersus Dei legem inuiolabilius obseruari, & tenatius inhærere solent. *Psalm. n.* 38.
Actio priuata, & sine debita solemnitate, vt leuis, & perfunctoria reputari solet. *Psalm. n.* 79.
Statuta inuiolabilius quam iuramenta ab hominibus obseruari solent. *Psalm. n.* 183.
Leges iniquæ pauperum decipulę. *Isaiæ n.* 32.
Leges municipales obseruantius quam generales custodiri solent. *Ierem. n.* 170.
Ad casum à lege, ex ephychiâ, excipiendum, toto mentis nisu incumbendum. 1. *Machab. n.* 20.
Lex iusta, eo modo quo fieri potest, adimplenda. *Matth. n.* 4. & 5.
Humanæ leges corpora, Christi lex animos componit. *Matth. n.* 199.
Lex Diuina nullum grauat, quia omnes obligat; leges humanę omnes grauant, quia non omnes obligant. *Matth. num.* 201.
Mille effugijs se principes à legum obedientia eximere conantur. *Matth. n.* 227.
Leuiora legis præcepta superstitiose obseruare, & grauiora contemnere Deo displicentissimum. *Matth. n.* 239.
Moysi cathedra vsque ad Christum: Petri cathedra vsque ad mundi finem. *Matth. n.* 312.
Hominum imperfectioni leges ciuiles attemperandę. *Marci n.* 145.
Nec propter sui obsequium leges iustas vult Deus transgressionem pati. *Lucæ n.* 363.

LEX EVANGELICA: Vide *Lex Gratiæ, Lex Diuina.*

IN lege scripta timor amori; in gratiæ lege amor timori præponitur. *Deuter. n.* 45.
Nobis Christianis credita, quæ Iudęis, incredibilia. 2. *Paralip. n.* 29.
Fides Euangelica legalia respuit pecorum sacrificia. *Psalm. n.* 103.
Semen Verbi Dei in mala terra non germinat, in bona centuplum fructificat. *Isaiæ n.* 27.
Non generalia solum, sed individualia etiam Ecclesiæ acta in Isaia leguntur. *Isaiæ n.* 148.
A Christianæ obseruantia legis nullus gradus excipitur. *Isaiæ n.* 176.
Gentium vocatio ab Isaia præuisa. *Isaiæ n.* 181.
Lege Euangelica approximante tubæ Leuiticæ significantius resonare cæperũt. *Machab. 1. n.* 46.
Vetus lex ad bonum ducebat: noua Gratiæ lex, ad perfectum deducit. *Marci n.* 142.

Per viam mandatorum plurimi, per consiliorum, semitam pauci valent incedere. *Lucæ n.* 55.
Dummodo præcepta omnia obseruentur de regulato eadem proferendi ordine, non curandum. *Lucæ n.* 254.
Apostolicam Deus doctrinam sui met honoris defensioni præferre solet. *Lucæ n.* 281.
De necessitate virtutem facere Christi Domini doctrina est. *Ioan. n.* 38.
Quodcunque cœpit, Apostoli, & eorum successores prosequuntur. *Act. Apost. num.* 1.
Euangelica doctrina palam, non clandestine proponenda. *Act. Apost. n.* 41.
Euangelicam impugnare doctrinam vilē conditionem infert. *Act. Apost. n.* 49.
Euangelicæ doctrinæ veritas vel solo visu cognoscibilis. *Act. Apost. n.* 50.

LEX DIVINA.

LEges Diuinæ primos in primis obligant. *Exod. n.* 262.
Ferrea catena regat, quem suaue iugum legis Diuinæ non regit. 4. *Reg. n.* 164.
Lex Diuina onus leuissimum lex peccati onus grauissimum. 2. *Esdræ n.* 26.
Pretium sanguinis humani á regibus nūquam admittendum. *Esther n.* 33.
Exacta Decalogi obseruatio Diuinis auribus dulcis modulatio est. *Psalm num.* 87.
In via legis Diuinæ non standum solum, sed currendum, vel saltem ambulandū. *Psalm. n.* 174.
Uerbum Dei regula firma, & indeficiens. *Baruch n.* 5.
Leges Diuinæ de omnimoda regum conseruatione diligenter curant. *Ezechielis n.* 129.
Diuinæ legis obseruantia corporis, & animæ saluti proficua. *Danielis n.* 9.
Qui Decalogum obseruant decuplo á Deo remunerantur. *Danielis n.* 10.
Lex Diuina vnumquemque in suo gradu collocat, & congruentia attribuit. *Oseæ n.* 13.
Tres leges, maximum Dei erga mundum beneficium, germana diuersitate gaudent. *Michææ n.* 9.
Lex Diuina, temporale cuiusque munus non impedit. *Sophoniæ n.* 7.
Diuinæ legis obseruatores coadiutorem Deum nanciscuntur. *Sophoniæ n.* 8.
Doctrina Diuinæ legis cibus nobis quotidianus esse debet. *Matth. n.* 253.
In Dei lege nullum mandatum est, quod magnum non sit. *Matth. n.* 311.
Leges Dei communes specialiter regibus intimandæ. *Marci n.* 83.
Quintum Decalogi præceptum reliqua omnia transcendit. *Lucæ n.* 255.
Præceptis Diuinis cum suis circumstantijs obtemperandum. *Lucæ n.* 263.
Diuina lex omnes æqualiter obligat. *Lucæ n.* 274.
Qui in via Dei bene ambulant, quamotuus current. *Pl. ad Colos. n.* 2.
Decalogi lex, & homines regit, & regnare facit. *Ep. B. Io. Apost. n.* 11.
Seruorum Dei non exigua præmia sunt ipsa Diuina præcepta. *Apoc. n.* 1.

LEX GRATIÆ: Vide *Lex Euangelica.*

LEgis Gratiæ mysteria prænidens desiderauit Moyses. *Numer. n.* 22.
Lex Gratiæ, & Scripta licet quoad tempus intime coniunctæ, nunquam tamen copulatę 3. *Reg. n.* 7.
In lege Gratiæ natalibus merita præferuntur. 4. *Paralip. n.* 4.
Lex Gratię feminas passiones virili rationi subijcit. *Esther. n.* 16.
Legis Gratię prænuntiata promulgatio. *Isaiæ n.* 10.
Gratiæ legis splendore Moysis vmbra euanescit. *Isaiæ n.* 35.
Gratię legis oleum, & iugum proprium emollit, & Mosaycum iugum corrumpit. *Isaiæ n.* 36.
Testamentum nouum veteris consummatiuum. *Ieremiæ n.* 155.
Lex Gratię, non in lapideis tabulis, sed in hominum cordibus scripta. *Ieremiæ n.* 157.
In Hebræorum á Chaldæis vastatione lex gratiæ adumbrata fuit. *Ieremiæ n.* 206.
Ad legis Gratiæ suaue iugum vnus humerus satis est. *Sophoniæ n.* 6.
Testamentum nouum veteris ex natura sua irritatiuum. *Zachariæ n.* 27.

Lex

Lex Gratię, ad Scriptam ire nequit niſi violenta. *Matth.n.*409.
Gratię lex grauare nequit quoniam ſpiritualis eſt. *Ad Galat n.*5.
LEX VETUS: Vide *Lex Euangelica.*
EXarcæ vectibus colligebatur illam legem non permanſuram. *Exod.n.*164.
Lex antiqua non deducebat cultores ſuos ad perfectum. *Exod.n.*180.
Legis Moſayce profeſſores, niſi per Chriſti fidem, non beanei. *Exod.n.*260.
Sacerdotij Moſayci ſublatio in ipſa illius inſtitutione innuitur. *Leuit.n.*15.
Ceſſationis Moſaycæ fidei euidens argumentum. *Numer.n.*9.
Deum ipſis velate loquutum fuiſſe Hebræi negare nequeunt. *Numer.n.*11.
Lex Moſayca ex ſe non perpetua, ſed tēporalis, & deficiens *Numer.n* 97.
Lex ſcripta in terra gentili á Deo ſepelitur, vt inde legem gratiæ oportuno tēpore ſuſcitaret. *Deuter.n* 113.
Non compatiuntur ſimul lex Moſayca, & lex Euangelica *Ioſue n.*4.
Moſayca lex ſemper fuit obſeruatu difficilis. *Ioſue n* 10.
Lex Moſoyca in Eccleſia quieſcit; & requieſcit. *Ioſue n.*19.
Legalia Sacramenta cum Euangelicis incompatibilia. *Ioſue n.*27.
Typus Synagogæ vagus: Typus Eccleſiæ ſtabilis: 2. *Paralip.n.*17.
Nil infectum omiſit Deus, vt breuis ſynagogæ duratio omnibus pateret. 2. *Paralip.n.*23.
Legis Moſaycæ ariditas, tum indeſerto, tum pluries alibi inſinuata. *Iuduh n.*19.
Lex Moſayca reſpectu Euangelicæ, non ſolum vmbratilis, ſed nocturna. *Ieremiæ n.*117.
In lege veteri etiam actus boni aliquali imperfectione non carebant. *Matth.n.*150.
Cum Chriſti paſsione Hebræorum fides nutare incœpit. *Matth.n.*395.
Coram ſummo legis Gratiæ ſacerdote ſacerdotium vetus abrumpitur. *Matth. n.*402.
Moſaycæ legis ſacramenta egena. *Marci n.*40.
Veteris legis Dictator Deus, Moyſes ſcriptor. *Marci n.*146.
Vetus lex coram Gratiæ lege obmutuit. *Lucæ n.*2.
Lex Moſayca ducebat, ſed ad perfectum non (ſicut lex Gratiæ) perducebat. *Ioan. n.*49.
Moyſi Fides Petri Fidei ſubordinata. *Ioan. n.*158.
Moſaycum Pontificium cum Petri Pontificio incompatibile. *Ioan.n* 163.
Lex Moſayca pro præceptorum varietate diuerſa nomina ſortitur. *Ad Rom.n.*5.

LIBERALITAS: Vide *Beneficium, Gratitudo.*
LIberalitas non de alienis; ſed de propijs laudabiliter exercetur. *Geneſ. n.*101.
Eximie liberalis præter receptricem manum nihil curat. *Geneſ n.*208.
Eximie liberalis gratulabundam vocem ab accipiente manu vult eſſe diuersā. *Geneſ.n.*209.
Eximie liberalitati, tam gratitudo, quam ingratitudo nocet. *Geneſ.n.*248.
Qui parum dilecto dat, non lętus, ſed mœſtus dat. 1. *Reg.n.*6.
Virtus regia *liberalitas.* 1. *Reg.n.*118.
Victoria Deo digna, homines ad liberalitatem inducere. 1. *Paralip n.*79
Rara inter homines omnino dulcis liberalitas. *Habacuc n.*7.
Vere liberales munera ſua non iactant. *Matth n.*24.
Amplius in liberalitatis, quam in iuſtitiæ exercitio elargienti licet. *Matth.num.* 324.
In panis fractione quis quiſque ſit dignoſci poteſt. *Luca n.*369.

LIBERALIS.
VEre liberalis ſub exiguo nomine multa, & magna donat. *Geneſ.n.*134.
Liberalis terminis diminuentibus ad ſua munera explicanda vtitur. 1. *Reg.num.* 230.
Qui ſcit eſſe liberalis proportionat munera remunerando. 1. *Reg.n.*231.
Eſſe magnum non eſt idem, ac eſſe magnanimum. 1. *Reg n.*369.

Liberales viri sunt quidam placidi hostes, ac benigni latrones, *Prouerb. n.* 82.

Qui hilariter non dat, non libere, sed violenter dat. *Ecclesiastici n.* 68.

Princeps, sit quidem naturaliter, sed cum rationali discretione beneficus. *Lucæ n.* 119.

LIBERTAS: Vide *Dominium, Seruitus.*

QUI alium à seruitute liberat solus iure *suum* appellare potest. *Exod. n.* 208.

Suspensio inter cœlum, & terram indifferentiam prædestinationis indicat. 2. *Reg n.* 243.

Deus libertati hominum nunquam derogat. 2. *Paralip. n.* 28.

Dæmon ipse nostri libertatis arbitrij efficax argumentum. *Iob n.* 33.

In manu hominis posita est qualitas vitæ, non quantitas *Iob n.* 203.

Unicuique liberum ac facibile bene agere, & consequenter saluari. *Ezechielis n.* 110.

Liberi arbitrij humani cooperatio vtique saluti confert. *Marci n.* 73.

Illa proprie rationalis vita, in qua libere operari licet. *Lucæ n.* 240.

Dei præscientia humanæ libertati nullo modo officit. *Lucæ n.* 318.

Salus animæ absque Sanandi cooperatione non perficitur. *Ioan. n.* 56.

Vt passio Christi nobis proficiat cooperatione nostra opus est. *Ioan. n.* 199.

Conscientiæ per fidem Christi non regulatæ libertas præcipitium est. *Fp.* 1. *B. Pe. Apost. n.* 3.

LIBERTAS CHRISTIANA.

HEbraicum iugum in Christianam libertatem commutandum Isaac cœcutiens clare vidit; Hebræi obstinatissime cœci videre nolunt. *Genes. n.* 213.

Ditiones Christianæ, & templorum amplitudo prænuntiata *Isaiæ n* 179.

Christianismum Hebraismo subiectum Fides Petri non recognoscit. *Ioan. num.* 166.

Christiana modestia inferiores superioribus quandoque præfert. *Act. Ap. n.* 51. & 119.

Christiana conuersatio sale modestiæ comitatis, non vrentis mordacitatis condiri debet. *Ad Colos. n.* 10.

LIS: Vide *Accusatio, Iudex.*

LItes multam substantiam insumunt. *Exod n.* 154.

Lis forensis horologium quoddam est. *Prouerb n.* 35.

Qui de suæ iustitia causæ diffidit omnia clamoribus confundit *Isaiæ n* 15.

Subditorum negotia, & lites non voluptuose; sed studiose examinandæ sunt, & resoluendæ. 2. *Machab. n.* 10.

Maluit Christus, in quantum homo, Israelitico sceptro carere, quam ius sum ad illud litigare. *Matth. n.* 263.

Ob molestias litigiorum euitandas, vel indebita, ex consilio Christi Domini, exhibenda. *Matth n.* 269. *& sup.* 5. *num.* 88.

Legitima testificatio causam definit. *Ioan. n.* 81. *&* 82.

Homines generaliter litigiosi, & ceruicosi à tribunalibus eliminandi. *Act. Apost. n.* 107.

Ciuiles belligerationes Martis litibus solent esse graviores, & Christianæ sinceritati nocentiores. *Ep. B. Ia. Apost. n.* 26.

LITTERÆ: Vide *Sacra Scriptura, Sapientia Sapiens.*

DEus, & litteras, & litteri honorare solet. *Genes. n.* 125.

Idioma Hebraicum ceteris significantius. *Ecclesiastici n.* 1.

Prolixę epistolæ libri nuncupandæ. *Isaiæ n.* 128.

Speculatiuum studium amaritudinibus abundat, *Ierem. n.* 147.

Litterarum dignitas vsque ad Deitatis solium à Deo exollitur. *Apocal. n.* 42.

LOQVAX: Vide *Loquela.*

LIngua potens manibus tacere solet. *Iudicum n.* 52.

Fallax loquacitas mulliebris proprietas. *Iudicum n.* 66.

Quem extrema calamitas non atterit, indiscreta loquela obtundit. *Iob num.* 103.

Qui

Qui verba irrisoria, aut insubstantialia effutit, labijs tantum loquitur. *Psalm. n.* 51.

Os multiloquum, & cærebrum euaporare, & cruinenâ euacuare solet. *Prouerb. n.* 53.

Qui lingua pollet, manu deficit. *Ecclesiastici n.* 8.

Verba ante prolationem non consideranda solum, sed castiganda sunt. *Ecclesiastici n.* 12.

Fatui lingua semper extra rationem est ad uerba parturienda, *Ecclesiastici n.* 77.

Fatuum diu audire, onus incomportabile. *Ecclesiastici n.* 91.

A facilioribus est incipiendum. *Danielis post n.* 1.

Qui sine scientia loquuntur, non ratiocinantur, sed effutiunt. *Danielis n.* 3.

Qui de Grammaticali arte præsumunt rerum medullam, non penetrant. *Danielis n.* 15.

Lingua grauius in inferno præ ceteris membris torqueri solet. *Ep. B. Iac. Ap. n.* 21.

Uniuersitas iniquitatis lingua tormentorum vniuersitate promouetur. *Ep. B Iac. Ap. n.* 22.

Lingua prana humani membri decore indigna. *Ep. B Iac. Apost. n.* 23.

Lingua maledica non solum inferni igne torquetur, sed mouetur. *Ep. B. Iac. Apost. n.* 24.

LOQUACITAS FEMINEA.

MUliebre silentium mortis signum: prius enim ipsis deficiet vita, quam responsa, *Iudicum n.* 135.

Femineum fletum compescere, linguam que frenare vtrumque difficile. *Tobiæ n.* 43.

Vocalis virtus feminei sexus prædominium. *Marci n.* 86.

Verbalitas insipientiæ soror, vel sequela. *Lucæ n.* 73.

Imperfectis feminis loquela solatium est; pijs, ac religiosis silentium. *Lucæ n.* 364.

LOQUELA: Vide Loquax.

LOquendi modi vbique varij, & variabiles. *Ecclesiastici n.* 141.

Linguâ bona, vel mala condigne Deus homines remunerare solet. *Ecclesiastici n.* 191.

Cum surdis clamitosa loquelâ agendum. *Ieremiæ n.* 8.

Qui non à se, sed ab alio loquitur, non author, sed relator appellandus. *Danielis n.* 31.

Sermo, quem ratio non approbat, irrationalis est. 1. *Machabæo. n.* 6.

Lingua, quam Deus soluit, omnimodo recte loquitur. *Marci n.* 120.

Non tam verba, quam verborum sensus attendendus. *Ioan. n.* 16.

Narratio neruo rationis carens, loquela, non sermo est. *Ioan. n.* 46.

Uerba, etsi Diuina, transeunt; opera vero permanent. *Ioan. n.* 61.

Instrumentaliter loquitur, qui supra captum suum verba pronuntiat. *Ioan. num.* 130.

LVMEN GLORIÆ: Vide *Beatitudo.*

LUmen supernaturale spiritum humanum noua vita illustrat. *Ezechielis nu.* 13.

Cui lux superna deficit, supernaturalia nõ percipit. *Ioan. n.* 35.

Lumen Gloriæ claritas indeficiens. *Ep. B. Ioa. Ap. n* 6.

LUX MATERIALIS: Vide *Sol, Stellæ.*

LUX materialis luminis spiritualis symbolum. *Iob n* 201.

Lucis, & tenebrarum contrarij fructus, & effectus. *P. ad Ephes. n.* 4.

LVXURIA: Vide *Amor inordinatus, Adulterium, Incæstus.*

UBI enormissima grassatur luxuria non solum multa mala causat, sed multis etiam bonis priuat. *Genes. num.* 154.

Luxuria, & petulantia de maioratu certant. *Genes n.* 252.

Qui cum scorto turpiter se commiscet omnia bona tam animæ, quam corporis amittit, & prodigit. *Genes. num.* 286.

Nobilis qui luxuria fœdatur in plebeium degenerat. *Numer. n.* 75. & 76.

Omnis luxurię ſpecies reipublicæ valde nociua. *Deuter. n.* 77.
Luxuria in feminis ſicut in radice profligãda. *Deuter. n.* 78.
Mirum, apud meretricem quieſcere. *Ioſue n.* 18.
Mulier, quæ coniugalem torum deſerit, in honeſtis toris ſe exponit. *Iudicum n.* 132.
Honeſta femina ſenſuali ludibrio expoſita lethalem incutrit verecundiam. *Iudicum n.* 133.
In materia luxuriæ occaſio proxima, & commiſsio pro eodem habenda, 2. *Reg. n.* 126.
Concupiſcentię ignis elementari vehementior. 2. *Reg. n.* 127.
In re venerea muliebris diſſenſio cum aſſenſu confundi ſolet. 2. *Reg. n.* 130. & 131.
In laſciuo corde contradictoria ſimultanea. 2. *Reg. n.* 134.
Concupiſcentia carnalis cum odio formali compoſsibilis. 2. *Reg. n.* 135.
Muliebris concupiſcentia virilem ſolet vincere petulantiam. 2. *Reg. n.* 138.
Ubi concupiſcentiæ incendium adeſt, cinis non deeſt. 2. *Reg. n.* 145.
Qui oculos in caute aperit, libidinis per ipſos venenum hauriet. *Iob n.* 174.
Luxuria omnem hominis ſubſtantiam abſumit. *Pſalm. n* 126.
Senſuales voluptates ſomnia ſunt. *Sapientiæ n.* 18.
Paſsiones ſenſuales perperam mundani ſpiritualizare intendunt. *Eccleſiaſtici n.* 9.
Luxuriæ delectatio breuis, & vitæ abreuiatrix *Eccleſiaſtici n.* 45 & 59.
Concupiſcentiæ ignis humanam terram in cinerem redigit. *Eccleſiaſtici n.* 66.
Peccata carnalia volutabra ſpurcida. *Eccleſiaſtici n.* 102.
Qui carnaliter viuunt ſenſu polent, animæ potentijs carere videntur. *Baruch n.* 4.
Senſualis concupiſcentia *vulneris, doloris, erubeſcentiæ*, aliorumque ſimilium mater. *Danielis n.* 114.
Luxuriæ ardor ſpatium luxurioſo conterminum adurit. *Danielis n.* 115.
Peccata præcipue carnalia, & incœſtuoſa ſuos cõmittentes demergunt, ac ſuffocant. *Oſee n.* 9.
Vitia ſenſualia, & animam fœdant, & corpus corrumpunt. *Ioelis n.* 3.
Morbis carnalibus ſtatim occurrendum. *Matth. n* 152.
Luxuriantes, & ſuperbos Deus alonge videt. *Marci n.* 171.
Luxuriæ ignis omnem cuiuſuis generis ſubſtantiam abſumit. *Lucæ num.* 206.
In luxuria cetera vitia incluſſa. *Ioan. num.* 42.
Luxuriæ fœtor cum virginitatis odore incompoſsibilis. *Ioan. n.* 80.
Aliæ paſsiones humanæ reſiſtendo, luxuria fugiendo vincitur. *Ad Cor.* 1. *n.* 8.
Indigniſsimum eſt luxuria fœdari corpus quod glorificari ſperat. *Ad Col. n.* 7.
Plurimorum radix malorum luxuria eſt. *B. Iudæ Ap. n.* 4
Luxurioſi non maculati ſolum, ſed etiam maculæ. *B Iudæ Ap n.* 5.

MACHIABELISMUS: Vide *Politica ars. Pſeudopolitica.*

CAcopoliticus, & infidelis ſimiles. 1. *Reg n.* 102.
Machiabelica duplicitas non facit regnum florere, ſed perire. 3. *Reg. n.* 88.
Plus nocet princeps interne malus quam externe peſsimus. *Iob n.* 199.
Qui ambitioſe dominari intendit, non ſui exaltationem, ſed ſubditorum depreſſionem quęrit. 2. *Machab. n.* 15.

MALVM: Vide *Maleſactor. Damnum.*

MAlum non ſemper contagioſum. *Geneſ. n.* 15.
Mala nunquam ſatiant. *Exod n.* 203.
Qui calamitatibus tẽporalibus vti ſciũt, ad ſpiritualem vitam multũ proficiunt. *Iudicum n.* 20.
Ab aquis fluminis tranſeuntibus miſeri ſolatium capiunt *Ezechielis n.* 2.
Malum præſens oculis prophetatur. *Ezechielis n.* 98.

MALEDICTIO: Vide *Censuræ Ecclesiasticæ.*

A maledictione inefficaci, & inualida timendum, quid ad efficaci, & iusta, *Numer. n.* 50. 61.

Instrumento, quo Deus ad benedicendū aliquando vsurus est nemini ad maledicendum vti licet. *Numer. n.* 56.

Omnia armorum genera superſunt, cui maledictiones euibrandæ ſuppetunt. *Numer. n.* 60.

Maledictionem audire, vel dæmoni intolerabile. *Iob n.* 15.

Maledici elingues dicuntur, quia linguam iaciunt. *Iſaiæ n.* 188.

MALEFACTOR: Vide *Malum.*

MAlefactor etiam cum alterum accuſat, ſe ipſum prodit. *Geneſ. n.* 303.

Qui male agunt, ſuis met verbis implicātur. *Geneſ. n.* 336.

Damnum irroganti, quam ei, inquem irrogatur, durius *Geneſ. n.* 367.

Malignis cogitatio mali, & executio proeod ēm ſunt. *Geneſ. n.* 404.

Qui dæmonem præceptorem habet, ſciet ſolum malefacere. *Exod. n.* 62.

Qui male agit odit lucem. *Iudicum n.* 92.

Vitioſorum bona incompleta: mala completa eſſe ſolent. 1. *Reg. n.* 36.

Qui poſt vitium vadit, non incedit, ſed declinat. 1. *Reg. n.* 95.

In aulis principum per immodicas laudes enormiter noceri ſolet. 1. *Reg. n.* 223.

Qui lapides ad alios colligit, nō tam alijs, quam ſibi colligit. 1. *Reg. n.* 259.

Homo iniquus proximum etiam excuſando accuſat. 1. *Reg. n.* 317.

In iuſte perſequens perſecutum perſequēdo coronat, 1. *Reg. n.* 354. & 355.

Qui aliquem ſpoliare intendit ne interim ab alio expolietur diligenter caueat. 1. *Reg. n.* 383.

Malignum â perſecutione bonorum ceſare idem eſt, ac deſperare. 1 *Reg. n.* 418.

In magos, & hariolos grauiſsime animaduertendum. 1. *Reg. n.* 420.

Imperfecti alienis defectibus opperiunt ſuos. 2. *Reg. n.* 2.

Vno mulctato delinquente participes eiuſdem criminis mulctari debent. 2. *Reg. n.* 29.

Enormiſsimi ſceleris commiſsio quandoque ad credibilitatem repetenda. 2. *Reg. n.* 35.

Qui in occiſsum vltra deſæuit ſcelus nouum committit. 2. *Reg. n.* 36.

Sceleſtus in omnibus membris ſceleris aggreſoribus puniendus. 2. *Reg. n.* 37.

Crudelius agit, qui alteri vitam ignominioſam, quam qui generoſam mortem procurat. 2. *Reg. n.* 87.

Animus irrequietus, & factioſus per ſcintillam proprie ſignificatur. 2. *Reg. num.* 154.

Fratricidium, vel elegantiſsimam formā deturpat. 2. *Reg. n.* 166.

Iniqui in mortis genere aſsimilari ſolent. 2. *Reg. n.* 224.

Malus mauult ſe occidere, quam boni principis clementiam experiri. 2. *Reg. n.* 225.

Subditorum ſcelera manus regias armāt, ad vindictam. 3. *Reg. n.* 57.

Impij manus contra ipſum. 3. *Reg num.* 134.

Plures mali paucos bonos ſolent, cōrūpere. 3. *Reg. n.* 207.

Qui male agit odit lucem. 2. *Paralip. num* 141.

Maleficæ artes vel regem in ſeruum tranſferunt. 2. *Paralip. n.* 160.

Sons inſontis necem quærens ſuam inuenit. *Eſther n.* 44.

Qui ſubdito fideli nocet regi ipſi nocet. *Eſther n.* 57. & 58.

Qui citiſsime quantum poteſt nocet, pie crudelis eſt. *Iob n.* 24.

Iniquis inſtrumenta ad nocendum nunquam deſunt. *Iob n.* 159.

In inſontem malignus ictum errare ſolet, quia illum in obſcuro ſagittat. *Pſalm. n.* 32.

Qui iuſtum non ſolum vſque ad mortem, ſed etiam poſt mortem proſequuntur iniquiſsimi ſunt. *Pſalmorum num.* 191.

Malefactores, & iniqui iuſtitiam hominū tranſcurant. *Prouerb. n.* 106.

Malefactores nimium rustice laborant, vt copiosam damnorum messem sibi colligant. *Ecclesiastici n.* 18.

Delinquentis punitio delicti deletio est. *Ecclesiastici n.* 111.

Qui iniqua faciunt, vt pompatice incedant, non feruntur, sed trahuntur. *Isaiæ n.* 17.

Scelerum perpetrationem res, etiam inanimatæ erubescunt. *Isaiæ n.* 73.

Qui impinguat, vt occidat, hostis, non amicus est. *Ieremiæ n.* 31.

Ex malefactis, nec mundialis gloria resultat. *Ieremiæ n.* 52.

Prauę celeratorum cogitationes pro operibus reputandæ. *Ieremiæ n.* 89.

Praui Christiani in bruta degenerant. *Ieremiæ n.* 152.

Prauorum pedes in terrâ non consistunt sed lubricant. *Tren. Ieremiæ n.* 40.

Beneficientiam, & honestum laborem impedire, iram Diuinam prouocat. *Marci n.* 30.

Malignus ex ędificationis materia abutitur ad dissipationem. *Marci n.* 71.

Una eademque, in ordine ad malefaciendum, prauorum mens. *Lucæ n.* 288.

Nocturnum prauorum lumen cœleste querit, vt extinguat. *Ioan. n.* 156.

Iniqui quem dedecorate intendunt condecorant. *Act Apost. n.* 121.

MALORUM CONCORDANTIA.

MAli in eo indiscrepanter conueniunt nempe, vt iusto noceant. *Geneseos n.* 280.

Malus mali vestigia præmit, præcipitia non curat. 3. *Reg. n.* 8.

Plurium peccantium concordia bonos prævaricare facit. 2. *Paralip. n.* 93.

A funesto paradisi ligno reliqua surditatem influere videntur. *Ieremiæ n.* 20.

Cum consuetudo sit altera Natura ijsdem peccatis assueti naturali vinculo inter se irretiuntur. *Ezechielis n.* 64.

In militum stationes Christus non ad cultum, sed ad crucem venire solet. *Matth. n.* 418. & 419.

Pessimorum voluntates ad nocendum solum coadunatæ. *Lucæ n.* 355.

Comparatiue ad pessimos malorum malitia disparet. *Ioan. n.* 79.

MANDATUM DEI: Vide *Lex Diuina.*

EXpressa Dei mandata omnem excludunt somnolentiam. *Geneseos n.* 172.

MARE.

NAuigationis periculà nullus, nisi expertus, percipit. *Ecclesiastici n.* 177.

Olim maris itinerum terminus, nunc magnetis ope, tanquam terra teritur. *Ecclesiastici n.* 178.

Mare Prouinciarum definitiuus diuisor. *Ecclesiastici n.* 179.

Qui mari dominatur, vniuerso orbi dominari existimat. *Ezechielis n.* 103.

MARIÆ PVLCHRITVDO.

MAriani symboli pulchritudo non corporis, sed mentis oculis contemplanda. *Geneseos n.* 95.

Mariæ pulchritudo limitatione indiget, vt in creaturarū ordine remaneat. *Cantic. Cantic n.* 5.

Christo, & Mariæ sepulchrales vestes, non ad corruptionem contegendam, sed ad sacratissima corpora exornanda deseruierunt. *Esther n.* 75.

MARIÆ VIRGINIS CELSITUDO.

MArianæ terræ celsitudinē solus Deus demonstrare potest. *Geneseos n.* 94.

In Christi, & Mariæ typo, nil alterius, quam Diuini iuris reperitur. 1. *Paralip. n.* 61.

Maria apud æternum Regem perpetua mediatrix. *Esther n.* 73.

Maria in sui ad æternam vitam reuocatione Filium imitata. *Esther n.* 74.

Gloria Deiparę de cōdigno debita. *Esther n.* 76.

Deipara vtraque natura in cœlum conscendens vtramque naturam comitem nacta fuit. *Esther n.* 77.

Deipara gloriæ dotibus adornata, non propria, sed filij sui virtute cœlū conscendit. *Esther n.* 78.

Amplissimo Deipara comitatu cœlum ingressa. *Esther n.* 79.

Dei-

Deipara creationis iure ipsi à Deo communicato, omnium creaturarum domina compellanda. *Esther n.* 80.

Deiparæ gloriosa vestis naturali impulsu humanas protegit creaturas. *Esther n.* 81.

Mariæ iam glorificatę pericula nostra ineffabilis timoris causa sunt. *Esther n.* 83. & 84.

Nulli creaturæ respectu Deiparæ superioritas, vel nominalis solum, concedenda. *Esther n.* 85.

Deipara pro suis clientulis non dubitat Deo ineffabili quoddammodo repugnare. *Esther n.* 86.

Ut vnica Deiparæ perfectio, vt cuique explicetur, non indiuidua vnius speciei; sed tota indiuiduorum species assumenda. *Cantic. Cantic. n.* 6.

Speciali Deiparæ obsequio, & seruitio deputandus omnigena mentis, & corporis nobilitate adornari debet. *Matth. n.* 11.

Cum Deipara, vel Ioseph ipse, in omni perfectionis genere incomparabilis. *Lucæ n.* 33.

Coram Deipara ex ordine creato supponit nemo. *Lucæ n.* 34.

Deiparæ gratia omnium aliarum gratias creaturarum infinite excedit. *Ad Rom. n.* 4.

MARTYRIUM.

IN templo gloriæ tunsio, & dolatio lapidum non audiuntur, omnia hæc in vitæ præsentis officinis peraguntur. 3. *Reg. n.* 75.

Tormenta martyrum sunt ornamenta cœlorum. 3. *Reg. n.* 77.

Rex pius, ac religionis restitutor martyrio coronari dignus. 4. *Reg. n.* 159.

Nulla suauior quam martyrum mors. *Sapientiæ n.* 16.

Martyrum casus ipsorum magna exaltatio est. *Danielis n.* 105.

Cum Christo patitur, qui pro Christo patitur. *Matth. n.* 371.

Qui propter Christum patitur, Christum glorificat, & se coronat. *Matth. num.* 372.

Pro Christo vitam prodigentium dulcis mors. *Marcin.* 130.

Cum in aliquo tormento Fidelis Christo compatitur, non ipsi tormentum, sed leuamen, & triumphus est. *Ioan n.* 180.

Amariora Martyrum tormēta ipsis à Deo dulcorata. *Ad Hebræ. n.* 10

Veteris legis martyribus Christus velatus; nouæ vero legis martyribus reuelatus apparuit. *Ad Hebræ n.* 11.

Pro Christo pati iustorum gloria. *Apoc. n.* 3.

Fortissimi Christi athletæ non Martyrio, sed Martyrij dilatione tribulantur. *Apoc. n.* 12.

Tormenta Martyrum ad gloriæ conspectum euanescunt. *Apoc n.* 37.

Plurimorum Martyrum vnum; idemque desiderium. *Apoc n.* 38.

MATER: Vide *Parentes.*

MAter vita naturali priuari potest, dilectis filijs priuari non potest. *Genes. n.* 359.

Patturientis dolores inferni doloribus comparabiles. *Isaiæ n.* 40.

Matris viduæ sors filij morte miserabilior *Lucæ n.* 87.

MATRIMONIVM.

MAtrimonij vinculum non solum sotietatem causat, sed etiam vnitatem. *Genes. n.* 109.

Coniugatos prouectæ ætatis licitis voluptatibus renuntiare, laudabile est, & honestum. *Genes. n.* 140.

Matrimonium initurus omnia singillatim scrutetur. *Genes. n.* 187.

Connubia fidelium cum infidelibus semper debent esse suspecta. *Genes. n.* 214.

Qui matrimonium cuiratus init naturę illusor appellandus. *Genes n.* 299.

Nuptijs acquiritur Domicilium *Exod. n.* 28.

Coniugata femina respectu omnium prę ter virum suum, tamquam Virgo suspicienda. *Numer. n.* 4.

Magnā rem facit, qui filias nubiles nuptui tradit. *Iudicum n.* 63.

Uxoris nomine indigna, in qua voluptas non voluntas prævalet. *Iudicum n.* 128.

Matrimonij honestati etiam vocaliter attendendum. *Iudicum n.* 129.
Illustrem feminam viro pauperi nuptui tradere, non est illum præmio, sed pœna afficere. 1. *Reg. n.* 239.
Impedimentum affinitatis in sacro textu fundamentum habet. 2. *Reg. n.* 276.
Femina, quæ coniugalem torū etiam violenta violauit, tanquam marito orbatam deinceps se gerat. 2. *Reg n.* 281.
Matrimonij identitas sensuum communionem efficit. 4. *Reg. n.* 67.
Bonorum coniugum nō solum sensa, sed etiam sensus communes sunt. *Tobiæ n.* 40.
Substantia cum onere vxoris potius grauat quam ditat *Tobiæ n.* 54.
Quæ secundas nuptias, non respuit á quū plurimis non resistet. *Tobiæ n.* 60.
Hebræorum nuptiæ *humanæ*, Christianorum *Diuinæ* vocari possunt. *Tobiæ num.* 61.
Coniugalis perfectio vitæ ad præcepta quinque reducitur. *Tob n.* 66.
Matrimonium à Deo primum ordinatū, & postea exaltatum. *Prouerb. n* 5.
Coniugum ad inuicem separatio abscisio est. *Ecclesiastici n.* 108.
Connubia populum iucundant, & fœcūdant. *Baruch n.* 7.
Fidelium cum infidelibus connubia Deo displicentissima. *Malachiæ n.* 16.
Coniugatorum summa conformitas, tam interna, quam externa commendatur. *Malachiæ n.* 18.
Coniugalis amor reliquis præstat. *Marci n.* 207.
Uxoratus voluntatis suæ absolutus dominus non est. *Lucæ n.* 196.
Nuptiæ corruptioni succesiua germanitate adhærent. *Lucæ n.* 290.
Charissima, & honestissima coniugum inter se conuersatio esse debet. *Ioannis n.* 29.

MEDICUS: Uide *Ægritudo.*

MEdici nusquam gratis curam infirmorum egere. *Exod n.* 149.
Boni medici honorifice tractandi, & compellandi. *Tobiæ n.* 15.
Nulla creatura inordine ad hominis seruitium inutilis, *Tobiæ n.* 46.
Non omnia, quę medicinalia proclamantur medicinalia sunt. *Tobiæ n.* 47.
Galenus dat opes. *Tobiæ n.* 49.
Medicinę Angelicæ infallibiles. *Tobiæ n.* 52.
Potior Medicinæ pars præseruatiua est. *Tobiæ n.* 84.
Professorum medicinę insufficientia certitudini artis derogat. *Sapientiæ n.* 9.
Medicamentum crudele á tali nomine exterminandum. *Sapientiæ n.* 11.
Languor prolixus medicum censu, & cēsura grauat. *Ecclesiastici n.* 31.
Incidentia medicamenta proficua. *Ecclesiastici n.* 32.
Potior medicinæ pars, præseruatiua. *Ecclesiastici n.* 69.
Manus medici peccatorum supplicium. *Ecclesiastici n.* 156.
Ægrotantis indispositio medenti non debet imputari. *Matth. n.* 258.
Valde diuersimode Diuinus medicus, & humanus febricitantis manum apprehendunt. *Marci n.* 16.
Pro medicorum numero augentur, vel minuuntur passiones ægrotantium. *Marci n* 58.
Per antiquum est Galenum stipendiarias opes ministrare. *Lucæ n.* 110.
Medicorum inertia, & imperitia facultati suæ derogat. *Lucæ n.* 111.

MEMORIA: Vide *Fama.*

FIlij parentum memoriæ neglectores. *Genes. n.* 196.
Metrica compositio facilius addiscitur, & tenacius memorię adhæret. *Threnorum n.* 2.

MENDACIUM: Vide *Fraus, Testis.*

FEmina nobilis semel in mendacio deprehensa debet semper velo roboris occludi. *Genes n.* 159.
Mendacium solum vox est mente carens. *Exod n.* 152.
Turpius quodammodo est in faciem honesti viri mendacium obijcere, quam sacrilegium. *Exod. n.* 228.

Ini-

Iniquis mendacij aulici ministri solent apud Principem bonos subditos diffamare. *Numer. n.* 51.
Fallax, ipsa veritate fallit. 2. *Reg. n.* 119.
Mendacium *genus* est peccata reliqua transcendens. *Psalm. n.* 120.
Qui mentiri assuerunt à testificatione repellendus. *Prouerb. n.* 36.
Testis mendax omnibus nocens. *Prouerb. n.* 37.
Deceptor plus se quam alium decipit. *Ecclesiastes n.* 34.
Mentiendi exercitium in mendacij magisterium excrescit. *Ieremiæ n.* 43.
Qui in conuiuijs negotia politica tractant, & expediunt, mendacij ferculum deuorant. *Danielis n.* 102.
Cuius opera verbis non consonant, Christum non confitetur, sed negat. *Lucæ n.* 326.

MERITVM: Vide *Satisfactio.*

ABique superiori adiuuante manu meritorum pennæ non volitant. *Ezechielis n.* 10.
Viatoris meritum cum vitæ itinere terminatur. *Matth. n.* 284.
In vita temporali meritum, in morte subsequitur stipendium. *Ioan. n.* 90. & 91.

METUS: Vide *Timor.*

METus monstra solet confingere. *Numer. n.* 32.

MILES STRENUUS.

REges non *seruos*, sed *socios*, strenuos milites reputant. *Iosuæ n.* 43.
Strenuus miles amplius de suis facinoribus, quam de suis natalibus gloriatur. *Iudicum n.* 32.
Bonorum militum exiguus numerus cum gregarijs militibus pené innumeris non confunditur. 1. *Reg. n.* 197.
Qui ad bellum recensentur, se ad occisionem recenseri existiment. 1. *Reg. num.* 198.
Ardua aggredientibus prius tentare oportet, quam se prorripere. 1. *Reg. n.* 252.
Generosus miles ad nullum armorum genus se ineptum reputat. 1. *Reg. n.* 255.
Generosus miles conflictus approximatione non turbatur. 1. *Reg. n.* 257.
Strenuus miles sibi ipsi nobilissima progenies. 1. *Reg. n.* 275.
Cum de individui generositate constat ipsius progenies solum remanet inuestiganda. 1. *Reg. n.* 277.
Strenuo militi primi debentur honores. 1. *Reg. n.* 294.
Strenui duces de mensa regum suorum comedant, & vel regum filij ipsis deferant. 1. *Reg. n.* 315.
Strenuus miles, vel apluribus inæqualis valoris comitatus, incomitatus, & solus est dicendus. 1. *Reg. n.* 324.
Strenuus dux suos subditos non tam viribus, quam vi verborum, & rationum coerceat. 1. *Reg. n.* 358. & 359.
Strenui ducis prima cura commeatus abundans. 1. *Reg. n.* 382.
Milites satis boni dici debent, si amicis nõ noceant. 1 *Reg.* 386.
Per facinorum commemorationem strenuus militis gratia conquiritur. 1. *Reg. n.* 394.
Miles sub cuiuscumque manu militet, regi solum suo seruit. 1. *Reg. n.* 437.
Vulgarium militum est fugere; strenuorum vero in bello occumbere. 2 *Reg. n.* 3.
Nuntiatio à milite fugitiuo incerta. 2. *Reg. n.* 4.
Vulgares strenui ducis milites solertioribus aliorum militibus præualere solent. 2. *Reg. n.* 9.
Strenuissimus miles pro agmine integro computandus. 2. *Reg. n.* 10.
Strenus dux qui milites ducit, & post bellum bene gestum incolumes reducit. 2. *Reg. n.* 41.
Bonus miles nunquam militare desinit. 2. *Reg. n.* 91.
Pluribus ex causis ploratus, etiam fortissimis viris, indecorus non est. 2. *Reg. n.* 196.
In strenuo duce negligentia circa alimoniam militum non præsumitur. 2. *Reg. n.* 234.
Robore præditi frequenter taciturni esse solent. 1. *Paralip n.* 17.
In magnis nominibus magna facinora virtualiter inclusa latent. *Sapientiæ n.* 44.

Mi-

Milites contra belli iura crudeles, laniones compellari possunt. *Ieremiæ n.* 186.
Sub *militis*, honesto nomine fœx hominũ latere solet. 1. *Machab. n.* 11.
Strenui ducis opera omnia rationi consona. 1. *Machab. n.* 26.
Strenuo duci ignominiosior militum suorum fuga, quam mors. 1. *Machab. n.* 35.
Cum duces strenui adsunt alijs negotia bellica non committenda. 1. *Machabæorum n.* 36.

MINISTER BONVS.

MInister veridicus, etsi honorifice accersitus, recedet solus, & despectus. *Numer. n.* 73.
Bonorum honori ministrorum Deus valde attendit. 1. *Reg. n.* 101.
Perperam cum ministro executore incorruptibili de supplicij suspensione agitur. 1. *Paralip. n.* 57.
Bonos Dei ministros, vel solum verbaliter despicere, nec ipsis regibus tolerandum. 2. *Paralip. n.* 90.
Qui falsa præloquitur, malum sibi prophetizat. 2. *Paralip. n.* 91.
Incorruptus minister calumniam non timet. 2. *Esdræ n.* 17.
In ministri pro Deo zelatoris opera, & personam igne, & ferro iniqui insurgunt. *Ieremiæ n.* 174.
Ministrum pro Deo zelatorem, nec præsentem, nec abeuntem iniqui tolerare possunt. *Ieremiæ n.* 176.
Bonus Dei minister prius dolorem sentit, quam alios sentire faciat. *Ezechielis n.* 44.
Qui regibus veritatem sincere enuntient obuij non sunt. *Danielis n.* 34.
Primi regum ministri etiã rectissimi suos intimos, & charissimos, si bene meriti sint, promouere non dubitent. *Danielis n.* 38.
Boni, & recti Ministri debent, non solum subditorum fœnum esse; sed etiam principum. *Michææ n.* 11.
Nimia austeritas bonorum Ministrorum proprietas est, quam temperare oportet. *Michææ n.* 12.
Patriæ pater de damno Reipublicæ paterne dolet. *Machab. n.* 18.
Minister quantum est in se agens, etsi effectus non succedat, non est despiciendus. *Lucæ n.* 58.

MINISTER DEI: Vide *Præsul.*

DEI minister cunctanter exerceat supplicium; vt sit locus pœnitentiæ. *Exod. n.* 70.
Deus, & eius minister sub vno veniunt nomine nuncupandi. *Exod. n.* 77.
Dignitas Ecclesiastica, etsi suprema, ministerialis est. *Exod.* 280.
Dei minister regem vel grauissime reprehensurus tantę dignitati reuerentiam debitam non omittat. 1. *Reg. n.* 203.
Sententia Dei per fidelem ministrum pronuntiata statim executioni mandatur. 4 *Reg. n.* 12.
Viri sancti á Deo vocati facillime charissima mundi deserunt. 4. *Reg. n.* 14.
Ministri Dei, etsi milles repellantur, á suo munere non desistant. 2. *Paralip. num.* 139.
Dei bonus minister se consumit, vt alios in cœlum dirigat; *Ecclesiastici n.* 186.
A fidelibus Dei ministris principes, non solum quæ ad religionem pertinent, sed quæ ad status conseruationẽ spectant, edocentur. *Isaiæ n.* 133.
Innocens, & iustus promptior Dei minister est. *Ieremiæ n.* 2.
Nequit dici Dei asseela; qui totaliter á peccando non abstinet. *Ieremiæ n.* 61.
Tam Deus, quam Dei ministri ad puniendum tardi ac difficiles. *Ezechielis n.* 29.
Minister summe rigidus, sed à superiore, cum oportet; temperatus Reipublicæ valde proficuus. *Ionæ n.* 12.
Eodem met tempore, quo minister pro Deo laborat, Deus ipsi leuamen præparat. *Ionæ n.* 16.
Minister Christi etiam bruta animantia suspiciat, vt neminem despiciat. *Matth. n.* 177.
Concilij Ecclesiastici patres, Dei quodãmodo comprehensores. *Matth. num.* 276.
Bonus Christi minister omnes, nullo dempto, ad Christum trahit. *Matth. n.* 289.

Qui

Qui Fidelium animas bene disponit Deū ad in ipsis residendum obligat. *Matth. n.* 290.

Infidelis *Dei minister* dici solet: at non delegatus, sed merus executor. *Matth. n.* 304.

Non minus, imo amplius potens est Dei minister ad nostrum profectum, quam dæmon ad nostrum damnum. *Marci n.* 79.

Ministri Apostolici pauperes, & peregrini. *Marci n.* 80.

Ministri Apostolici potestas semper viget; *Marci n.* 81.

Minister Euangelicus *pedestris* incedat. *Marci n.* 82.

Dei ministri omne effugiū peccatoribus occludant. *Marci n.* 84.

Euangelij Ministrorum tam de operibus, quam verbis ratio Deo ipsi reddenda. *Marci n.* 104.

Pro Deo laborantibus secura requies. *Marci n.* 105.

Veri Dei Ministri naturæ Diuinæ fœcundæ participio gaudent. *Ioan. n.* 8.

Dei Ministri non solum ab externa, sed ab interna etiam sint auaritia liberi. *Act. Apost n.* 116.

Diuinæ Ministri prouidentiæ tempus omne transcurrunt. *Apocal. n.* 17.

MINISTER MALVS: Vide *Malefactor.*

PRaui ministri laboriosa repellunt fructuosa appetunt. *Numer. n.* 65.

Praui Reipublicæ gubernatores mala publica non eradicare solent, sed radicare. 1. *Reg. n.* 85.

Nec auertere satagunt; sed leuius ferre. 1. *Reg. n.* 86.

Praui Reipublicæ gubernatores ex malis publicis proprium commodum, & vtilitatem reportant, 1. *Reg. n.* 87.

Inferioribus iustitiæ ministris quasi innata proprietas *rapina.* 1. *Reg. n.* 301.

Praui prauis in mentis conceptibus similes 2. *Reg. n.* 217.

Qui regi tyrannidem consulit, illum naturæ monstrum constituere intendit. 3. *Reg. n.* 132.

Praui consiliarij, & regem destruunt, & regnum conuellunt. 1. *Paralip. n.* 45.

Praui ministri non solum mendaces, sed inurbani. 2. *Paralip n.* 89.

Primi principum ministri, nil minus opere complent, quam quod ore frequentare solent. *Iudith n.* 32.

Ministri inferiores *aues rapaces. Ecclesiastes n.* 36.

Ministri pennati pœnarum illatores. *Ecclesiastes n.* 37.

Malus operatius non struit, sed destruit. *Isaiæ n.* 163.

Praui ministri populum deuorant. *Ieremiæ n.* 12.

Praui gubernatores ad malum coadunati, ad bonum dissidentes. *Ieremiæ n.* 27.

Praui Ecclesiæ ministri, non solum intra, sed extra etiam Ecclesiam nociui. *Ieremiæ n.* 108.

Praui Ecclesiæ ministri munus assumunt; sed â Deo non assumuntur. *Ieremiæ n.* 111.

Ecclesiasticæ dignitates in indignis sunt, quasi non essent. *Ezechielis n.* 6.

Ecclesiastici ambitiosi faciem mūdo; Deo terga vertunt. *Ezechilis n* 41.

Mali interpretes Diuina oracula magis confundunt, quam expediunt. *Ezechielis n.* 47.

Praui ministri non populum ædificant, sed se ipsos; at diuersimode. *Ezechielis n.* 50.

Praui ministri pro populo, nec se Deo opponunt, nec interponunt. *Ezechielis n.* 51.

Praui ministri non solum â militante, sed à triumphante Ecclesia excludendi, secus boni *Ezechielis n.* 53.

Praui ministri, ad bona opera corporalia desidiam, ad spiritualia torporem intrudere satagunt. *Ezechielis n.* 54.

Non nulli ministri superiores proprias regibus desidias pro solicitudinibus intrudunt. *Danielis n.* 33.

Praui ministri cum regibus magis obsequiosi videntur, sunt amplius nociui. *Danielis n.* 75.

Iniqui ministri non solum bonos, si quī inter eos sunt, accusant, sed nondum conuictos condemnant, *Danielis num.* 79.

Praui principum ministri religione tam pro se, quam cõtra sibi infensos abutũtur. *Michææ n.* 6.

Principes sæculares mali in iram, at vero Ecclesiastici peruersi in furorem Deum adigunt. *Zachariæ n.* 20.

Prauus Ecclesiæ minister, non in sacerdotem, sed in sacerdotium creatur. 1. *Machabæorum n.* 43.

Amplius religioni nocet prauus præsul quam hostis infensior. 1. *Machabæorum n.* 44. & 45.

Tyrannorum ministri ad benefaciendum desides, ad nocendum promptissimi. *Matth. n.* 44.

Funerum ministri in antiqua lege rapaces, tumultuarij, & auari. *Matth. num.* 154.

Cum prauis, & inuidis ministris caute agẽdum. *Lucæ n.* 65.

Ministri imperfecti plus se ipsos quam Christum prędicant. *Lucæ n.* 295.

Nimia ministrorum in priuatas domos licentia Reipublicæ ruina est. *Act. Apost. n.* 53.

Qui á fidelibus credenda subtrahit, fideles necat. *Act. Apost n.* 115.

MINISTER REIPUBLICE.

QUI ex munere publico ad sui oblectationem abutitur capitali pœna dignus. 1. *Reg. n.* 194.

Inexperti negotia publica incipere poterunt, sed non perficere. 2. *Paralip n.* 62.

Primorum Reipublicæ ministrorum innumerabiles sibi prospiciendi artes. *Psalm. n* 165.

Cum cõsiliarij inter se dissident respublica crepat. *Isaiæ n* 55.

Regentium somnus reipublicæ detrimẽtum. *Isaiæ n* 172.

Muneribus publicis præficiendi ingenui, & nobiles esse debent. *Danielis n.* 1.

Munera publica ciuilia plus onerosa sunt, quam honorifica. *Danielis n.* 63.

Publici ministri pecuniarum cupidi, hostes reipublicæ infensissimi. *Abdiæ n.* 1.

Inferiorum Ministrorum intolerabilis metamorphosis. *Ad Cor.* 2. *n.* 6.

MINISTER REGIUS: Vide *Rex.*

BOnus minister ære suo non regio cõsanguineos ditat. *Genes. n.* 347.

Primi regum ministri consanguineos suos, non vltra metam ditent. *Genes. n.* 351.

Nec de regali horreo; sed proprio, & peculiari penu ipsis prouideant. *Genes. n.* 352.

Aulicus minister non solum quos odio habet, sed etiam quos amore prosequitur solet persequi *Genes. n.* 354.

Quod in prauis regum ministris odiosum, in bonis plausibile est. *Genes. n* 471.

Cognati amicorum principum cur pinguescunt? Quia medullam, prouinciarũ comedunt. *Genes. n.* 372. & *Numer. n* 14.

Qui publica obeunt munera cum consanguineis taliter legerant, ac si illos omnino non haberent. *Genes. n* 382.

Ministrorum esse solet, gratiam Regum difficilem reddere, sed non sic iusti, & boni ministri faciunt *Exod. n.* 237.

Minister bonus proprij sit splendoris ignarus. *Exod. n.* 265.

Ministri potentiores non rogare solent, sed violenter imperare. *Numer. n.* 52.

Ministri regij absque vngibus esse debẽt. *Iudicum n.* 1.

Publici ministri actiones, etiam leuissimę, adamussim obseruantur. 1. *Reg. n.* 265.

Cum Ministris dignioribus vrbane agendum. 1. *Reg. n.* 302.

Prima primorum cura ministrorum est regum expergiscentiam arcere. 1. *Reg. n.* 407.

Inuariatis ministris non mutatur regimen, etsi rex regi succedat. 2. *Reg. num.* 17.

Ministri coram rege comedant, vt sciat quid quantumque comedunt. 2. *Reg. n.* 96. & 97.

Cautius, & prudentius regibus per epistolas mutas, quam per vaniloquos internuncios grauia negotia declarantur. 2. *Reg n.* 100.

Malus consiliarius non re; sed nomine tantum amicus appellandus. 2. *Reg. n.* 122.

Sub-

Subditis, nisi expertis, & probatissimis, consilia regia non aperienda. 2. *Reg. n.* 187.

Diuersorum principum praui ministri in machinationibus assimilari, & conuenire solent. 2. *Reg. n.* 215.

Promiscuis laudibus solent se riuales aulici impetere. 2 *Reg n.* 219.

Non est idem consilium præstitum esse *rectum*, ac esse *bonum*. 2. *Reg. num.* 220.

Primi gradus ministri cum inferioribus non annumerandi. 3. *Reg. n.* 202.

Primi principum Ministri principatus spoliatores. 4 *Reg n.* 60.

Nullus fere principum minister ab auaritiæ vitio liber. 4. *Reg. n.* 73.

Primorum cuiusque regni non solum graues motus, sed etiam leues, notantur, & obseruantur. 4 *Reg. n.* 97.

Primi regum Ministri præcipites plerumque incedunt. 4. *Reg. n.* 98.

Minister fidelis, etiam cum proprij dictaminis repugnantia, est obediens. 1. *Paralip. n.* 52.

Principes populum tributis grauant, sed exactores opprimunt. 2 *Esdræ n.* 13.

Diuitias, quas primi regum ministri agglomerant, iniquo iure possidere solent. *Esther n.* 34.

Priuati regum honoribus omnes, præter se ipsos, priuare conantur. *Esther num.* 46.

Subditus nimium exaltatus in tyrannum conuerti solet. *Esther n.* 47.

Ad regum interrogationes solide semper, & cum fundamento respondendum. *Matth. n.* 29.

Regalis exactor modeste munere suo fungens laude dignus. *Matth. n.* 261.

Primi Ministri, principes suos à subditis frequentari politica potius, quam Christiana commiseratione, dolere solent. *Lucæ n.* 115.

Imperatoris gloriæ milites non sunt commilitones, sed ministri. *Ioan. n.* 172.

In primo vnius regni Ministro modestia religiosa sinceritati Apostolicæ comparabilis. *Act. Apost. n.* 57.

MIRACVLUM. Vide *Deus.*

DEus non vtitur miraculis cum res fieri possunt naturaliter. *Exod num.* 106.

Vnum miraculum per alterum comprobari solet. *Iudicum n.* 88.

Miracula necessaria sunt, vt subditi superioribus suis deferant. 4. *Reg. n.* 24.

Dei mirabilia non intellectui solum, sed oculis etiam patentia sunt. *Psalm. num.* 178.

Multa naturaliter fiunt, quæ supernaturaliter facta existimantur. *Ecclesiastici n.* 151.

Circa reuelationes, & miracula caute procedendum. *Ieremiæ n.* 112.

Ignis ex naturali potentia vrit, ex obediētiali interficit. *Danielis n.* 42.

Deus vires agentium naturalium intendit, vt sua erga fideles miracula splendeant. *Danielis n.* 44.

Sanitas miraculosè acquisita, non debilis, sed robusta. *Matth. n.* 209.

Miracula Christi Domini in patria sua peracta numero comprehensa: alibi patrata innumerabilia. *Ioannis n.* 48.

MISERICORDIA: Vide *Eleemosyna.*

MAnus melius ex misericordia, vel liberalitate vacuæ, quam ex auaritia onustæ ad Deum leuari possunt. *Genes. n.* 102.

Misericordiæ operum Deus author est, & magister. *Genes. n.* 169.

Misericordia â Deo denominanda quoniam propter Deum exercenda. 2. *Reg. n.* 69.

Latissima misericordiæ sphera vsque ad ipsos reges extenditur. 2. *Paral. p. num.* 121.

Misericordia virtualis quædam oratio, & exoratio est. *Tobiæ n.* 76.

Misericordia per se ipsam coram Deo, absque patrono, vel internuntio apparet. *Tobiæ n.* 77.

Qui prandium relinquit, vt mortuum curet optime saluti suæ consulit. *Tobiæ n.* 78.

Uiro misericordi, & eleemosynario Deus, & Natura certatim eroganda sumministrant. *Iob n.* 152.

Mise-

Misericordi viro defensiuus exercitus nunquam deest. *Iob n.* 169.
Si Deus intrinsece exaltari posset, hoc Diuina misericordia facet. *Psalm. n.* 83.
Nil ex ore exeat, quod per misericordiã, & veritatem, non transierit. *Prouerb. n.* 6.
Misericordia exercita misericordem probat. *Prouerb n.* 43.
Beatitudinis spes misericordiæ annexa. *Prouerb. n.* 52.
Misericordiæ titulum multi ambiunt, rari cõmerentur. *Prouerb. n.* 71.
Uere misericors â misericordia monetur antequam miseria accedat. *Ecclesiastici n.* 56.
Misericors tam Deo, quam hominibus fœneratur. *Ecclesiastici n.* 116.
Scriptura Sacra de misericordibus excellentius loquitur, quam de iustis. *Isaiæ n.* 187.
Magnum Reipublicæ bonum misericordiæ subiectum, & exercitium. *Amos n.* 16.
Misericordia ab omnibus affectiue à diuitibus effectiue, & hilariter exercenda. *Michææ n.* 10.
Ad misericordiæ præclarissima opera exercenda Baptistæ dignitas se sentit indignam. *Matth. n.* 55.
Nullum toti Deitati magis propitium, quam misericordiæ obsequium. *Marci n.* 136.
Christianæ mensura perfectionis misericordia est. *Marci n.* 163.
Cum misericordiæ, vel apparenti solum, exercitio damnatio æterna incompatibilis videtur. *Ioan. n.* 138.

MISSÆ SACRIFICIUM.

IN Missæ sacrificio, vel leuis defectus, est graui censura dignus. *Leuit. n.* 17.
In ministerio altaris, vel minimæ ceremoniæ, non transcurandæ. *Paralip. 2. num.* 150.
Qui sine attentione ad altare litat, vel canonice recitat, rapinam committit. *Isaiæ n.* 214.
Mane diluculo, & quotidie Missam celebrare Deo gratissimum. *Ezechielis n.* 128.
Deo per Missarum plurificata solemnia adulari potest. *Malachiæ n.* 8.

MODESTIA: Uide *Temperantia, Virtus.*

QVI de se peiora præsumit Diuinum fauorem experitur. *Genes. n.* 108.
Nullus adeó procax, qui non modestius loquatur, quam operetur *Genes. num.* 293.
Dotes animi præsertim supernaturales modeste occultandæ. *Genes. n.* 357.
Uere modestus laudes proprias abhorret. 2. *Reg. n.* 289.
Uiri in dignitate constituti modeste reprehendendi. 3 *Reg. n.* 194.
Cum honestas prævalet in facie conspicue legitur. *Esther n.* 82.
Fauoribus etiam Diuinis modeste, ac moderate vtendum *Ioan. n.* 203.

MORES FEMINEI.

NOn minus femineus mos fraus, quã cruor. *Genes. n.* 222.
Nullus casus dabilis est, in quo feminæ liceat inhoneste agere. *Deuter. n.* 81.
Notitiæ per femineam relationem adquisitæ viro prudenti suspectę. *Iudicum n.* 69.
Femineam mobilitatẽ nil est, quod retardare valeat. 3 *Reg. n.* 98.
Habere cor in lingua feminea proprietas. 3. *Reg. n.* 99.
Feminæ se subdola humilitate viris, & rationi subijciunt, vt viros ac rationẽ sibi subijciant. 3. *Reg. n.* 115.
Nil pretiosum in viro, quod á feminea tyrannide non deprædetur. 3. *Reg. n.* 116.
Simulatio feminea soli Deo patere potest. 3. *Reg. n.* 145.
Qui virum etiam iniquum, & potentem non timet, feminam iratam timeat. 3. *Reg. n.* 190.
Feminę diligentius ornatui, quam victui corporis attendunt. 4 *Reg. n.* 40.
Feminis pigmenta ornatus proprijs filijs pretiosiora. 4. *Reg. n.* 42.
De ornatus apparatu, & instrumentis feminis nunquam satis. 4. *Reg. num.* 43.
Nec extrema paupertas feminis moderationem ornatus valet inducere. 4. *Reg. n.* 44.

Quod

Quod femina ornatum ſuum libenter abijciat mirandum, imo miraculum dici poteſt. 4. *Reg. n.* 54. *&* 55.
Nulla femina abſque detrimento ſuo curioſa. 2. *Paralip. n.* 42. *&* 43.
Mobilitas, & curioſitas nobilium feminarum paſsiones ſunt. 2. *Paralip. n.* 44.
Feminę in delectabilia potius quam vtilia propendent. 2. *Paralip. n.* 45.
Feminā ſola taciturnitas laſat. 2. *Paralip. n.* 46.
Femineum cor virili apertius. 2. *Paralip. n.* 47. *&* 48.
Paſsio vehementior in feminis enuntiatiua loquacitas. *Tobiæ n.* 70.
Circa feminei ſexus imperfectiones experto crede Magiſtro Salomoni. *Prouerb. n.* 11.
Niſi termino infinitæ ſignificationis, feminea imperfectio explicari nequit. *Prouerb. n.* 12.
Femina fręno indiget, ne effręnis fiat. *Prouerb. n.* 34.
Praua femina facile adultera. *Prouerb. n.* 115.
Ornatus corporis res indifferens. *Prouerb. n.* 116.
Feminæ libidinoſæ, vt plurimum, mente rudes, & captæ, *Eccleſiaſtes n.* 27.
Exceſsiuus feminarum ornatus tam animæ, quam corpori nociuus. *Ieremiæ n.* 26.
Religioſæ feminę, quæ mundanis affectibus non renuntiant, non virgines, ſed corruptæ nuncupandę. *Ezechielis n.* 40.
Feminarum vitium loquacitas, curioſitas, & ſuperſtitio. *Danielis n.* 60.
Feminæ vere caſtæ erubeſcentia, cum delibidine fugillatur, inenarrabilis. *Danielis n.* 120.
Paruuli, ac mulieres difficile regulabiles. *Matth. n.* 249.
Feminam â turpi conuerſatione reuocare, res fere impoſsibilis. *Marci n.* 85.
A praua femina grauius malum quam mors timeri poteſt. *Marci n.* 87.
Feminea regnandi ambitio cum nullo admittit diuiſionem. *Marci n.* 96.
Auaritia, & ira femineo ſexui prædominantur. *Marci n.* 97.
Exorto iam ſole adhuc mane eſt; ad hoc, vt honeſtæ feminæ limen terant. *Marci n.* 250
Scandaloſa femina dæmonum *vniuerſitas. Lucæ n.* 99.

MORS: Uide *Ægritudo, Occiſio.*

A Mortis vmbra bona hominum opera ſplendorem accipiunt. *Geneſ. n.* 33.
Timor mortis, & vitam componit, & mortem euitat. *Geneſ. n.* 38.
Morte nil certius; noſtræ autem apprehenſionis teſpectu, nil contingentius. *Geneſ. n.* 44.
Mortis deſpectus, vel immortalitatem ipſam, mortalem efficit. *Geneſ. n.* 50.
Incertitudo mortis alios ſolicitos, alios negligentes efficit. *Geneſ. n.* 203.
Celerius mortui á terra anihilamur, quam lacrymæ in terram cadunt, *Geneſ. num.* 241.
Uirtuoſi mors ſemper deplorabilis. *Geneſ. n.* 242.
Nil eſt tam durum, quod virtuoſi mors in lacrymas non emolliat. *Geneſ. n.* 243.
Fere omnes in ipſo vitæ itinere mors intercipit. *Geneſ. n.* 386.
Mors humani partes compoſiti diſcernit, & ſecernit. *Geneſ. n.* 393.
In mortis articulo nemo vult eſſe, qui erat. *Geneſ. n.* 394.
Tãdiu mortis poſſeſsio durauit vſque dũ á mortis triumphatore Chriſto deuicta fuit. *Leuitic. n.* 21.
A mortuis non niſi veritas, vel inquiri, vel expectari poteſt. *Deuter. n.* 69.
Magni principes in conſpicuis locis moriuntur, vt ab omnibus videantur. *Deuter. n.* 105.
Mors omnes non ſolum ſubijcit, ſed æquat. *Deuter. n.* 107.
Morti proximus quaſi mortuus reputandus. 1. *Reg. n.* 309.
Uiro pio, & religioſo mors lenta venit, non præceps, & accelerata. 3. *Reg num.* 34.
Iuſtis mors ſuauis, & quieta, vita temporalis moleſta, & ærumnoſa. 4. *Reg. num.* 146.

Certitudo mortis vitam minuit. 4. *Reg. n.* 149.
Mors iustorum dormitio, peccatorum peritio est. 2. *Paralip. n* 97.
Mors ereptio â terra propissime dicitur. *Tobiæ n.* 13.
Calamitas, & mors nesciunt distinguere. *Iob n.* 17.
Mors breuis prolixo tormento leuius malum. *Iob n.* 61.
Vmbra mortis imagine eiusdem horribilior. *Iob n.* 62.
Dormitio in sepulchro modica, etsi vsque ad mundi finem duratura. *Iob n.* 97.
Non semper infœlix inopinata mors. *Iob n.* 124.
Non est infœlix imprœuisa, sed improuisa mors. *Iob n.* 125.
Si qua mortis humana fœlicitas inter propinquos, non inter extraneos vitam terminare. *Iob n.* 160.
Mortis dies vitæ diebus præferendus. *Iob n* 162.
Mortuus homo à materno terræ sinu fouendus suscipitur. *Iob n.* 164.
Docti, & indocti, quo ad mortem sint similes physice; non moraliter. *Ecclesiastes n.* 9.
Mensa luctus præ ceteris proficuum cibũ ministrat. *Ecclesiastes n.* 20.
Defunctus, antequam deponatur, à vermibus pollinctoribus lancinatur. *Ecclesiastici n.* 37.
Mortis pallor vitæ actiones colorat, ac depingit. *Ecclesiastici n* 47.
Pro defunctis suffragia augenda funeralis pompa minuenda. *Ecclesiastici num.* 158.
Mors non tumultuarie, & indiscrete, sed cum magno iudicio & discretione necat. *Ecclesiastici n.* 161.
Peccatore impœnitente moribundo diabolus adstante: Ecclesiæ ministros, non veretur. *Isaiæ n.* 97.
Violenta mors, non incedit, sed ascendit. *Ieremiæ n* 45.
Mortis incertitudine Deus nos solicitos reddere curat *Ieremiæ n* 132.
Cum pietate occidit, qui non prolixa, sed celeri morte occidit. *Ezechielis n.* 88.
Non pauci, qui existimantur naturaliter mortui, interfecti sunt. *Ezechielis num.* 117.
Vitro iusto mors, maxima mundialis fœlicitas. *Ionæ n.* 14.
Aliorum depœdator mortis præda. 1. *Machabæorum n.* 3.
In fidelium funeribus Gentilica pompa Deo displicet. *Matth. n* 156.
Viris sanctis mors gustum, non nauseam excitat. *Matth. n.* 255.
Cœna, non prandium in qua mortis fercu lum ministratur. *Marci n.* 92.
Cum morte cœnat, qui se vita meliore priuat. *Marci n.* 93.
Ad mortis præsentiam proprium periculum, non aduertere, grauis negligentia est. *Lucæ n.* 86.
Ad calamitosos mors lenta vix incedit. *Lucæ n.* 233.
De morte doctrinam homines difficile addiscunt. *Ioan n.* 113.
Vitalis corona bona mors. *Ep. Iac. Apost. n.* 4.
Diem mortis *furem* hominum negligentia facit. *Ep.* 2. *Petri Ap. n.* 8.

MORTIS MEMORIA.

MOrtis memoria quotidie tamquam panis masticari debet. *Genes. n.* 390.
Funeralibus intenti officijs impossibile est, quod alicui noceant. 1. *Reg. n.* 366.
Semper proficit, qui semper se ad aliam vitam proficiscentem considerat. 2. *Reg. n.* 15.
Ad æternitatis iter accinctus, vel ipsi Deo, respondere paratus. *Iob n.* 218.
Vir iustus quamuis ęgritudinem *vltimam* sibi esse existimat. *Psalm. n.* 16.
Mors, non de futuro, sed de præsenti semper consideranda. *Ecclesiastici n.* 24.
Mortis recordatio peccata compescit. *Ieremiæ n.* 40.
Frequens Christi Domini de morte sua recordatio, nostra doctrina, & reprehensio est. *Matth. n* 358.
Quibus terrena placent, nil morte amarius. *Marci n.* 42.
In conuiuio vbi Christus adest, multiplex mortis ferculum salutiferum memoriæ ministratur. *Ioan n.* 142.

Inue-

Iuuenes ad funeralia munera vndequaque aptissimi. *Act. Apost. n.* 29.

MORTIFICATIO: Vide *Virtus, Virtutis via.*

MOrtificatus de quinque sensibus victoriam reportabit. *Iosuæ n.* 39.

Qui suis passionibus bellum infert robustior quotidie euadit. 2. *Reg. num.* 14.

Anima rationalis mori physicæ, non potest, at moraliter potest. 3 *Reg. n.* 191.

Ad æternam vitam adipiscendam mortificatio, & mors debent præcedere. *Ieremiæ n.* 9

Spirituales animæ secum ipsis pie crudeles. *Tren. Ieremiæ n.* 37.

Dauid mortuus memoriæ viuit, quoniã mortificatus vixit. *Act. Apost. n.* 92.

MORTIS MEDITATIO.

IN mortem dominatur, qui frequenter mortem meditatur. *Genes. n.* 183.

Meditator mortis Dei typus esse meretur. *Genes. n.* 184.

Re vel consideratione mortuus alius idemque velut fœnix resurgit. *Genes. n.* 197.

Senex bene moratus, non solum se moribundum, se iam mortuum contemplari solet. *Genes. n.* 206.

Mundialium gaudiorum recordatio mortis temperamentum optimum. *Genes. n.* 376.

Cogitationes humanæ limitibus, nouissimorum nostrorum coercendæ. *Numer. n.* 35.

Mortis meditatio in vitam ducit. *Deuter. n.* 15.

Non minus populos regit mors bene perpensa, quam lex bene ordinata. *Deuter. n.* 106.

In aquis fluentibus vbi mortis memoria viget, diutius immorandum. *Iosue num.* 25.

In quotidiano solis occasu occasus noster considerandus. *Iudicum. n.* 127.

Assidua mortis consideratio, & luctum temperat, & excessiuum sumptum modificat. 2. *Reg n.* 115.

Senes bene morati, non de vita producenda; sed morte bene suscipienda curant. 2. *Reg. n.* 268.

Qui mortem continuo curat, nil excessiuum, vel iniustum procurat. 2. *Reg. n.* 270.

Mortuum, vel leuiter consideratione tangere, viuificare solet. 4 *Reg. n.* 123.

Assidua mortis meditatio tam vitę, quam mortis amaritudinem dulcorat. *Iob n.* 93.

Meditatio mortis vitam producit. *Iob n.* 161.

Qui mortem frequenter recolit, omnes, vt amicos colit. *Eccles. Iasti n.* 55.

Mortis doctrina præcipue, & vniuersaliter ministranda. *Marci n.* 215.

MORTIS OBLIVIO.

NIL minus iuuenes quam funeralia curant, quia nil magis obliuiscuntur. *Genes n.* 400.

Speculatiuam mortis phylosophiam omnes sciunt pauci practicam. *Iob n.* 126.

Qui in aliorum mortalitate suam non recognoscit, veloci experientia discet. 1. *Machabæorum n.* 4.

In luctuosis defunctorum domibus dæmõ perstrepit ad viuentium distractionem. *Marci n.* 64.

MOS.

MOres hominum in deterius fere semper ruunt. *Iudicum n.* 74.

Monstrosi mores monstrosis animalium speciebus delectantur. 2. *Reg n.* 240.

Bene morati, etiam in Aulico tumultu, quiete viuunt. 2. *Reg n.* 266.

Non semper malus male loquitur. 4. *Reg. n.* 69.

Genij antipathia, etiam in insensibilibus viget. 4. *Reg. n* 80.

Brutalis mors brutalem indicat vitam. 4. *Reg. n.* 109.

Qui sibi blandus, & delicatus, alijs durus, & crudelis frequenter est. 2. *Paralip. n.* 64.

Boni ex humilitate, mali ex prauitate, Deum sibi non appropriant. 2. *Paralip. n.* 144.

Bene moratus legali coercitione nō indiget. *Tobiæ n.* 2.
Incommunitatibus nil communius, ac Deo displicentius, quam calumniæ. *Ieremiæ n.* 101.
Homines ad mala veloces, ad bona pigri. *Ieremiæ n.* 103.
Nationes inter se naturaliter dissentientes commisceri possunt, non vniri. *Danielis n.* 37.
Iusti, & peccatores in procelloso mundi pelago dormire solent, ast valde diuersimode. *Ionæ n.* 2.
Christus Dominus exemplo suo honestatem nobis summe commendauit. *Marci n.* 67.
Nullum communitatis dissidium ipsi nō valde contrarium. *Lucæ n.* 159.
Malus á malefactis caueat; bonus in benefactis crescat. *Apocal. n.* 40.
Defectus naturales naturali propensione occultare solemus. *Lucæ n.* 269.

MULIER.

Mulier non dubitat præcepto ad se non directo subijci, vt omnibus se immiscear. *Genes. n.* 45.
Mulieris, vel solus tactus, periculosus. *Genes. n.* 46.
Muliebris sapientia ad munia domestica deuolura. *Exod. n.* 270.
Feminæ ad Deum speculandum destinatæ speculis non indigent. *Exod. n.* 375.
Dedecent feminæ virilia munera, sicut viro femineæ. *Deuter. n.* 75.
Femina vias curitans quando non impudica, ad minus euadet sciola. 1. *Reg. n.* 127.
Mulier irreligiosa, & superba, & sua vitia celat, & omnes alias despicit feminas. 2. *Reg. n.* 51. & 52.
Irreligiosæ, & superbæ feminæ filius irreligiosus, & superbus. 2. *Reg. n.* 53. & 54.
Feminam sterilitate inurere in lege veteri magna punitio. 2. *Reg. n.* 55.
Omnis fere muliebris sapientia, ad simulationem, mendaciumque deuoluitur. 2. *Reg. n.* 152.
Feminæ nubiles, & nuptæ contraria frequenter appetunt. *Iob n.* 36.
Cum feminis etiam pijs non singillatim, nec curiose agendum. *Act Apost. n.* 19.
Cum feminis etiam pijs, & religiosis, á viris Ecclesiasticis caute quoquomodo agendum. *Ep.* 2. *Io. Apost. n.* 1.

MVNERA.

Munera excæcant homines, & Dei obliuiscí faciunt. *Iosue n.* 37.
Muneris mutationi habitus mutatio cōuenit. 1. *Reg. n.* 248.
Sui muneris obligationes vnusquisque scire tenetur. *Danielis n.* 67.
Qui á suo munere deficit á suo esse deficit. *Lucæ n.* 336.

MUNDUS: Vide *Naturæ vires.*

Non relinquunt mundum, qui mente, & corde non relinquunt. *Genes. n.* 93.
Mundus ijsdem medijs alios attollit, & alios deprimit *Genes. n.* 274.
Antiqua sæcula, non adeó rudia, vt communiter existimantur. *Iudicum n.* 82.
Multa mundus reprehendit, quæ coram Deo laudem merentur. 1. *Reg. n.* 8.
Mundialibus gaudijs parce vtendum. *Prouerb. n.* 95.
Mundi terminus contra phylosophos ethnicos stabilitus. *Ecclesiastes n.* 4.
Vltimus Mundi dies á Salomone prænūciatus. *Ecclesiastes n.* 11.
Stultis quæstionibus, & interrogationibus mundus abundat. *Ecclesiastes n.* 23.
Mundus abinteftato decessurus. *Ecclesiastici n.* 54.
Per mundi plagas discurrentes multa vident. *Ecclesiastici n.* 138.
Vbi mundus regnat vicissitudo viget. *Marci n.* 65.
Mundi diuerticula Deum excludunt. *Lucæ n.* 17.
Conspurcationem lucrantur, qui Mundo seruiunt. *Lucæ n.* 60.
Qui in mundi agro detinetur ægre, & sero, ad spirituale gaudium accedit. *Lucæ n.* 218.

De

De Mundi accidentibus Fideles ne angustiantor, sed ad Deum supplices recurrant *Lucæ n.* 297.
Mundialis ignis animum potius infrigidare solet, quam calefacere. *Lucæ n.* 335.
Mundi militia Christi militiam spernit. *Lucæ n.* 347.

MVNDI CONTEMPTVS.

MElius est ante, quam post senectutem, ad mundi euanida caligare. *Genes. n.* 198.
Perquem mundialia velocissime transeũt, etsi ipsis immersus, non inquinatur. 1. *Reg n.* 266.
Contemptus mundi doctrina aulicis imprimis necessaria. *Ecclesiastes n.* 2.
Cui mũdi vanitates patent, dignitates eius nihil apparent. *Ecclesiastes n.* 5.
Qui Christum possident, terrena despiciunt. *Marci n.* 129.
Qui mundi impedimenta excutit, facile Christum sequitur. *Marci num.* 158 & 164.
Hereditati Cœlesti destinato quid futilibus Mundi diuitijs carere interest, vel frui? *Lucæ n* 222.
Oculi á Deo illuminati mundana omnia, nil esse vident. *Act. Apost. n.* 61.

MYSTERIVM: Uide *Miraculum.*

MYsteria Dei vsque ad legem gratiæ incompleta extitere. *Exod. n.* 161.
Diuina Mysteria audacter scrutari piaculum est morte luendum. 1. *Reg. n* 91.
Diuina Mysteria ceteris occulta prophetæ Dei causam agenti patent. 1. *Reg. num.* 258.
De Mysterijs hierosolymitani templi amplius nos Christiani videmus, quam Hebræi viderunt, vel vident. 3. *Reg. n.* 85.
Octauus numerus mysticus, & fortunatus. 1. *Paralip. n.* 68.
In imperatis á Christo Domino actionibus magna mysteria latent. *Marci num.* 161.
Dei mysteria ab humana politica valde disident. *Lucæ n.* 267.

NATVRA HVMANA.

NAturæ iniuria fit, si ante ipsius incrementum procuretur augmentum. *Genes. n.* 25.
Dominatio, & seruitus naturę humanæ promiscue conueniunt. *Genes. n.* 88.
Nullus adeó vilis esse potest, vt ad Deum accedere non valeat. *Exod. n.* 158. & 159.
Utrumque sexum eiusdem esse speciei contra impium Mahumetum difinitur. *Numer. n* 93.
Sint participes pœnę, qui gaudent participio culpæ. 4 *Reg. n.* 76.
Natura paucis contenta. *Ionæ n.* 17.

NATVRÆ VIRES.

ETsi supernaturalia suppetant, naturalia media non sunt despicienda. *Numer. n* 13.
Etiam vbi adest Diuina potentia, agere debet quantum potest natura. 4. *Reg. n.* 16.
Quod naturaliter fieri potest miraculose Deus præstare non solet. *Marci n.* 68.
Natura ipsa suorum effectuũ causam suscipit defendendam. *Marci n.* 177.

NIX.

NIuis vsus in mundo perantiquus. *Prouerb n* 94.

NOBILITAS: Uide *Virtus.*

PRæcipua bene moratæ reipublicæ nobilitas in canicie consistit. *Genes. n.* 401.
Magna nomina, magna obligatio ad virtutem. *Exod n.* 172.
Veracitatis radix, & fundamentum, nobilitas. 1. *Reg n.* 115.
De claritate sanguinis, non præsumat ad rem indignam applicatus, sed ad heroicam adscitus. 1. *Reg. n.* 227.
Regem militantem subsequi generosæ stirpis argumentum. 1. *Reg. num.* 228.
Generosus pater de filijs militantibus non curat, an viuant, sed an strenue suo muneri satisfaciant. 1. *Reg. num.* 232.

Præclara origo in degenerē non obscuratur indiuiduo. 1. *Reg. n.* 374.

Præclara origo degenerem indiuiduum turpiorem apparere facit. 1. *Reg. num.* 374.

Nobili, & generoso genio gratiâ regum nil ęstimabilius. 2. *Reg. n.* 259.

Abnegatio auaritię nobilitatem conuincit *Tobiæ n.* 38.

Nobilitatem acquirit virtus, vitium dissipat *Iob n* 79.

Qui de natalibus indiscrete præsumunt, & gloriantur, graui censura digni. *Ecclesiastes n.* 26.

Statuta diuersis maculis infectos, vel suspectos ab honoribus excludentia laudabiliter introducta. *Ezechielis n.* 52.

Nobilium cum ignobilibus confusa permixtio totalis est Reipublicæ conuulsio. *Habacuc n.* 3.

Generosus animus media minus decora, nisi extrema vrgente necessitate, non admittit. *Matth. n.* 39.

Vera non nisi in virtute nobilitas. *Lucæ n.* 214.

Sanguinis puritas ad veram Fidem amplectendam promptior. *Act. Apost. n.* 104.

NOMEN.

NOuæ viuendi rationi nouum nomen aptari debet. *Genes. n.* 124.

Muneris mutationi nominis mutatio congruit. *Iudicum n.* 31.

Nominum significata quandoque obseruatione digna. 1. *Reg. n* 391.

Profani nominis assumptio, quædam profanitatis professio est *Danielis n.* 5.

Diuersa nomina diuersis muneribus aptanda, nec profana sacris miscenda. *Danielis n* 39.

NOMEN IESV.

NOmen Iesu cordibus nostris debet inscribi, non solum, sed insculpi. *Exod n.* 181.

Vbicunque nomen Iesu inuocatum fuerit, tota Trinitas auxiliatura aderit. *Deuter. n.* 93.

Nomen Iesu in Iosue adumbratum tripliciter colendum. *Iosuæ n.* 13.

Nomen vbi Iesu expressum adest, omnem miraculosam virtutē ad se trahit. *Ioan. n.* 96.

Nomen Iesu Hebræorum pessimis odiosum. *Ioan. n.* 97.

NOTITIA. Vide *Fama, Rumor.*

NOtitię ab vno ad alium fluentes diffluunt. *Geues. n.* 47.

Cum malum proximi referre oportet, nō amplificandum, sed minuendum. *Marci n.* 54.

NVTRIX: Vide *Mater.*

LActans non minus proprie, quam pariens mater appellatur. *Genes. n.* 361.

OBEDIENTIA: Vide *Humilitas.*

PRompta obedientia debet esse antelucana. *Genes. n.* 171.

Perfectus obediens sensu promptiore obedire incipit, & contendit. *Genes. n.* 174.

Perfecta obedientia, vel impossibilia exequitur. *Iosue n.* 45. & 46.

Perfecte obediens prælati nutui actiones, non solum liberas, sed etiam naturales habet subiectas. 1 *Reg. n.* 68.

Perfecta obedientia exceptionem non admittit. 1. *Reg. n.* 280.

A nulla melius virtute imperium, quam ab obedientia incipit. 3. *Reg n.* 130.

Perfecta in cœlo resplendet obedientia. 3. *Reg n.* 158.

Angeli homines obedientiam docent. 3. *Reg. n.* 193.

Viri perfecti externi sensus simpliciter rationi obediunt. *Iob n.* 150.

Qui Deo obsequitur, victoriæ palmam consequitur. *Ieremiæ n.* 98.

Qui renitens imperata exequitur, obediētiæ laudem non meretur. *Marci n.* 14.

Lex obedientiâ perficitur. *Ep. Iac. Ap. n.* 10.

OBLIVIO: Vide *Mundus. Mos.*

DVM abundantia durat, etiam de obstrictissimis calamitatem patientibus obliuici solemus. *Genes. n.* 345

In mundiali conditione prius est crescere, & abundare ad quod subsequitur omnium præteritorum obliuisci. *Genes. n.* 391.

Nil magis obliuioni, quam propriæ cuiusque

iusque obligationes tradi solent. *Danielis n* 68.

Obliuio Dei, Dei obliuione compensabitur. *Matth n.* 111.

OBSEQVIVM: Uide *Seruitus.*

ADoratio indebita adorantem cadere facit. *Genes. n.* 226.

Æternum creaturæ rationalis obsequium Deo gratissimum. *Exod. n.* 109.

Non minor reuerentia soceris, quam parentibus exhibenda *Ruth n.* 7.

In muneribus in regum obsequium exhibitis non tam quantitas, quam qualitas attendenda, 1. *Reg n.* 224.

Discretus obsequia non confundit. 1. *Reg. n.* 390.

Cuique legitimus, ac debitus cultus exhibendus. 2. *Reg. n.* 162.

Assentatio, si prudens, & discreta sit, quãdoque licet. 2. *Reg. n.* 260.

Obsequium, quod Ecclesiasticæ personæ regibus debent, est ab obsequio sæcularium longe diuersum. 2 *Reg. n.* 275.

Creaturæ Creatori famulari possunt, non officere. *Matth n.* 131.

Uiuentem omnes, defunctum pauci demereri student. *Lucæ n.* 85.

OCVLI: Uide *Visio.*

PRauorum oculi lyncæi sunt ad nocendum. *Genes. n.* 278.

Quod corporeis solum oculis placet, semper debet esse suspectum. *Iudicum num.* 75.

Qui oculos bene moratos habet, & illos conseruat, & per illos non cadet. *Iudum n.* 76.

Quod oculis lasciuis placet, nec legi Diuinæ, nec alicui consonat virtuti. *Iudicum n.* 77.

Miserrimorum oculi lacrymis, non visu indigent. 4. *Reg. n.* 163.

Minacibus oculis nil austerius; ac formidabilius. *Iob n.* 80.

Oculorum acies mentis aciem indigitat. *Ecclesiastici n* 81.

Lacrymæ oculis in suppliciũ datæ. *Ecclesiastici n.* 126.

Dei benignitas in ipsamet accusatione excusationem inuoluit. *Isaiæ n.* 147.

Oculi *declamatores* rethorici quandoque sunt. *Ieremiæ n.* 65.

Oculi lacrymis rethorice loquũtur. *Tren. Ieremiæ n.* 23.

Oculi calamitatum spectatores compatiẽtem animum deprædantur. *Tren. Ieremiæ n.* 24.

Oculorum vsum nemo regibus impedire audeat. *Ezechielis n.* 49.

Præsentia solent non videri, quanto magis absentia. *Lucæ n.* 94.

Oculis tam ad intra, quam ad extra vtendum. *Lucæ n.* 160.

Oculorum simplicitas tam subiecto, quã obiecto vtilis, & proficua. *Lucæ n.* 162.

ODIUM: Vide *Despectio, Discordia.*

POpulare odium, vt vitetur, re in primis desiderabili nos priuare oportet. *Genes. n* 378.

Ad electionem alicuius â corde reliquæ subsequuntur. 2. *Reg n* 140.

Odium, vel in memoriam, suam tyrannidem exercere solet. 2. *Reg. n.* 141.

Odium ex inuidia, nil præpedit quominus nocere possit. *Lucæ n.* 330.

Qui voluntati odientium traditur, crudeliori morti traditur. *Lucæ n.* 354.

Uoluntas odio obcæcata rationalem lucem excludit. *Lucæ n.* 356

OECONOMIA: Uide *Prouidentia humana.*

QUÆ œconomus bene expendit ratio, & rationes probant. *Genes. num.* 346.

Templum Domini quandoque pro domus priuatæ cura gerenda laudabiliter deseritur. 1. *Reg. n.* 26.

Amplam familiam bene regulare, & regere omnimodam sapientiam arguit. 3. *Reg. n.* 100.

Bona œconomia regalis sufficientiæ argumentum est. *Pau.* 1. *Ad Timoth. n.* 5 & 2. *Paralip. n.* 52.

Inueterata conseruare, diuitiarum argumentum. *Ieremiæ n.* 180.

Cœlestis aulæ cœlestis œconomia. *Lucæ n.* 21.

Perfecta œconomia subditorum genio se acommodat. *Ioan. n.* 65.

ORATIO: Vide *Contemplatio, Eleuatio mentis in Deum.*

QUI in tribulatione orare non desistit, serenitatem nascisciturr. *Genes. num.* 235.

Orare pro inimicis, signum prædestinationis. *Exod. n.* 239.

Iusti vel vna sola deprecatio cœlicolis violentiam facit. *Iudicum n.* 72.

Eloquentissima ad Deum declamatio simplex oratio est. *Psalm. n.* 131.

Adeo tepide homines orare solent, vt Deum agere surdastrum cogant. *Psalm. n.* 151.

Res adeò sublimis oratio, vt solio Dei æquari valeat. *Psalm. n.* 186.

Oratio feruida, & animata ex intimo cordis erumpit. *Psalm. n.* 187.

Oratio sine iustitia euanida, & contemptibilis. *Prouerb. n.* 107.

Cum orationes tepidę, & â peccatoribus prolatæ Deo displiceant, aromata, illas significantia, respuit. *Ieremiæ num.* 123.

Tepida oratio cadens; feruida *eleuata* nũcupanda *Ieremiæ n.* 173.

Oratio, eleemosyna concomitata optimũ Dei obsequium. *Tren. Ieremiæ n.* 20.

Sanctorum orationes Manna Domini sunt, præsertim quæ ab Ecclesia fiunt. *Baruch n.* 1.

Orationis incommuni factæ apud Deum immensa virtus. *Danielis n.* 28.

Angeli à Deo ad aliquem iustum legati orantem non intercipiunt. *Danielis n.* 98.

Vocalis, & deuota plurium deprecatio, & iram Diuinam placat, & peccatorum conuersionem impetrat. *Osee n.* 39.

Sacrificium laudis Deum placat, & placidum reddit. *Osee n.* 40.

Omnes Deum orare oportet. *Matth n.* 96.

Vis orationis Deum debitorem facit. *Matth. n.* 101.

Breuis oratio cœlos penetrat. *Matth. num.* 102.

Simultanea multum valet deprecatio. *Matth n.* 159.

Plurimum inter se consentientium oratio apud Deum valde efficax. *Matth. num.* 274.

Christus orationi congruentissimum omnibus terminum prefixit. *Matth. num.* 377.

Qui non cum Christo, & mentis solertia orat, non orat; sed stertit. *Matth. num.* 378.

Qui loco orationis stertit, in tentationem properat, & incidit. *Matth. n.* 379.

Omni auxilio humano destitutus ad orationis armamentariũ recurrat. *Matth. n.* 380.

Deuotio Rosarij alternatiue declamati in Zachariæ domo initium habuit. *Lucæ n.* 8.

Qui per orationem cum Deo loquitur frequenter lucratur Diuinum responsum. *Lucæ n.* 31.

Quæ alieni muneris roganda, quę proprij imperanda sunt. *Lucæ n.* 53.

A Deo non tam corporis, quam animæ petenda salus. *Lucæ n.* 80.

Quotidie Deus orandus, & exorandus. *Lucæ n.* 155.

Pharisaica, seu superba oratio, nec ab orante exit, nec ad Deum transit. *Lucæ n.* 250.

Orationis donum consequi non est facile, & cuique pernium. *Lucæ n.* 319.

Orationi feruidæ incumbentes, non à peccatis solum committendis, sed etiam ab imperfectionibus liberantur. *Lucæ n.* 320.

Oratio orantes nobilitat. *Act. Apost. num* 47.

Oratio Ecclesiæ in ipso periculo absque periculo esse facit. *Act. Apost. n.* 80.

Matutinæ preces ab ipso Ecclesiæ exordio ab Apostolis decantatæ. *Act Ap. n.* 101.

Uocalis oratio cordis spiritu animanda. *P. Ad Ephes. n.* 6.

In orationis speculo, quæ nos scire oportet, visibilia apparent. *Ep. 3. B. Ioan. num.* 1.

PANIS: Vide *Alimentum.*

IN pane omnia comestibilia comprehenduntur. 1. *Reg. n.* 190.

In pane omne alimentum virtualiter inclusum. *Amos n.* 3.

Paren-

PARENTES: Uide *Pater, Mater.*

DAmna filiorum mors ciuilis imo naturalis solet esse parentum. *Genes.n.* 375.

Filij de maiorum deffectibus secreto à parentibus instruendi. *Deuter.n.*27.

Parentum accusatio iuridica probatio, & conuictio est. *Deuter.n.*74.

Exiguas filiorum vtilitates proprijs, etiam magnis, parentes præferunt. *Tobiæ num.* 33.

De malis filiorum imminentibus parentes non de futuro, sed de præsenti dolent. *Tobiæ n.*64.

Parentum vehementissimus dolor amissio filiorum. *Iob n.*23.

Parentes bene educantes, & filij bene educati ad inuicem coronantur. *Prouerb.n.* 67.

Iustus filios suos, tam naturales, quam morales beat, & illustrat. *Prouerb.n.*72.

Parentes tolerantia, non minus, quam Uerbo, & opere honorandi. *Ecclesiastici n.*3.

Praua filiorum educatio per ipsos â Deo punitur. *Ieremiæ n.*159.

Parentum virtutes filiorum vitia exaggerant. *Ezechielis n.*15.

Infamiam vitiorum á filijs ex praua educatione contractorum parentes incurrunt. *Osee n.*2.

Honor parentum secundæ tabulæ primũ præceptum *P. ad Ephes.n.*7.

Praui filiorum educatores, non in Deum solum delinquentes; sed etiam in rempublicam criminosi. *P. ad Titum n.*4.

PASSIONES HUMANÆ: Uide *Homo.*

ADolescentiæ vitium incauta celeritas. *Genes.n.*231.

Humana proteruia vix Deo credibilis. *Exod.n.*52.

Exaggeratius de passionibus, & imperfectionibus humanis, quam de perfectionibus Diuinis, quandoque loqui licet. *Iudicum n.*138.

Passiones inordinatæ iustitiam aliasque omnes virtutes euertunt. *1. Reg.n.*7.

Passiones animi per voces declarati solent. *2. Reg n.*129.

Passio vehemens mentem perturbat. *Tobiæ n.*69.

Sitis vehementior humanæ naturæ passio est. *Psalm.n.*105.

In omnibus animæ corporisque passionibus potius à Deo, quam ab homine expectanda medela. *Ecclesiastici n.*153.

Qui plangens verba pronuntiat, ea adcantus normam concinnare nequit. *Tren. Ieremiæ n.*1.

Ubi naturalis propensio viget leuis admonitio sufficit. *Marci n.*69.

Qui vitiosæ passioni fortissime resistit, ipsius spiculum hebetat, & retundit. *P. ad Cor.2.n.*10.

Passiones humanæ, non minus subiectis, quam obiectis nociuæ. *Ep. B. Iacob. Ap. n.*27.

PASTORALE MUNUS: Uide *Prælatus, Præsul.*

PAstorale exercitium ex ea ratione, qua regibus charum, est populo odiosum. *Genes.n.*379.

Qui artem pecuariam perfecte callet dignus, qui regi immediate assistat. *1 Reg. n.*336.

Bonus pastor vocem pecoris sui statim agnoscit. *1. Reg.n* 411

Bonus pastor moriens clamat, vt oues dispersas ad se trahat. *Matth.n.*422.

Ad munus Episcopale, non qui se ingerit sed quem Deus eligit, aptus est. *Lucæ n.* 105.

PATER: Uide *Parentes.*

OLim Pater, & Magister nomina vnisona; nunc autem dissona valde sunt. *Genes.n.*63.

Prima parentum cura prosperitates filiorum. *Genes.n.*276.

Paterna authoritas quandoque deponenda. *Genes.n.*343.

In bonorum pectore filiorum parentes vita functi vita funguntur. *Genes.n.*358.

Qui Patrem honorat super terram viuet; & diu viuet. *Exod.n.*137.

Constat ipsamet ratione patribus deberi honorem. *Exod.n.*138.

Absentium locij filiorum magna debet esse cura parentum. *1. Reg.n.*233.

In-

In filijs, parentum peccata seueriſsime puniuntur. 2. *Reg. n.* 28.

Quæuis filiorum mors tam phyſica, quam moralis æternus parentum dolor. 2. *Reg. n.* 150.

Amor paternus non permittit filium, etiã enormiſsime delinquentem aliter, quã paterne corripere. 2. *Reg n.* 237.

Pater in filio viuit: propterea quæ de hoc dicuntur de illo enuntiari poſſunt. 3. *Reg. n.* 122.

Pater in filio legali conſideratione viuit. 2. *Paralip. n.* 158.

PATERFAMILIAS.

CVI alimentationis aliorum cura incumbit prognoſticandi ſcientia adornari oportet. *Geneſ. n.* 315.

In familiæ capite omnis familia intelligitur incluſa. 1. *Reg. n.* 22.

Pater filium heredem relinquens, non moritur, ſed perennat. 3. *Reg. n.* 27.

PATIENTIA: Vide *Humilitas, Seruitus.*

REgni regimini præficiendus in patiendi arte præexercendus. *Geneſ. n.* 314.

Etſi Deus noſtras videat afflictiones ob patientię augmentum conſolationem cunctatur. *Exod. n.* 37.

Chriſtianæ Iob patientię præludium. *Iob n.* 9.

Patientis os non aperitur, ſed à dolore perforatur, *Iob n.* 172. *&* 173.

Qui patientia caret, pauper eſt. *Prouerb. n.* 42.

Qui viriliter, & patienter malum ſuſtinet, nunquam iacet. *Ioan n.* 52

Armamentarium Chriſtianæ militiæ virtutes, & præcipue Patientia ſunt. *P. ad Coloſ. n.* 3.

Patientia virtus omnium tranſcendentaliſsima. P. *ad Theſal. n.* 7.

Patientiæ Deus verbo, & opere noſter Magiſter eſt, *Ep.* 2. *B. P. Apoſt. n.* 6.

Magnum patientiæ exercitium expectatio alterius. *Ep.* 2. *B. P. n.* 7.

PAVPERTAS: Vide *Eleemoſyna.*

PAupertas humiliat diuitiæ ſubleuant. 1. *Reg. n.* 37.

Paupertas præ morte grauius malum. 1. *Reg. n.* 54.

Ex viduitate legitime paupertas infertur. 4. *Reg. n.* 38.

Homo pauper non ſolum ignotus, ſed inuiſibilis. *Tobiæ n.* 3.

Indigentia grauius eos, qui aliquando diuites, quam perpetuo pauperes affligit. *Iob n.* 52.

Quos mundi diuites contemnunt ſumme Deus exaltat, & extollit. *Iob n.* 68.

Paupertas, & oris operculum, & lorum pedum. *Iob n.* 200.

Deo clamor pauperum memoriale perenne. *Pſalm. n.* 31.

Pauper omnibus odioſus diues omnibus gratioſus. *Prouerb. n.* 51.

In paupere Deus deſpicitur. *Prouerb. num.* 65.

Leuis pauperis deſpectio grauis Dei contemptus eſt. *Prouerb. n.* 66.

Ægeſtas vacuat, & replet. *Prouerb. n.* 112.

Pauper, & Debitor nomina ſynonima. *Prouerb. n.* 114.

Paupertas, & ſapientia vterinæ, gemelliæque ſorores. *Eccleſiaſtes n.* 31.

Diuitiæ, & Paupertas non tam accidentia moralia, quam prædicata phyſico eſſentialia ab hominibus reputantur. *Eccleſiaſtici n.* 51.

Nulla paupertas miſerabilior quam â Deo auerti. *Iſaiæ n.* 173.

Quibus adſunt pauperes, Chriſtus deeſſe poteſt phyſice, ſed nõ moraliter. *Matth. n.* 357.

Uirtuoſus pauper morigeratum habet etiam deſiderium. *Lucæ n.* 229.

Quæ diuitibus ex negligentia pereunt, ſaturatio pauperum eſſe poſſunt. *Lucæ n.* 230.

Pauper inter diuites ſolum Chriſti oculis non inuiſibilis. *Lucæ n.* 292.

Ex amplioribus motiuis pauper amandus, quam diues. *Ep. B. Ia. n.* 12.

PAX: Vide *Reſpublica, Bona temporalia.*

AD pacem omnimodam conſequendã omnis conatus adhibendus. *Pſalm. n.* 89.

Ablata pace á qualibet communitate omnia bona abſunt. *Ieremiæ n.* 78.

Ubi deeſt vnanimitas pinguedo Spiritus Sancti, non adeſt. *Ieremiæ n.* 143.

Pax in Uerbi incarnatione vniuerso orbi donata, & in nouo testamento specialiter legata. *Ezechielis n.* 112.
Pax iustorum vera pax; peccatorum ficta. 2. *Machabæorum n.* 1.
Nil sapit, cui pax non sapit *Marcin* 143.
In pace interiori omnia spiritualia bona virtualiter inclusa. *Lucæ n.* 98.
PECCATOR: Uide *Malefactor*, *Peccatum*, *Delictum.*
PEccatrix Heuæ petulantia oris gustum ad oculos transtulit, vt celerius præceptum frangeret. *Genes. n.* 53.
Qui ob peccata propria necē subit Christi typo non associandus. *Genes. n.* 179.
Peccator spiritualium bonorum vilipensor *Genes. n.* 195.
Peccator nescit Dominum, nisi per flagella. *Exod. n.* 80.
Peccatores petra obstinatiores. *Exod. n.* 119.
Illudit Deo; qui post peccatum vice dolēdi ludit. *Exod. n.* 204.
Mali in timoris obiecto semper errant. *Exod. n.* 267.
De malis mala potius historialiter; quam prophetice enuntiari possunt. *Leuit. n.* 40.
Homo qui vitalia opera non producit mortuus reputandus. *Iosuæ n.* 24.
Peccator semper est pauidus, & imbecilli animalculo comparabilis. *Iudicum n.* 19.
Uix sumus, & iam grauiter peccamus. 1. *Reg. n.* 43.
Peccator quæ sit peccati ignominia, non intelligit. 1. *Reg. n.* 210. & 211.
Enormis peccator iustitiæ Diuinæ pinguis victima. 1. *Reg. n.* 212.
Peccator etiam rex authoritatem perdit, & seruilem ignominiam acquirit. 2. *Reg. n.* 107.
Peccatores de iustorum morte non dolere solent. 4. *Reg. n.* 121.
Qui enormiter peccat se visibilibus, ac inuisibilibus hostibus tradit. 4. *Reg. n.* 134.
Prius Deum relinquimus quam â Deo relinquamur. 1. *Paralip. n.* 74.
Cor peccatoris antrum dæmonis. *Iob n.* 204.
Peccator pabulum cacodæmonum. *Iob n.* 220.
Peccator, quem Deus benigne exaudit, ab occasionibus peccandi fugiat. *Psalm. n.* 19. 20. & 21. & *Ecclesiast. n.* 12.
Peccatores fætidius, & corruptius Reipublicæ lutum. *Psalm n.* 44.
In peccatoribus ratio seruiliter obedit, in iustis imperat. *Psalm n.* 96.
Iustus peccans ab ingenua, & nobili conditione in vilem, ac seruilem transit. *Psalm. n.* 154.
Peccator bona opera antea exercita non omittens, de recuperanda salute, non diffidat. *Psalm. n.* 189.
Peccatoris spiritus ex terrenorū commertio, quoddammodo hebetatur, & materialis efficitur. *Psalm. n.* 194.
Infernus peccantium spiritibus regio, & patria est. *Psalm. n.* 195.
Peccantium viæ tortuosæ, & obscuræ. *Prouerb. n.* 2.
Stultus per iocum peccat. *Prouerb n.* 45.
Peccator virtutem laudare non solet, nec virtus laudem peccatoris apperit. *Ecclesiastici n.* 57.
Peccantium iter confragosum, & in infernum præceps. *Ecclesiastici n* 90.
Peccator obstinatus, ne naturali impulsui, ad sui conuersionem obtemperat. *Isaiæ n.* 28.
Peccatores ignis æterni materia combustibilis. *Isaiæ n.* 194.
Amplius peccare solent homines, quam possunt. *Ieremiæ n.* 18.
Pessimum peccantium genus supplicijs Diuinis non emoliri, sed potius indurari. *Ieremiæ n.* 29.
Non solum contra, sed vltra Diuinum captum homines peccando progredi, quodammodo dici potest. *Ieremiæ n.* 39.
Iniqui peccatores filiationem Dei spernunt. *Ieremiæ n.* 54.
Qui aliquoties peccant, naturam maculāt; qui semper, denigrant. *Ieremiæ n.* 60.
Peccatores immatura morte puniri solent. *Ieremiæ n.* 72.
Peccantium enormitas, vel pacatissimum Dei Spiritum in iram accendit. *Ieremiæ n.* 127.

Peccatorem nullo suo damno diabolus rete suo capit, & illudit. *Tren. Ieremiæ n.* 26.

Peccatores cito perennt, quia ad mortem properant, & mors ab ipsos accelerat. *Tren. Ierem. n.* 42.

Qui à bonis operibus ad mala declinant, anteacta omnia exurũt. *Ezechielis n.* 11.

In se ipsos insurgunt, qui contra Deum agunt. *Ezechielis n.* 39.

Non peccatoris, sed peccati mortẽ Deus vult. *Ezechielis n.* 73.

Peccatores intime iustis adhærentes ab anteactis erroribus emmendari solent. *Osee n.* 1.

Via peccatorum inuia, difficilis, ac senticosa *Osee n.* 4.

Peccatrices animæ à Deo incomestibiles. *Osee n.* 32.

Obstinatissimi peccatores inordine ad resipiscentiam Æ hiopibus comparabiles. *Amos n.* 18

Maior peccatoris siccitas quam maris humiditas. *Nahum. n.* 1.

Nunquam Malis peius, quam cum Boni ab ipsis separantur. *Zachariæ n.* 26.

Peccator vere resipiscens taliter Dei fit amicus, ac si nunquam inimicus fuerit. *Matth. n.* 210.

Peccator in quantum cæmonis filius Inferno adiudicatur. *Matth. n.* 340.

Obstinatissimus peccator præmature cœcus, sero videns. *Matth. n* 406.

Qui peccata appetunt, Iesum perdunt. *Matth. n* 415.

Peccatoribus, vel dies ipse tenebrescit. *Marci n.* 18.

Peccatorem resipiscibilem Deus honesto nomine condecorare dignatur. *Lucæ n.* 200.

Peccator per pœnitentiã ex dæmonis gregali caterua in Dei ouile transit. *Lucæ n.* 202.

Peccator Deo affectiue, cœlo effectiue no cet. *Lucæ n.* 213.

Peccatores Christum, non in templo, sed in Mundi horto quærunt. *Lucæ n.* 333.

Peccator caute, & sine scandalo procedens facilius â Deo veniam impetrat. *Ioan. n.* 40.

Peccatoris præsentia, vel ipsius Dei claritati officit. *Ioan. n.* 154.

Nemo verius insipiens appellari potest, quam peccator. *Ad cor. 2. n.* 9.

Grauius peccat, qui aduertentius peccat. *Ad Thimoth* 1 *n.* 3.

PECCATUM: Uide *Delictum*.

PEccatum tam animæ, quam corpori inducit mortem. *Genes. n.* 37.

Peccatum, etsi internum, venenum est foras erumpens *Genes. n.* 60.

Adó irregulariter grauis morbus peccatum est, vt Deo non solum speculatiue, sed etiam practice medico indigeat. *Genes. n.* 62.

Peccatum Adami in omnes, Chami vero in suos, quasi originaliter, posteros deriuatum. *Genes n* 87.

Quorundam enormitas peccatorum vel á Diuina scientia incomprehensibilis per exaggerationẽ dici potest. *Genes n* 148.

Peccata, quæ absente ministro fiunt, sunt culpabilia, quid erit si eo tolerãte fiant? *Exod. n.* 205.

Celeritas ad peccandum grauius offendit, quam ipsum scelus. *Exod n.* 209.

Peccata principum populos commaculant. *Exod. n.* 226.

Peccata hominis, quasi identificata cum homine. *Exod. n.* 246.

Peccata leuia leuiter expiantur. *Leuit. nu.* 11.

Cui peccatum contigit mortem contingit *Leuit. n.* 21.

Peccata populi in principem redundare solent. *Deuter. n.* 9.

Natura humana peccato corrupta Deo semper repugnare nititur. *Iudicum n.* 5.

Peccare est malum sibi facere, ac bella cõcitare. *Iudicum n.* 18.

Mala naturæ quæ accidunt, à peccatis hominum causantur. *Ruth n.* 1.

Hebræorum peccata promissionis terrã in terram sterilitatis conuerterũt. *Ruth num.* 2.

Peccata *consequentiæ* grauissima 1. *Reg. n.* 45.

Ab omissionis peccato à principibus ob inaduertentiam frequenter admisso diligen-

ligenter cauendum est. 1. *Reg. n.* 177.
Ad illicitum nulla compellit necessitas. 1. *Reg. n.* 181.
Peccati natura auersio à Deo. 1. *Reg. num.* 202.
Peccatori finaliter impenitenti omnia cõmissa peccata ad pœnam reuiuiscunt. 1. *Reg. n.* 322.
Peccati fœditas non solum descendentes, sed ascendentes etiam maculare solet. 2. *Reg. n.* 30.
Ex hominum peccatis posse Deo aliquid mali prouenire, existimare temerarium est. 2. *Reg. n.* 49.
Inmunditia externa purificari facile, interna difficile. 2. *Reg. n.* 78.
Peccati macula per legitimam deletur absolutionem, at non semper peccati pœna. 2. *Reg n* 110.
Materia peccati grauius detestanda, quam antea fuerat concupita. 2. *Reg. n.* 137.
Occasio peccati laqueus mortis. 2. *Reg. n.* 241.
Peccatorum, & ignorantiæ tenebræ vltra id quod dici potest, obscuræ, & densæ. *Sophoniæ n.* 1.
Peccatum non solum animam fœdat, sed corpus corrumpit, ac vilipendit. *Sophoniæ n.* 4.
A peccatis, & peccatoribus celerrime fugiendum. *Zachariæ n.* 2.
Peccatorum volumen maximum voluminum. *Zachariæ n.* 8.
Mors animæ morte corporis longe grauior. *Matth. n.* 167.
Peccati inchoatio à perpetratione ipsius fere non differt. *Matth. n.* 388.
Multa bona non prosunt eis, qui peccare non desinunt. *Marci n.* 88.
Quæuis peccandi occasio omnino est abolenda. *Marci n.* 213.
Sibi ipsi peccator grauissimum supplicũ infert. *Lucæ n.* 168.
Veniales culpæ gratiæ lumen non extinguunt. *Lucæ n.* 216.
Licentia ad peccandum, vel à Deo ipso, impossibilis. *Lucæ n.* 221.
Peccata proximorum etiam distantia, apparent; bona opera, etsi præsentia, disparent. *Lucæ n.* 224.
Membrum peccans, si fieri posset, à compage sua, ad correptionem separandũ. *Lucæ n.* 308.
Peccati occasio omnino fugienda. *Lucæ n.* 339.
Peccati mors Dei amicitiam disoluit. *Ioan. n.* 116.
Peccatum animæ mordax venenum. *Ep. Ia. Apost. n.* 5.
Adeó graue damnum peccatum infert, vt tota Trinitate reparatrice indigeat. *Ep.* 1. *B. Io. n.* 7.

PECCATI POENA.

FOrmatio mulieris fecit illam viri sociam, culpa ancillam. *Genes. n.* 40.
Peccato pœna correspondens ex enormitate in credibilis apparere potest. 3. *Reg. n.* 94.
Omnia mala ciuilia, & naturalia á peccatis oriunda. 2. *Paralip. n.* 30.
Conceptionum humanarum tempus ex peccati contractione tenebrescit. *Iob n.* 42.
Maligni iniquitas violento motu ascendit, vt super ipsum decidat. *Psalm. num.* 23.
Malignus in foueam innocenti á se præparatam incidit. *Psalm. n.* 24.
In michrocosmo per peccatum vitiato omnia inuersa. *Ecclesiastes n.* 33.
Remissa culpa reatus pœnæ remanet. *Ecclesiastici n.* 11.
Mors originalis peccati pœna; morbi male curati pœna sunt actualium. *Ecclesiastici n.* 157.
Peccator ter humiliatur, quia triplici tyranno subijcitur. *Isaiæ n.* 91.
Brutaliter viuentes homines communi cum brutis supplicio afficiendi. *Ieremiæ n.* 96.
Enormiter peccantibus multa simul mala imminent lethalia, *Ieremiæ n.* 97.
Ciuitas pecatrix multimodis vstulationibus obnoxia. *Ieremiæ n.* 99.
Mala pœnæ viros fideles; etsi iniquos, reuerentur. *Ieremiæ n.* 106.
Peccata non regno cœlesti solum, sed etiam terreno priuant. *Tren. Ieremiæ n.* 45.

Deus quantum eſt poſsibile ſontiũ ſupplicium differt. *Ezechielis n.* 89.

Deus peccatores temporali mallet ſupplicio afficere; ipſi ſe æterno mancipare volunt. *Ezechielis n.* 97.

Propter malos quandoque boni mala naturæ, ſeu mala pœnę perpetiuntur. *Oseæ n.* 20.

PECUNIA: Uide *Auaritia*, *Auarus*.

METalla in pecuniam excuſſa ab extraneis prouintijs ad vecta, vt ſuſpecta habenda. *Geneſ. n.* 348.

Pecunia inter miniſtrorum, & calculantium manus dilabi ſolet. 4. *Reg. n.* 157.

POENA: Uide *Iudex*, *Peccati pœna*.

UNi delicto duplex pœna non correſpondeat. *Leuit. n.* 36.

Pœna ſontibus reſtituitur quia iure debita. *Deuter. n.* 29.

Sontibus pœnam differre, eſt iuſtitiæ rapinam facere. *Deuter. n.* 30.

POENITENTIA: Vide *Sacramentum*, *Satisfactio*.

POEnitentia expellit à nobis peccata, & in noſtris cordibus virtutes inſerit. *Exod. n.* 165.

Pœnitentiæ lacrymæ animæ ſordes abluunt. *Leuit. n.* 4.

In præſenti vita nulla eſt adeo grauis culpa, quæ per bonos motus contrarios deleri nequeat. *Iudicum n.* 197.

Qui facilis eſt ad peccandum, non ſit difficilis ad reſipiſcendum. 2. *Reg. n.* 81.

Inter veram pœnitentiam, & peccati remiſsionem ſola vox miniſtri mediat. 2. *Reg. n.* 109.

Dolor de peccatoris morte vſque ad ęgritudinem debet intendi. 2. *Reg. n.* 253.

Pœnalia pœnitentiæ opera, quo ſecretiora, tanto Deo gratiora. 4. *Reg. n.* 83.

Pœnitentiale Eccleſiæ forum in lege veteri præſignatum. 1. *Paralip. n.* 64. & 65.

Peccata coram Deo humiliter confitenda; non audacter committenda. 1. *Eſdræ n.* 11.

Pœnitentia adeó peccata condecorat, vt corã Deo apparere poſsint. 1. *Eſdræ n.* 12

Vere pœnitens priuilegijs virorum virtute præcellentium potiri valet. 1. *Eſdræ n.* 13.

Propria ſcelera in Sacramentali confeſſione propalare honorem auget, non minuit. *Tobiæ n.* 74.

Cilicium mentem in Deum erigit; mundus muliebris ad terram deprimit. *Iudith n.* 27.

Vera contritio vanitatis inſtrumenta dilacerat. *Eſther n.* 68.

Pœnitentię virtus, etiam impoſsibilia aggreditur, & conſequitur, *Iob n.* 44.

Vere *peccaui* dicens, vel de Deo ipſo legalem victoriam reportare poteſt. *Iob n.* 56.

Pœnitentiæ lacrymæ, non ab oculis in terram deſcendunt, ſed charitatis igne ad cœlum vſque aſcendunt. *Iob n.* 90.

Lucidæ pœnitentiæ nubes humanam diſponunt terram ad granum Euchariſticum ſuſcipiendum. *Iob n.* 205.

Non nullis tandiu ſolum durat compunctio, quamdiu Diuina ſolet ferire punctio. *Pſalm n.* 85.

Pœnitentialis fori poteſtas in lege veteri adumbrata. *Pſalm n.* 86. & *Prouerb. n.* 58.

Pœnitentiale forum non ſolum in lege veteri adumbratum, ſed ſtabiliri procuratum. *Pſalm. n.* 97. & 118.

Pœnitentia *ſcutum* hominem totum protegens, & occultans. *Pſalm. n.* 108.

Cum peccator per pœnitentiam liqueſcit, peccata in fumum euaneſcunt. *Pſalm. n.* 124.

Peccatorum confeſsio ſpiritualis quædã, & ſalutaris phlebotomia eſt. *Prouerb n.* 28.

Confeſsionis Sacramentalis optimi effectus. *Prouerb. n.* 108.

Paucorum pœnitentia multis prodeſſe ſolet. *Sapientiæ n.* 34.

Ad confeſsionis Sacramentum examen diligens præmittendum. *Eccleſiaſtici num.* 71.

Pœnitentiæ lacrymę nõ tam externę eſſe debent, quam internæ. *Ieremiæ n.* 23.

Tempus ad reſipiſcendum conceſſum exactiſsime Deus enumerat. *Ieremiæ num.* 115.

Non vult Deus peccatorum mortem, ſed conuerſionem. *Ezechielis n.* 92.

Qui pœnitentiam ab anno in annum differunt, terminum interminabilem assumunt. *Oseæ n.* 19.
Peccata in duplici Ecclesiæ mari suffocãtur. *Michææ n.* 14.
Pœnitentialis fori secretum per semetipsum Christus commendare dignatur. *Matth n.* 118.
In sacramentali foro obmutescentem fores cœli excludunt. *Matth.n.* 306.
Uere pœnitens ad sui humiliationem anteacta commissa recolit. *Matth.n.* 349.
Tectum peccatum sacramentaliter nudandum, vt gratiæ veste decentissime contegatur, & speciosissime ornetur. *Marci n.* 22.
Ablutio à culpa Eucharistiam præcedit. *Marci n.* 220.
Pœnitentię virtus etiam super Apostolorum culmen pœnitentem eleuare valet *Marci n.* 255.
Peccatorum lepra per veram pœnitentiam eliminatur non contegitur. *Lucæ n.* 63.
Christus ad pœnitentes conuertitur non ad rigidos. *Lucæ n.* 92.
Sacra methamorphosis pœnitentia est. *Lucæ n.* 95.
Pœnitentiæ virtus nunquam dimittenda. *Lucæ n.* 185.
Pœnitentiæ lacrymæ, quo lacrymanti amariores, Christo Domino dulciores. *Lucæ n.* 340.
In pœnitentiæ Sacramento Minister soluit, Deus viuificat. *Ioan n.* 125.
Sacramentalis pœnitentia non solum maculas tollit, sed etiam irreprehensibilitatem inducit. *P. ad Colos n.* 4

POENITENTIÆ SACCUS.

SAccus pœnitentialis non est noua in Ecclesiam introductio, *Leuit.n.* 25.
Ueri pœnitentis cilicium non solum carni applicatur, sed etiam carni penetratur. 4 *Reg.n.* 86.

PERFECTIO: Uide *Religio.*

PErgens ad Deum ne diuertat. *Exod.n.* 55.
Qui ad altius, & perfectius bonum diligenter contendit in mediocri bono non quiescit. 1. *Reg n.* 27.
Nil derepente factum perfecte fit. 2. *Paralip.n.* 151.
Non Deum lætificat fidelium numerus, sed perfectio. *Isaiæ n.* 24.
Uiri perfectionis cupidi consilia Diuina tãquam præcepta admittunt. *Matth.n.* 187.
Per viam gradientes perfectionis Deum, & pastorem, & ductorem sortiuntur. *Matth.n.* 245.
Non omnes, qui perfectionem profitetur, perfecti sunt. *Lucæ n.* 100.
Nullus adeó perfectus, qui mundano puluere non sordescat. *Ioan.n.* 147.

PERICVLVM: Uide *Bellum.*

QUi â Deo confortatur ad humana pericula, non expauescit. *Genes. num.* 225.
Ad locum in quo periclitatur honor dari nequit ascensus, sed descensus. 2. *Reg. n.* 93.
Periclitantibus in mari, & vota, & laudum Diuinarum hostiæ solemnes sunt. *Ionæ n.* 6.

PERSECUTIO: Uide *Hostis.*

PErsecutio ad mortem absque præuia culpa incredibilis videtur. 1. *Reg num.* 313.

PERSEVERANTIA: Uide *Prædestinatio ad vitam.*

AFinali perseuerantia nostræ pendet approbatio vitæ. *Genes.n.* 10.
Peccatoris conuersio sine perseuerantia, quasi non conuersio reputanda. *Exod n.* 64.

PETRUS, ET PAULVS: Uide *Apostoli.*

IN diuis Petro, & Paulo omnium merita Apostolorum inclusa. *Exod.n.* 170.
Pauli Apostoli conuersio magna, & antiqua cura Dei, *Numer.n.* 69.
Negatio Petri à Christo in Iob persona præsentita. *Iob n.* 113.
Roma Christi Magisterium, & Petri Cathedra immobilis. *Isaiæ n.* 78.
Petro *Pes* ob firmam immobilitatem: Paulo *Pedes* ob eius peregrinationes continuas attributi. *Isaiæ n.* 79.
Petri amor erga Deum â solo Deo cognoscibilis est, & mensurabilis. *Ioan.n.* 202.

A Petri normam Diuina omnia, & humana regulanda. *Ioan. n.* 204.
A Petro amari non ſolum ambit Deus, vt Unus, ſed vt Trinus. *Ioan. n.* 206.
Ad Petri erga Deum amorem comprehendendum, vel ab ipſo Deo triplex conatus adhibendus. *Ioan. n.* 207.
Paulus, etiam dum Saulus erat, Eccleſiæ valde proficuus fuit. *Act. Apoſt. n.* 54.
Paulus à ſui conuerſione vſque ad mortem perpetuus non ſolum Apoſtolus, ſed etiam Martyr. *P. ad Cor. 2. num.* 7. & 8.
Diui Pauli Apoſtoli *Gratia Dei* ſubſcriptionum character fuit. *P. ad Theſſal. 1. num.* 9.
Diui Pauli Apoſtoli Epiſtolę non ſolum canonicę, ſed cononizatæ. *Ep. 2. B. Pe. Apoſt. n.* 9.
Omnia Pauli verba myſterioſa ſunt, & arcana. *Ep. 2 B Pe. Apoſt n.* 11.
Pauli Epiſtolæ præcipuus hæreticorum malleus. *Ep. 2. B. Pet. Apoſt. n.* 12.

PIETAS: Vide *Miſericordia, Filius.*

PER immenſum Diuinæ mentis Oceanum pietatis cynoſurâ nauigare licet. *Ieremiæ n.* 136.
Cum mortuis, vel moribundis pietas Deo ſummè grata. *Matth. n.* 362.
In defunctos pius omnimoda laude dignus. *Lucæ n.* 361.
Chriſtiana pietas tam mortuos, quam viuentes curat. *Act. Apoſt. n.* 52.
Cui pietas deeſt, Chriſtianę veritas religionis obtenebreſcit. *P. ad Titum n.* 1.

POLITICA: Vide *Aulicus, Reſpublica.*

OPtima politicæ ars, de malis bonos efficere. *Iudicum n.* 56.
politica induſtria exilibus medijs magnos fines conſequitur. 1. *Reg. n.* 441.
Mira politicę dexteritas ſpecie lucri finitimos reges eneruare, & ad pacem conſeruandam ſenſim neceſsitare. 3. 3 *Reg n* 113.
Solemne regibus, finitimorum regum hoſtes, honeſto quidem prætextu, ſed certe maligna intentione, protegere, & conſeruare. 3. *Reg n.* 118.
Facile populum quærulum politica induſtria ſedare valet. 3 *Reg. n.* 129.
Difficilime amiſſa recuperantur, quæ facilime poterant non amitti. 2. *Paralip. n.* 67.
Cacopolitici, & hypocritæ in modo conueniunt, in materia differunt. 1. *Eſdræ num.* 2.
Sal, quí in aulis principum inſumitur, non Diuinę, ſed humanæ, & ſubdolæ ſapiẽtiæ eſſe ſolet. 1. *Eſdræ n.* 5.
Politica humana quandoquè, inculpatę, Diuinæ contrariari ſolet. *Tobiæ num.* 73.
Humana politica honeſtis ſemper prętextibus malignitatem contegit. *Iudith n.* 3.
Affectiones voluntarię principum continua ſtudia ſunt aulicorum. *Iudith num.* 29.
Cautopolitici nil ſolertius, quam inimicitias celant. *Eſther n.* 60.
Subditis inferioribus decreta ſolum intimanda, motiua ſubticenda. *Pſalm. nuu.* 162.
Omnigenas ęrumnas expertus optimus ſcientiæ politicę magiſter. *Pſalm. num.* 168.
Subdola Nationum ſolertia Hiſpanicas diuitias exſugit. *Iſaiæ n.* 94.
Finitimorum principum depreſsio, dogma politicum falibile, & incertum. *Ezechielis n.* 100
Principes facierum miniſtrorum ſibi adhærentium attenti ſcrutatores. *Danielis num.* 6.
Cum regibus cauta attentione loquendum, & agendum eſt. *Danielis n.* 36.
Solemne regibus ex aliorum ruinis ſe extruere. 1. *Machab. n.* 41.
Principes in negotijs ſtatus magnum ſeruare ſecretum docet Deus. *Matth. num.* 36.
Ciuilis genius ciuiliter; ruſticus ruſtice ſemper agit. *Matth. n.* 325.
In munerum appretiatione politica Diuina, & humana non nunquam diſsicent. *P. ad Cor. n.* 7.
Optima regum politica Chriſtiani mores. *P. ad Titum n.* 11.

Polly-

POLLYGAMIA: Vide *Matrimonium.*

POllygamia verum amorem coniugalem eliminat. *Iudicum n.* 134.

Pollygamia, etiam inter Hebræos, reprehensione digna. *Isaiæ n.* 190.

Unum cubile plura consortia non admittit. *Isaiæ n.* 191.

POPVLUS: Vide *Communitas, Regnum. Respublica.*

MOyses ad senes loquitur, ad populum ignis vtitur, & cur? *Exod. n.* 57.

Populi responsio ad seniorum refertur responsionem. *Exod. n.* 133.

Populus gubernatur ex ijs, quæ solum videt, non his ad quæ debet attendere. *Exod. n.* 190.

Per aquas populi, quia cito confluunt, & diffluunt. *Numer. n.* 70.

Cum plebs numerosa perit, non pauci pereunt Senatorum. 1. *Reg n.* 92.

Unus ex capitalibus reipublicæ ministris plurimis ex plebe æquualet. 1. *Reg. n.* 93.

In Regnis electiuis populus collectiue regi diuisiue considerato præferendus. 1. *Reg. n.* 178.

Populus bellis irrequietus non in domibus, sed in tabernaculis habitare dicendus est. 1. *Reg. n.* 180.

Populus, sicut aqua, ens fluidũ, & inconstans. 2. *Reg. n.* 210.

In consiliorum appretiatione populus frequenter errat. 2. *Reg. n.* 214.

Popularis conditio summe instabilis. 2. *Reg. n.* 274.

Superiores inter se committere iucundũ populo spectaculum. 3. *Reg. n.* 184.

In generalibus comitijs populus cum rege politice potius, quam affectiue agere solet. 1. *Paralip. n.* 11.

Populus in vnum collectus â rege honorifice tractandus. 1. *Paralip. n.* 12.

Munus pastoritium artis regendi populos magisterium. 1. *Paralip. n.* 33.

Nex populi certissima cum rex, ac primus minister sibi in uicem complacere studeant. *Esther n.* 32.

Tumultuanti populo cedere in multis prudentia est. *Ieremiæ n.* 178.

Popularium artium professoribus extraua gantia vocum lucratiua, *Danielis n.* 16.

Coram populi multitudine res inhonestiæ honestis vocibus explicandæ. *Danielis n.* 125.

Populus Christianus monita salutis ab Euangelico declamatore pronuntiata admittat, de eiusdem moribus, non disquirat. *Matth. n.* 314.

Saturato populo æquum est quod ministri Ecclesiæ saturentur. *Marci n.* 112.

POSSESSIO: Vide *Dominium.*

VNusquisque in possessione sua retinendus *Genes. n.* 11.

Possessio est pedum positio. *Deuter. n.* 11.

Canaanitice terræ de duratura possessione promissio, etiam cum verbis absolutis proponitur, conditionate venit intelligenda. *Deuter. n.* 48.

Possessor, etsi iniustus, pedetentim, non præcipitanter à re possessa expellendus *Act. Apost. n* 100.

POTESTAS: Vide *Iudex Iurisdictio.*

POtestas ad benefaciendum, & ad mulctandum esse debet. *Exod. n.* 50.

Eadem potestas ceremonijs iisdem conferenda. *Iosuæ n.* 29.

Omnis potestas, quæcumque sit á Deo est. 3. *Reg. n.* 119.

Humana potestas terrena, & limitata. *Sapientiæ n.* 26.

Cum diuisione nec virtus, nec potestas stare possunt. *Matth. n.* 161.

Occulta cum externis naturaliter coniuncta Ecclesiæ iudicio, & ordinationi subsunt. *Marci n.* 187.

In Ecclesia vtriusque gladij potestas nunquam defuit. P. *ad Cor. 1. n.* 6.

POTENTIA HUMANA: Vide *Homo.*

MUndialis potentia etiam transformata, aliena ambire non cessat. *Exod. n.* 6.

Potentia, quæ à se non est, non vera, sed apparens potentia est *Iudith n.* 2.

Exiguis quandoque medijs oportune adhibitis magna detrimenta euitari possunt. *Iudith n.* 10.

Omnis humana potentia per nihilum optime difinitur. *Amos n.* 13.

PSEUDOPOLITICA: Uide *Aulicus. Politica ars.*

CAcopolitici, honesta nomenclatura, & promptis muneribus malas artes honorare non dubitant, *Numer. n.* 49.

Non nulli humanos respectus Diuinis præferunt. *Psalm. n.* 39.

Ars cacopolitica ab honesto sapientiæ, vel scientiæ nomine repellenda. *Ecclesiastici n.* 80.

Sophystica locutio omnibus odiosa. *Ecclesiastici n.* 150.

Auxilia externa vmbratilia. 1. *Isaiæ n.* 92.

Qui se expoliat, vt ab alijs inefficaciter adiubetur, iumentum est. *Isaiæ n* 93.

De finitimorum principum ruina lætari pseudopoliticum gaudium, & exultatio est. *Abdiæ n.* 3.

Cacopolitici regis etiam actiones externe bonæ, ex praua intentione vitiantur *Matth n.* 26.

Cacopolitici pro certis habent, quæ suspicantur. *Matth. n.* 42.

Politico crudelis vulpes propriſsime compellandus. *Lucæ n.* 191.

Maligne politici sub virtutis larua vitia tegunt. *Lucæ n.* 346.

PSEVDOPROPHETA: Uide *Minister malus.*

PSeudoprophetæ de capitati repulluIant 3. *Reg. n.* 101.

Boni prophetæ occulti, & absentes relinquuntur; mali semper ob oculos principum obuersantur. 3. *Reg. n.* 204.

Pseudo propheta ex diabolo, vel ex se loquitur. 2 *Paralip. n.* 92.

Qui illicita proponit, ex Spiritu Dei loqui nequit. 2 *Esdræ n.* 18.

Uerba non ex Diuina inspiratione, sed ex cerebro suo loquentis incerta sunt. *Iob n.* 106.

Chiromantia ars ludrica, & superstitiosa. *Isaiæ n.* 162.

Qui falsos prophetas iudiciali munere præficiunt, iniquos iudices experiuntur. *Ieremiæ n.* 137.

Qui falsa pronuntiat, Dei nomine loqui nequit *Tren. Ieremiæ n.* 15.

Qui ad peccandum inducentia profert, nō propheta, sed pseudopropheta est. *Tren. Ieremiæ n.* 16.

Pseudoprophetæ prophetarum simiæ. *Trenor. Ieremiæ n.* 17.

Pseudoprophetæ, & pseudo orantes Euangelici tam fidelibus, quam infidelibus nocentissimi. *Ezechielis n.* 56.

Pseudoprophetæ damna publica potius inducunt, quam euitant. *Ezechielis n.* 57.

PRÆDESTINATIO AD VITAM.

ABinfidelibus in morte secerni, & religiose sepeliri, prædestinationis argumentum. *Iudicum n.* 114.

Exiguus prædestinatorum numerus. 1. *Reg.* 2. 392.

De peccatoris saluatione non desperandum: potest enim cum interna finali pœnitentia decedere. 1. *Reg.* 426.

De grauibus etiam peccatoribus circa prædestinationem ad vitam pie præsumendum. 1. *Paralip. n* 9.

Viro misericordi fidenter de prædestinatione sua loqui licet. *Tobiæ n.* 18.

Qualiter â Deo accepti simus, ob multa bona nostra incerti sumus. *Iob n.* 58.

Prædestinati ad gloriam in Dei dextera collocandi. *Iob n.* 78.

Incuisque manu est, quod saluetur, vel pereat. *Psalm. n.* 184.

Resurrectio ad vitam *Natiuitas*, ad pœnam *Mors* appellanda. *Ecclesiastici num.* 164.

Saluandorum præmium, & Damnandorum pœna contraria proportione æquiualent. *Zachariæ n.* 9.

Iacob, & Esau predestinatorum, & reproborum symbolum. *Malachiæ n.* 2.

Deus vult, omnes homines saluos fieri. *Matth. n.* 286.

Iusti per bona opera ad cœleste regnum ius adquirunt. *Matth. n.* 336.

Nemo vnquam æternæ salutis suę solicitudinem abijciat. *Lucæ n.* 130.

PRÆLATIO: Uide *Præsul, Princeps, Rex.*

HOminum prælatura, & in Dei obsequio, & in virtutum consistit exercitio. *Genes. n.* 21.

Consanguinitas præficientis non est meritum assumendi ad præfecturam. si sufficien-

ficientia desit *Genes.n.*383.
Temporarię fœlicitates cum æterna comparatæ disparent.3.*Reg n.*22.
Terrenæ dignitates oculorum mendacia. *Ecclesiastici n.*137.
Diuina,non humana est Episcopalis potestas.*Lucæ n.*19.

PRÆLATUS: Vide *Præsul.*

DEI est omnigena bona in communi largiri;boni superioris singillatim iuste diuidere.*Exod.n.*112.
Mille artibus superiores actiones suas turpes excusare conantur.*Exod.n.*227.
Pauciss imi superiores plus subditos, quã se ipsos, diligunt. *Leuit.n.*18.
Prælatus vigil facile manicat.1.*Reg.n.*234.
Prælatus,vel ex iusta causa, absens gregis curam non omittat.1.*Reg.n.*235.
Prælatus à grege discedens gregis onus secum defert.1.*Reg.n.*236.
Prælato cetera preter gregem transcurare licet.1.*Reg.n.*237.
Prælati prouinciales sic suas visitationes obeant,ac si statim á vita assent discessuri.4.*Reg.n.*13.
Dum prælatia viget, omnis authoritas in prælato existit.4.*Reg.n.*26.
Prælatus ridens subditum effrænem reddit. *Ecclesiastes n.*21.
Prælati Sacræ Scripturæ ignari reprehensione digni.*Isaiæ n.*185.
Prælato vano,& ambitioso nil deterius. *Ieremiæ n.*104.
Populi dominium solus Deus: prælati vicariam pro Deo administrationem nãciscuntur.*Ieremiæ n.*105.
Prælatis superioribus plures Angeli custodes adstant *Zachariæ n.*4.
Prælatus negligens emortuum simulachrum.*Zachariæ n.*29.
Prælati defectus suos humiliter recognoscant, sed imprudenter non propalent.*Matth.n.*259.
Non omnis prælatorum sopor rigida censurâ dignus.*Matth.n.*381.
Communitatis negligentiam desidia prælati causat.*Marci n.*223.
Episcopalis muneris vel simbolum angeli reuerentur,& suspiciunt.*Lucæ n.*18.
Prælatus subditis,etiam indignissimis,salutis monita non deneget.*Lucæ n*149.
Prælatus priusquam præcepti iugum imponat subditum demulceat.*Lucæ num.*209.
Prælati,á quibus corpore absunt, subditis mente assistant.*Ioan.n.*117.
Qui illegitime alicui cõmunitati præest, taliter in illa est,ac si non præesset. *Ioan. n.*126.
Qui limitata valde iurisdictione præsidet, non caput,sed aliud communitatis mẽbrum dici debet.*Ioan.n.*127.
Prælati cum á subditis adorantur, se humilient,& ad Deum honorem referãt. *Act.Apost.n.*73.
Fere numquam prælatus absque aliqua culpæ specie somnum capit. *Act.Apost. n.*81.
Prælato vigili nil sui muneris ad impletionem impedit.*Act.Apost.n.*82.
Prælatorum conuersatio debet esse grauis,& modesta,& ab omni prorsus leuitate,& scurrilitate aliena. *P.ad Thim.*1. *n.*9.
Ioannes rogans mandat, vt omnes prælati rogare discant.*Ep.*2.*B Ioan.n*3.
Prælatus in territorio suo circumscriptiua vbicatione existat.*Apoc.Io.n.*7.
Prælatorum peccata subditi pati solent. *Apoc.Ioan.n.*9.

PRÆSUL: Uide *Prælatus, Rex.*

PRimi pręsules ab officio bene adimpleto nomen, & honorem desumunt. *Genes.n.*19.
Vbicatio subditi oculis, vel mente prælati semper obseruari debet. *Genes.n*61.
Præsul genia subditorum percalleat, vt eos præficiat *Genes.n.*277.
Primum perfecti prefecti munus prouinciam oculis lustrare, & comprehendere.*Genes.n.*329.
Quod in sublime exaltatus, cognoscat humiles,quin ab illis cognoscatur, mirabile est. *Genes.n.*334.
Dęmonis imitatores nullos magis odio habent, quam veros populi pastores. *Genes.n.*380.
Præsuli munere,& vitâ fungi pro eodem sunt.*Genes.n.*398.

Moyſes palatium relinquit; vt ſuos viſitet. *Exod.n.*24.
Non nulli honorem ſolum prefecturæ ambiunt, onera recuſant. *Exod.n.*49.
Uirorum iuſtorum eſt ad admiſsionem munerum pauere; ſed iam admiſſa ſine pauore obire. *Exod.n.*58.
Unus prælatus, niſi á bonis miniſtris adiuuetur, nequit omnibus malis occurrere. *Exod.n.*120.
Numquam Prælatus parcit curæ ſubditorum abſque illorum detrimento. *Exod.n.*121.
Subditi vincuntur ab inimicis ſpiritualibus negligentia prælatorum. *Exod.n.*124.
Miniſter Dei non abſtrahat tempus à regimine; vt curæ ſuorum vacet. *Exod n.*127.
Prelati non intromittant conſanguineos in Eccleſiam, niſi inſpiratione Diuina. *Exod.n.*167.
Prælatus omnibus æqualis eſſe debet. *Exod.n.*168.
Si Epiſcopus ſupra ſeferat populos ſemper eorum recordabitur. *Exod n.*169.
Amor, & patientia boni prelulis conſtitutiua. *Exod.n.*171.
Uerba Pontificis ponderoſa eſſe debent. *Exod n*178.
Relinquat ſuperior orationem ad tempus; vt peccata puniat, & impediat. *Exod.n.*206.
Patientia, & amor præcipuæ præſulũ virtutes. *Leuit.n.*14.
Corporis moralis caput cum reliquis mẽbris non confunditur. *Deuter.n.*41.
Plures reipublicæ rectores, qui vno ſpiritu animantur, in ſingulari loquuntur. *Deuter.n.*84.
Perfecti præſulis conſecutio à ſolo Deo expectari poteſt. *Deuter.n.*94.
Qui duplici fungitur munere ad vtrumque debet attendere, 1. *Reg.n.*10.
Prælati negligentis ſedes, non eſt ſolium, ſed tumulus, ſeu ſepulchrum. 1. *Reg.n.*59.
Prælati negligentes non ſolum videndi actu, ſed viſiua etiam potentia carent. 1. *Reg.n.*60.
Bonus præſul ſubditorum vias, & vitas ſcire debet melius quam ipſi. 1. *Reg.n.*123.
Bonus præſul Diuinam immenſitatem, modo quo potuerit, imitetur. 1. *Reg.n.*126.
Ad bonum præſulem nulli aditus difficilis. 1. *Reg.n* 128.
A bono præſule omnis comitatiuus faſtus abijciendus. 1. *Reg.n.*131.
Bonus præſul populum non deſerit, donec de congruo ſucceſore prouideat. 1. *Reg.n.*169.
A bono præſule timor ſeruilis erga Deum à populo excludendus; filialis vero, & reuerentialis inducendus, 1. *Reg.n* 176.
Ob ſecundaria munera etiam bene ac proſpere geſta, primum ac precipuum munus non negligendum. 1. *Reg.n.*279
Eccleſiaſtici nomenclatura miniſterij honorificentiſsima. 2. *Reg.n.*66.
Prouida prælati ſufficientiâ ſubditos obſequentes paſcant. 3. *Reg.n.*162.
Bonus præſul, etiam cum videtur quieſcere, non quieſcit. 3. *Reg.n.*195.
Bonus præſul ſuam depoſitionem nec differt, nec recuſat. 3. *Reg.n* 196.
Superior ob perſonalem mortificationem dignitatem ſuam ſperni non permittat. 4. *Reg.n.*33.
Bonus præſul plus populum, quam multi martiales duces, protegit. *Sapientiæ n.*42.
Præſul deſidioſus tanquam mortuus reputandus. *Iſaiæ n.*63.
Bonus præſul malum quod ſubditis cõminatur prius patitur. *Ieremiæ n.*130.
Bonus Eccleſiæ præſul non ſolum malis præſentibus, ſed futuris, & ingruentibus debet occurrere. *Ezechielis n.*26.
Epiſcopale munus non tam dignitas, quã periculum. *Ezechielis n.*109.
Paſtorum dormitatio gregi grauiter nocet, dormitio totaliter gregem deſtruit. *Nahum n.*5.
Malus præſul munus ſuum, non miniſteriale, ſed dominatiuum tantum exiſtimat. *Matth.n.*317.
Paſtorale munus Deo ſemper charum. *Matth.n.*331.

Somnolento præsuli prælatura diffluit. *Marci n.* 225.
Præsul negligens, quid Deo corripienti respondeat, nescit. *Marci n.* 227.
Bonorum Ecclesiæ præsulum vox, vox Christi est. *Ioan n.* 87.
Præsul indigne loquens præsulatus munere indignus. *Ioan. n.* 128.
Ex præsul præsulatus nomen libenter audit. *Ioan. n.* 168.
Præsules Ecclesiastici modestę curæ, & solicitudini; non fastui, & vanitati incumbant. *Act. Ap. n.* 10.
Boni præsules subditorum peccata deflent; mali rident. *P. ad Cor.* 2. *n.* 12.
Cum magna circumspectione Episcopi ad ordines, alia ve Ecclesię munera promoueant. *P. ad Thimot.* 1. *n.* 15.
Omni Ecclesiæ nociuus peruersus præsul. *P. ad Titum. n.* 9.
Malus præsul non solum suæ, sed Ecclesiæ toti nociuus. *Ep.* 3. *B Io. Apost. n* 6.
Qui Ecclesiæ præest subditorum minister est. *Apoc. B. Ioan. n.* 8.
Præsul laicali principum pompâ vtens Deo mortuus. *Apoc. B. Io. n.* 14.

PRÆSUMPTIO: Vide *Superbia, Vanitas.*

OPera sua vix agnoscit homo; & abstrusa aliorum penetrare præsumit. *Exod. n.* 43.
Qui contenebratus ascendit præcipitandus ascendit. *Numer. n.* 33.
Nulli audacius loquuntur quam præsumptiue suspicioſi. *Iudicum n.* 27.
Præsumptio humana destruit, quod ratio Diuina adstruit. *Iudicum n.* 144.
Auxilium absque auxiliatiua virtute promittere, præsumptio est. 1. *Reg. n.* 164.
Quantum sapientiæ deficit, tantum præsumptionis inficit. *Iob n.* 31.
Præsumptio infirmorum proprietas; & argumentum est. *Isaiæ n.* 89.
Qui de deitate præsumunt nihil ignorare debent. *Danielis n.* 20.
Præsumptuosi nil minus sciunt; quam quod magis scire debent *Matth. num.* 146.
Præsumptuosi vt plurimum immisericordes sunt. *Matth. n.* 147.
Præsumptio infructifera Deo displicentissima. *Matth. n.* 296.
Præsumptiue, ex bona etiam intentione discurrens, frequenter errat. *Lucæ num.* 90.
Præsumptio Naturæ lapsæ naturalis passio. *Lucæ n.* 136.
Pseudoscientifici coram populari ignorantia magisterium affectant. *Lucæ n.* 167.
Christus clamat, non vt mortui, sed vt surdi audiant. *Ioan. n.* 124.
Rarus est, qui se sapientia indigere existimet. *Ep. B Iac Ap. n.* 1.
Qui cum præsumptione, & sine humilitate Paulum legerit, non intelliget. *Ep.* 2. *B. Pe. n.* 10.

PRÆVISIO: Vide *Scientia naturalis.*

QVi aliorum damna prouidet, sua prius experiri solet. *Genes. n.* 272.
Non omnes accalus despiciendi, præsertim à regibus. 2. *Reg. n.* 44. & 45.
Tempus nocturnum euentus tristis auspicium. *Lucæ n.* 174.

PRINCEPS: Vide Rex, Prælatus Præsul.

GEmmæ principum suppellex. *Exod. n.* 271.
Rarus princeps se peccasse intelligit. *Leuit. n.* 9.
Rarus princeps peccatum cognitum fatetur commissum. *Leuit. n.* 10.
Principis á Deo electi virtutes ad alios ditandos sufficiunt. *Numer. n.* 19.
Pro superioribus supremis preces seorsim fundendæ. *Deuter. n.* 42.
Populos leniter princeps tractet. *Iosue n.* 30.
Strenuus dux, nō tam suos, quam se ipsum periculo exponit. *Iudicum n.* 38.
Principes nimium vxorij nil strenuum aggredi solent. *Iudicum n.* 61.
Primogeniti regis pater solus Iudex. 1. *Reg. n.* 192.
In aulis principum non pauci manu aliena, non propria resonant. 1. *Reg. num.* 221.
Principes honori rei suæ, etiam in animatæ, attendunt. 1. *Reg. n.* 247.
Peccata principum, etsi grauia sint, leuia ipsis apparere solent. 1. *Reg. n.* 393.

Prin-

Princeps magnanimus calamitatibus non frangitur, nec confunditur. 2. *Reg. num.* 186. & 235.

Princeps de se humiliter sentiat, subditi de principe, quicumque sit, modeste loquantur. 2. *Reg. n.* 189.

Insignis principis facinora sunt per dies computanda. 3. *Reg. n.* 3.

Regum consanguinei, & reliqui de claritate sanguinis præsumentes in materia adorationis politicæ, & recognitionis vnicuique exhibendæ, sunt valde methaphysici præcisiores. 3. *Reg. n.* 32.

Princeps subditos demulcere solet, vt ab ipsis demulceatur 3. *Reg. n.* 142.

Principibus respectu subditorum vsus, non abusus iure concedendus. 1. *Paralip. n.* 14.

Subditorum nullus regum filijs præferendus. 1. *Paralip. n.* 42

Non pauci principes non suis, sed alienis oculis vident. 1. *Paralip. n.* 56.

Cui se, aliosque valet dirigere spiritus duplex, seu princeps est, *Psalm. n.* 116.

Principes vt sibi prospiciant, ad ea quæ de ipsis dicuntur, & diuagantur attendant. *Prouerb. n.* 103.

Magnatibus non semper deferendum. *Ecclesiastici n.* 13.

Libri principum munus, cum ceteris muneribus, non confundendũ. *Isaiæ n.* 129.

Principes delectabilia plusquam vtilia æstimare solent. *Isaiæ n.* 130.

Principibus plus vanitatis fumi, quam solidę diuitiæ placent. *Isaiæ n.* 131.

Principes, etiam cum deuixere, delicati sunt, & molles. *Baruch n.* 8.

Per turres principes, & nobiles; per puluerem promiscuum vulgus metaphorice significantur. *Ezechielis n.* 101.

Potentiorum *petitio* sumptio; seu acceptio est. *Lucæ n.* 69.

Potentiores, si boni sint, modeste petunt, & gratulabunde accipiunt *Lucæ n.* 70.

Princeps omnia circumspiciat, priusquam potestatiuam manum vni in reliquos subditos concedat *Lucæ n.* 71.

Christiani principes Christi Domini mansuetudinem imitentur. *Apoc. B. Io. Apost. n.* 30.

PRODIGIUM NATVRALE: Uide *Naturæ vires.*

RArum in mundo aliquem illustrare, & non consumere. *Exod. n.* 32.

Quorundam insolentia hominum, vsque ad Dei admirationem excrescit. *Psalm. n.* 146.

Antichristus tam Naturalis, quam Moralis Philosophiæ monstrum. P. *Ad Thes.* 2 *n.* 2.

PROMISSIO: Uide *Votum.*

DEus iustorum promissoria verba adimplere vult. *Exod. n.* 95.

Stultę promissionis impletio displicens. *Marci n.* 100.

PROMISSA DIUINA.

DIuina promissa non tam oculis, quã mente lustranda. *Deuter. n.* 8.

Promissiones Dei de re futura tamquam de præterita referri possunt. *Deuter. n.* 36.

PROSPERITAS HUMANA: Uide *Homo.*

PRosperitas humana ex multiplici motiuo timenda. *Genes. n.* 107.

De fœlicitate concepta superbire solent homines, ac si foret parturita. *Genes. n.* 113.

Prospera semper succedere; aduersa stare solent. *Genes. n.* 312.

Ex fœlicitate humana gignitur misera fortuna. *Exod. n.* 5.

Fœlicitas per dies computatur calamitas per annos durat. 2. *Reg. n.* 285.

Fœlicitates humanę nullum post se vestigium relinquunt. *Iob n.* 83.

Humano more fœlicibus, etiam sterilia fructificant. *Iob n.* 122.

Humano more fœlices, non cedunt, tempori, sed é contra. *Iob n.* 123.

Prosperitates humanæ non æternæ, non diuturnæ, non saltem breues; sed momentaneæ. *Iob n.* 142.

Temporalia gaudia, si qua sunt, intra se neminem admittunt, ad summum approximare permittunt. *Iob n.* 143.

Magnanimus vtramque fortunam deglutit, & concoquit. *Prouerb. n.* 46.

PROPHETA: Uide *Minister Dei.*

UEborum simplicitas verum prophetam à pseudopropheta discernit. 1. *Reg. n.* 116.

Qui

Qui Dei nomine loquitur, de se tanquam diuerso á se loquatur. 1. Reg. n. 173.
Falsi prophetæ verorum simiæ. 3. Reg. n. 186.
Verus propheta semper veridicus, nunquam simulator. 4. Reg. n. 61.
Regum peccata honestiori modo possibili declaranda. 2. Paralip. n. 159.
Prophetarum intentio fuit, quod vera lux in audientium cordibus oriretur. Ieremiæ n. 118.
Prophetę de se ipsis tanquam de tertiâ personâ loqui solent, quia non suo; sed Dei nomine loquuntur. Ezechielis n. 8.
Leues calamitates prænũtiari; grauissimæ portendi solent. Ezechielis n. 48.
Prophetę Christi imitatores præuij. Ezechielis n. 99.
Imaginariæ prophetarum repręsentationes visiones dici solent ob certitudinẽ, vel approximationem. Danielis n. 85.
Multorum prophetarum vnum os, quia vno, eodemque spiritu pronuntiant, & prænuntiat. Zachariæ n. 10.
Christus ab antiquis patribus non prænũtiatus solum, sed præcognitus. Matth. n. 218.
Propheta in Patria sua non solum honoribus caret, sed etiam despectibus abundat. Matth. n. 226.
Prophetarum promissa Deum debitorem reddunt. Act. Apost. n. 18.

PROPHETIA.

CVrat Deus, quod propheticas sanctorum suorum prædictiones omnibus constet adimpleri. Genes. 333.
Prophetiæ semper fideliter adimpletę. Exod. n. 122.
Prophetiæ donum inter idolatrantes Israelitas imperfectum. 3. Reg. n. 140.
Nullum verbum propheticum incassum pronuntiatur. 4. Reg. n. 90. & 100.
Mors prophetæ ipsius qualificat prophetiam. Ieremiæ n. 140.
Prophetię donum non solum ori, sed etiã manui congruit. Aggæi n. 1.
Prophetici *antecedentis* rei euentus *consequentia* est. Matth. n. 20.

PROVIDENTIA DIVINA.

QVæ nobis videntur mala, quatenus á Diuina prouidentia ordinata, nobis bona sunt. Genes. n. 365.

PROVIDENTIA HVMANA.

MAtronalis cura omnia curat omnibus prouidet. Genes. n. 189.
Magna prouidentia Ioseph fuit incausa, vt Ægypti principatus extolleretur. Exod. n. 4.
Solum de republica benemeritos debent principes exaltare. 4. Reg. n. 64.
Quo prouidentia humana non pertingit Diuinæ relinquendum. 4. Reg. n. 145.
Qui parce partis vtitur, liberaliter cum pauperibus partitur. Iob n. 179.
Humanæ protectiones vmbræ appellantur, quia omnes vmbratiles, & euanidę. Baruch n. 3.
Qui tempus bene impendere norunt, tam ad corporalia munera, quam ad spiritualia exercitia sufficiens habent. Danielis n. 76.
Intellectu suo vnusquisque contentus est. Matth. n. 326.

PRVDENS: Vide *Aulicus.*

PRudentes viri ministris principum nõ plus deferunt, quam pars est. Genes. n. 308.
Prudens ac perfectus vir, sibi absque aliorum prospicit deturpatione. Genes. n. 311.
Prudentes, & canuti de necessitate virtutem faciunt, seu elliciunt. Genes. n. 342.
Prudens se, suaque agit; secus imprudens. 1. Reg. n. 281.
Vir Prudens ex malis, & aduersis multa bona, & prospera ellicit. 1. Regum. n. 440.
Relationem facinoris inuidiam concitantis prudens auris abhorret. 2. Reg. num. 291.
Vir prudens senili maturitate pollet, priusquam anni accumulentur. 3. Reg. n. 1.
Admiratio prudentis non ex ignorantia; sed ex Diuinæ prouidentiæ aduertentia nascitur. Tobiæ n. 32.
Pij, atque prudentes in aliorum laudibus non excedunt Iudith n. 35.
Prudentis, non fatui verba, Diuina sunt

correc-

correſponſione digna. Iob n. 208.
Errores prudentem regunt. Eccleſiaſtici n. 139.
Prudentis error fatui directione præſtat. Eccleſiaſtici n. 140.
Qui ante reſponſionem cogitant, & conſiderant Diuinam merentur apretiationem. Matth. n. 299.
PRUDENTIA: Uide Regimen.
QUandoque ex proprij muneris decore irrogata mala oportet deſpicere, & nihili pendere, Geneſ. n. 407.
Uirga coluber, prudens regimen. Exod. n. 44.
Nimia perfectio ex deffectu prudentiæ culpabilis. Ioſue n. 61.
Uir prudens multa bona vno ſolo verbo ſolet efficere Iudicum n. 28.
Non omnes capite caneſcentes moribus ſeneſcunt. 1 Reg n. 170.
In abſtractione ab auaritia omnes ſupremi miniſtri virtutes recapitulantur. 1. Reg. n. 171.
Vir prudens quandoque ex conſilio varius, & inconſtans. 1. Reg. n. 353.
In oportuna taciturnitate, & loquela reſplendet prudentia. 1 Reg. n. 395.
Nimia prudentia in vitium declinare ſolet. 2. Reg. n. 121.
Prudentia ex circumſtantiarum diuerſitate contraria conſulit facienda. 4. Reg. n. 59.
In regijs actionibus ſecurius eſt lente vadere, quam præcipitanter currere. 1. Paralip. n. 16.
Cui prudentia deeſt etiam quadragenarius puer eſt. 2. Paralip. n. 71.
Omnes virtutes morales præter prudentiam certis regulis moderari poſſunt. 1. Eſdræ n. 6.
Omnium menſurarum receptaculum indiſinibilis prudentiæ deſcriptio eſt. Pſalm 137.
Prudentia potius innaſcitur, quam addiſcitur. Pſalm. n. 169.
Prudentia ceteris virtutibus naturalibus præferenda, quæ ad loquendum cum regibus magnâ circumſpectione indiget Danielis n. 61.
Prudens ſolertia, etſi leuiter iniqua, laude non indigna. Lucæ n. 225.
Carnali prudentia prædíti cautelis mentem præmunire ſatagunt. P. ad Thim. 1. n. 7.
PROXIMUS: Uide Amor proximi.
NEquit eſſe bene ortus, qui in proximum eſt male conuitioſus. 1. Reg. n. 226.
Proximi latentes fœditates videmus, & ad noſtras patentes cæcutimus. 2. Reg. n. 88.
PUER: Uide Iuuenius, Innocens, Seruus.
PUer nondum ablactatus quaſi nondũ natus conſiderandus. 1. Reg. n. 29.
Puer tam pro patuulo, quam pro ſeruo promiſcue in ſacro textu ſupponit. 1. Reg. n. 42.
A concionibus paruuli excludendi. 2. Eſdræ n. 22.
Chriſtiani puerorum pedagogi minime deſpiciendi. Iſaiæ n. 103.
PVLCHRITŪDO: Uide Gratia falax.
PUlchritudo eloquens perſuaſio ideo pulchritudo elegans dicitur. Exod. n. 17. & 18.
Pulchritudo in filijs ſuadet, quod ſuadere nequit filiatio Exod. n. 19.
Gratia Diuina reſpectu reliquorum omnium incomparabili fruitur pulchritudine. 1. Reg. n. 2.
Super excellens pulchritudo aliorum cõparatione non minuitur. Eſther n. 18.
PVNITIO: Uide Delictum.
MIniſtri eſt animaduertere in delicta; ne grauius à ſuperiore puniantur. Exod. n. 234.
Commiſſa quæ per veram ſatisfactionem deleta non ſunt ſemper vindicatiuæ iuſtitię tam humanę, quam Diuinæ obnoxia patent. 3. Reg. n. 49.
Primores reipublicæ capite plexi, tum ex pietate, tum ob alias rationes politicas ſtatim ſepeliendi. 3. Reg n. 50.
Uindicatiuæ iuſtitiæ gladium non ſemper habeat rex promptum, & paratum. 3. Reg. n. 56.
Verbum durum *flagellum* grauius. Sapientiæ n. 35.
Inſtrumentũ ad feriendum, vt percutienti noxiũ conſiderandũ. Ezechielis n. 30.

Qui comminationes multiplicat, punire non desiderat. *Ezechielis n.* 33.

Pestilentes homines, ac reipublicę peruersores absque forensi strepitu plectendi. 2. *Machab. n.* 16.

PVPILLVS: Uide *Puer, Filius.*

MIraculum est quod deficiente patre ex tutorum auaritia, & negligentia filij pupilli non pereant. *Numer. n.* 80.

PURGATORIVM: Uide *Deus puniens.*

PVrgatorij fornax in cœlum nos excoquit transferendos, *Deuter. n.* 16.

Purgatorij animæ de micis altaris Eucharistici aluntur. *Iudicum n.* 3.

Catholicę Ecclesiæ purgatorium typice expressum, 2. *Reg. n.* 165.

Animæ fidelium in Purgatorio Diuinam iustitiam, & misericordiam laudare nó cessant. *Danielis n.* 45.

Aceruissima Purgatorij pœna per violẽtam in illo detentionem satis exprimitur. *Matth. n.* 84.

Purgatorio igne iustorum victimæ in æternam vitam decoquuntur. *Marci n.* 139.

Non culpę debitores, sed pœnæ purgatorio igne satisfaciunt. *Lucæ n.* 183.

Purgatorij carcer statera iustissima. *Lucæ n.* 184.

QUIES.

MUndus in immundis, nequit quiescere. *Genes. n.* 77.

Requies cum irrequieto identificari nequit; sed coexistere, *Ioan. n.* 58.

RATIOCINIVM: Vide *Homo.*

IN verborum nerbosa substantia virilis animus dignoscitur. 2. *Reg. n.* 158.

Quæ respectu virilis pecto. is sermones, respectu feminei verba esse solent. 2. *Reg. n.* 164.

Perfectorum virorum verba omnia, non leuia, & euanida, sed rationalia sunt. 4. *Reg. n.* 19.

Ubi passionibus abiectis dictamen rationis regit, Deus adest. *Matth. n.* 277.

Cui rationabiliter dubitat, rationabiliter satisfaciendum Christus docet. *Matth. n.* 310.

REBELLIS: Vide *Infidelitas, Infidelis.*

HOminum respectu Dei interminabilis renitentia. *Ioan. n.* 146.

REGIA DIGNITAS: Uide *REX.*

REgię dignitatis translationem vult Deus prænuntiari. *Numer. num.* 71. & 72.

Regum etiam propinquissimi sunt eorum subditi, & bassalli. 2. *Reg. n.* 273.

Regalia indumenta plus ornatui, quam commoditati deseruiunt. 3. *Reg. n.* 4.

Regiæ dignitati ob ingruentem senectutem, alia ve naturæ detrimenta, nil proprie authoritatis deperit. 3. *Reg. n.* 6.

Regem inaugurandum regij ministri præcedunt, inauguratum subsequuntur. 3. *Reg. n.* 26.

In regem inaugurando, vel recens inaugurato non tantæ dignitatis honor, sed onus proponendum. 3. *Reg. n.* 28.

Regis inaugurationem sanguinis effusione, etiam iusta, & licita maculare non decet. 3. *Reg. n.* 31.

Rex in quantum talis tanquam omni carens consanguinitate, & affinitate, & segerere, & tractari debet. 3. *Reg. n.* 41.

Regales sumptus numero, pondere, & mensura constare debent. 3 *Reg. n.* 59.

Arma bellica digna regum munera. 3. *Reg. n.* 111.

Quæ nomine regio, & regibus emuntur omnia debent esse in suo genere selecta 3. *Reg. n.* 112.

Regia potestas est pallium, quo totum subditorum corpus politicum protegitur. 3. *Reg. n.* 120.

Iura regum, etiam iniusta, solent nunquam præscribere. 3. *Reg. n.* 152.

Inter reges sanguinis propinquitas nullius momenti esse solet. 3. *Reg. n.* 153.

De persona priuata in regiam aliquem exaltare, ipsum generare est. 4. *Reg. n.* 107.

Regia manus Ecclesiæ subiecta lactum non errat. 4. *Reg. n.* 119.

Regnandi vsus simplicitatem in duplicitatem transmutat. 1. *Paralipom. num.* 20.

Regiæ dignitatis recens adeptæ fastus naturæ, imo & rationis leges solet inuertere, 1. *Paralip. n.* 46.

Rex in seruis suis offensus per seruos suos se vindicet. 1. *Paralip. n.* 49.

Regina semper â communibus subditorum legibus exempta. *Esther n.* 92.

In regno non regnat, qui in throno sedet; sed qui gubernaculum tenet. *Ecclesiastici n.* 44.

Omnes christiani principes Dei agricolæ sunt, & locatores. *Marcum* 195.

Regiam dignitatem vitio delatam repellere, heroicitatis apex *Ioan. n.* 69.

REGUM AVLÆ: Vide *Aulicus, Politica ars.*

REgum palatia in ipso limine vrbium conspicue construuntur *Exod. n.* 84.

Patentior debet esse omnibus domus regia, quam Dei basilica. 2. *Paralip. n.* 11.

Principalis palatij porta regi legitimo recens inaugurato aperienda. 2. *Paralip. n.* 145.

In domibus regum, etiam inutilia, quandoque seruiunt. *Ieremiæ n.* 181.

REGIMEN: Vide *Rex, Minister regius.*

IN rebellione, ad pacem populi stabilendam, priusquam ad obseruationem legum attendendum. *Exod. n.* 225.

Spiritus regiminis res Deo pretiosa, *Numer. n.* 18.

Ut plures bene plurimos regant, plures eundem spiritum habere debent. *Num. n.* 20.

Quæ vt leuissima in aliquo negotio transcurari solent, solent esse grauissima, & totius negotij destructiua. 3. *Reg. n.* 15.

Quæ quiete, & pacifice incipiunt, quiete, & pacifice vsque ad finem progredi solent. 3. *Reg. n.* 25.

Ex negotio otium facere praxis principi laude digna. 3. *Reg. n.* 82.

Sapientia regis in corde, vt cordatus euadat. 3. *Reg. n.* 110.

Dilecti absentia, & præfecturæ onus in maiora intolerantiæ signa rite impellunt. 4. *Reg. n.* 21.

Prudens regimen non destruit subditos, vt pereant; sed vt reformentur. *Psalm. n.* 5.

Arduius est se ipsum, quam aliquos regere. *Ecclesiastes n.* 7.

Frequens regiminum mutatio magnum Dei flagellum est. *Isaiæ n.* 14.

Secreti obseruatio, & occasionis cognitio imperij poli sunt. *Isaiæ n.* 95.

Vigilans rectitudo regiminis character est. *Ieremiæ n.* 5.

Munerum transmutatio reipublicæ confusionem arguit. *Ieremiæ n.* 51.

Prouidus gubernator alia magis, minus valentes; alia celerrime expedire debet. *Ezechielis n.* 43.

In senatoribus obedientiæ promptitudo, inuidiæque depressio rempublicam florere faciunt. *Machab. n.* 50.

Dæmonem quandoque Mundi esse rectorem ex ipso Mundi regimine inferre licet. *Lucæ n.* 43.

Solicitudo, & amor, regiminis Ecclesiæ Poli. P. *ad Thim.* 1. *n.* 4.

Virga, etsi miraculosa, subditum, quem non sustentat, non regit. P. *ad Hebræos n.* 6.

REGNUM: Vide *Rex, Populus seruitus.*

REgnum validum, regnum multitudine florens. *Exod. n.* 9.

Foelix regnum, in quo subditi regem adorant. 1. *Paralip. n.* 50.

Totius regni vniuersale vulnus magno indiget medicamine. 1. *Paralip. n.* 51.

Ad auream regnorum ætatem ferrea subsequitur. 2. *Paralip. n.* 70.

Regno conuulso respublica deformatur. *Isaiæ n.* 56.

Regnum diuisum desolabitur. *Danielis n.* 100.

Regnum in falsa religione fundatum interitum, properare non cessat. *Oseæ n.* 3.

RELIGIO: Vide *Deicultus, Deiobsequium, Fides.*

REligionis actus ex prauo fine elicitus religionem profanat. *Genes. n.* 232.

Veræ cultus religionis, etiam inermis, inuincibilis. *Genes. n.* 239.

Populus religionum ipernens hostium inuasioni exponitur. *Exod. n.* 229.

In actibus publicis veræ religionis nemo audeat, vel minimum scandalum exhibere. *Leuit. n.* 28.

Noui-

Nouitates in materia religionis tamquam portentum abhorrendæ. *Numer. num.* 38.

Qui à pijs religionis exercitijs remotior, ſceleribus committendis proximior. *Numer. n.* 98.

Ab infidelibus poſſunt quandoque fideles religioſitatem addiſcere. *Iudicum num.* 11.

Strenuus dux religionis zelum reliquis omnibus præfert. *Iudicum n.* 33.

Cui religio deeſt, omnia bona deſunt. *Iudicum n.* 120.

Regularis vitæ candidatorum propoſitū ſtrictiſsime examinandum. *Ruth num.* 4.

Propter cuiuſuis amorem, etiam licitum, & honeſtum iuſtitiæ, ac religioni, nil detrahendum. 1. *Reg. n.* 4.

Qui religionem profitetur, mutat ſtatum, non naturam. 1. *Reg. n.* 149.

Communitas religioſa, ſi bene ordinata ſit, caſtra Dei, ſeu exercitus eſt ad reipublicæ tutamen, & defenſionem; ſi vero inordinata ſit, exercitus eſt ad reipublicæ impugnationem. 1. *Regum num.* 152.

Perfectus religioſus intra clauſtra ſua ſepultus viuit. 1. *Reg. n.* 368.

In religionis augmento, & regis, & regni conſeruatio conſiſtit, & munimen. 3. *Reg. n.* 51.

Religionis ſchiſma regni conuulſio eſt. 3. *Reg. n.* 160.

Perfectus religioſus, & in vita ſepultus, & moderatiſsime alitus. 3. *Reg. n.* 175.

De vera religione pronuntiare, ad populum pertinere nequit. 3. *Regum num.* 183.

A cella religioſa ad aulica negotia non aſcenditur, ſed potius deſcenditur. 4. *Reg. n.* 6.

Perfectus religioſus, nec in mortis articulo conſtitutus, propriam voluntatem facit, ſed alienam. 4. *Reg. n.* 17.

Situs natura incommodus mortificatis religioſis oportunus. 4. *Reg. n.* 27.

Amplæ domus habitatio multa incommoda deuorare facit. 4. *Regum num.* 28.

Inter diuites religioſi pauperes degant, vt vtrique ſibi ad inuicem neceſſaria adminiſtrent. 4. *Reg. n.* 29.

In ciuitatibus hæreticorum religioſi degant, vt exemplo ſuo, ac doctrina errores expellant, & in ſanam mentem reducant. 4. *Reg. n.* 30.

Religioſus perfectus â ſæcularium negotijs omnino abſtinet; imperfectus vero eiſdem ſe immiſcet. 4. *Reg. n.* 57.

Creſcente religioſorum numero habitatio creſcat neceſſe eſt. 4. *Reg. n.* 77.

In religione fundata regna ſecure ſtabilita. 4. *Reg n.* 111.

A cultus, & altaris indebita mutatione incipit nutare religio. 4. *Reg. n.* 132.

Nulla, etſi ardentiſsima, humana affectio religioni præferenda. 2. *Paralip. n.* 41.

Ob rationes humanopoliticas vera religio nunquam deſerenda. 2. *Paralip. n.* 73.

Actio religioſa, etiam incompleta, laude digna. 2. *Paralip. n.* 85.

Religionis virtus ad omnia omnibus proficua. 2. *Paralip. n.* 86.

Religionis vnitas inuincibilis. 2. *Paralip. n.* 87.

In religionem non ſolum peccatur per defectum, ſed etiam per exceſſum. 2. *Paralip. n.* 135.

Ruinę exponitur religio in cuius præceptis fundamentalibus diſpenſatur. 2. *Paralip. n.* 152.

A regia ſalutis via deuiare, perire eſt. *Pſal. n.* 6.

Regimen Dei, ſeu religioſum omnia ſubditis tam animæ, quam corporis neceſſaria miniſtrat. *Pſalm. n.* 68.

Religioſus diſcolus religioni nociuus. *Prouerb. n.* 104.

Religioſorum in communi degentium ſpiritualia lucra incommodis corporalibus longe præſtant. *Eccleſiaſtes n.* 12.

Religio bonorum principum cynoſura malorum prætextus. *Iſaiæ n.* 110.

In perſona religioſorum antiquę legis Euangelicis religioſis Deus æternam vitam promittit, *Ieremiæ n.* 171.

Vera religio reges facit manſueſcere. *Ezechielis n.* 77.

Religio vera duplici æternitate gaudet; falſa nulla. *Michææ n.* 7.

Templi vtenſilia non ſolum rapere, ſed deſtruere, ac tranſformare religionis ruinam portendit. 1. *Machab. n.* 9.

In materia religionis, non clandeſtine, ſed palam, & clariſsime loquendum. *Machab. 1. n.* 14.

Bellum pro religione ſuſceptum nullum triſtem euentum timeat. *Machab. 1. n.* 22.

Egregia pro religione tuenda facinora ſancta ſunt, & pretioſiſsima. *Machab. 1. n.* 64.

Cum religioſus religionis habenas rumpit, effrenis, ac præceps currit. 2. *Machab. n.* 9.

Perfectus religioſus nullam ſanguinis neceſsitudinem agnoſcit. *Matth. num.* 213.

Verus, ac perfectus religioſus doctrina, & exemplo ſuo fideles paſcit. *Matth. num.* 248.

Qui in religione otioſe, & inepte degunt, non religioſi ſunt; ſed ſæculares. *Marci n.* 162.

Religioſa in domo, á qua Chriſtus Dominus eſuriens diſcedit religio non viget. *Marci n.* 170.

Cum in religioſa Domo Chriſtus eſurit in ſæculari quemodo reficiendus? *Marci n.* 173.

Niſi ex Hebraiſmo omnino deſtructo ædificari nequit Chriſtianiſmus. *Marci n.* 206.

Pia, & religioſa affectio omnia, ad Chriſtum ſpectantia diligenter notat. *Lucæ n.* 362.

Regularis obſeruantia vtenſilia ad vſum, non ad proprietatem obtinet. P. *ad Phil. n.* 4.

REPETITIO.

REpetita aſſertio aſſertum valde confirmat. *Geneſ. n.* 323.

Qui delicta iterum ac tertio repetunt audientium aures obtundunt. *Eccleſiaſtici n.* 21.

Plumbea verborum repetitio non ſolum grauat, ſed opprimit. *Eccleſiaſtici n.* 131.

Lapſu relapſus longe grauior. *Eccleſiaſtici num.* 144.

RESPVBLICA: Vide *Regnum communitas.*

INutilibus hominibus reſpublica laborat. *Exod. n.* 74.

Domorum conſeruationi attendere curæ publicę munus eſt. *Leuit. n.* 38.

Tempus quo, & religio intimatur, & forma reipublicæ ſtabilitur cum nullo alio conferendum. *Numer. n.* 1.

In omni republica laboriosi operarij deſidioſis hominibus prę ferendi. *Iudicum n.* 36.

Reipublicæ ſenatores commode ſedeant, vt diutius in bono publico procurando immorentur. 1. *Reg. n.* 88.

Tunc floret reſpublica cum pauca ad diuitem faciendum ſufficiunt. 1. *Reg. n.* 370.

In magnis reipublicę accidentibus parce loqui, & diligenter operari oportet. 2. *Reg. n.* 190.

In male morata republica idem eſt ditari, ac delinquentem eſſe. 4. *Reg. n.* 73.

Cauſa publica, quantumvis pia, & religioſa negligitur, cum priuatę aſſociatur vtilitati. 4. *Reg. n.* 112.

Bono publico vtiliter, & lucratiue conſulit, qui qualibet impenſa furorem bellicum auertit. 4. *Reg. n.* 116.

Ciuitas deſtructa non dat, ſed recipit denominationē, quia nomē amiſit. *Eſdræ n.* 5.

Ciuitas deſtructa magnū quoddam mauſolæum diſsipatum eſt. 2. *Eſdræ n.* 6.

Miſſerimus reipublicæ ſtatus cum parentes filiorum numero grauantur. 2. *Eſdræ n.* 11.

In confuſo reipublicę ſtatu pauci vere virtuoſi eſſe ſolent. 2. *Eſdræ n.* 19.

Tunc reſpublica bene regitur, cum omnes cauſę per legales terminos, ac diſpoſitiones expediuntur. *Eſther n.* 27.

Si quod piſces, & volucres faciunt homines imitarentur confuſio reipublicæ ſequeretur. *Pſalm. n.* 30.

In turbato reipublicæ ſtatu, non eſt incō-ſilijs immorandum. *Eccleſiaſtici n.* 43.

In rebuſpublicis, quæ appellantur, liberæ, tot reges, quot conſiliarij, & gubernatores. *Iſaiæ n.* 34.

Collap-

Collapsę reipublicę reparatio fere nunquã destructioni æquiparatur. *Ieremiæ n.* 4.
Vitiata plebs, Clerus insipiens: regularis obseruantia relaxata, gubernatores imprudentes: scientiæ spretæ: diuinorum contemplatio neglecta, miserrimum reipublicæ statum constituunt. *Ieremiæ n.* 25.
In male morata republica gaudia cum luctibus confunduntur. *Ieremiæ n.* 77.
In rebus publicis, qui officio, vel exercitio carent, superflui sunt. *Ieremiæ n.* 185.
In reipublicæ turbatione pernicioſa credulitas, *Ieremiæ n.* 188.
Ciuitatis opulentia in ciuibus, non in ędificijs consistit. *Tren. n.* 3.
In republica corrupta paucissimi boni notandi occurrunt. *Ezechielis n.* 43.
Fabrorum abundantia rempublicam ditat, & pacificat *Zachariæ n.* 1.
In republica benemorata nisi ex legitima, & vrgenti necessitate mendicare non licet. *Ioan.* 94.
In omni reipublicæ stabilimento primæ transgressiones seuerissime sunt puniędæ. *Act. Apost. n.* 27.

RESURRECTIO: Vide *Fides Diuina.*

POst mortem humanam sequitur resurrectio *Iosuæ n.* 5.
Requiem ex quam mortem vocat, qui fidem resurrectionis tenet. *Iudicum n.* 110
In vniuersali reuiuiscentia corpora nostra ex vermibus regeneranda. *Iob n.* 98.
Vniuersalis renouationis Iob testis omni exceptione maior. *Iob n.* 136.
Resurrectionis mysterium á veteribus sanctis cognitum, & creditum. *Psalm. n.* 36.
Vniuersalis resurrectio in omni lege clare expressa. *Psalm n.* 81.
Solis renascentia vniuersalem indicat reuiuiscentiam. *Ecclesiastes n.* 3.
Vniuersalis resurrectio in veteri lege verbis, & operibus expressa, *Ecclesiastici n.* 188.
Filij viduæ Nain'ticæ resurrectio mystica præfiguratio. *Lucæ n.* 88.
Resurrectionem suam Christus Dominus non paucis, sed plurimis argumentis confirmauit. *Act. Apost n.* 3.

RESTITUTIO: Vide *Debitor, Satisfactio.*

DIfficile restituet, qui rem acceptam in æstimatione habet. 1. *Reg. n.* 172.
Theologia Elisei prius iustitiæ quam naturæ attendit, 4. *Reg. n.* 56

REVELATIO: Uide *Deus docens.*

CUM reuelatio nocte facta dicitur tristi reuelata esse existimari potest. 1. *Reg. n.* 205.

REX: Uide *Princeps, Superior.*

REgibus nil ad publicam spectans vtilitatem, etsi somniatum, spernendum. *Genes. n.* 316.
Reges plus greges hominum curare debent, quam armentorum. *Genes. n.* 384.
Moyses; quia supra regem, Deus Pharaonis dicitur: solus enim Deus supra principes. *Exod. n.* 60.
Regnum stat per Regem, & in rege imbibitur. *Exod. n.* 83.
Regalis repetitio non petitio, sed coactio est. *Numer. n.* 54.
Regalis fastus nulli vult indigentiæ succumbere. *Numer n.* 63.
Princeps cum populo, sicut caput, cum corpore, non confunditur. *Numer. n.* 82.
Princeps est anima, & vita subditorum. *Numer. n.* 84.
Regis electio in lege veteri permissa, non præcepta. *Deuter. n.* 63.
Luxuria, & auaritia sunt vitia regibus frequenter ingruentia. *Deuter. n.* 65.
Regis nationalis subditi tanquam filij, vel saltim domestici æstimantur. *Deuter. n.* 66.
Ius regnandi immediatè à Deo propterea per ipsius vicarium legitime administratur. *Deuter. n.* 97.
Ius regnandi ex institutione Diuina hereditarium est. *Deuter. n.* 68.
Passiones proprias rationi subijcere, proprie imperare est. *Deuter. n.* 88.
Qui regnare incipit habeat ob oculos mortem sui prædecessoris. *Iosue n.* 1.
Qui recordatur in demortui vicem se regnare; humiliter imperat *Iosue n.* 2.
Ut populus laboret, princeps labore præcedat. *Iosue n.* 6.

Princeps á legis obseruatione non eximitur. *Iosue n.* 11.
Principibus quæ ad soporem facile; quæ ad expergiscentiam difficile porriguntur. *Iudicum n.* 13.
Qui in regem exaltatur naturam cum suis proprietatibus quodammodo mutare debet. *Iudicum n.* 46.
In regē in augurandus omnem ditionem lustret. 1. *Reg. n.* 112.
Regiæ aures ad iusta, & religiosa consilia promptiores. 1. *Reg. n.* 125.
Optimum regnandi tyrocinium animi moderatio est. 1. *Reg n.* 133.
Ex regum inauguratione ipsorum euentus quandoque auspicari, vel suspicari possunt. 1. *Reg. n.* 136.
Inauguratus rex ad sepulchrum mittatur, vt inde salubria vitę documenta ediscat. 1. *Reg. n.* 138.
Rex cum viris religiosis assidue communicans, & se, & subditos regere addiscet. 1. *Reg. n.* 139.
Ad regnandi rationem asinæ onera publica ferentes necessariæ sunt. 1. *Reg num.* 140.
Nullis magis, quam regibus solicitudo, imo, & commiseratio debetur. 1. *Reg n.* 143.
De destinatis ad sacrificia reges, tamquā cum ceteris fidelibus communes, participent. 1. *Reg n.* 145.
Rex ex quo inauguratur omnem populū suum super se portat. 1. *Reg. n.* 150.
Propheta vngit, seu mutat in regem, sed Deus cor regis immutat. 1. *Reg n.* 151.
Rex religiosorum in regno suo commorantium pater. 1. *Reg. n.* 153.
Præcipua regendi ars in taciturnitate, loquelaque consistit. 1 *Reg. n.* 154.
Supremo regi subditorum nemo comparabilis. 1. *Reg. n.* 156.
Rex á Deo electus, dum innocentiam cōseruauerit, in omni regendi arte peritus erit. 1. *Reg n.* 158.
Rex qui Euangelicos declamatores audierit, necessitates subiecti populi non despiciet. 1. *Reg n.* 159.
Utilior populis iusta regis ira quam iners desidia. 1. *Reg. n.* 160.
Sub fœlice, ac religioso rege quam lætus populus. 1. *Reg. n.* 167.
Princeps supremus ad populum verba faciens authoritati suæ attendat. 1. *Reg. n.* 168.
Rex cum regno comparatus in æquilibrio est. 1. *Reg. n.* 191.
Rex Christianus se Dei populum regere recognoscat. 1. *Reg. n.* 195.
Rex pastorem agat, nō mulionem. 1. *Reg. n.* 199.
Male regit qui meritum ad se, culpam in subditos relegat. 1. *Reg. n.* 200.
Non nulli reges tantæ dignitatis mero vsque ad atheismum inębriati solent. 1. *Reg. n.* 201.
Regibus clare, ac diserte acerbiora dicere, rarus est, qui audeat. 1. *Reg n.* 204.
Citharædis, & histrionibus regum aulæ non abundent. 1. *Reg. n.* 220.
Genius regius est, non rebus vulgaribus, sed selectissimis delectari. 1. *Reg. n.* 222.
Rex in omni martiali conflictu, si non personaliter, virtualiter saltem decertare procuret. 1. *Reg. n.* 249.
Regia dignitas semper suspicienda, nec minimum vellicanda. 1. *Reg. n.* 254.
De strenuorum militum ignorantia erubescant Reges. 1. *Reg n.* 274.
Iustitia, & fortitudo præcipua regnandi instrumenta. 1. *Reg. n.* 282.
Vel oculorum iniustitia in Regibus à Deo obseruatur, & notatur. 1. *Reg. n.* 283.
Irati regis obtutus omni bellico tormento, vel instrumento formidabilius. 1. *Reg. n.* 288.
Reges aliquos promouere solent, non vt promoueant, sed vtà se amoueant. 1. *Reg. n.* 289.
Omnes regū actiones exemplariter doctrinales sunt. 1 *Reg. n.* 316.
Qui regem subdito in virtute postponit regem regno expolliat. 1. *Reg. n.* 326.
Rex omnem, quam potuerit, de ijs quæ inter finitimos aguntur, vel dicuntur, notitiam expiscari procuret. 1. *Reg. n.* 327.
Regum actiones etiam dissonæ status mysteria esse solent. 1. *Reg, n.* 328.
Regem, sic disponente Deo, nullum secretum

tum ad ſtatuum ſuum pertinens latere ſolet. 1. *Reg. n.* 335.
Ad regalis præſentiam maieſtatis indignæ diſſonant actiones. 1. *Reg. n.* 360.
Quem deſpicit rex omnes baſalli deſpiciunt, & contemnunt. 1. *Reg. n.* 376.
Rex, etiam dormiens, ſubditorum curam non deſpiciat. 1. *Reg. n.* 406.
In quolibet negotio plus rex quam quilibet miniſtrorum penetrat ob abundantius Dei auxilium regi aſsiſtens. 1. *Reg. n.* 412.
Grauiſsima ſtatus negotia cum proprio corde conferenda, ac reſoluenda. 1. *Reg. n.* 418.
Rex in negotiorum ſtatus decretis tam exterorum honori, quam ſuorum ſatisfactioni debet attendere. 1. *Reg. num.* 436.
Reges ſubditos ſuos tanquam domeſticos reputare debent. 2. *Reg. n.* 13.
In *dialecticopolitica regum* conſequentiæ cum præmiſsis non cohærent. 2. *Reg. n.* 20.
In *ſtatus negotijs* regum deſideria in cordis intimo recondenda. 2. *Reg. n.* 21.
Certo politici miniſtrorum diſcurſus á regibus attendendi, etſi aliquando fallāt. 2. *Reg. n.* 23.
Reges pro ſua innocentia tuenda nihil omnino omittant. 2. *Reg. n.* 24.
Amplius rex quam ſubditorum quilibet efficere debet, vt appareat innocens. 2. *Reg. n.* 31.
Nonnunquam reges actiones ſuas coram ſubditorum infimis iuſtificare debent. 2. *Reg. n.* 32.
Magna regum prudentia eſt quandoque ſubditorum aliquos ſummis laudibus extollere. 2. *Reg. n.* 34.
Regnum corpus morale cuius caput rex. 2. *Reg. n.* 38.
Prima regum obligatio populum paſcere. 2. *Reg. n.* 61.
Regum filios ſenilibus oportet prædītos eſſe moribus. 2. *Reg. n.* 67.
Coram rege nemo debet claudicare. 2. *Reg. n.* 71.
Regiam dignitatem decet, in ſeruos commiſſa per ſeruos vindicare. 2. *Reg. n.* 75.
Rex qui bella externa perſonaliter obire recuſſat, internum paſsionum ſuarum bellum experietur. 2. *Reg. n.* 77.
Rex de miniſtris ſuis debet ſemper meliora præſumere. 2. *Reg. n.* 82.
Rex ſubditos benemeritos laudet, ſed eorum procedendi modum non tranſcuret. 2. *Reg. n.* 84.
Rex eum, qui ipſi ſeruit, regalibus expenſis alat. 2. *Reg. n.* 90.
E regum palatijs fere ſemper deſcenditur. 2. *Reg. n.* 92.
Regi omnia tam publica, quam ſecreta regni ſui patere debent. 2. *Reg. n.* 111.
Omnes regum actiones rationales eſſe debent, 2. *Reg. n.* 112.
Omnes regum actiones murmurationi expoſitæ. 2. *Reg. n.* 113.
De aliquibus regum actionibus ratio ſubditis reddenda, non de omnibus, 2. *Reg. n.* 114.
Reges impoſsibilia licere ſibi exiſtimare ſolent. 2. *Reg. n.* 132.
Quod nequit concedi, ſolet in aulis principum non negari. 2. *Reg. n.* 133.
Reges commonitiones ad ipſos deſtinatas raro percallere ſolent. 2. *Reg. n.* 155.
Verba regum non ſolum, vt ſacrificia, ſed tanquam ſacramenta æſtimari ſolent. 2. *Reg. n.* 156.
Rex qui implacatus agit morales, & quandoque theologicas virtutes abiget. 2. *Reg. n.* 159.
Femineis reges interceſsionibus nimium ne deferant. 2. *Reg. n.* 161.
Rex ſubdito delinquenti cuiuſuis conditionis ſit, ne cito hilarem vultum oſtendat. 2. *Reg. n.* 163.
Qui ſcit regnare, ſcit ſe facere reuereri, ac adamuſsim obedire. 2. *Reg. n.* 173.
Regum vicinitas periculoſa. 2. *Reg. num.* 174.
Quæ reges facere efficaciter intendunt, proiam factis reputare ſolent. 2. *Reg. n.* 205.
In regni conuulſione reges ſplendide non bibant. 2. *Reg. n.* 233.
Rex, & pater vtrique muneri in filiorum cauſis debet attendere. 2. *Reg. num.* 238.

De-

Decreta regia ſemper ſtabilia, licet in executione quandoque varientur. 2. *Reg.n.*256.
Rex decretorum ſuorum interpres optimus. 2. *Reg.n.*257.
Regibus ab ius ad regnum quoquomodo habentibus ſolicite cauendum. 2. *Reg.n.*258.
Rex in cauſa propria iudicem non agat. 3. *Reg.n.*40.
Rex omnium pater ſubditorum, at nullius frater eſt. 3. *Reg.n.*43.
Primæ regum actiones indicatiuæ ſolent eſſe ſubſequentium. 3. *Reg.n.*54.
Rex ſubditum percuſſurus ſe ipſum ferire exiſtimet. 3. *Reg.n.*55.
Regum voluntas patere ſolet; mentis arcana inſcrutabilia eſſe debent. 3. *Reg.n.*60.
Rex electiuus ſui promotorem populum nequit non recognoſcere. 3. *Reg.n.*131.
Diuina inſtructio neceſſaria ad regibus colloquendum. 3. *Reg.n.*146.
Regum palatia in vrbium introitu conſtruere oportet. 3. *Reg.n.*151.
Res periculoſa ad reges quocumque modo approximare. 3. *Reg.n.*199.
Lectulus ægritudinalis regum ſuperbiam retundit. 4. *Reg.n.*1.
Reges confœderati æquali fortunæ obnoxij eſſe debent. 4. *Reg.n.*36.
Regalium actionum notitia à parte populi percepta ſtatim in totum populum diffunditur. 4. *Reg.n.*84.
Interiora regum difficile occultari ſolent. 4. *Reg.n.*85.
Quæ templo reges donant non amittunt, ſed ſibi ſuiſque cõſeruant. 4. *Reg.n.*106.
Reges non ſolum diademate, ſed lege etiã Diuina coronantur. 4. *Reg.n.*108.
Suum æs vltimum eſt, quod reges pro ſalute populi, & ſua expendere ſolent. 4. *Reg.n.*117.
In reges ſolus Deus audet. 4. *Reg.n.*126.
Rex pro tota regni metropoli ſupponitur. 4. *Reg.n.*128.
Rex ſuperior inferioti non tam auxilium præſtare ſolet, quam excidium. 4. *Reg.n.*140.
Regibus mortem ſolus Deus denuntiare audet. 4. *Reg.n.*142.
Regi regnum propria domus, & ſubditi tamquam domeſtici reputandi. 4. *Reg.n.*144.
Recens inauguratus rex, & milites ſeligat, & actionem decoram aggrediatur. 1. *Paralip.n.*15.
Rarus rex aliquid ſibi illicitum exiſtimat. 1. *Paralip.n.*27.
Rex quo ſe magis coram Deo deſpicit, tãto plus â ſubditis reuereri facit. 1. *Paralip n.*31.
Rex prudens ſub honoris ſpecie de ſibi ſuſpectis cauet. 1. *Paralip.n.*43.
Rex prudens filiorum ſuorum optimus pedagogus, & magiſter. 1. *Paralip.n.*44.
Rex Dei vicarius miniſter eſt. 1. *Paralip.n.*73.
Reges naturaliter ſubditorum appetunt depręſsionem. 2. *Paralip.n.*1.
Scientia regibus neceſaria, diuitiæ accidentales ſunt. 2. *Paralip.n.*3.
Rex religioni attendens ſibi proſpicit. 2. *Paralip.n.*10.
Res à regibus efficaciter volitæ, etiam infectæ, pro factis reputantur. 2. *Paralip. n.*13. & *Eſdræ* 1. *n.*1.
Rex ſubditorum commoditati ſe, quantũ fieri poteſt, accommodet. 2. *Paralip.n.*22.
Præcipui regum theſauri arma ſunt, & frumenta, 2. *Paralip.n.*39.
Rex non attendat ad ſuam exaltationem, ſed ad Dei ordinationẽ. 2. *Paralip.n.*55.
Rex ſtrenuos viros ad menſam ſuam quotidie admittat. 2. *Paralip.n.*58.
Reges naturæ vincula, cum ipſis conuenit, diſrumpunt. 2. *Paralip n.*72.
Omnium ſubditorum patet rex ab omnibus proclamandus. 2. *Paralip.n.*114.
Rex ad neutram partem declinet. 2. *Paralip.n.*116.
Regum initia læta, fines triſtes, intermedia alternantia ſunt. 2. *Paralip.n.*117.
Rex agricola non rex, ſed agricultor cõpellandus. 2. *Paralip.n.*122.
Rex, qui non aliud quam humum colit, non aliter, quam homo, nominandus. 2. *Paralip.n* 123.
Regia dignitas officium eſt, non Eccleſiaſticum, ſed ciuile. 2. *Paralip n.*127.

Ar-

Armorum repositoria præcipui regum thesauri sunt. 2. *Paralip. n.* 156.
Regum virtutes, á subditorum virtutibus diuersæ, & aliquando oppositę esse debent. 2. *Paralip. n.* 157.
Reges incontinuo suæ incolumitatis timore versantur. 2. *Esdræ n.* 2.
Sapientes â regum latere nunquam amouendi. *Esther n.* 11. *& â n.* 12. *vide Ecclesiastici n.* 186.
Cui rex annullum tradit regem sigillat. *Esther. n.* 61.
Quidquid temporis rex suo muneri non impendit, defraudare videtur. *Psalm. n.* 129.
Rex per se ipsum regens Sol regni sui est. *Prouerb. n.* 73.
Rex multorum dicendus, qui multos regit: rex paucorum, qui paucos dirigit. *Ecclesiastes n.* 1.
Reges, & superiores dupliciter peccare possunt, & solent. *Ecclesiastici n.* 189.
Regum solicitudines communem vitæ periodum addecimare solent. *Isaiæ n.* 72.
Præcipua regum cura religionis conseruatio, & bellorum personalis administratio *Isaiæ n.* 100.
Rex moriens de propria domo, Deus de regno disponit. *Isaiæ n.* 113.
Regum lacrymæ apud Deum efficaciſsimę. *Isaiæ n.* 120.
Rex, qui se pandit, se prodit. *Isaiæ n.* 132.
Maximum regum infortunium ab alijs regibus despici. *Ieremiæ n.* 167.
In reipublicæ calamitate reges benignius se gerunt. *Ieremiæ n.* 183.
Qui regem audet terrefacere, territus fugiat. *Danielis n.* 12.
Qui regem ausit illudere pauidus fugiat, & dispareat. *Danielis n.* 13.
Si ex naturæ defectibus reges sibi vtilitatę captant, quid ex dotibus percipient. *Danielis n.* 17.
Regum reliqua, etiam interna, præter cor, scrutabilia. *Danielis n.* 59.
Rex, qui nimiam potestatem aliquibus ministris concedit, sibi officit. *Danielis n.* 81.
Non omnes, qui populum videntur regere, regunt. *Danielis n.* 113.
Sub rege pupillo tutores regnãt. 1. *Ma. n.* 42.
Rex populi fœnũ, regis populus. *M. n.* 228.
Rex, qui Ecclesię ministrũ in ęstimatione habet, eius monitis acquiescit. *Mat. n.* 230.
Reges sumptus suos coram populo iustificare non negligant *Marci n.* 90.
Aurea vincula regia dignitas. *Ioan. n.* 68.

REX BONUS.

Boni reges manicare debent; non vsque ad meridiem stertere. *Genes. n.* 317.
Rex quanto depressius Deo subjcitur tanto excellentius regnat. *Genes. n.* 328.
Princeps, qui pro religione pugnans moritur, & vitam, & famam æternam consequitur. *Numer. n.* 87.
Princeps iustus é viuis decedens curam populi sui non dimittit. *Numer. n.* 88.
Princeps iustus é viuis decedens cum magna fiducia suæ prædestinationis decedit, *Numer. n.* 89.
Principi vigili, nil quod in suorum perniciẽ cadat, celari potest. *Iosue. n.* 20.
In pacifico, ac iusto regni regimine, nõ pauca includuntur facinora. *Iudicum n.* 62.
Perfectus rex subditos suos non corporis solum, sed etiam animi dotibus debet præcellere. 1. *Reg. n.* 109.
Perfectus rex regnum suum proprijs humeris portare debet. 1. *Reg. n.* 110.
Bene sciet imperare, qui perfecte sciuerit obedire. 1. *Reg. n.* 113.
Rara auis in terris *perfectus Rex*. 1. R. *n.* 182.
Bonus rex populum non accusat, sed potius excusat. 1. *Reg. n.* 206.
Abundantia gratiæ Diuinæ in regis inauguratione prosperitatis futuræ vaticinium. 1. *Reg. n.* 216.
Sub bono principe religio immunis. 1. *Reg. n.* 349.
Salutis publicæ cura à principe nunquam intermittenda. 2. *Reg. n.* 6.
Rex gratus, & liberalis, & sibi prospicit, & muneri suo satisfacit. 2. *Reg. n.* 7.
Rex bonus, pius, & religiosus Ecclesiæ ministros æstimat tanquã filios. 2. *Reg. n.* 68.
Ad regem iustum spontanee accedunt. 2. *Reg. n.* 70.
A bono rege legis impletio potius debet supponi, quam inferri. 2. *Reg. n.* 79.
Sub bono principe recte quique sua munera gerunt ministri. 2. *Reg. n.* 83.
Bonus rex actiones pias, & religiosas, an malo animo fiant perscrutari non vult. 2. *Reg. n.* 185.
Reges pij religionem in omni accidenti cõseruant; impij conturbant. 2. *Reg. n.* 192.

De

De bono principe bona vere ; mala falso enuntiantur. 2. *Reg. n.* 252.
Sub rege iusto, & pio quiete viuitur. 2. *Reg. n.* 265.
A pio, & religioso rege sacerdos nunquam abest. 2. *Reg. n.* 284.
Pius, bonus, & iustus rex populum omnino obsequentem nanciscitur. 3. *Reg. n.* 17.
Rex non vindicet in se, quando rex nō erat, commissa. 3. *Reg. n.* 39.
Rex solicitus, & religiosus multis, & miris modis ædificat. 3. *Reg. n.* 52. & 53.
Rex pie, & religiose bellicus hostes suos nō solum ad terram, sed infra terram deijcit. 3. *Reg. n.* 63.
Laudabilis regum mos, prouintijs ab hostibus legitimo belli iure ereptis filias dotare. 3. *Reg n.* 95.
Dum egregia regis facta durant, tempus ipsius non præterit. 3. *Reg. n.* 127.
Mors boni principis regis, regnique supplicium. 3. *Reg. n.* 149.
Nunquam rex magis securus quā cū ad religionis exercitia progreditur. 3. *R. n.* 154.
Cum rex vigilat subditus etiam in magnis periculis securus quiescit. 4. *Reg. n.* 87.
A bonis principibus arma religionis causa potissimum assumenda. 4. *Reg. n.* 105.
Rex religiose educatus religioni affectus. 4. *Reg n.* 113.
Aduersus regē pium, & fidelem nulla infidelitatis coadunatio pręualet. 4. *Reg. n.* 129.
Cuiuluis è populo suo damnum bonus rex tanquam propriū reputat. 1. *Paralip. n.* 26.
Boni principis character est tamquam propria membra subditos æstimare. 1. *Paralip. n.* 55.
Mille artibus vtitur bonus rex, vt damna imminentia à populo suo auertat. 1. *Paralip. n.* 58.
Sub pio, ac religioso rege Ecclesiæ ministri conregnant. 1. *Paralip. n.* 66. & 70.
Dolor de boni principis immatura morte, non temporalis, sed æternus esse debet. 2. *Paralip. n.* 163. & 164.
Rex vigilans non regnum solum, sed vel ipsum etiam tempus regit. *Esther n.* 39.
Regis vigilia magnū regni lucrū. *Esth. n.* 40
In magnanimorum regum fastis non subditorum præmia, sed merita recensenda. *Esther n.* 42.
Rex bonus omnes subditos tamquam domesticos æstimat. *Isaiæ n.* 114.
Bonus rex regni malis ægrotat. *Isaiæ n.* 115.
Etiam boni reges futuram regni sui incolumitatem negligere solent. *Isaiæ n.* 135.
Reges politica Christiana vtentes populos, vt filios æstimant ; non vt seruos despiciunt. *Ieremiæ n.* 102.
Princeps, qui potentia sua moderate vtitur de ferina in rationalem naturam conuertitur. *Danielis n.* 88.
Regni malis rex ægrotare debet. 1. *M. n.* 40.
In bonis principibus idem est calamitates subiecti populi videre, ac easdem pati. 1. *Mach. n.* 58.
Principes catholicæ Fidei defensores duplicatam angelorum custodiam nanciscūtur. 2. *Machab. n.* 14.
Inter regem, & subditos bonos viget amor; inter iniquos timor, *Matth. n.* 229.
Bonos principes subditorum frequens assistentia nō molestat, sed recreat. *Lucæ n.* 116
Inuiolabilis iustitiæ obseruator rex bellorū fragore non concutietur. *P. ad Heb. n.* 5.

REX MALUS.

REges, qui se totos vni committunt formale solij à se dimittunt, materiale tantum sibi reseruant. *Genes. n.* 325.
Rex non regens nominalis tantum rex est. *Genes. n.* 326.
Rex per alium regens, nisi frequenter se preconizet, vt talis non adorabitur. *Genes. n.* 327.
Rex nouus dicitur, qui ad merita suorum non aduertit. *Exod. n.* 6.
Super regna regnatur cum regna opprimūtur. *Exod. n.* 7.
Uere rex *ignorans*, qui augmentum sui regni non percipit mente. *Exod. n.* 8.
Reges suos opprimunt per ministros. *Exod. n.* 12.
Nec cum Domino impius rex absque pignoris retentione pacisci vult. *Exod. n.* 81.
Pharao post flagella mitior; sed imprudens. *Exod. n.* 90.
Praui reges honorem, & honestatem prodigunt, vt ambitioni inseruiant. *Num. n.* 78
Rex malus ab onerando populo nunquam cessat. 1. *Reg. n.* 105.
Et tamquam Deus recognosci vult, & reueri. 1. *Reg n.* 106.
Anni peruersi regiminis regibus non computandi. 1. *Reg. n.* 179.

Principum negligentia facit ſubditos ab extraneis,& ſæpe ab hoſtibus dependentes.1.*Reg n.*186.
Vſque ad prælij diem arma non deſiderare, magnum regiminis vituperium.1.*Reg.n.* 187.& 188.
Qui ſine Dei approbatione , & ſolum ex permiſsione Diuinâ regnat apparenter tantum , & tanquam Diuinæ iræ inſtrumentum regnat.1 *Reg.n.*215.
Non nulli principes Martis muneribus Mineruæ alumnos peſsima diſtributione, & infœlici euētu remunerare ſolent. 1.*Reg. n.*225.
Iniqui reges in promittendo multi;in adimplendo nulli ſunt.1.*Reg.n.*293.
Regum delicta honeſtis vocibus reuerentię cauſa exprimenda.1.*Reg n.*308.
Rex,qui ſeruis ſuis exceſsiue adulatur , ne ad aliquid malum perpetrandu eos inducat,verendum eſt.1.*Reg n.*332.
Rex paſsionibus æſuans iam fauores , iam contumelias in eoſdem effutire ſolet. 1. *Reg.n.*334.
Rex iniquus ſemper habet inſtrumenta ciuilia præparata , quibus in bonos ſubditos deſęuiat.1 *Reg.n.*340.
Iniquus rex recurſum etiam ad Deum ſubditis interdicit.1.*Reg.n.*341.
Iniquus rex melioribus ſubditis mortem infert temporalem,illaturus,ſi poſſet,ęternam.1.*Reg.n.*342.
Iniquus rex,non ſolum iuſtitiam violat, ſed etiam religionem conculcat. 1.*R.n.*344.
Iniquus rex ſcelera ſua ab omnibus videri gaudet.1.*Reg.n.*347.
In rege iniquo tot virtutis hoſtes,quod paſsiones.1.*Reg n.*377.
Deus ab iniquo rege iuſtiſsime recedit , vt ad bonum tranſeat.1.*Reg.n.*421.
Qui non regit,ſed regitur rex dici non debet.2.*Reg.n.*16.
Uitia regis,& virtutes in ſubditos redundare ſolent. 2.*Reg.n.*26.
Regum peccata verba exiſtimantur inania. 2.*Reg.n.*103.
Regibus peccare tam facile,ac loqui.2.*Reg. n.*104.
Regum peccata,pluſquam aliorum , murmurationi obnoxia.2.*Reg.n.*105.
Principes ob vanitatis titulos leges facile tranſgrediuntur.2.*Reg.n.*249.
Rex,etiam iniuſtus,á ſubditis nunquā pro inimico habendus.2.*Reg n*292.& 293.
Rex,qui populum grauat, ſibi ipſi imponit. 3.*Reg n.*128.
Reges in manu leges habere ſolent , non vt cuſtodiant;ſed vt infringāt.3.*Reg n.*143.
Quæ in Dei miniſtros reges committunt,nō vult Deus ſummatim referri, ſed diffuſe ad ipſorum infamiam.3.*Reg.n.*155.
Iniquus rex plus animalia bruta æſtimat, quam rationalia.3.*Reg.n.*176.
Malus,rex cum malis miniſtris liberalis ,cū bonis auarus.3.*Reg.n.*178.
Sub malo rege malorum Eccleſiæ miniſtrorum exceſsiuus numerus;bonorum vero valde exiguus.3.*Reg n.*179.
Malus princeps, malique religionis adminiſtriſe ad inuicem paſcunt.3.*Reg n.*181.
Ab iniquis regibus ſecui Dei,nec præficiuntur,nec diſcēdentes retinētur.3.*R n.*203
Malis regibus dulcis falſitas , amara veritas. 3.*Reg n.*206.
Rex,qui veram religionem abiicit,in naturę monſtrum conuertitur.4.*Reg n.*152.
Grauiſsima principum peccata,inobedientia ad Deū,& ſuperſtitio.1.*Paralip n.* 6.
Non nulli reges amplius vanitati ſuæ , quā religioni attendunt.2.*Paralip.n*8.
Rex malæ indolis pueros ſenibus antepoſuit.2.*Paralip.n*63.
Cum impio rege, etiam affine, fœdus nunquam ineundum.2.*Paralip.n.*95.
Malus rex in regno non ſuccedit, ſed ſuper regnum ſurgit.2.*Paralip.n.*103.
Malum regni ſucceſſorem Deus non approbat,nec confirmat.2.*Paralip.n.*104.
Sub rege non regente omnia reipublicæ munera inuertuntur 2.*Paralip.n.*125.
Plus ſpoliat populum rex irreligioſus,quam auarus.2.*Paralip.n.*140.
Rex,qui Dei miniſtrum non reueretur Deū ipſum deſpicit.2.*Paralip.n.*165.
Principes Diuinæ legis tranſgreſſores ceteris viam inuiam ſternunt.1 *Eſdræ n* 7.
Apud malos principes veritas condimento & recommendatione indiget;ſecus falſitas.*Iudith.n.*14.
Rex iniquus ſubditos nihili ęſtimat. *Eſther n.*31.
Princeps malus beſtiarum ſumme nocentiū epilogus. *Prouerb n.*109.
Malus rex regni languor.*Eccleſiaſtici n.*33.

Malus princeps thronum etiam materiale corrumpit. *Ecclesiastici n.* 39.
Peccata principum Christi bapulatio sunt. *Isaiæ n.* 127.
Rex malus subditos comedit Tyrannus deuorat. *Ezechielis n.* 78.
Apud iniquos reges indicia delicta probant. *Danielis n.* 7.
Principes auari non solum de subditorum diuitum substantia, sed etiam de parsimonia pauperum pinguescunt. *Michææ n.* 5.
Mali principes in ordine ad populi damna trunci insensibiles. *Zachariæ n.* 23.
Corporis capite ægrotantis reliqua membra sana esse nequeunt. *Matth. n.* 25.
Impius rex Dei obsequium proprium reputat vilipendium. *Matth. n.* 41.
Herodis tempus *nocturnum*; Baptistæ Ioannis *diurnum Matth. n.* 50.
Rex, qui intrepidus distributiuam iustitiam administrat, vitia vt virtutes remunerat. *Marci n.* 95.
Nequit rex lasciuus esse bonus politicus. *Marci n.* 103.

RUMOR: Uide *Fama.*

RUmori non semper credendum. *Genes. n.* 149.
In re graui rumori non credendum. *Iosue n.* 57.
In exiguis opidis, seu ruralibus, nil occultũ *Ruth n.* 12.
Notitię nunquam inuariatæ de loco ad locum deferuntur. 1. *Reg. n.* 433.
Narratoribus aulæ regum abundant. 2. *Reg. n.* 22.

SACRAMENTVM: Uide *Baptismus, Pœnitentia, &c.*

PEccata ad Sacramentũ prouoluta tenebricosam amittunt fœditatẽ. *Genes. n.* 16
Sacramenta Baptismi, Confirmationis, & Pœnitentiæ in lege veteri præfigurata. *Iosue n.* 9.
Sacramentis Ecclesiæ ac prædicantium clamore opera diaboli destruũtur. *Iosue n.* 32
Non sacramentalia solum, sed & multa alia Christi Domini verba practica fuisse plusquam certum est. *Matth. n.* 240.
Unctionis Sacramentum Christus in corpore suo admisit, vt illius excellentiam commendaret. *Matth. n.* 363.
Sacramenta Ecclesiæ humiliter, ac deuote suscipienda. *Marci n.* 127.
Omnia Christi Domini Sacramenta æstimabilia, & veneranda. *Ioan. n.* 28.
Septenarius numerus à Sacramentorum numero valde cõmendabilis. *Act. Ap. n.* 45.

SACRA SCRIPTURA.

AD Sacræ Scripturæ profunditatis perceptionem solus Deus, & per seipsum, illuminat. *Genes. n.* 168.
Sacer textus, nil dignum aduertentia omittit. 1. *Reg. n.* 253
Quandoque in Sacra Scriptura verbis absolutis sensus conditionatus exprimitur. 1. *Reg. n.* 352.
Sacra Scriptura propriissime, ac difinitiue de rebus loquitur. 1. *Reg n.* 372.
Ita loquitur Sacra Scriptura, vt sinceriter intelligenti nulla erroris occasio detur. 1. *Paralip. n.* 36.
Quod ex Sacra Scriptura cognosci potest, Deus reuelare non solet. 1. *Paralip. n.* 39.
Sacræ Scripturæ non littera; sed spiritus principaliter attendendus. 2. *Paralip. n.* 24.
Emphatica Sacræ Scripturæ locutio profunditatem sermonis proferendi denotat *Iob n.* 40.
Continuum Sacræ Scripturæ studium non solum laude, sed etiam canonizatione dignum. *Psalm. n.* 175.
Ad mysticam Sacræ Scripturæ interpretationem prudentia in primis requisita. *Isaiæ n.* 12.
Sacra Scriptura grandis imo immensus liber. *Isaiæ n.* 23.
In sacris litteris non versatus, non vir, sed puer appellandus. *Isaiæ n.* 104.
Qui Sacra eloquia violenta interpretatione commaculant grauissima censura digni fiunt. *Ieremiæ n.* 41.
Sacrorum voluminum doctrinę solus Deus Magister est. *Ezechielis n.* 19.
Omnis Diuina locutio iustissima, & rationalissima. *Ezechielis n.* 58.
Utrumque testamentum mirẽ consonat. *Ezechielis n.* 133.
In sacro textu quandoque *Multi pro omnibus, & omnes pro multis*, accipiuntur. *Danielis n.* 112.
Qui Sacræ Scripturæ sensum corrumpunt, Dominum laborare faciunt. *Mal. n.* 19.
Sacra Scriptura dæmonem conuincit, ac tacere cogit. *Matth. n.* 62.
Vetus testamentum, & nouum mirifice cohærent,

hærent,&minime contrariantur. *M.n.*28.
Scire Sacras Scripturas,non est earum verba tenere, sed verborum sensum penetrare. *Marci n.*198.
Immundus munda, & sancta verba pronunciare non audeat. *Lucæ n.*47.
Pluralitas sacrarum expositionum â Ioanne Apostolo prænunciata. *Ioan.n.*208.
Scriptura Sacra optima Fidei catholicæ magistra est. *Act. Apost.n.*58.
Veri sensus Sacrarum Scripturarum nõ pauci corruptores. *P.ad Cor.*2,*n.*1.
Quęcumque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt. *Iudæ Ap n.*3.
SACELLVM: Uide *Ecclesia.*
SAcella domestica, seu oratoria typice adumbrata. *Iudicum n.*116.
SACERDOS: Uide *Minister Dei.*
SAcerdotes sumpti pro senioribus. *Exod. n.*135.
Plus desiderat Deus sacerdotem ornatum virtutibus, quam templa ornata margaritis. *Exod.n.*166.
Omnem clamorem ambitiosum ad pedes suos abijciat sacerdos. *Exod n.*179.
Sacerdotes dum consecrantur initiari dicũtur; quia aliam de nouo inchoant vitam. *Exod.n.*185.
In lege veteri vnctio sacerdotis quasi externa videbatur. *Exod.n.*187.
Sacerdos debet esse sine genealogia. *Exod.n.*193.
Sacerdotalia ornamenta ex Ecclesia ne exeant. *Exod.*279.
Sacerdos multiplici virtute adornandus. *Exod.n.*281.
Sacerdos nunquam cadit,quin alios cadere faciat. *Leuit.n.*8.
Aduertant Ecclesiastici,se á laicis omnimode notari,& obseruari. *Leuit.n.*12.
Deus,& sacerdos se ad inuicem componũt, & quasi constituunt. *Leuit.n*16.
Sacerdos ita viuat,ac si inopinato esset moriturus. *Leuit.n.*30.
Minister Ecclesiæ spiritualiter fœcundus esse debet. *Leuit.n.*32.
Ministrorum Ecclesię præcipuum munus est,inter Deum,& homines esse mediatores. *Numer.n.*2.
Tubâ prędicationis clangere sacerdoti incumbit. *Numer.n.*12.
Personæ Ecclesiasticæ, nec ad itinerandum armis vti debent. *Numer.n.*59.
Illegitimus sacerdos, illegitime sacrificat. *Iudicum n.*115.
Satim ac Sacerdos se coram Deo pro nobis in aliquo negotio interponit,omnis cura illius à nobis abijcienda. 1. *Reg.n.*20.
Qui Deo consecratur,á mundo prius ablactetur. 1. *Reg n.*31.
Samuelis oblatio Euangelicam redolet oblationem,& fidem. 1. *Reg n.*32.
Sub sacerdote Diuini muneris insscio populus necessario irreligiosus. 1. *Reg.n.*38.
Qui irreligiose litat victimam non solum despicit,sed conculcat. 1. *Reg.n.*52.
Sacerdotalis vnctio etiam in lege veteri regali efficacior,& penetrãtior. 2. *Reg.n.*42.
Quod á reliquis celare 3 sacerdotibus manifestare oportet. 2. *Reg n.*193.
Sacerdotes, & reliqui ministri Ecclesiastici regibus fere semper fideliores. 2. *R.n.*200
Indignus nomine sacerdos muneris sui ignarus. 4. *Reg n.*136.
Sacerdos moriens inter Deum, & homines diuidendus. 1. *Paralip.n.*25.
Sacerdos contra vitia,& peccata populi tuba resonans. 2. *Paralip.num.*75. *& Isaiæ n.*195.
Sacerdos debet Diuino cultui in primis attendere,& suam vtilitatem non despicere. 2. *Esdræ n.*7.
In Dei ministerio primus,*princeps* iure compellari debet. 2. *Esdræ n.*28.
Firmius bono sacerdoti, quam Angelo fidendum. *Tobiæ n.*37.
Æterna vita populorũ ab exemplo,& doctrina pendet sacerdotum. *Iudith n.*20.
Recens initiati animi munditiem curent. *Isaiæ n.*174.
Sacerdotalis muneris despectio magnũ Ecclesiasticorum supplicium. *Ieremiæ n.*36.
Malus sacerdos legem Diuinam despectioni exponit. *Ieremiæ n.*37.
Sacerdos peccatis populi annuens sacerdotij vilipendium lucratur. *Oseæ n.*12.
Sacræ doctrina Scripturæ prompte populo à Sacerdote ministranda. *Malachiæ n.*13.
Sacerdos,qui ad populi eruditionem eloqui non valet,scribat. *Malachiæ n.*14.
In sacerdotibus scientia Diuinæ legis tanquam certa supponenda. 1. *Mach.n.*33.
Valde alterato, vel destructo sacerdotio,lex perit. *Marci n.*216.

Legis veteris sacerdotes accelerate litabãt, & perfunctorie. *Lucæ n.* 4.

Uerbum quo summus Hebræorum Sacerdos eleuatus, Christus depræssus. *Lucæ n.* 350.

Sacerdos nisi castitatis cingulo præmunitus nil efficiat. *Act. Ap. n.* 86.

SACERDOTIUM EUANGELICUM.

LEgis gratiæ Sacerdotes ab omni turpitudine immunes esse debent. *Exod. n.* 145.

Legis gratię sacerdotio, vtpote ampliori, & perfectiori gradum ascensio non prohibetur. *Exod. n.* 146.

Legis gratiæ sacerdotium magna circumspectione conferendum. 3. *Reg. n.* 141.

Vestes sacerdotales regali clamyde sanctiores. 1. *Paralip. n.* 29.

Sacerdotium nomen est muneris, & honoris. 1. *Paralip. n.* 71.

Sacerdotes reliquis doctrina, & moribus prælucere debent. *Ezechiel. n.* 121.

Sacerdotalia indumenta, vel ipsi Angeli reuerentur. *Act. Apost. n.* 87.

SACRIFICIUM: Uide *Dei obsequium.*

DEus ex sacerdote attendit ad animum offerentium; & ad deuotionem suo nomine munera accipientis. *Exod. n.* 183.

Legis Mosaycæ sacrificia *proficientia* fuerũt ad salutem non *perficientia Leuit. n.* 1.

In sacrificijs, præsertim legis gratię, leuis etiã defectus graui censura dignus. *Leuit n.* 2.

Quæ Deo offerenda, omnia munda esse debent. *Leuit. n.* 3.

Quæuis corruptio, ac mundialis delectatio á sacrificio Domini arcendæ. *Leuit. n.* 5.

Coctio pro affatione quandoque ponitur. *Deuter. n.* 60.

Munus contra bonos mores acquisitũ Deo non offerendum. *Deuter. n.* 79.

Sacrificium laudis sacrificio arietum præstantius. 1. *Reg. n.* 3

In officio, & sacrificio altaris nulla leuis cõmissio admittenda. 2. *Reg. n* 48.

Qui profane litat altare conculcat. 3. *Reg. n.* 133.

Diuinus ignis pia holocausta deuorat. 2. *Paralip n.* 34.

Sacrificium offerentis deuotio impinguat. *Psalm n.* 47.

De eleemosyna, & mercede iusta defraudatis Deus sacrificium respuit. *Ecclesiastici n.* 143.

Eos, qui male decimant Deo, Deus decimare solet. *Isaiæ n.* 16.

Uictima male litata non sursum ad Deum ascendit; sed deorsum ad dæmones abijcitur. *Oseæ n.* 14. & 15.

Sacrificia ex auaritia ablata Deum, & crumenam grauant. *Oseæ n.* 16.

Qui male sacrificant iutiliter suam substantiam dissipant. *Oseæ n.* 18.

Sacrificia immunda velut stercus â Deo abiecta. *Malachiæ n.* 11.

In defunctorum vtilibus suffragijs nullum impendium superfluum. *Matth. n.* 360.

SACRIFICIUM CRUCIS.

IN Isaac sacrificio sacrificium crucis adumbratum exprælsum. *Genes. n.* 173.

Christus in cruce pendens antiquis patribus in illorum fauorem, & sui solatium præmonstratus. *Genes n.* 176.

Christi sanguis Gentibus multum; Hebræis ex eorum malitia parum profuit. *Matth. n* 411.

Christi immolatione Hebræorum Pasca ad impletum, ac finitum. *Matth. n.* 428.

SACRILEGIUM: Uide *Templum, Temeritas.*

QUI templum prophanant Dei domum in domum priuatam conuertunt. *Iudicum n.* 109.

Qui ministris Ecclesiæ manus violentas infert, monstrũ tartareum est. 1. *Reg. n.* 343

In loco sacro enormiter delinquere iram Diuinam prouocat, & vindictam. 4. *Reg. n.* 135.

Eis, qui sacra prophanant instantaneus imminet interitus. *Isaiæ n.* 153.

Sacræ supellectilis profanatio, nisi à temulento incredibilis. *Danielis n.* 53.

Sacrilegium etiam temulento ad vtrumque reatum imputabile. *Danielis n.* 54.

Pretiosa templi vasa, post contaminationem non sacra; sed concupiscibilia compellãda. 1. *Machab. n.* 10.

Simoniacam prauitatem Christus ab Ecclesia sua omnino vult erradicatam. *Matth. n.* 295.

Manus contra Deum motæ â sua compage abiectæ. *Matth. n* 392.

Si in templo vendentes non fuerint, ementes non erunt. *Marci n.* 181.

Dei obsequio, etiam remote deseruientia vasa nunquam profananda. *Marci n.* 209.

Chris-

Christo dolum impingere piaculum est ipsius traditione grauius *Marci n.* 228.

SAPIENTIA: Uide *Scientia naturalis Sacra Scriptura, Sapiens.*

SApienti æ diligenter incumbendum, ad ex probranti paccate respõdendum. *Prouerb. n.* 97.

Sapientiæ inuestigator regia compellatione dignus. *Ecclesiastes n.* 6.

Sapientia á Deo infusa non facit possidentem intumescere. *Ecclesiastici n.* 2.

Sapientia possidentem animat, & honorat. *Ecclesiastici n.* 6. & 7.

Sapientia virtutum calcar; vitiorum frænum *Ecclesiastici n.* 16.

Sapientia animæ omnigenum ornamentũ. *Ecclesiastici n.* 17.

Canicies a gentum sapientiæ auro pulcherrime adornatur. *Ecclesiastici n.* 107.

Vbi sapientia deest, confusio adest. *Abdiæ n.* 2.

Sapientiæ Spiritu Sancto animatæ nil valet resistere. *Act. Apost. n.* 48.

Diuinæ Sapientię librum, vel aperire tantum, gloriam affert, & honorem. *Apoc. B. Ioan. n.* 20.

SAPIENS: Vide *Sapientia, &c.*

SApientes nobilibus præferendi. *Deuter. n.* 5.

Soli sapiẽtes *principes* ore pleno compellandi. 1. *Paralip. n.* 23.

Uir Sapientia præcellens vnus; imo vnicus appellandus, 1. *Paralip. n.* 76.

Animi virtus sapientiam prærequirit. 2. *Paralip. n.* 69.

Ex sapientium collocutione sapiens loquela addiscitur. *Iudith n.* 46.

Sapientia, & virtus Ecclesiæ areæ copiosa messis. *Iob n.* 48.

Mundanæ luces tenebricosæ, *Iob n.* 146.

Sapientia senectutis filia moraliter, non dialectice. *Iob n.* 191.

Sapientia sicut thesaurus inuestiganda. *Prouerb. n.* 3.

Sapientia irrequieta, & vocalis perfectio est; Prudentia sedata, & muta. *Prouerb. n.* 14.

Sapientia virtus iuuenilis; Prudentia senilis est. *Prouerb. n.* 15.

Qui sapientiam amat, sapientiæ perpetuo seruiat. *Prouerb. n.* 21.

Vere sapiens bonus obediens. *Prouerb. num.* 26.

Sapientia prompte quidem communicanda, sed non inepte prodigenda. *Prouerb. n.* 29.

Lingua sapientis alexipharmacum morale. *Prouerb. n.* 38.

Sapientia timet, stultitia confidit. *Prouerb. n.* 50.

Sapiens, ex ijs quæ alijs accidunt, sibi prospicit. *Ecclesiastes n.* 13.

Diuitiæ memoriam possessori tribuunt temporariam; sapientia æternam. *Ecclesiastes n.* 24.

Vera sapientia in vtroque sæculo vitam tribuit possidenti. *Ecclesiastes n.* 25.

Sapiens tam sui, quam suorum caput. *Ecclesiastici n.* 88.

Sapiens, vt Dei imago, Diuinis gaudet proprietatibus. *Ecclesiastici n.* 89.

Risibilitas sapienti *accidens*; fatuo *essentia*. *Ecclesiastici n.* 94.

Non omnes, qui sapientes apparent vere sapientes sunt, sed qui pura, & Diuina Sapientia imbuti. *Isaiæ n.* 74.

Stultitia sapientes; fortes timor necat. *Ieremiæ n.* 201.

Scioli circulatores obuij; vere sapientes ab hominum commercio semoti. *Danielis n.* 21.

Uiri sapientes grauioribus exposiri detrimẽtis, quam scioli. *Danielis n.* 22.

In republica, vel communitate, in qua sapiẽtes deficiunt, omnes pereunt. *Danielis n.* 23.

Uere sapiens alijs non inuidet. *Danielis n.* 29.

Sapientium amissio reipublicę perditio est. *Danielis n.* 30.

Absque studioso labore doctus euadens in stuporem rapit. *Marci n.* 7.

SANCTITAS: Uide *Sanctus, Iustus.*

SAnctitas singularis sæculo suo singularitatem communicat. *Genes. n.* 17.

Sanctorum canonizatio ab Isaia præuisa, & prænuntiata. *Isaiæ n.* 183.

Deus iustis suis, prout cuique conuenit, spirituales dulcedines, vel tribulationes dispertitur. *Isaiæ n.* 219.

SANCTUS: Vide *Sanctitas, &c.*

SAncti, & iusti Diuinos fauores occultare satagunt. *Genes. n.* 204.

Sanctorum reliquię communibus indumẽtis non coniungendæ. 3. *Reg. n.* 23.

Vel inanimata Sanctorum reliquias appetunt, & quo possunt modo, venerantur. 4. Reg. n. 124.
Sancti vere pœnitentes, & mortificati, incarne sine carne degunt. 4. Reg. n. 125
Insignes Sancti cœli columnę sunt. Iob n. 133
Sanctorum canonizatio Ecclesiæ mœstæ iucunditas. Baruch n. 12.
Deiparæ, & sanctorum sculpturæ profanis vestibus non adornandę Baruch n. 14.
Sancti insignes illustribus characteribus signati Lucæ n. 132.

SATISFACTIO: Uide *Debitor, Donatio.*

ILle iniurioſus laudandus eſt, qui ſatisfactionem, in quantum poteſt, procurat. Geneſ. n. 285.
Uix totius indiuidui libertate vnius oculi erutio compenſari poteſt. Exod. n. 150.
Donec vindicatiuę iuſtitiæ, ſit ſatisfactum delinquentis nomen eſt, ſubticendum. Numer. n. 74.
Verbis operibus concordantibus, vel cæcis ſatisfieri poteſt. 3. Reg. n. 20.
Rei emptæ ſatisfactio, non de numerata ſolum ſed de appenſa pecunia debet fieri, 1. Paralip. n. 60.
Reſponſio euidens dubia extinguit. 2. Paralip. n. 49.
Humani laboris ſtipendia ſtrictiſsimo iure debita. Tobiæ n. 35.
Remuneratio oneroſa *oneratio*, non veró *remuneratio* compellanda. Eſther n. 67.
Nullum Chriſti pretium Deus vult perire, ſed proficue expendi. Matth. n. 410.

SATURITAS: Vide *Alimentum, Abundantia temporalium.*

SAturitas á cœlo auertere, & ad terrā ſolet deprimere. Geneſ. n. 322.

SCANDALUM: Vide *Peccatum, Peccator.*

SCandalum magni mali ſignificatiuum. Exod. n. 88.
Sacerdos ad exemplar populi peccat. Exod. n. 201.
Plus videtur diſplicere Deo opus bonum cū ſcandalo conuictum, quam opus malum, ſine ſcandalo. 2. Reg. n. 102. & 108.
Extincta occaſione ſcandalum extinguitur. 2. Reg. n. 116.
Cui alterius vitium arridet media ad illum aſſequendum arrident. 3. Reg. n. 9.
Scandalum eſt peſtis reipublicę. Pſalm n. 2.
Vt ſcandala publica euitentur, vel integrum regnum deſpiciendum. Matth. n. 265.
Scandaloſi in pollinem redigendi. Lucæ n. 243.

SCELUS: Uide *Delictum.*

HOminum ſcelera pluſquam infinita appellanda ſiquidem Diuinam ſcientiam excedere videntur. Ieremiæ n. 162.
Sceleris perpetratio generalem omnium triſtitiam cauſat. Marci n. 101.
Peſsimum ſceleratorum genus eſt, lucem ad peccandum quærere, non vitare. Marci n. 241.

SCIENTIA NATURALIS: Uide *Sapiens.*

AD rerum naturalium cognitionem recte per gradus aſcenditur. Geneſ. n. 318.
Scientiæ omnes naturales ad ſacram ſapientiam ancillaturæ veniunt, & perficiendæ. 3. Reg. n 97.
Scientiæ naturales, niſi ad Deum ordinentur non ſunt laude dignæ. Prouerb. n. 22.
Artes bonæ, vel contrariæ quibus principes fauent, reflorescunt. Eccleſiaſtes n. 8.
Aſtronomia iudiciaria etiam independenter à libero arbitrio ars incerta. Eccleſiaſtes n. 28.
In Philoſophiæ area multum laboris impenſum, exiguus fructus collectus. Eccleſiaſtes n. 30.
Ueterum phyloſophorum ignorantia exprimitur. Sapientiæ n. 36.
Bonas artes malitia humana ſolet corrumpere. Sapientiæ n. 41.
Scientia, quæ â Deo non eſt, pſeudoſcientia eſt. Eccleſiaſtici n. 15.
Omnes ſcientiæ humanæ circa futura falibiles, & incertæ. Iſaiæ n. 154 & 156.
Uanarum artium profeſſores, etiam de ignorantia conuicti, præſumptiuam iactantiam non deponunt. Danielis n. 18.
Scientia inflat Charitas vero ædificat. Matth. n. 126.
Scita ſupponenda quæ ignorari non debēt. Matth. n. 342.
Scientia, quæ aduerſus proximos animum amaricare facit, â Deo non eſt. Ep. Ia. Apoſt. n. 25.

Scien-

Scientiæ omnes Deo æstimabiles, & honoratę. *Apoc.B.Io.n.*18.
Glorioſius præ Marte Minerua triumphat. *Apoc.B.Io.n.*19.
Noua ſcientia abſque nouo conamine, & diligentia non adquiritur. *Ap.B.Io.n.*27.
Omnis ſcientia difficile digeritur facile eructatur. *Apoc.B.Io.n.*28.
Litterarum dignitas vſque ad Deitatis ſolium á Deo extollitur. *Apoc.B.Io.n.*42.

SECRETVM: Vide *Simulatio.*

HEbraiſmus inter catholicos nequit cœlari. *Exod. n.*20.
Inter multos ſecretum non ſubſiſtit. *Iudicum n.*27. *&* 28.
Secreta cordis, quæ amori naturali non cõceduntur carnali amori patefieri ſolent. *Iudicum n.*79.
Negotia ſtatus regni, vel reipublicæ ſecretiſsime tractari debent, & expediri. 1. *Reg. n.*130.
Notitiæ ſtatus tractari debent, & expediri ſecretiſsime. 1. *Reg.n.*305.
De ſcrinio regij pectoris ea tantum ſcienda ſunt, quæ occultari nequeunt. 3. *Reg.n.*62.
Magno robore opus eſt ad ſecretum intrà clauſtra pectoris continendum. 1. *Paralip. n.*18.
Stultus tacens ſapiens reputatur. *Iob n.*70.
Si viſa tacere oportet, quanto magis audita. *Prouerb.n.*92.
Qui amici ſecretum reuelat ab amico rebellat. *Eccleſiaſtici n.*98.
Secreti proditor humanitus infidelis, & Diuina fide indignus *Eccleſiaſtici n.*112.
Secretiſsima ſtatus conſilia regnum admiraculum vſque ſublimant *Ezechielis num.* 104.
Inter plurimos ſecretum diu ſubſiſtere, & conſeruari mirandum eſt. *Danielis.n.*127.
Secretum ſoli Deo, & eius Vicario aperiendum. *Michææ n.*13.
Secreti obſeruatio res laude, & recommendatione digna. *Lucæ n.*135.

SECVRITAS: Vide *Secretum.*

CVM Deo nihil mali nobis poteſt accidere. *Exod.n.*192.
Exiguæ meſsi exiguus locus ſufficit, dum ſit ſecurus. *Iudicum n.*23.

SEDITIO: Vide *Bellum Diſcordia.*

PEruerſorum congregatio ſeditio eſt. *Numer.n.*79.
Seditio interna, & externum bellum maximum reipublicę flagellum. *Ieremiæ n.*69.

SEPARATIO: Vide *Morum differentia.*

BOnos â malis ſeparari vtrique profi-cuum. *Geneſ.n.*194.
Diſcreta ſeparatio ordinem inducit, non contrarietatem. *Matth.n.*182.

SEPULCHRVM: Vide *Mors.*

OS ſepulchri rethorica, & continuata mortis elocutio. *Geneſ n.*185.
Sepulchri qualitas ſepulti qualitatem propalare ſolet. *Geneſ.n.*240.
Iuxta viam feminarum pulcherrima ſepelitur, vt tranſeuntes cautius incedant. *Geneſ.n.*389.
Qui viuens multas magnaſque prouincias complere ſolet; moriens exiguum vix loculum implet. *Geneſ.n.*414.
Sepulchrali honore frui, vel carere ante actæ vitæ præmium vel ſupplicium. 3. *Reg. n.*150.
Sepulchra præſertim regalia non ſolum religioſe, ſed etiam decore tractanda. 2. *Paralip.n.*161.
Qui alienam ſepulturam curat, non tranſcurret ſuam. *Tobiæ n.*20.
Exigua ſepulchri domuncula humano pulueri redundat. *Iob n.*94. *&* 95.
Lapis ſepulchri, lapis lydius, etſi marmoreus ſit, vel alabaſtrinus. *Iob n.*137. *&* 138.
Cui viuenti nullus locus ſufficit mortuo loculus ſatis ſuperque eſt. *Iob n.*163.
Sepulturæ carentiâ ſontes Deus punire ſolet. *Iſaiæ n.*171.
Qui viuens ſibi ſepulchrum præparat, genus quoddam immortalitatis nanciſcitur 1. *Machab.n.*59.
Trophæa ſepulchralia virtutes ſub ipſis iacẽtium enuntiant. 1. *Machab.n.*60.
Virgineum Chriſti ſepulchrum Chriſtum puriſsime ſuſcepit, ac peperit. *Matth.n.* 427.
Fidelium ſepulturæ optima Eccleſiaſticæ vineæ cultura eſt. *Lucæ n.*190.
Funerea pompa inuiſibilis á viſibili nimium differre ſolet. *Lucæ n.*234.
Diuitum funera pollyctoribus abundant. *Act. Apoſt.n.*28.

SENECTVS: Uide *Vita temporalis.*

NVlli malo diligentius femina solamen quærit, quam senectutis. *Genes. n.* 138.

Senibus facillimæ digestionis cibus congruentior. *Genes. n.* 207.

Senes â senectute retrocedere, licet perperam, non desistunt. *Genes. n.* 217.

Senectus pro morte reputanda *Genes. n.* 399.

Non quilibet ętate prouecti senes, & maturi sunt. *Numer. n.* 17.

Senum proprietas vires iactare. *Iosuen* 48.

Dies, non iam menses, vel anni satis sunt ad senectutem, inducendam. 3. *Reg. n.* 2.

Tam naturale est senem mori, quam in ventre conceptum nasci. *Tobiæ n.* 21.

Longeuitas ignorantiam potius, quam sapientiam inferre solet. *Iob n.* 192.

Humana decrepitudo per methaphoras â Salomone explicatur, quia nulli hominum eius contemplatio placet. *Eccles. n.* 38.

Canicies fatua, non senectus, decrepitudo est. *Ecclesiastici n.* 106.

SERVITVS: Vide *Obedientia, Obsequium.*

ANimi mediocritas seruilem infert conditionem. *Genes. n.* 188.

In seruitute contumeliæ sentiuntur, non labores. *Exod. n.* 38.

Qui te non indigent, non tibi summittentur. *Exod. n.* 46.

A misera seruitute liberare, actio Deo iterũ ac sæpé reconuẽtore digna. *Iudicum n.* 22.

Ex morositate seruitus infertur. *Esther n.* 65.

Manumissioni iniuste denegatæ libertate, ad iustũ supplicũ, satis fit. *Ieremiæ n.* 168.

Creaturę rationalis iniusta seruitus oculis Diuinis displicentissima. *Ieremiæ n.* 169.

Qui alterius seruitio mancipatur manuum vsu, in sui beneficium, expoliatur. *Tren. n.* 44.

Erubescunt serui, defectus dominorum ab aliis cognitos, ab ipsis ignorari. *Danielis n.* 122.

Victis semper mala, ac deflenda sors. *Nahum n.* 4.

Seruitus, etsi temporalis, æternitati pœnæ comparabilis. *P. ad Philem. n.* 8.

SERVVS: Uide *Hostis, Furtum.*

ANcilla extra domum diuagatrix de furto sui venit inquirenda. *Genes. n.* 117.

Seruus bene moratus in dominum numquã, etsi prouocatus, recalcitrat. *Genes. n.* 121.

Humiliatus sub corrigentis manu esse, non sub pedibus cadere debet. *Genes. n.* 122.

Seruus diligens, & fidelis in filialem proficit conditionem. *Genes. n.* 190.

Serui decens, & decorus habitus dominum honorat, ac decorat. *Genes. n.* 191.

Serui fidelitas, & amor vltra septenium progredi posse non videtur. *Exod. n.* 147.

Insidiatorius occisor altare Dei non protegatur. *Exod. n.* 148.

Uel ad breue tempus seruire hominibus, æternitati æquiualet. *Deuter. n.* 58.

In manu seruorum stat quod dominorum substantia augeatur, aut pereat. 1. *Reg. n.* 119. & 120.

Ingenuus liberaliter donat seruus seruiliter, & lucratiue. 1. *Reg. n.* 121.

Seruo non licet rem domini sui liberaliter expendere, sed vtiliter, & lucratiue. 1. *Reg. n.* 122.

Alienis seruis absque domini assensu non imperitandum. 1. *Reg. n.* 134.

Esse fidelem seruum, & bonum consiliarium non sunt idem. 1. *Reg. n.* 189.

Seruus semper detractor domini sui. 1. *Reg. n.* 387.

Fidelis seruus non tam in vocis quantitate, quam in verborum qualitate cognoscitur. 1. *Reg n.* 410.

Filius quandoque vere patris seruus effici potest. 2. *Reg n.* 183.

Seruus in regem eleuatus regni flagellum. 4. *Reg. n.* 92.

Seruilis conditio quædam naturæ rationalis degeneratio est. *Ieremiæ n.* 153.

Non nulli serui ordinate exequuntur quæ domini inordinate præcipiunt. *Danielis n.* 118.

Non minus miranda res seruorum fidelitas, quam gentilis domini fides. *Lucæ n.* 82. & 83.

SIMPLICITAS; Uide *Ignorantia.*

SImplex, non stolidus Deo placet. *Exod. n.* 96. & 97.

Simplices omnia accidẽtia Deo, absque debita distinctione, attribuunt. *Iob n.* 18.

Simplicitas cum sanctitate confundi solet. *Iob n.* 176.

A duplicitate in simplicitatem primæuam deficiat homo, vt reficiatur. *Matth. n.* 414.

Elementaris simplicitas ad Christi doctrinam aptior suscipiendam. *Marci num.* 36.

SIMULATIO: Vide *Hypochrisis.*

DIuersus habitus solet non solum corpus tegere, sed etiam personam occultare. 1. *Reg. n.* 273.

Maligna nequitia sub speciosa curiositatis larua solet incedere. *Danielis n.* 77.

Qui honeste viuit simulationis pallio non indiget *Ioan. n.* 43.

SINUS ABRAHÆ: Vide *Purgatorium.*

DEfunctus fidelis, qui statim non beatur, Deum non accipit, sed á Deo accipitur. *Tobiæ n.* 19.

Abrahæ sinus omnimoda sensus pena caret. *Zachariæ n.* 14.

In Abrahæ sinu detenti spem certam beatitudinis habuerunt consequendæ. *Zachariæ n.* 15.

SOCIETAS { Vide *Concordia, Consensus, Communitas.*

SEnex religiose, & inter bonos viuens diligentius iuuene inter malos commorante in Deum contendit. *Genes. n.* 153.

SOCIETAS IESV: Vide *Religio, Regimen.*

IN ea terræ portione, quę vix duos capere potest, Iesus, plurimos, & pene innumeros associare valet. *Genes. n.* 98.

Serui Dei (si Iesu associentur) amici compellantur. *Iosue n.* 44.

Qui cum Iesu militat periclitari nequit. *Iosue n.* 47.

Qui â Iesu abire intendit nullum opus bonum perficiet. *Matth. n.* 130.

In exigua, quod ad locũ, à Iesu distantia multum ab esse possumus. *Matth. n.* 133.

SOL: Vide *Cælum.*

SOL continuo, & indeficienter humanam accusat præsumptionẽ. *Ecclesiastici n.* 170

Sol humiles illuminat superbos exurit. *Ecclesiastici n.* 171.

Sol mundi magnates triplici aspectu intuetur, vt ipsos percalere valeat. *Eccles. n.* 172

Vel ipsum solem inuidia fœdat; ac dedecorat. *Ecclesiastici n.* 173.

Solis cursus ex Dei præcepto indeficienter velocissimus. *Ecclesiastici n.* 174.

Sol materialis, naturaliter curat, Sol Iustitiæ miraculose sanat. *Marci n.* 17.

SOLICITUDO: Vide *Afflictio.*

ANxia solicitudo somnusque incompatibiles. *Genes. n.* 170.

In miseræ huius vitę vicissitudine vnius curæ dimissio alterius susceptio est. 1. *Reg. n.* 114. 141. & 142.

Ad nimias curas, non somni, sed insomnia subsequuntur. *Eccles. festes n.* 14.

SOMNIUM: Vide *Quies.*

MUlti quę somniant, videre credunt, cũ hæc prærrogatiua propheticis solum somnijs conueniat. *Genes. n.* 270.

SPECVLATIO: Vide *Conceptus mentis, Cogitatio, Contemplatio.*

SPeculatio sine praxi inutilis ad bonã reipublicæ administrationem. *Genes. n.* 324.

Ingenij acumen pietati Christianæ cõgruit, non repugnat. *P. ad Philem n.* 4.

SPES THEOLOGICA.

PEccato commisso nusquam de Diuina misericordia desperandum. *Exod. n.* 240

Cœlestis spes beatitudinis in lege veteri á sanctis viris concepta. *Psalm n.* 25.

SPES TERRENA: Vide *Aulicus Ambitio.*

SPes nouę adquisitionis antiquæ intendit cupiditatem. *Genes. n.* 373.

Homines, ad nullum alium attendunt, nisi ad illum à quo sibi sperant emolumentũ. *Genes. n.* 381.

Ab hominibus nusquam, sine labore promissa asequuntur. *Exod. n.* 244.

Lucri spes lucro ipso maior cupidis apparet, *Marci n.* 217.

SPIRITVS: Vide *Angelus.*

SPiritus carni adhærens quoddammodo carnescit. *Iob n.* 92.

Spiritus in peccatoris corpore non minus anxius, & irrequietus, quam in inferno *Psalm. n.* 196.

Spiritus ad terrena depressus in terram dici potest conuersus, *Zachariæ n.* 31.

SPIRITVS SANCTUS.

SPiritus Sancti aduentus in Apostolos præsignatus. *Iob. n.* 202.

Spiritus Diuinus plura prophetarum ora coniungit. *Ezechielis n.* 1.

Forma aduentus Diuini Spiritus prænuntiata. *Zachariæ n.* 17.

Plurium fidelium cordialis vnitas Spiritus Sancti signum. 2. *Machab. n.* 2.

Bonus Spiritus ducit; malus seducit. *Matth. n.* 60.

Quandoque Deus, in gratiam Fidei, malignę intentionis linguam dirigit. *Matth. n.* 225

STELLÆ: Vide *Cælum.*

COElorum luminaria non solum terram illustrant, sed etiã tutãtur. *Genes. n.* 20.

Astris

Astris Deus suis giganteos hominum ausus retundit. *Ecclesiastici n.*175.
Stellæ in Dei iudicio scelerum ab hominibus commissorū oculati testes. *Eccl.n.*176.
Magorum stella á prophetis decantata. *Baruch.n.*11.

STVLTVS: Uide *Ignorantia.*

PLus fatuo, quam mortuo deficit. *Ecclesiastici n.*96.
Stulti aurum prodigunt, vt lutum adquirāt. 1. *Machab n* 8.

STVPRVM: Vide *Luxuria.*

FOrte filiæ Lot, nunc patri prostitutæ, quia ante á patre fuerant prostitutæ. *Genes.n.*157.
Stuprum quandoque pro viri defloratione accipitur. *Genes.n.*298

SVBDITVS: Uide *Seruus.*

SUbditus, quo debilior, fortiore præcepti indiget intimatione. *Genes.n.*48.
Subditi non expectant suorum prælatorum in regimine moras, sine magna molestia. *Exod.*128.
Subditi superiorum clancularij speculatores. *Exod n.*252.
Quandoque licet subdito defectum superioris modeste fugillare. 1. *Reg.n.*18.
Subditus bene moratus de virtutibus à superiore etiā iniuste reprehensus, tamquā de vitijs, & defectibus se debet emmendare. 1. *Reg.n.*19.
Non nulli subditi, vt superiorem suum in suam sententiam trahant Deo falsa verba affigere, non dubitant. 1. *Reg.n.*357.
Bonus subditus regem iniquum cautis, ac modestis verbis in bonam mentem reducat. 1. *Reg n.*361.
Fidelis subditus semper veridicus, 1. *Reg n.* 408.
Subditorum corpus á rege tamquam sponsa diligendus. 2. *Reg.n* 39.
Subditi absque prælati assistentia, & directione potius destruunt, quam ædificant. 4. *Reg.n.*78.
Subditorum scire numerum regibus ad multa proficuum. 1. *Paralip.n.*5.
Subditi â principe non tamquam membra sua moralia, sed tamquam naturalia considerandi. 1. *Paral p.n.*13.
Subditi coram superioribus, vsque ad puericiscum decrescunt. *Esther n.*1.
Basallus cum rege, nec numerum auget, nec supponit. *Esther n.*52.
Fidelis subditus regis anima. *Esther n.*98.
Perfectio subditi obedire simpliciter. *Prou. n.*4.
Subditorum vultus diligenter attendendi. *Prouerb.n.*100.
Subditorum ius quod principes violenter vsurpant, Deus permanenter conseruat. *Matth.n.*6.
Subditi terra sunt non â superioribus conculcanda, sed excolenda. *Matth.n.*80.
Pro subiectionis qualitate diuersimode subditi tractandi. *Matth.n.*121.
Bonus subditus non tam seruiliter superiori obediat, quam filialiter. P. *ad Rom.n.*11.
Subditorum peccata superiores deturpant. P. *ad Cor.*2.*n.*11.

SVBIECTIO: Vide *Obedientia, Humilitas.*

HEuæ subiectio ad virum reduplicatiue intimatur ipso inscio; vtpote tunc tali honore indigno. *Genes.n.*56.
Mulier subiecta fuit Deo primario, & principaliter; viro secundario, & instrumentaliter. *Genes.n.*59.
Mundana subiectio certa, & grauis; potestas apparens tantum esse solet. *Marci n.*150.

SVMMVS PONTIFEX.

VIces Dei gerens Diuinos mores imitetur. *Genes.n.*356.
Uox Romani Pontificis ab omnibus, cuiusuis gradus, & cōditionis sint, auscultanda. *Numer.n.*85.
Summi Sacerdotis verba Dei verba compellanda. 1. *Reg.n.*30.
Pro summi sacerdotis intuitu Diuina nobis patent, vel absconduntur. 1. *Reg.n.*58.
Loquente Deo ad summum Pontificem recurrendum. 1 *Reg.n.*64.
Summi sacerdotis vox Diuina verba pronuntiat. 1. *Reg.n.*107.
Supremo Ecclesię ministro omnino non deferre superbia est, etiam in regibus, taxāda. 1. *Reg.n.*162.
Sæcularis potestas in Pontificiam non habet imperium. 4. *Reg.n.*5. *&* 7.
Aquæ prauorum dogmatū à nullo melius, quam á primo, & summo pastore sanari possunt. 4. *Reg.n.*31.
Summæ Ecclesiæ potestati omnes subiecti sunt, vel esse debent. *Psal.n.*29.
Summum præsulem impium propheta, ex speciali Dei ordinatione, durissime corripiens dignitatem suspicit. *Ezechiel.n.*93.

Chris-

Christi Vicarius, cum ipso Christo æquiuocabilis. *Daniels n.* 93.
De Primatu Petri lex Euangelica nemini dubitare permittit. *Matth. n.* 162.
Petrus singularis Christi in status negotio consiliarius. *Matth. n.* 264.
Ecclesiæ caput cum reliquo corpore non confunditur. *Matth. n.* 368.
Quę Christus Petro dicit toti Ecclesiæ dicit, *Matth. n.* 375.
Petro præ omnibus, & pro omnibus coram Deo loqui licet. *Marci n.* 190.
Summus Ecclesiæ Præsul nunquam dormit. *Marci n.* 224.
Quod legitimus Dei minister profert, Deus ipse profert. *Lucæ n.* 25.
Petrus, & successores Ecclesiam ducunt; alia alij ministeria dependenter obeunt. *Lucæ n.* 57.
Petri dignitas cum nulla alia Ecclesiæ dignitate confunditur. *Lucæ n.* 134.
De Petri primatu Apostolorum, nemo vnquam dubitauit. *Lucæ n.* 312.
Salua Fide Petri totius Ecclesiæ fidei prospicitur. *Lucæ n.* 316.
Petrus Fidei Ecclesiæ immediatum fundamentum. *Lucæ n.* 317.
Qui squis inter Christum, & Petrum est, intra Ecclesiam est. *Lucæ n.* 324. & 325.
In Fidei articulis præ omnibus, & pro omnibus Petrus loquitur. *Ioan. n.* 71.
Petri authoritas, & potestas, in Corpus Christi Domini verum, & mysticum exercetur. *Ioan. n.* 160.
Vbi pes Petri figitur, verę Fidei possessio adquiritur. *Ioan. n.* 164.
In dubijs circa Fidem occurrentibus, ad Petrum, eiusque successores recurrendum. *Ioan. n.* 194.
In rebus etiam minimis ad Fidem pertinentibus summus Ecclesię Præsul cum magna circumspectione agit. *Ioan. n.* 195.
Post Summi Pontificis decisionem securissime creditur. *Ioan. n.* 196.
Summus Pontifex Romanus supernaturali ratione innixus responsa prębet. *Act. Apost. n.* 17.
Ecclesiæ vniuersalis caput cum nullo eiusdē membro confundendū. *Act. Ap. n.* 20.
Petri virtus infirmos quosque solidat, nec ipsorum numerositate decrescit. *Act. Ap. n.* 32.
Solius iustitiæ illuminat quos vmbra Petri conregit. *Act. Apost. n.* 34.
Capitis Ecclesiæ influxus in vnum membrū directus vniuerso corpori proficuus. *Act. Apost. n.* 35.
Summæ, & Primarię Petri authoritati, nec minimū vult Deus derogari. *Act. Ap. n.* 60
Petri solius cathedra vniuersale magisterium. *Act. Apost. n.* 63.
Quę Petrus, & eius successores é cathedra proferunt Spiritus Sanctus visibiliter, aut inuisibiliter cōfirmat. *Act. Ap. n.* 75. & 76.
Ecclesiæ capiti omnia membra subsidiarie inseruiant. *Act. Apost. n.* 78.
Prima Ecclesię potestas nulli creaturæ, sed Deo soli immediata, & subiecta. *Act. Apost. n.* 83.
Ecclesiæ clauibus, nil insolubile, nil clausū. *Act. Apost. n.* 84.
Loquente Petro, omnes, cuiuscumque dignitatis sint, auscultent. *Act. Apost n.* 90.

SUPERIOR: Uide *Prælatus*, *Præsul*. *Rex*.

AMara superioris facie nil amarius. *Genes. n.* 119.
Actiones arduas, quas superior inchoat nullus subditorū aggredi recusat. *Gen n.* 127
Superioris cum subditis æqualitas inuidiā omnem repellit. *Genes. n.* 369.
Superior subditos castigans Deum spectatorem consideret. *Exod. n.* 117.
Inter simul commorantes caute in ostensione amoris se gerat superior, qui pacem conseruare cupit. 1. *Reg. n.* 5.
A modesto, & morigerato subdito superior sępe bene regendi regulas addiscit. 1. *Reg. n.* 17.
Superior enormissima subditorū delicta leuiter corripiens, ex Dei ministro in diabolum conuertitur. 1. *Reg. n.* 50.
Perfectus præfectus cacopoliticis artibus non vtitur. 1. *Reg. n* 98.
Superior, qui subditis pœnalia opera indicit eorundem leuamina non transcurret *Esther n.* 63.
Quandoque subditis á superioribus actionū suarum ratio reddi oportet. *Esther n.* 97.
Superior cum subditis nimium ridens ridiculus fit. *Iob n.* 166.
Non nulli superiores tunc interne amarissimi cum externe rident. *Iob n.* 167.
Lætus superioris aspectus subditis lux fulgentior. *Iob n.* 168.

Superior ex electione, ne scin aliam naturã transmutatum credat. *Ecclesiastici n.* 42.
Quinis superior de speciali quodam subditorum commisso grauius offenditur. *Ecclesiastici n.* 165.
Superior iniquus â subditis consilium rogans, nutibus sibi respondere solet. *Ecclesiastici n.* 135.
Superior peccata tolerans, ex primo gradu in infimum dejicitur *Isaiæ n.* 30.
Homines in altiori loco & gradu collocati, & pigmæos vident, & pigmæi videntur. *Ezechielis n.* 102.
Superior, qui non pascit subditos, non regit. *Matth. n* 30.
In dignitate constitutus, dignitatis subditus. *Matth. n.* 120.
Superior modeste, ac moderate præcipiens prõptã obediẽt ã experitur. *Matth. n* 122
Superiori de subditorum corporis, & animæ salute solicito prompte obeditur. *Matth. n.* 123.
Influxu capitis membra participant. *Matth. n.* 142.
Superior cum subditis etiam indigniſsimis in aliquibus condescendat. *Marci n.* 49.
Nullus superior est qui subditos, non exerceat. *Marci n.* 121.
Superior circa defectus subditorum sic segerat, ac si nesciret. *Ioan n.* 39.
Superiorum motus etiam minimi à subditis notari solent. *Ioan. n.* 63.
Iniquis præpositis omnium actionum suarũ cynosura *auaritia* est *Act. Apost. n.* 122.
Superiori legitimo externe, interneque obediendum. *P. ad Rom n.* 10
SUPERSTITIO: Uide *Diabolus, Dæmon.*
ARtibus superstitiosis dediti Deum transcurare solent. *Isaiæ n.* 193.
Artes superstitiosæ, & ludricę prohibendæ. *Ieremiæ n.* 47.
SVPERBIA: Vide *Ambitio, Præsumptio.*
HOmo, quo altius se attolli curat, profundius demergitur. *Genes. n.* 90.
Qui se exaltat, humiliatur. *Genes. n.* 118.
Femina cum rege sensualiter communicans semper euadit tumida, aliquando tumens 2. *Reg n.* 98.
Muliebris vanitas instantanee, ad summum vsque crescit. 2. *Reg n.* 143.
In viro crudeli, ac superbo Spiritus Domini non inhabitat. 3. *Reg n.* 208.
Vt quid superbit caro, cum vermium sit cõsanguinea? *Iob n* 99.
Superbia Spiritus corruptela. *Iob n.* 194.
A superborum elatis cogitationibus altissimum præcipitium. *Psalm. n.* 14.
Superbis, pietatis adeps in ventum euanescit. *Psalm. n.* 37.
Superbus, quo magis eleuatur, amplius â Deo recedit; humilis, quo magis dejicitur, amplius Deo approximat. *Psal. n.* 192.
Dominationis virga, quo plus inflatur, decrescit. *Cantic. Cantic. n.* 3.
Elatio mentis principes in aliam viuentium speciem transmutare solet. *Sapientiæ n.* 29
Summus superbiæ apex atheismus. *Ecclesiastici n.* 38.
Superbia ex humanis visceribus in plurimã vitia repullulat. *Ecclesiastici n.* 40.
Superbia humana ex elatione ambita se perimit. *Ecclesiastici n.* 41.
Cetera vitia humanam naturam tangunt, vel ipsi adhærent, at vero superbia possidet. *Ecclesiastici n.* 50.
Maximum superbi supplicium ipsius frænare superbiam. *Isaiæ n.* 41.
Uertiginosa quædam ebrietas superbia est. *Isaiæ n.* 90.
Superbus potentior de infirmiore despective loquitur. *Isaiæ n.* 108.
A nemine adorari superborum maximum supplicium. *Malachiæ n.* 3.
Superbia inflatus fero, & inutiliter se mortalem esse cognoscit. 1. *Machab. n.* 3.
Mente elati, ac superbi non vnum impossibile, sed plura simul comminiscuntur. 2. *Machab. n.* 11.
Nil hominem grauiori exponit periculo, quam superba elatio. *Matth. n.* 53.
Sæcularis superbus, & vitiosus spiritualium fructuum sterilis. *Marci n.* 175.
Superbus de apprehensis virtutibus potius, sibi quam Deo gratulatur. *Lucæ n.* 251.
Superbi simul cum dæmonibus condemnãdi. *P. ad Thim. 1. n.* 6.
SVSPICIO.
INter suspectos breui, & conciso stilo negotia tractari debent 3. *Reg. n.* 42.
SYNAGOGA: Vide *Hebræus.*
SYnagoga virgo dicitur, non quia casta, sed quia infructifera. *Tren. Ierem. n.* 10.
Synagoga idolatrans non proprie adultera, sed fornicatrix compellanda. *Ezech. n.* 63.

Syna-

Synagoga cortici tantum litteræ inhærens brutis comparanda. *Ezechielis n.* 115.
Synagogę panis arctus, & limitatus; Ecclesiæ cœlestis panis abundantissimus, & omnibus propositus. *Matth. n.* 206.
Christi mors synagogæ vtensilia ornamenta, velut iam inutilia dissipauit. *M. n.* 423.
Christus vetulæ, & ægrotantis synagogę perfectus medicus. *Lucæ n.* 48.
Synagogæ promissa terrena; Ecclesiæ cœlestia. *Lucæ n.* 79.
Synagoga Messiam suum lauto tormentorum conuiuio suscepit. *Lucæ n.* 215.
Omnes Hebraicæ gradus reipublicę, aduersus Christum Dominum coadunati. *Lucæ n.* 349.
Praui synagogæ Ministri, non Deo; sed maleficentiæ vacabant. *Act. Apost. n.* 37.
Praui synagogæ Ministri honores sibi arrogabant, ceteris despectum abijciebant. *Act. Apost. n.* 38.

THEOLOGIA, ET PHILOSOPHIA.

DE Diuinis diuiné, de Humanis humanitus loquendum est. *Genes. n.* 392.
Sacræ Theologiæ scientiæ septem artes liberales ancillantur. *Esther n.* 19.
Prauę, & relaxatæ Theologorum quorumdam opinationes reipublicę christianæ pestis. *Ezechiel. n.* 55.
Communicatio idiomatum in Diuinis, non est Theologorum inuentum; sed antiquę legis stabilitum affertum. *Zachariæ n.* 33.

TEMERITAS: Vide *Periculum. Præcipitiũ.*

AVdacia insipiens temeritas est. 2. *Paralip. n* 68.

TEMPERANTIA.

HOmo debet cogitationes suas ad propriam corporis, & spiritus compaginationem temperare. *Leuit. n.* 29.
Rebus á Deo affluenter concessis religiosa moderatione, & parsimonia vtendum. 3. *Reg n.* 164.
Comedere quid pleueium sonat; sed aquam bibere nobilitatem sapit. 3. *Reg n.* 165. *& Psalm. n.* 106.
Temperantię virtus hominibus ab angelis efficacissime commendatur. *Tobiæ n* 83.
Potabilia comestibilibus decentiora, ac nobiliora. *Esther n.* 51.
Rigidæ executiones saltem quoadmodum temperandæ. *Iouæ n.* 5.
Habitualis temperantia, valida ad populum defensio. *Act. Ap. n.* 16.

TEMPLUM: Vide *Ecclesia militans.*

OMnes templi lineas Deus delineat. 1. *Paralip. n.* 75.
Immenso Deo quoduis ædificium angustũ augustum nullum. 2. *Paralip. n.* 9.
Templum est Domus communis, in qua debemus immorari, & spiritualiter comedere; non vero stertere. 2. *Paralip. n.* 12
Templa optimum armamentarium regum. 2. *Paralip n.* 111.
Templum Dei reparatum, peccatorum resipiscentium typus. 2. *Paralip n.* 120.
Qui templum Dei in se ædificat, vna manu laboret, & altera resistat. 2. *Esdræ n.* 9.
Templi locus eminentior, periculosior. *Matth. post n.* 63.
Prima prælatorum cura templorum cultus, & nitor. *Marci n.* 165.
Omnis iocus præsentia Christi Domini illustratus templum dici debet. *Marci n.* 166.
In templo non perfunctorie, sed attente, & diutius immorandum. *Marci n.* 168.
Hebraici templi visitatio Christo Domino non lætitiam, sed tristitiam peperit. *Marci n.* 169.
In templum non corpore solum, sed spiritu eundum. *Lucæ n.* 32.
Non nulli templum materiale diligenter curant, & spirituale transcurant. *Lucæ n.* 294
Templum excitationis capax templum vinum est. *Ioann. n.* 34.

TENDENTIA IN DEVM: Vide *Eleuatio mentis in Deum.*

ACcedens ad Deum calceos abijciat; non enim eis indiget, quia vltra progressurus non est. *Exod n.* 33.
A templo ad cœlum viæ plurimę. 3. *Reg. n.* 73.
Deus vnicum, & totale animæ sanctæ obiectum. *Cantic. Cantic n* 25.
D. Diuina, non de humana approbatione curandum est *Isaiæ n.* 118.
Perfectorum via reliquis superior. *Marci n.* 160.

TENTATIO: Vide *Diabolus, Dæmon fragilitas humana.*

DEus nos vltra vires á Dæmone tentari, non permittit. *Deuter. n.* 72.
Qui diabolicam tentationem non respuit totã corporis sui domũ destruit. *Iob n.* 21.
In doloso hominis cũ dæmone conflictu homo de solertia sua nõ confidat. *Iob n.* 221.

Diui-

Diuinis fauoribus irrorandi varijs prius tribulationibus probari solent. *Prouerb. n.* 47.
Tribulationum venti virtutum flores respirare faciunt. *Cantic. Cantic. n.* 10.
Ob nostram cautelam strepitu dæmon ad nos accedere â Deo permittitur. *Cantic. Cantic. n.* 21.
Probatio fideles é pueris, in viros transmutat. *Daniel. n.* 48.
Satanæ impugnationibus, non ethnici solum, sed & fideles præcipue obnoxij. *Marci n.* 38.
Ex dæmonis suggestione sceleris patrationem exigens, tempus ad considerandum non concedit. *Marci n.* 98.
Pecuniæ tentatio reipublicę ministris periculosior. *Marci n.* 196.
TESTAMENTUM: Uide *Voluntas humana, Mors.*
IN testamentorum conditione æqualitas abesse solet, quia adest, & prævalet affectio. *Genes. n.* 201.
Cui testamentum præmature curat, mortẽ transcurare licet. *Genes. n.* 205.
Uir pius, & timens Deum vltimum diem nõ expectat, vt de suis rebus disponat. 3. *Reg. n.* 33.
Ad testamentum conficiendum mortis articulus expectari non debet. 4. *Reg. n.* 143.
Copiosa filiorum à parentibus legata exigua vtriusque videntur. 2. *Paralip. n.* 99.
Qui divitias legat, legatarios muniat, nam mille hostibus expositos relinquit. 2. *Paralip. n.* 101. *& supra n.* 102.
Mortis approximatio expectari non debet ad testamenti conditionem. *Tobiæ n.* 16.
Bonus testator heredem prius instruit, quam instituit *Tobiæ n.* 17.
Ciuiliter non pauci, naturaliter nullus intestatus decedit. *Ecclesiastici n.* 34.
Testamentorum captatores reipublicæ astuti serpentes. *Ecclesiastici n.* 35.
Qui ex hereditate instantanee pinguescunt, brutaliter frequenter insolescunt. *Ecclesiastici n.* 36.
Omnia de quibus testamentum confici potest corruptibilia sunt. *Ecclesiastici n.* 53.
Per testamentum reuocatum non aditur hereditas, sed per nouum, vltimum, & æternum, *Baruch n.* 9.
TESTIS: Vide *Lis, Iudex.*
Nullo requisito careat in oculatum testem eligendus. *Act. Ap. n.* 9.
Contestantium testium transacta nube, sol veritatis illucescit. *P. ad Hebræ. n.* 12.
TERRA: Vide *Mundus.*
TErra nondum sibi restituta humanis gressibus inepta. *Genes. n.* 80.
Rurale exercitium regnum conservat, ditat, & exhilarat. *Genes. n.* 331.
Terram ex maternali affectu, nil grauius præmit, quam à filiorum alimentis non præmi. *Genes. n.* 341.
Terra tremit, vt á se impios excutiat. *Iob n.* 209.
Qui terram præmit terrã sigillat. *Isaiæ n.* 208
Terræ sterilitas peccantium flagellum. *Oseæ n.* 30.
TIMOR: Uide *Metus.*
TImidus ad prouocandum audax; ad resistendum pauidus. 2. *Reg. n.* 18.
Non prouocet, qui repugnare non valet. 2. *Reg. n.* 19.
Timor nimius foras erumpit. 2. *Esdræ n.* 3.
Pax interior, exteriorque timorem omnem expellit. *Tobiæ n.* 80.
Intensus pauor ventrem concutit. *Ieremiæ n.* 24.
Pusillanimes valde sunt de Dei prouidentia diffidentes. *Lucæ n.* 178.
Amicus perturbatus imperfectus elocutor. *Ioan. n.* 193.
Non omnis stupor stupidum stupentem reddit. *Act. Ap. n.* 15.
Seruilis Romanorum timor, filialis Dei timoris præcursor. *Act. Apost. n.* 103.
Timor super, quos cadit, solet opprimere. *Act Ap. n.* 113.
TIMOR DEI: Vide *Iustus.*
DEus non timendus â nobis seruiliter, sed filialiter. *Exod. n.* 140.
Quibus Deus ductor est, nulla timoris causa est. *Deuter. n.* 7.
Animi timore perculsi multis signis indigent, vt pauorem expellant. *Iudicum n.* 30.
Deum verum timere solum, & non amare, vel ethnicis inobedientiæ argumentum euidens. *Ionæ n.* 4.
TIMORATUS.
IN timentem Deum, quæ vera sapientia est, non cadit iniuria. *Genes. n.* 406.
TOLERANTIA: Vide *Fortitudo, Patientia.*
UIr fortis durius ferre solet afflictionem, quam mortem. *Iudicum n.* 95.

Sitis per plures dies tolerari, nisi miraculose nequit. *Iudith n.* 18.
Fœtidam exulterationem sustinere summus humanę gradus tolerantiæ est. *Iob n.* 35.
Dissimulatio, silentium, & quies sunt remedia aduersus importunorum molestias hominum potentissima. *Iob n.* 45.
TRANSGRESSIO: Vide *Lex, Subditus.*
EX vna permissa transgressione plurimæ subsequuntur. 2. *Paralip. n.* 154.
Grauis cuiusuis præcepti transgressio totã animam deturpat. *Esther n.* 9.
TRIBVTVM: Uide *Satisfactio, Seruitus.*
SVbditis ad virium proportionem onera imponenda. *Genes. n.* 229.
Tributa bene expensa populus libenter tribuit. *Exod. n.* 273.
A tributis cessatio populo semper arridet. *Exod. n.* 274.
Ubi tributa desunt diuitiæ abundant. 1. *Reg. n.* 242.
Publica onera inter omnes, vel plures dispertienda; non ad paucos glomeranda. 3. *Reg n.* 159.
A populi contributiuo grauamine, etiam ad causas pias, quantum fieri potest, abstinẽdum. 1. *Paralip. n.* 53.
Qui onera publica non ferunt, ipsorum grauamen nesciunt. 2. *Paralip n* 65.
Nil Deo gratius principes efficiunt, quam cum populo afflicto tributa relaxant. 2. *Esdræ n.* 14.
Exactio tributorum maximus labor prouintiarum *Esther n.* 24.
Principes tributa à subditis caute exigant, & expendant *Psalm. n.* 166.
A subditis tributa tanquam fructus naturales accipienda. *Prouerb n.* 101.
Tributa iniusta tyrannos non corroborant, sed debilitant. *Isaiæ n.* 45.
Qua iniusta tributa incedunt, cedũt, & grassantur. *Isaiæ n.* 46.
Principes, qui tributis inordinate inhiant, subditos suos destruunt, & abigunt. *Ezechielis n.* 127.
Excessiua tributa tributarios deuorant. *Oseæ n.* 27.
Exactores grauius, quam tributa, populos onerant, & affligunt *Zachariæ n.* 13.
Excessiuis ac nouis gabellis ficus non impinguatur, sed macrescit. 1. *Machab. n.* 29.
Excessiuæ ac nouæ gabellę pestis reipublicę. 1. *Machab. post n.* 29.
Regalia pensa laici soluunt: Ecclesiastici, & Leuitæ donant. *Matth. n.* 262. & 268.
Regalibus tributis non ditescunt reges, sed exactores. *Matth. n.* 270.
Pecuniaria ab hominibus tributa, etsi ipsi debita, Deus despicit. *Marci n.* 197.
TRINITAS DIVINA: Vide *Deus.*
DIuina Trinitas tam credendorum, quam agendorum auspicatiuum initiũ. *Genes. n.* 1.
Trinitatis vmbra fideles oculos illuminat, ac leuare facit. *Genes n.* 175.
Trinitas vna, & vnica. *Exod. n.* 131.
Trinitas per triplicem festum celebrandum in lege veteri adumbrata. *Exod. n.* 155.
Cum Ecclesia in lege veteri adumbratur mysterium Trinitatis exprimitur. *Numer. n.* 27.
Inter Hebræos non affulsit clara, & perspicua Trinitatis notitia. *Ruth n.* 14.
Deus in antiqua lege personalem suam Trinitatem frequenter insinuauit. 1. *Reg. n.* 70.
Tota Trinitas extremis nostris necessitatibus subuenire dignatur. 2. *Reg. n.* 228.
Omnia in Trinitate facta, & refecta. 3 *Reg. n.* 169.
Vbi Trinitatis vestigiũ elucet omnia prospere succedunt. 4. *Reg. n.* 9.
Umbra Trinitatis pias Hebræorum actiones perficiebat. *Tobiæ n.* 56.
Diuina Trinitas ab antiquis patribus adorata. *Tobiæ n.* 85.
Tres Diuinæ manus digiti Trinitatis symbolum. *Isaiæ n.* 139.
Trinitatis mysterium humanum captum transgreditur. *Ieremiæ n.* 1.
Trinitatis mysterium â prophetis cognitum, & frequenter adoratum. *Danielis n.* 46.
Instructio Christianæ Fidei â Trinitatis mysterio exordium sumat. *Act. Apost. n.* 62.
TURPE LUCRVM: Uide *Auaritia, Auarus.*
SUper humano sanguine negotiare iure Diuino prohibitum *Numer. n.* 100.
Male parta non solum, sine sapore, sed cum magno dolore comeduntur. *Psalm. num.* 10.

Turpiſsimum infidelitatis lucrum maledictionibus abunde repletum. *Pſal. n.* 171.

TYRANNVS: Vide *Rex malus.*

SApientia tyrannorum, ſcire opprimere. *Exod. n.* 10.

Rex tyrannus malus dialecticus. *Exod. n.* 11.

Tyrannorum ſubditi ignominioſum panē comedunt. *Iudicum n.* 2.

Aſana mente abit, qui crudelem tyrannum regem facit. *Iudicum n.* 44.

Subditos anihilare tyrannorum conatus. *Iudicum n.* 49.

Minus malum eſt intruſum in regnum tolerare, & aliquando confirmare, quam ipſius electioni perperam inſiſtere. *Iudicum n.* 53.

Dominatio humana plus affolet ſubditos ſubijcere, & conculcare, quam gubernare, & regere. 1. *Reg. n.* 11.

Tyranni bella mouere ſolet non tam, vt hoſtes debellent quam, vt bonos ſubditos deſtruant. 1. *Reg. n.* 291.

Tyranni ſub honoris larua mortem ſubditorum contegunt. 1. *Reg. n.* 292.

In tyrannico regimine *anonimi*, ſunt omnes ſtrenui viri, 1. *Reg n.* 338.

Sub rege tyranno non morientium, ſed viuentium ſors deflenda. 1. *Reg n.* 364.

Rex iniquus, & tyrannus occidi non debet, quidquid politici afferant. 1. *Reg. n.* 401.

Non ſolum regis iniqui interfectrix actio, ſed etiam impulſus prohibetur. 1. *Reg. n.* 402.

Tyrannus rex non ſubditis, ſed ſuper ſubditos imperat. 2. *Reg. n.* 40.

Septem *tyrannis* dierum nota inuritur, quid plurium menſium, & annorum? 3. *Reg. n.* 156.

Principes tyranni in primis ſuis actionibus faciles ſe gerunt, ac benignos. 4. *Reg. num.* 96.

Tyrannice regnans, nec regnum, imo nec propriam domum denominare valet. 2. *Paralip. n.* 113.

Reſolutis tyrannorum principum propoſitionibus conſulentium nullus audet reclamare. *Iudith n.* 6.

Tyrannorum principum ambitio, non ſolum vltra virium metas, ſed vltra Naturæ terminos tranſgreditur. *Iudith n.* 11.

Tyrannis crudeliſsima, ad falſam religionē profitendam cogere. *Sapientiæ n.* 39.

Qui ſanguine innocentum viuunt eorum ſanguis Inferni igne ebuliet. *Iſaiæ n.* 25.

Crudelis tyrannus non ſolum ictum accipientes, ſed etiam reſpicientes torquere intendit. *Ieremiæ n.* 184.

Principes tyranni, quos non deuorant ſubditos, conculcant. *Daniel. n.* 89.

Potentia tyrannica, ante quam plurimi innocentes cadunt, citius cadit. 1. *Machab. n.* 2.

Tyrannum nil grauius, quam propria cōſcientia, turbat, & accuſat. *Matth. n.* 22.

Tyrannus in eo etiam, quod iuſte videtur agere, ſe prodit, & accuſat. *Matth. n.* 27.

Tyranni, quod certo certius ſciunt, politice ignorare oſtendunt. *Matth. n.* 28.

Rex tyrannus inciuilis, & inurbanus. *Matth. n.* 31.

Tyrannus tot manus ad occidendum habet, quod ſatellites, & carnifices. *Matth. n.* 43.

Tyrannus crudelitatem, quam concipit, non abortit *Matth n.* 45.

In tyrannorum conuiuijs crudelitas fercula miniſtrat. *Matth. n.* 233.

Tyrannidi non minus ſcientiæ, quam prouinciæ expoſitę. *Act. Ap. n.* 112.

UANAGLORIA: Uide *Adulatio, Aulicus.*

IN ſegregatione á populi commercio humana gloria conſiſtit. *Exod. n.* 257.

Qui de antiqua terræ poſſeſsione gloriantur, á Deo inexilium, & peregrinationem compelli ſolent, *Iſaiæ n.* 71.

Terrenus faſtus res omnium inaniſsima. *Danielis n* 11.

Intellectus vana Mundi contemplans á ſua natura, & perfectione degenerat. *Matth. n.* 66.

Mundi gloria, ſicut ipſius munera, & dignitates, phantaſtica. *Matth. num.* 68. *& num.* 69.

Tuba inanis gloriæ ſymbolicum inſtrumētum. *Matth n.* 92.

Uanitatis ventus ſemper naui Eccleſiæ contrarius. *Matth. n.* 235.

Non nulli de vitijs erubeſcentia dignis gloriari ſolent. *Matth. n.* 347.

Avanitatis eleemoſynis Chriſtus abeſt. *Matth. n.* 356.

Gra-

Grauius peccat, qui se de commisso flagitio iactat *Lucæ n.*126.

VANITAS: Uide *Uanagloria.*

UAnitas humana metamorphosis. *Exod. n.*247.

Nusquam homo vanitate abunde denudatur. *Exod. n.*248.

Etiam in vili pœnitentię veste mundanus luxus ostentari solet. *Exod. n.*249.

Amplæ domus habitatio multa incommoda deuorare facit. 4. *Reg. n.*28.

Qui superflua anxié curat, necessaria transcurat. 4. *Reg. n.*41. & 45.

Qui superfluis vale dixerit, necessarijs abundabit. 4. *Reg. n.*53.

Dignitas ab aliquibus solet amitti, & dignitatis fastus non dimitti. *Tobiæ n.*5.

Uanitatis, & dolositatis contrarij gressus. *Iob n.*175.

Vniuersitas vanitatis, quilibet homo est. *Psalm. n.*101.

Vanitas terrenorum iudicum character est. *Isaiæ n.*141.

VERECVNDIA.

GRauissimus cruciatus erubescentia est. *Lucæ n.*131.

VERITAS.

Ab ex proprio munere *veridico*, nil nisi veritas perquirenda. 3. *Reg. n.*205.

Verba veterum, *verba vetera.* 1. *Paralip. n.*3.

Veritas adeò patere potest, vt vel ipsis oculis videatur. *Prouerb. n.*9.

Qui veritatem ab intellectu eliminant, brutorum more discurrunt. *Sapientiæ n.*3.

Veritates præsertim Diuinæ per miraculũ regum palatia penetrant. *Daniel. n.*58.

Veritatem Christus omnino vult esse illæsam. *Lucæ n.*371.

Maligni calidi sunt veritatis offuscatores. *Ioan. n.*95.

Veritatis natura, & difinitio prauis iudicibus res difficilis explicatu apparet. *Ioan. n.*173.

Qui veritatem, cui dissentit, enuntiat mendax est. *P. ad Rom. n.*8.

Temporis decursus optimus veritatis iudex *P. ad Cor.* 1. *n.*5.

VICTORIA: Vide *Bellum.*

UIctoria de religionis hostibus reportata, Dei non hominis vitio est. *Numer. n.*91.

Cum euidens iustitia adest de victoria minime dubitandum. 2. *Reg. n.*239.

De victoria dubitat, imo desperat victus. *Iudith n.*44.

Qui protegente Deo cum hoste committit, non tam ad pugnandum, quam ad vincẽdum congreditur. 2 *Machab. n.*17.

UINDICTA.

PRinceps, qui dissimulare nescit, nescit se vindicare. *Genes.*230.

Qui politice se vindicare intendunt, verum motiuum celant, aliudque prætextum obijciunt. *Genes. n.*281.

Acceptæ iniuriæ obliuiscì debemus ad vindictam; recordari ad remissionem. *Genes. n.*332.

Sub terra vindicatio sepulta. *Exod. n.*71.

Efferatus vindex inimicorum sanguinem ad bibendum apperit, *Iudicum n,*90.

Animo vindicatiuo, nil cautius. 2. *Reg. n.*25.

Ex culpabili principis omissione redditur iusta subditi vindicatio. 2. *Reg. n.*167.

Mali memoriam renouant ad vindictam. 2. *Reg. n.*171.

Mali faciles ad vindictam difficiles ad gratitudinem. 2. *Reg. n.*175.

Uindicatiui, & crudeles pro vna ablata spica triplex spiculum rependunt. 2. *Reg. n.*244.

Vindictâ consolari dęmonis proprietas. 1. *Paralip. n.*8.

Uindictam, etiam licitam, Deus non approbare solet. 2. *Paralip n.*2.

Qui de proximo nõ se vindicat, cœlo approximarut. *Tobiæ n.*9.

Qui de improperante fratre non se vindicat in cœlum ius adquirit. *Tobiæ n.*10.

Qui de proximo non se vindicat summum, quod creatura exaltari potest, se exaltat. *Tobiæ n.*11.

Ad impune se vindicantẽ multi glomerantur. *Esther n.*62.

Uerbali scommate, & infamatoria percussione, vel pharisaica inuidia, satiari potest *Iob n.*81.

Vindicatiuus animus auro vindictam præfert. *Isaiæ n.*42.

Uindicatiuus libor sæpe ad filios, & nepotes transire solet. *Ieremiæ n.*177.

Vindicatiuus animus iram celat. 1. *Machab. n.*27.

VIOLENTIA.

FEminæ violentiam sibi inferunt cum Diuino cultui offerunt, quæ ad suum ornatum expectant. *Exod n.* 196

Qui violentiam patitur in nullo debet ipon taneitatem ostendere. *Numer, n.* 55.

Qui ad peccatum violenter trahitur peccatoris nota non inuritur. 1, *Reg. n.* 48.

Coactus non it, seu intrat; sed trahitur. *Esther n.* 54.

Qui quod nollet audire audit, non exiguam pœnitentiam agit. *Iob n.* 121.

VIRTVS.

VIrtus inuidiæ malignitatem declinare nequit *Genes. n* 7.

Quattuor virtutes Cardinales aduersus quinque sensus valent, & prævalēt. *Genes. n.* 100.

Ex inæquali ad Deum tendentia inæqualitas virtutum legitime mensuratur. *Genes. n.* 152.

Retrocedit qui virtutis iter aggressus, ad culmen non progreditur. *Genes. n.* 178.

Virtutes ad augmentum producendæ. *Exod. n* 15.

Publicę, & vniuersales virtutes particularibus prę ferendæ. *Iudicum n.* 34.

Omnia bona opera á Deo initium desumūt, ac progressum. *Iudicum n.* 65.

Infideles fidelibus quandoque in virtutum moralium exercitio prę ferri possunt. *Iudicum n.* 130.

Uitia virtutibus expugnanda, & expungenda. 1. *Reg. n.* 264.

Actiones generosæ, non ludricę hominem reddunt commendabilem, & attentione dignum. 1. *Reg. n.* 272.

Sanctorū virtutes reliquis fidelium operibus supereminent. 3. *Reg. n.* 78.

Virtuosa simplicitas optima ad finem vltimū assequendam dispositio. 3. *Reg. n.* 107.

Eodem priuilegio gaudet humilitas. 3. *Reg. n.* 108.

Uirtutum flores in Diuino gustui gratissimos fructus velociter conuertuntur. *Cantic. Cantic. n.* 12.

Uirtutis candidati multi, professores pauci. *Isaiæ n.* 196.

Omnis animæ Sanctæ ornatus á Dei cella ornamentaria desumitur. *Ezechielis n.* 62.

Veræ virtutes naturales in Romanis Gentibus viguerunt. 1. *Machab. n.* 48.

In morali consideratione, parū virtutis prō nihilo reputatur. *Matth. n.* 215.

Bonorum virtus non deficiens, & feminea; sed mascula, & robusta. *Matth. n.* 335.

Virtutis præsentia peccati fœditatem auget. *Matth. n.* 385.

Cui virtutum fructus omnino desunt arefacta est radix á qua proueniunt, *Marci n.* 189.

Arma quibus debellantur dæmones, non virtus corporis; sed animæ virtutes sunt. *Lucæ n.* 124.

Rebus naturaliter necessarijs oportet non indigere ad virtutum augmentum. *Act. Apost. n.* 24.

Ipsa veritatis vis, vel male sentientes ad recte loquendum solet cogere. *Act. Ap. n.* 40.

Qui propria virtute lucet oleum, & lucerna est. *Apoc. B. Io. n.* 32.

VIRGINITAS: Vide *Castimonia.*

VIrginitatis prærrogatiua fœcunditatis priuilegia longe excedit. *Genes. n.* 24.

Uirginitas non minus animæ, quam corporis virtus: ideo pulcherrima Rebecca dicitur, vtpote duplicato flore venusta. *Genes. n.* 186.

Præcipua virginitatis virtus, in animæ incorruptione consistit. *Numer. n.* 94.

Uirginitas, quæ in alijs virtutibus non proficit, sterilitas potius, quam virginitas nūcupanda. *Iudicum n.* 59.

Cum virginitatis flore, nomē virginis marcescit. 2. *Reg. n.* 142.

Virginitas, & iustitia, vel solo desiderio ipsis contrario, violantur. *Ecclesiastici n.* 86.

Uirginum, quam coniugatorum clarior posteritas. *Isaiæ n.* 182.

Uirginitas Dei obsequio, & seruitio aptissima virtus. *Lucæ n.* 284.

Immortalitatis fundamentum innubilitas, vel saltem argumentum. *Lucæ n.* 291.

VIRTVTES THEOLOGICÆ.

FIdes, spes, & charitas á Deo datę, & ad Deum, ordinatæ. *Exod n.* 100.

Theologicæ virtutes, & Sacramenta Ecclesiam fœcundant. *Iob n.* 228.

Theologicæ virtutes impinguant animam. *Prouerb. n.* 40.

VIR BONVS: Vide *Uirtuosus, Iustus.*

VIR bonus irrogati ipsi mali malitiam minuit. *Genes n.* 403.

Uir sincerus nequit animi sui sententiā verbis

bis saltem æquiuocis, nõ proferre. 2. Reg. n. 222.
Puerascente mundo pauci viri memoria commendabiles. 1. Paralip. n. 1.
VIRTVTIS VIA: Uide *Religio.*
IN via virtutis non progredi periculosum est. *Iudicum n.* 123.
In Ecclesiasticorum moribus componendis ingens cura adhibenda est. 1. *Paralip. n.* 63.
Ministri Ecclesiæ â regibus, tanquam filij æstimandi, & nuncupãdi. 2. *Paralip. n.* 147.
Per viam rectam iustorum mala non incedunt. *Ecclesiastici n.* 136.
Uiam perfectionis aggredi, non pusillorum est, sed robustorum. *Machab. 2. n.* 3.
Christi vocatio vocatũ firmat. *Matth. n.* 271
Spiritualia exercitia vitæ æternæ, imo & tẽporali proficua. *P. ad Thim. 1. n.* 8.
Perfectionis candidatis, & sectatoribus valde pernicios a ociositas. *P. ad Titum n.* 12.
VIR PERFECTVS: Uide *Vir bonus.*
VIR perfectus tam aduersis, quam prosperis vtitur, ad sui profectum, & dæmonis despectum. *Iudicum n.* 140.
Uerbalia scommata virorum fortium corda non penetrant. 2. *Reg. n.* 255.
Dei domo collocandus, non solum debet laboratus, sed etiam in suaspecie perfectus. 3. *Reg. n.* 74.
VIRTVOSVS: Uide *Iustus.*
QVI in virtutibus supra ætatem proficit plus Deo, quam hominibus placere studet. 1. *Reg. n.* 51.
Uirtuosus á peccatoribus quantum fieri potest, & vltra, recedere debet. 1. *Reg. n.* 62.
In virtuoso, etiam iuuene, cum sensus dormit, cor vigilat. 1. *Reg. n.* 66.
Deuoti, & virtuosi iuuenes indeuotis senibus solertiores. 1. *Reg. n* 71.
Pretiosissima virtutum gemma in nobiliori thesauro recondenda. *Iudith n.* 48.
Uiri spiritualis corpus spiritualibus priuilegijs adhuc in vita mortali gaudere solet. *Psalm. n* 123.
Bonis operibus Deus exquiritur, & inuenitur. *Psalm. n.* 133.
Viri spiritualis genesis declaranda, ne falso Diuinus existimetur. *Sapientiæ n.* 30.
Uir bonus, res tara, vbi vitia regnant. *Lucæ n.* 30.
Femina honesta, & virtuosa honorifico nomine compellanda. *Ep. 2. B. Io. n.* 2.
Omnia boni bona Deo attribuunt. *Ep. 3 B. Io. Ap. n.* 2.
Qui heroicas virtutes imitatur, omnimode honorandus. *Ep. 3. B. Io. Ap. n.* 5.
VITA: Vide *Vitæ periodus, & subsequent.*
SEmpiternum pro diuturno quandoque ponitur. *Genes. n.* 86.
Clarorum virorum vita per dies explicanda. *Genes. n.* 257.
Viuere ac consumi idem sunt. *Genes. n.* 258.
Uita præsens fortunæ ludus. *Genes. n.* 335.
Uita ærumnosa mors est potius dicenda, quam vita. 4. *Reg. n.* 148.
Vita peracta, etsi diuturna, apparet semper breuissima. *Psalm. n.* 99.
Anteacta vita cur non apparet? Quia dispāret. *Psalm. n.* 100.
Humanæ miser a litania vitæ septem Salomonis versibus comprehensa. *Ecclesiastes n.* 10.
Cum vitâ mortali meritum cessat. *Ecclesiastici n.* 65.
VITÆ PERIODVS: Uide *Vita.*
VItæ processus, etsi octogenarius, diarius apparere solet *Genes. n.* 256.
Non sinit Deus, quod circa breuem præsentis vita durationem falsa aliqua apprehensione decipiamur 2. *Reg. n.* 261.
Pauci anni, vel ad decrepitudinem, satis sunt. 2. *Reg n.* 262.
Multi anni imperij, pauci imperanti dies apparent. 3. *Reg. n* 126.
Dies in quibus bene agimus non transeunt, sed ad præmium coaceruantur. *Psal. n.* 121.
Totius humanæ vitæ periodus vnius diei flosculus. *Psalm. n.* 155.
Prior, & maior humanæ portio vitæ herba inutilis, & infructifera. *Psalm. n.* 156.
Periodo humanę vitæ, nil incertius. *Psalm. n.* 159.
Potentatum vitæ octogenarius periodus, nõ tanquã certus assignatus. *Ecclesiastici n* 29
Magnatum vitę periodus ex diuersis causis breuissimus. *Ecclesiastici n.* 30.
Qui censum vitæ male expendunt, reprehensibiles. *Isaiæ n.* 180.
VITA ÆTERNA, ET TEMPORALIS.
VIR iustus temporalem vitam pro æterna despicit consequenda. *Numer. n.* 90.
Diuitiæ, in iuuentute, partæ senectutis leuamen: merita, in temporali vita, æternam nanciscuntur. *Prouerb. n.* 24.

In

In nostro arbitrio est ętethe viuere, non temporaliter. *Ecclesiastici n.* 58.
Salus animæ saluti corporis longe præstat. *Ecclesiastici n.* 123.
Præsens sæculum *tempus nostrum*: futurum sæculum *tempus Dei Ecclesiastici n.* 192.
Præsentis sæculi duratio, respectu æternitatis, momentum est. *Isaiæ n.* 83.
Sanctorum nauigatio ad cœlestem portum contendit; Mundanorum vero ad terrestrem 1. *Machab. n.* 63.
Dum temporalis vita pendet, ęterna adipisci potest, vel amitti. *Ioan. n.* 181.

VITA, ET MORS.

CAdauer, dum in humatum detinetur, quoddam suis vitæ solamen impertitur. *Genes. n.* 402.
Qui in vita tristis, in morte lætus esse solet. *Deuter. n.* 111.
Aliquæ vitæ actiones mortis præsagia esse solent. 2. *Reg. n.* 247.
Defunctorum à viuentibus citissime memoria deficit. *Ecclesiastici n.* 159.
Duplici vitæ temporali scilicet, & æternæ duplex mors correspondet. *Isaiæ n.* 81.
Vita fluctuans per mortem ad securitatis portum appellit. 1. *Mach. n.* 62.
Consideratæ stercus corruptionis vitam fœcundare solet. *Lucæ n.* 189.
Mors vitæ consona *Act. Ap. n.* 30.

VITA PRÆSENS: Vide *Vita temporalis.*

QUI in hoc sæculo virtutes non fructificat in futuro fletus germinabit. *Iudith n.* 60.
Non est census super censum salutis corporis. *Iob n.* 28.
Præsens vita amara, & exigua. *Eccles. n.* 67.
Simultantis contrarietatibus præsens hæc vita netur, & texitur. *Lucæ n.* 120.
In præsentis vitæ gaudijs, non est plena lætitia; sed deficiens. *Ioan. n.* 24.

VITA TEMPORALIS: Vide *Vita præsens.*

DEbilissimis fulcris temporalis vita nititur. *Iudicum n.* 21.
Prauo corpori videtur anima tenacius inhærere. 2. *Reg. n.* 245.
Vitę nostræ dies sunt vasa bonis operibus adimplenda. 1. *Paralip. n.* 35.
Humanæ mensura vitæ dies, non sæculum est. *Iob n.* 74.
Humanæ mensura vitę *breues*, non *multi* dies. *Iob. n.* 75.
Humanæ mensura vitæ, non breuis solum, sed etiam summe variabilis. *Iob n.* 76.
Maius præsentis vitæ malum solicitudo est. *Iob n.* 101.
Humanæ diuturnitas vitæ *prolixior* potius, quam *prouectior* nuncupanda. *Iob n.* 190.
Nil minus consistens, quam ipsa hominis consistentia est. *Psalm. n.* 157.
Ab stomacho bona, vel mala valetudo pendet. *Prouerb. n.* 7.
In præsenti vita multa certe ridicula; at risus verus incertus est. *Prouerb. n.* 48.
In vita præsenti cum gaudio luctus, non solum cõ exus, sed immixtus *Prouerb n.* 49.
Subtractis in vitę ratione non computandis, per exiguum remanet. *Ecclesiastes n.* 17.
Moriens saluari potest, at nascens, dum vixerit, nõ miser esse non potest. *Ecclesiastes n.* 19.
Temporalis vita mortis incœptio, & continuatio est. *Sapientiæ n.* 22.
Temporalis vita *præsens nihilum. Sapientiæ n.* 23.
Omnes mundiales dignitates é paxillo fragilis vitæ pendent. *Isaiæ n.* 69.
Temporalis vitę, etsi miserę, commune omnibus desiderium. *Isaiæ n.* 121.
Temporalis vitæ prorrogatio non est [illegible] celebranda. *Isaiæ n.* 123.
Non minus periculose per terram, quam per procellosum mare nauigatur. 1. *Machab. n.* 61.
Ærumnosæ huius prorrogatio vitæ, vt actio illustris, á Deo nõ habetur. *Marci n.* 19.
In temporalis vitę fragilitate non innitendum. *Marci n.* 66.
Qui temporalem vitam celebrant, morti litant. *Marci n.* 91.
Vitæ prętentis afflictiones Diuinę scolæ lectio primaria est. *Lucæ n.* 102.
Cui multos vitæ annos sibi promittit, integer solet dies deficere. *Lucæ n.* 173.

VITIUM: Vide *Peccatum.*

IPsa vitiorum corruptio, in sui properat interitum. *Genes. n.* 72.
Qui vitia maiorum imitantur ab ipsis denominari debent *Genes. n.* 92.
Sicut mali mores hominem, sic naturæ mala corrumpunt naturam. *Exod. n.* 89.
Vnius membri vitium in totum corpus diffluere solet. *Iosue n.* 33.

Cor-

Corpori læſſo leua mens ſolet ineſſe. 2. *Reg. n.* 208.
Quandoque idem effectus, qui a vitio, â virtute oriri poteſt. *Iob n.* 22.
Quo profundius vitijs immergimur. vilius ſuppeditamur. *Pſalm. n.* 107.
Uoluptatum amatores fluxibilitatis earum præcipui teſtes. *Sapientiæ n.* 13.
Uitioſi, circa virtutes, ſolent eſſe boni theorici, ſed mali practici. *Eccleſiaſtici n.* 149.
Praui cantantium mores vocum melodyam corrumpunt. *Amos n.* 7.
Ut regni, vel reipublicæ vitijs immerſæ ruina portendatur, prophetiæ dono opus nõ eſt. *Amos n.* 14.
Uitiorum damnum, & corruptio morum reliqua reipublicæ mala longe excedunt. 1. *Machab. n.* 13.
Uitia homini dæmone peiora. *Matth. n.* 212
Qui ſe vni vitio immergit, omnibus ſuccũbit. *Marci n.* 47.
Flagitiorum peſsimum tollere vitiorum fœnum. *Lucæ n.* 39.
Ad inueterata vitia éradicanda magnus conatus, non leuis, adhibendus. *Lucæ n.* 49

VITUPERIVM: Uide *Contumelia.*
Agnitudo non ſemper ad laudem, quã- oque ad vituperium, pertinet. 1. Reg. .
Ne- uius malum confuſio proximi. 2. *Eſdra* 25.
Qui improperia patienter tolerat cœlo appropinquat. *Tobiæ n.* 8.

VISIO. Vide *Contemplatio Oculi.*
Viſio à corpore ad animam transferri ſolet. 2. *Paralip. n.* 50.
In effectu corporeo res ſpiritualis videri poteſt. 2. *Paralip. n.* 51.
Non aliud, quam calamitates viſurus, vt quid viſum appetat. *Tobiæ n* 34.
Viſionibus Diuinis applaudunt cœli. *Ezechielis n.* 3.
Diuina viſione carere, pœna inferni durior *Matth. n* 339.

VOLUNTAS HUMANA.
NON externo ſplendore, ſed interna bonitate euidenter cognita moueatur voluntas *Geneſ. n.* 8.
Voluntas officina peccandi. *Exod. n.* 211.
Ex rebus, ad quæ quiſque afficitur, ipſius dignoſcitur genius, & conditio. 1. *Reg. n.* 405.
Intellectus, ac voluntas deprauati ſenſualia curant ſpiritualia tranſcurant. 3. *Reg. n.* 177.
Se ipſam tradit ad peccandum deprauata voluntas. 4 *Reg n.* 133.
Deliberi adbitrij ad noſtram iuſtificationem cooperatione dogmatica doctrina. *Ezechiel. n.* 74.
Humanum arbitrium ſemper in biuio bene, vel male operandi eſt. *Marci n* 159.

VOTUM.
VOta exactiſsime adimplenda. *Leuit. n.* 31.
Cuiuſuis coniugis votum promiſcuum eſt ob matrimonij identitatem. 1. *Reg. n.* 25.

VTILITAS.
MAnus in vtilis eſt, ac ſinon eſſet. *Lucæ n.* 72.

VXOR: Uide *Amor maternus.*
VXori piæ, ac telig oſæ amplius, quam ceteris liceat. 1. *Reg. n.* 28.
Vxor ſuperba diuitiarum tinea. 1. *Reg. n.* 241
Vxores viris nil occultare ſolent. 4. *Reg n.* 66.
Increpatio vxoris viri præcordia pungit. *Tobiæ n.* 7.
Bonam ſortitus coniugem diutius viuit. *Eccleſiaſtici n.* 109.
Uxorum publica delicta viris imputanda. *Ieremiæ n.* 191.

ZELOTYPIA.
ANcillari non dubitat, quæ ancillam rivalem eliminat. *Geneſ. n.* 163.
Zelotypiæ vulnera in corde recipiẽtis claudi ſolent, ſanari non ſolent *Geneſ. n* 255.
Inprudens zelotypia mæchatimi mater. *Eccleſiaſtici n.* 26.

ZELVS.
DEus ſolus veri zeli cognitor, & diſcretor, qui cum in prælato adeſt, â Deo abeſt. *Numer n* 77.
Zelus, vel in ipſo Deo conſideratus conſumptiuam vim obtinet *Deuter. n.* 18.
Zelator legis legem ſemper præſeferat. *Iudicum n.* 26.
Cum pro Deo zelatur, Dei buccina Martẽ accendit. *Iudicum n.* 39.
Quandoque cum bono cordis zelo coniungi ſolet prauus operis exceſſus. *Iudith n.* 21.
Zelus frequenter de inuidia ſuſpectus. *Eccleſiaſtici n.* 187.

473167

ZELUS RELIGIONIS.

SE religiose vindicat, qui pro suis, Dei inimicos reputat. *Iudicum n.* 112.

Diuini honoris zelatori creaturę omnes deseruiunt. 3. *Reg. n.* 192.

Diuini honoris zelator minister, vel inter impios, & infideles magnam habet authoritatem. 4. *Reg. n.* 3.

Pallio zeli ornandus omnia alia despiciat, & abijciat. 4. *Reg. n.* 22.

Præcipua regum temporalis gloria in religionis zelo sita est. 2. *Paralip. n.* 129.

Verum Dei zelum, vsque ad furorem, licet intendere. *Psalm. n.* 18.

Qui hęreticos mactat, Deo litat. *Ieremiæ n.* 49.

Qui Dei causam agunt, causarum suarum Deum actorem lucrantur. *Matth. n.* 186.

Debitam templis reuerentiam cuilibet zelare licet. *Marci n.* 185.

Ex Religionis zelo in extraneas actiones erumpere laudabile. *Act. Ap. n.* 93.

FINIS.

Del Convento de Nª. Sra de la Merced de la Villa de aguas calientes.



1546

